37
39 E
12

ARA2683

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRÆ ROMANÆ ROTÆ

DECISIONES

Coram Reverendiſs. P. D.

ANSALDO DE ANSALDIS

PATRICIO FLORENTINO

EJUSDEM SAC. ROTÆ AUDITORE,
ET POSTEA DECANO.

EX PROPRIIS AUTHOGRAPHIS DEPROMPTÆ,

Argumentis, Summariis, uberrimoque generali Indice Auctæ,

A STEPHANO DE ANGELIS J. C.

TOMUS SEXTUS.

ROMÆ MDCCXL.

Ex Typographia S. MICHAELIS ad Ripam
ſumptibus Hieronymi Mainardi.

CUM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino

D. MARIO BOLOGNETTI

Prothonotario Apoſtolico, Rev. Cameræ Apoſtolicæ Clerico, nec non Ærarii Publici Præfecto Vigilantiſſimo,

HIERONYMUS MAINARDUS TYP. FEL.

QUUM Celeberrimi Juriſconſulti Anſaldi de Anſaldis ſextum Deciſionum Volumen novam hanc in lucem edere decrevi, mentem ſtatim meam cogitatio ſubiit, peropportunam me nactum eſſe occaſionem aliquod diuturnæ obſervantiæ erga te meæ monumentum poſteris exhibendi: Nihil enim ſuavius, nihilque jucundius accidere poteſt viris ſapientibus, deque publica utilitate ſollicitis, quàm nominis ſui ſplendore, at-

que

que authoritate fovere eorum labores; atque tueri; qui operam ſuam bene collocatam putant, quotieſcumque litteris nonnihil luminis, & incrementi addidiſſe ſibi videntur. Hac de cauſſa ad te potiſſimum, Illme ac Rme Domine, mihi confugiendum eſſe exiſtimavi, qui ob ſanguinis claritatem, & ob res præclariſſimè in Republica geſtas, eximiam excelſæ tuæ indolis virtutiſque opinionem jam pridem peperiſti. Principio namque inter Romanæ Curiæ Prælatos adſcriptus, mox Pontificiæ Cameræ Clericis connumeratus, præcipuos hujus ordinis honores es aſſecutus: diverſis quippe temporibus, modo æris cudendi, modo Riparum, modo Archiviorum geſſiſti Præfecturas; indeque quum Tibi Annonæ curandæ provincia demandata eſſet, exemplo tuo ſatis edocuiſti, quantum publicæ felicitati conferre poſſit nullo unquam otio interrupta vigilantia: Tandem Apoſtolicæ Cameræ Ærario Præfectus, ſive, ut vocant, Theſaurarius, tanto decore atque integritate adminiſtras, ut omnium judicio Tibi ad ampliores dignitates aditum indubitanter aperias. Quamobrem multo libentius haſce Deciſionum elucubrationes viros literatos excepturos eſſe jure confido, quod ampliſſimo Nomini tuo inſcriptæ ſint. Sanè ſi ad Anſaldi famam cogitationem ſuam Juriſprudentiæ ſtudioſi convertere velint, tanta fortaſſe eſt, quantam quiſque ſummo ſtudio ac diligentia conſequi potuit. Verùm nonnunquam contingit jacere, nec magno pretio haberi doctiſſimorum cæteroquin virorum ſtudia, niſi erigantur, atque illuſtri quodam præſidio fulciantur: Quod Te, Præſul ampliſſime, uti facere minime dedigneris, humillime deprecor: dum pro ſalute atque incolumitate Tua rerum omnium Moderatori Deo vota mea ex animo conſecro.

ELEN-

INDEX DECISIONUM PER DIOECESES.

A

ALBANEN. Fideicommiſſi Lunæ 29. Iulii 1714. *Dec*.645.
Anagnina Immiſſionis ſuper Bonis Liberis Lunæ 13. Martii 1713. *dec*. 613.
Anagnina Dotis, & Augumenti Lunæ 11. Iunii 1714. *dec*. 670.
Ariminen. Fideicommiſſi Bandi de Bandis Ven. 7. Iunii 1715. *dec*. 708.
Aſculana Fideicommiſſi Lunæ 11. Iunii 1714. *dec*. 671.
Aſculana Electionis Puellarum Ven. 7. Iunii 1715. *dec*. 709.
Aſten. Beneficii Veneris 22. Februarii 1715. *dec*. 697.
Avenionen. Concurſus ſuper Reſervatis Ven. 23. Iunii 1713. *dec*. 627.
Auguſtana Canonicatus Lunæ 15. Ianuarii 1714. *dec*. 639.
Auximana Reintegrationis Lunæ 1. Iulii 1715. *dec*. 719.
Eadem coram Eodem ſuper Fructibus Lunæ 1. Iulii 1715. *dec*. 720.

B

BArchinonen. Diſtributionum Ven. 10. Febr. 1713. *dec*. 608.
Baren. Beneficii Veneris 7. Iulii 1713. *dec*. 632.
Bononien. Beneficiorum de Caſtello Ven. 19. Iunii 1713. *dec*. 623.
Bononien. Beneficiorum de Caſtello ſuper Executione Litterarum Apoſtolicarum Veneris 9. Iunii 1713. *dec*. 624.
Bononien. Frumenti Lunæ 2. Iunii 1714. *dec*. 684.
Burgen. Iuris Viſitandi de Bribieſca Lunæ 17. Iunii 1715. *dec*. 710.

C

CAmerinen. Immiſſionis Veneris 28. Aprilis 1713. *dec*. 617.
Caſſanen. Beneficii Ven. 2. Martii 1714. *dec*. 650.
Caven. Molendinorum Lunæ 9. Martii 1714. *dec*. 655.
Cæſenaten. Immiſſionis Lunæ 9. Decembris 1715. *dec*. 728.
Colonien., ſeu Eſſedien. Officii Coquinæ Majoris ſuper Bono Iure Veneris 1. Decembris 1713. *dec*. 634.
Eadem coram Eodem ſuper Manutentione Ven. 1. Decembris 1713. *dec*. 634.
Compoſtellana Vicariæ S. Petri de Porta, ſeu de Eccleſia Nova Ven. 28. Iunii 1715. *dec*. 716.
Conſtantien. Præcedentiæ ſuper bono Iure Ven. 27. Ianuarii 1713. *dec*. 603.
Conſtantien. Præcedentiæ ſuper Manutentione Ven. 27. Ianuarii 1713. *dec*. 604.
Cracovien. Parochialis Veneris 12. Maii 1713. *dec*. 620.

E

EUgubina Bonorum Mercurii 14. Iunii 1713. *dec*. 625.

F

FAnen. Fideicommiſſi Ven. 23. Febr. 1714. *dec*. 647.
Faventina Spolii Ven. 31. Martii 1713. *dec*. 615.
Faventina Fideicommiſſi ſuper Domo Veneris 23. Aprilis 1714. *dec*. 661.
Faventina Fideicommiſſi ſuper Prædio Lunæ 23. Aprilis 1714. *dec*. 662.
Faventina Spolii Lunæ 25. Febr. 1715. *dec*. 698.
Eadem coram Eodem ſuper Reſervatis Lunæ 25. Februarii 1715. *dec*. 699.
Ferrarien. Bonorum ſuper Donatione Inſolutum Lunæ 8. Maii 1713. *dec*. 618.
Ferrarien. Bonorum ſuper Liberatione a Moleſtiis Lunæ 8. Martii 1713. *dec*. 619.
Ferrarien. Primogenituræ Die prima Iulii 1715. *dec*. 721.
Ferrarien. Primogenituræ ſuper Attentatis Lunæ prima Iulii 1715. *dec*. 722.
Ferrarien. Primogenituræ ſuper Fructibus Lunæ prima Iulii 1715. *dec*. 723.
Firmana Immiſſionis Veneris 3. Februarii 1713. *dec*. 607.
Firmana Commendæ Lunæ 3. Iunii 1713. *dec*. 631.
Firmana Immiſſionis Veneris 27. Aprilis 1714. *dec*. 663.

Firmana Beneficii Ven. 11. Ianuarii 1715. *dec.* 690.
Firmana Manutentionis Veneris 5. Aprilis 1715. *dec.* 705.
Foroſempronien. Legatorum ſuper Reintegratione Ven. 19 Ianuarij 1714. *dec.* 640.
Foroſempronien. Legatorum ſuper Bonis Emphiteucis Ven. 19. Ianuarii 1714. *dec.* 641.
Foroſempronien. Legatorum ſuper Fideicommiſſo Tiberii Lunæ 22. Ianuarii 1714. *dec.* 643.
Foroſempronien. Legatorum ſuper Fideicommiſſi Ludovici, & Antonii, Lunæ 22. Ianuarii 1714. *dec.* 644.
Foroſempronien. Legatorum ſuper Pecuniis Ven. 16. Martii 1714. *dec.* 651.
Friſingen. Iuris Deputandi Curatos Ven. 24. Martii 1713. *dec.* 614.
Friſingen. Canonicatus Lunæ 2. Iulii 1714. *dec.* 683.
Fulginaten. Bonorum ſuper Bono Iure Ven. 17. Februarii 1713. *dec.* 610.

G

GErunden. Parochialium ſuper Unione Lunæ 18. Iunii 1714. *dec.* 673.

H

HYdruntina Sepulturæ Lunæ 27. Novembris 1713. *dec.* 633.

I

INteramnen. Depoſiti Veneris 8. Iunii 1714. *dec.* 668.
Interamnen. Manutentionis Ven. 8. Iunii 1714. *dec.* 669.
Interamnen. Legati Lunæ 2. Iulii 1714. *dec.* 682.

L

LEodien. Paſtoratus, ſeu Vicariæ S.Jacobi Mercurii 6. Decembris 1713. *dec.* 637.
Leodien. Paſtoratus, ſeu Vicariæ ſuper Attentatis Mercurii 6. Decembris 1713. *dec.* 638.
Leodien. Matrimonii Lunæ 20. Ianuarii 1714. *dec.* 642.
Leodien. Iuriſdictionis ſuper Bono Iure Lunæ 11. Martii 1715. *dec.* 700.
Leodien. Juriſdictionis ſuper Attentatis Lunæ 11. Martii 1715. *dec.* 701.
Leodien. Iuriſdictionis ſuper Manutentione Lunæ 15. Martii 1715. *dec.* 702.
Leodien. Paſtoratus, ſeu Vicariæ ſuper Declaratoria Ven. 22. Novembris 1715. *dec.* 724.
Eadem coram Eodem quoad Attentata ſuper Declaratoria Veneris 22. Novembris 1715. *dec.* 724.

M

MAceraten. Fideicommiſſi ſuper Reſervatis Lunæ 5. Martii 1714. *dec.* 653.
Maceraten. Fideicommiſſi ſuper Reſervatis, quoad Scuta 4000. Lunæ 5. Martii 1714. *dec.* 654.
Mediolanen. Ceſſionis Veneris 13. Januarii 1713. *deciſ.* 599.
Melevitana Commendæ Lunæ 21. Ianuarii 1715. *dec.* 692.
Monaſterien. Canonicatus Lunæ 19. Febr. 1714. *dec.* 646.

N

NArnien. ſeu Sabinen. Fideicommiſſi Lunæ 13. Februarii 1713. *dec.* 609.
Nullius, ſeu Forolivien. Caſtrorum Lunæ 26. Februarii 1714. *dec.* 649.
Nullius, ſeu Montis Caſſinēn. Manutentionis ſuper Delationes Stolæ Veneris 22. Iunii 1714. *dec.* 674.

P

PEruſina Reintegrationis Lunæ 23. Ianuarii 1713. *dec.* 601.
Peruſina Reintegrationis ſuper Reſervatis Lunæ 23. Januarii 1713. *dec.* 602.
Peruſina Immiſſionis Lunæ 30. Ianuarii 1713. *dec.* 605.
Peruſina Immiſſionis Lunæ 25. Iunii 1714. *dec.* 676.
Placentina Multiplici Veneris 2. Martii 1714. *dec.* 652.

R

REatina Fideicommiſſi de Severis ſuper Meliloramentis Lunæ 15. Aprilis 1713. *dec.* 616.
Reatina Iuriſdictionis Veneris 23. Februarii 1714. *dec.* 648.
Reatina Servitutis Lunæ 4. Iunii 1714. *dec.* 666.
Reatina Fideicommiſſi de Severis ſuper Melioramentis Lunæ 18. Martii 1715. *dec.* 704.
Reatina Servitutis Lunæ 2. Decembris 1715. *dec.* 725.
Romana Renunciationis Lunæ 16. Ianuarii 1713. *deciſ.* 600.
Romana Pecuniaria Lunæ 30. Ianuarii 1713. *dec.* 606.
Romana Pecuniaria Lunæ 6. Martii 1713. *dec.* 612.
Romana Cenſus Lunæ 15. Maii 1713. *dec.* 621.
Romana Trebellianicæ Lunæ 15. Maii 1713. *dec.* 622.

Ro-

Romana Fideicommiſſi de Avila ſuper Noviter Reſervatis Lunæ 19. Iunii 1713. *dec.* 626.
Romana Fideicommiſſi Veneris 23. Iunii 1713. *dec.* 628.
Romana Fideicommiſſi de Avila ſuper Reſtitutione in Integrum Ven. 23. Junii 1713. *dec.* 629.
Romana Segretariatus Apoſtolici Lunæ 4. Decembris 1713. *dec.* 635.
Romana Immiſſionis Lunæ 12. Martii 1714. *dec.* 656.
Romana Secretariatus Apoſtolici Ven. 13. Aprilis 1714. *dec.* 658.
Romana Fideicommiſſi de Avila ſuper fructibus Lunæ 16. Aprilis 1714. *dec.* 659.
Romana Pecuniaria, ſeu Donationis Veneris 4. Maii 1714. *dec.* 664.
Romana Cambii Lunæ 7. Maii 1714. *dec.* 665.
Romana Locorum Montium Lunę 4. Iunii 1714. *dec.* 667.
Romana Penſionum Ven. 15. Iunii 1714. *dec.* 672.
Romana Legati de Caraſis ſuper Reintegratione Lunæ 25. Iunii 1714. *dec.* 677.
Romana Legati de Caraſis ſuper Fructibus Lunę 25. Iunii 1714. *dec.* 678.
Romana Legati de Caraſis ſuper Electione Periti Lunæ 25. Iunii 1714. *dec.* 679.
Romana Legati de Caraſis ſuper Reſtitutione in Integrum Lunæ 25. Iunii 1714. *dec.* 680.
Romana Iurium Parochialium Mercurii 27. Iunii 1714. *dec.* 681.
Romana, ſeu Sarsanen. Fideicommiſſi Mercurii 21. Novembris 1714. *dec.* 685.
Romana Redditionis Rationis ſuper primo Statu Lunæ 3. Decembris 1714. *dec.* 686.
Eadem coram Eodem ſuper ſecundo Statu & eadem die 3. Decembris 1714. *dec.* 687.
Romana Redditionis Rationis ſuper tertio Statu Ven. 7. Decembris 1714. *dec.* 688.
Eadem coram Eodem ſuper quarto Statu & eadem die 7. Decembris 1714. *dec.* 689.
Romana Immiſſionis Ven. 11. Ianuarii 1715. *dec.* 691.
Romana Fideicommiſſi de Curtis Ven. 25. Januarii 1715. *dec.* 694.
Romana Dotis Ven. prima Febr. 1715. *dec.* 695.
Romana Fideicommiſſi de Curtis ſuper Officio Parci Majoris Ven. 15. Febr. 1715. *dec.* 696.
Romana Fideicommiſſi de Curtis ſuper Reſervatis Lunæ 13. Maii 1715. *dec.* 706.
Romana, ſeu Civitatis Plebis Pecuniaria Lunæ 3. Iunii 1715. *dec.* 707.
Romana Cambii Lunæ 17. Iunii 1715. *dec.* 711.
Romana Dotis Ven. 21. Iunii 1715. *dec.* 712.
Eadem coram Eodem ſuper Manutentione Ven. 21. Iunii 1715. *dec.* 713.
Romana Uſusfructus ſuper Bono Iure Die Mercurii 26. Iunii 1715. *dec.* 714.
Romana Uſusfructus ſuper Manutentione Mercurii 26. Iunii 1715. *dec.* 715.
Romana Pecuniaria Ven. 28. Iunii 1715. *dec.* 718.

S

Sabinen., ſeu Florentina Immiſſionis Ven. 20. Aprilis 1714. *dec.* 660.
Salisburgen. Primogenituræ de Lodron. Lunæ 20. Februarii 1713. *dec.* 611.
Salisburgen. Primogenituræ Lunę 12. Martii 1714. *dec.* 657.
Senogallien. fideicommiſſorum Lunæ 21. Ianuarii 1715. *dec.* 693.
Senogallien. Immiſſionis die Ven. 6. Decembris 1715. *dec.* 726.
Senogallien. Pecuniaria die Ven. 6. Decembris 1715. *dec.* 727.
Spoletana Cauthelæ Angeli ſuper Imputatione Fructuum Lunæ 26. Iunii 1713. *dec.* 630.

T

Tiburtina Manutentionis Ven. 22. Iunii 1714. *dec.* 675.
Tuſculana Capellaniæ Veneris 15. Martii 1715. *dec.* 703.

V

Valentina Juriſpatronatus Lunæ 4. Decembris 1713. *dec.* 636.
Urbevetana Lucri Dotalis Ven. 28. Iunii 1715. *dec.* 717.

Digitized by Google

ELENCHUS ARGUMENTORUM

Hujus Sexti Tomi

DECISIONUM

Bo; mem; R. P. D. ANSALDI.

MEDIOLANEN. CESSIONIS.
Veneris 13. Januarii 1713.
DECISIO DXCIX.

CEſſionarius dicitur potius Procurator, quam vere, & proprie Ceſſionarius ſi ceſſio facta noſcatur in gratiam potius cedentis, quam ejuſdem Ceſſionarii, Fratres quando poſſint reportare ad eorum favorem ceſſiones, ſive renunciationes, ac donationes, Donatio quæ dicatur cauſa mortis, quæve inter vivos, & quid demum importet clauſula *Conſtituti* appoſita in donationibus inter vivos.

ROMANA RENUNCIATIONIS.
Lunæ 16. Januarii 1713.
DECIS. DC.

Renunciationes quando ſunt vere reales, & vere abdicativæ efficiunt ut potius bona renunciata deſcendant ad heredes quomodolibet extraneos Renunciatarii, quam ad ipſum Renunciantem, qui per renunciationem ſe de medio abſtulit, Renunciatio emiſſa à Muliere nubente in ſæculo in Capitulis matrimonialibus quid importet, & quando ſit vere, & proprie realis, & abdicativa.

PERUSINA REINTEGRATIONIS.
Lunæ 23. Januarii 1713.
DECIS. DCI.

Dos a Fratre Sorori aſſignata conſtituta cenſetur de bonis paternis. Verba *Reſtituere*, & *R fiduum* quid importent. Solutio ex quibus inducta præſumatur.

PERUSINA REINTEGRATIONIS SUPER RESERVATIS.
Lunæ 23. Januarii 1713.
DECIS. DCII.

Quietantia facta Tutori, vel Curatori ut valeat debet eſſe inita diſtinctis, & examinatis ſingulis partitis, alias Tutori non ſuffragatur. Si vero quietantia facta fuerit de ſorte, nequit etiam comprehendere fructus. Præſumptio receptionis fructuum ex quibus circumſtantiis arguatur,

CONSTANTIEN. PRÆCEDENTIÆ SUPER BONO JURE.
Veneris 27. Januarii 1713.
DECIS. DCIII.

Ordo S. Auguſtini fuit per ſæculum erectus, atque approbatus ante fundationem ſive erectionem inclyti Ordinis S. Benedicti, ideoque in Civitate Conſtantienſi eſt præferendus Ordini Benedictino ex Conſtitutione Summi Pontificis Joannis XXIII.: Idque procedit etiam ex juris cenſura, juxta quam habemus quod qui prior eſt inſtitutus ordo debet aliis inferius erectis præferri in Proceſſionibus, aliiſque Eccleſiaſticis Præeminentiis.

CONSTANTIEN. PRÆCEDENTIÆ SUPER MANUTENTIONE.
Veneris 27. Januarii 1713.
DECIS. DCIV.

Manutentio quando concedi debeat aſſiſtenti bonum Juſ. Referuntur privilegia Monachorum Ordinis S. Benedicti, & Canonicorum Ordinis S. Benedicti, & de eorum præcedentiis tractatur.

PERUSINA IMMISSIONIS.
Lunæ 30. Januarii 1713.
DECIS. DCV.
Non indiget.

ROMANA PECUNIARIA.
Lunæ 30. Januarii 1713.
DECIS. DCVI.

In Judiciis concernentibus Aſſecurationem Judicii, ſeu ſuſpicionem fugæ an, & quo caſu licita ſit variatio, ſive inconſtantia: Et an pendente judicio coram uno Judice obtineri poſſit mandatum ſuſpicionis fugæ coram alio ad effectum aſſecurationis, & quid dicendum ad effectum ſolvendi. Eccleſiaſticæ Perſonæ valent in actu fugæ à Laica Perſona arreſtari, & in carcerem detrudi.

FIRMANA IMMISSIONIS.
Veneris 3. Februarii 1713.
DECIS. DCVII.

Schedula teſtamentaria, in qua apparent lituræ, interlineationes, & Apoſtillæ an dicatur ſimplex preparatoria Teſtamenti, & voluntas im-

per.

perfecta, minuſque ad actum perle:tum, & completum redacta, ſive potius intelligenda ſit perfectum teſtamentum, & ex ea argui poſſit nimis certa Teſtatoris voluntas, maxime ſi acceſſerit aliqua hæredum approbatio, quæ ex quibus inducatur fuiſſe in Deciſione pertractatur.

BARCHINONEN. DISTRIBUTIONUM.

Veneris 10. Februarii 1713.

DECIS. DCVIII.

Manutentio concedenda eſt exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi diſtributiones quotidianas. Valoris, ſeu fructuum diminutio, vel accretio ex quibus arguatur.

NARNIEN., SEU SABINEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 13. Februarii 1713.

DECIS. DCIX.

Deſcendentes ex fœminis quando ex celebri conſilio Fulgoſis 85. ſubſtituti intelligantur poſt defectum maſculorum ex maſculis, & quantum hac in re operetur Teſtatoris voluntas. In diſpoſitionibus conditionalibus nudum, & ſimplex factum inſpiciatur, itaut fieri nequeat juſta, & legitima illatio, ſive aliqua ſubextentio alterius novi fideicommiſſi; Hoc tamen non procedit ubi concurrat contraria Teſtatoris voluntas, quæ tum ex proœmio, tum ex aliis Teſtamenti partibus optime inſpicitur.

FULGINATEN. BONORVM SUPER BONO IVRE.

Veneris 17. Februarii 1713.

DECIS. DCX.

Plura afferuntur argumenta, ex quibus probari poteſt identitas bonorum à Teſtatore poſſeſſorum, quæ late in Deciſione expenduntur. Beneficium *Auth. Res quæ* eſt mere ſubſidiarium, & conditionale, ubi ſcilicet bonorum liberorum debitoris dotis inſufficientia probata fuerit, & quis ad faciendam hujuſmodi probationem teneatur.

SALISBVRGEN. PRIMOGENITVRÆ DE LODRON.

Lunæ 20. Februarii 1713.

DECIS. DCXI.

In tota hac magiſtrali Deciſione fuſe copioſeque tractatur articulus an liber Baptiſmatis probet Ætatem alicujus, iſteque vindicatur ab omnibus contrariis Exceptionibus, & concluditur illum aptum omnino eſſe ad concludendam hanc probationem.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 6. Martii 1713.

DECIS. DCXII.

Mandatum tributum Mercatori de cambiando, ac recambiando per Nundinas non tranſit ad illius hæredes, ſed morte evaneſcit. Onus cambiandi licet de Jure pertinet ad Creditorem cambii, ſi tamen Debitor hoc onus in ſe aſſumpſerit, & mercator præobierit, neque alius fuerit ab eodem debitore deputatus, tenetur eo caſu Debitor præſtare fructus loco damnorum, & intereſſe. Inter conſocios quando detur actio ſolidalis erga tertium Creditorem, & quid dicendum inter ipſos Conſocios.

ANAGNINA IMMISSIONIS SUPER BONIS LIBERIS.

Lunæ 13. Martii 1713.

DECIS. DCXIII.

Renunciatio emiſſa ab ingrediente in Monaſterium an dicatur abdicativa, & realis, ſive potius tranſlativa, & Perſonalis; & an ſit extendenda de caſu ad caſum, de Perſona ad Perſonam, & de hæreditate ad hæreditatem. Et quomodo ſint intelligenda verba generalia, & compræhenſiva quorumcumque Iurium.

FRISINGEN. JURIS DEPUTANDI CURATOS.

Veneris 24. Martii 1713.

DECIS. DCXIV.

In Cappellis, & Eccleſiis quomodolibet unitis alicui Collegio, ſive Monaſterio ac Cœnobio Regularium, Cappellanus, ſive Vicarius debet eſſe Sæcularis, atque perpetuus; Idque procedit etiam ex diſpoſitione *Sacri Conc. Trid. Seſſ. 7. de reform. cap. 7.* Affertur diſtinctio, ac diverſitas circa amovibilitatem quæ intercedit inter Beneficia manualia, ac ad nutum amovibilia, & Beneficia perpetua. Gratia Supremi Principis quoties eſt ſubreptitia, atque obreptitia eſt ipſo Jure nulla.

FAVENTINA SPOLII.

Veneris 31. Martii 1713.

DECIS. DCXV.

Diverſa pertinentia alicujus fundi particularis & illius excluſio ſub aliqua generali denominatione ex quibus arguatur late fuſeque differitur. Spoliato danda eſt manutentio, non vero reintegratio.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEVERIS SUPER MELIORAMENTIS.

Lunæ 15. Aprilis 1713.

DECIS. DCXVI.

Melioramenta quoties ſunt in ſpecie, & in præciſa quantitate probata, tunc conceditur immiſſionem paſſuro retentio pro correſpondenti quantitate, & qualitate: Secus dicendum eſt ſi melioramenta ſint adhuc confuſa, & in genere tantum probata. Illorum probatio quomodo facienda ſit a Peritis edocetur in Deciſione.

CAMERINEN. IMMISSIONIS.

Veneris 28. Aprilis 1713.

DECIS. DCXVII.

Identitas bonorum fideicommittentis ex quibus probetur, & late hac in re examinatur famigeratiſſimum conſilium Fulgoſii 145. Cataſtrum ne dum probat poſſeſſionem, ſed & dominium quando aliunde eſt adminiculatum.

FERRARIEN. BONORUM SUPER DONATIONE IN SOLUTUM.

Lunæ 8. Maii 1713.

DECIS. DCXVIII.

Contractus Minorum, ut valide, ac legitime fieri queant, neceſſe eſt ut in eis interveniant tu-

tutoris, vel Curatoris Authoritatis, omneſque aliæ Solemnitates a Jure præſcriptæ. Ratificatio facta a Pupillo effecto majore, an, & quando dicatur erronea, & falſo emiſſa, itaut locus ſit illius reſciſſioni,

FERRARIEN, BONORUM SUPER LIBERATIONE A MOLESTIIS.

Lunæ 8. *Maii* 1713.

DECIS. DCXIX.

Adverſus venditorem, qui promiſit liberationem a moleſtiis adveniente caſu evictionis relaxatur mandatum executivum pro reſtitutione pretii. Ceſſante principali contractu ſub quo evictio promiſſa fuit ceſſat etiam ipſa evictio ex regula notiſſima, quod ceſſante principali corruat etiam acceſſorum. In qualibet datione in ſolutum ſemper ſubintelligitur evictonis promiſſio etiamſi ea expreſſa non fuerit,

CRACOVIEN, PAROCHIALIS.

Veneris 12. *Maii* 1713.

DECIS. DCXX.

Patroni laici habent a Jure tempus quadrimeſtre ad præſentandum, intra quod ſi facta fueri præſentatio eſt omnimode exequenda, neque impedimentum unius intra dicto tempus nocet aliis. Diffamatio, quæ ſit ſufficiens ad privandum aliquem ſuo Beneficio.

ROMANA CENSUS.

Lunæ 15. *Maii* 1713.

DECIS. DCXXI.

Leges in Summario.

ROMANA TREBELLIANICÆ.

Lunæ 15. *Maii* 1713.

DECIS. DCXXII.

Late agitur quando trebellianica cenſeatur a Teſtatore prohibita, & quando non, & quando detrahenda ſit una cum legitima, & examinantur verba prohibitionem inducentia, & quo in loco ea appoſita legi debeant ad effectum, ut illa inducta dicatur.

BONONIEN. BENEFICIORUM DE CASTELLO.

Veneris 9. *Junii* 1713.

DECIS. DCXXIII.

Inſtitutio ad Beneficium Juris patronatus illi ſemper concedenda eſt, qui præſentatus reperitur a majori parte Patronorum: Et in hac materia multum attenditur ultimus ſtatus, & obſervantia præſentationum ſubſecuta.

BONONIEN. BENEFICIORUM DE CASTELLO SUPER EXECUTIONE LITTERARUM APOSTOLICARUM.

Veneris 9. *Iunii* 1713.

DECIS. DCXXIV.

Liquet ex Summario.

EUGUBINA BONORUM

Mercurii 14. *Iunii* 1713.

DECIS. DCXXV.

Fructus recompenſativi quando debeantur ab Emptore retinere rem, & pretium, & quando emptor licite poſſit eandem, rem, & pretium retinere abſque ulla fructuum ſolutione Inveſtimenta fieri regulariter demandantur tam a Summis Pontificibus; quam a Judicibus in Locis Montium uti magis tutis.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA SUPER NOVITER RESERVAVIS.

Lunæ 19. *Iunii* 1713.

DECIS. DCXXVI.

Conficere debens inveſtimentum, ſive multiplicum tenetur reficere totum id, quod fuit deperditum in non faciendo multiplico, & etiam ſucceſſivos fructus fructuum non inveſtitorum, quia tali caſu fructus habentur pro ipſa ſorte; Et quando in hoc caſu concurrere debeant requiſita *Pauli de Caſtro*.

AVENIONEN. CONCURSUS SUPER RESERVATIS.

Veneris 23. *Iunii* 1713.

DECIS. DCXXVII.

Donatio facta pro conſervatione Domus, familiæ & agnationis ipſius donantis non eget inſinuatione non obſtante qualibet contrario ſtatuto; Præſertim ſi donans ſit Clericus cui pro inſinuatione ſufficit de Jure juramentum; Neque idem Clericus laicorum ſtatutis ligatur, etiamſi Laicale ſtatutum fuerit conditum a Laicis cum aſſenſu totius Cleri Provincialis, dummodo non fuerit poſtea a Papa ad probatum. Votum captandæ mortis ex quibus excludatur. Tranſactio erronea ex ſe met ipſa abſque alio remedio reſcinditur, & quando dicatur erronea, & enormiſsimæ Læſionis labe infecta.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 23. *Iunii* 1713.

DECIS. DCXXVIII.

Dotis aſſecutio, ſive retentio an, & quando impediri poſsit per exceptionem non redditæ rationis bonorum a Muliere adminiſtratorum, quæ exceptio decidenda eſt in Judicio Ordinario tres conformes, præſertim ſi dos fuerit conſtituta in publico inſtrumento.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA SUPER RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

Veneris 23. *Iunii* 1713.

DECIS. DCXXIX.

Scientia generalis, & præſumpta non ſatis eſt probetur ut inde inducatur proprii juris remiſsio, ſed ſpecifica opus eſt concludatur: & quando alterutra interveniſſe dicatur.

SPOLETANA CAUTHELÆ ANGELI SUPER IMPUTATIONE FRUCTUUM.

Lunæ 26. *Iunii* 1713.

DECIS. DCXXX.

Fructus non lucratur creditor retinens rem ſui debitoris majoris valoris, quam ſuum creditum ſed imputare debet: Item nec titulo dotis quantitativæ ſoluto Matrimonio; nec ex bona fide reſultante ex ſententia in fraudem creditorum obtenta,

FR-

FIRMANA COMMENDÆ.

Lunæ 3. Iulii 1713.

DECIS. DCXXXI.

Commendę poſt finitam Lineam vocatorum devolvuntur ad Religiones vel Hieroſolymitanam, vel S. Stephani. Conſtitutio S. M. Sixti V. In ordine la 3. an comprehendat fundationes Commendarum, & quæ Conſtitutio eas comprehendat. Commenda ex ſuper quibus, & ex quibus bonis debeat erigi.

BAREN. BENEFICII.

Veneris 7. Iulii 1713.

DECIS. DCXXXII.

Habetur in Summario.

HYDRVNTINA SEPVLTVRÆ.

Lunæ 27. Novembris 1713.

DECIS. DCXXXIII.

Clericus ut ſit ſepeliendus in Eccleſia, cui eſt adſcriptus prælative ad ſepulcrum majorum, & Parochiam quaoam unio cum dicta Eccleſia requiratur, & quænam non ſatis ſit late agitur ad interpretationem Ritualis Romani, & Sac. Congregationum decretorum; & pro diſtinctione Eccleſiarum Regni abentium maſſam participationum cum Clericis.

COLONIEN., SEV ESSENDIEN. OFFICII COQUINÆ MAIORIS SVPER BONO IVRE.

Veneris prima Decembris 1713.

DECIS. DCXXXIV.

Officii collationem ad Abbatiſſam non ad Capitulum ſpectare deciditur dum Abbatiſſa ultimum ſtatum conſuetudinemque antiquam habet ac ei uti tali id officium eſt annexum non obſtantibus teſtimonio auctoris Anonymi contrario, & ſtatutis Sede vacante a Capitulo factis.

EADEM CORAM EODEM SVPER MANVTENTIONE.

ROMANA SECRETARIATVS APOSTOLICI.

Lunæ 4. Decembris 1713.

DECIS. DCXXXV.

Evictionem pro refuſione integri pretii recepti a vendente, ſeu reſignante Secretariatum Apoſtolicum favore Emptoris, ſeu Reſignatarii, & non minoris pretii in ſuppreſſione eorum a Cammera reſtituti competere declaratus ſicuti in aliis prius Rota pluries declaraverat non obſtante quod in hac facti ſpecie adeſſent in Apoca verba quod emptori -- *ſpectarà ogni accidente, ogni commodo, & incommodo* -- & ſuper importantia eorundem verborum late diſſeritur.

VALENTINA IVRISPATRONATVS.

Lunæ 4. Decembris 1713.

DECIS. DCXXXVI.

Ad Jus patronatus familiæ, & agnationis admitti debet fœmina ultimi maſculi.

LEODIEN. PASTORATVS, SEV VICARIÆ S. JACOBI.

Mercurii 6. Decembris 1713.

DECIS. DCXXXVII.

Agitur de cognoſcenda qualitate Vicariæ animarum curam exercentis an ſit perpetua vel amovibilis, ad effectum videndi an ſuſtineatur reſignatio illius facta in manibus Papæ, & collatio pro ea vice in præjudicium habentis jus præſentandi, & conferendi. Et incidenter quomodo expediatur a Rota cauſæ contra eum partem cujus Procurator obiit.

LEODIEN. PASTORATVS, SEV VICARIÆ SVPER ATTENTATIS.

Mercurii 6. Decembris 1713.

DECIS. DCXXXVIII.

Non indiget.

AVGVSTANA CANONICATVS.

Lunæ 15. Ianuarii 1714.

DECIS. DCXXXIX.

Quia plura tractantur accipe.

FOROSEMPRONIEN. LEGATORVM SVPER REINTEGRATIONE.

Veneris 19. Ianuarii 1714.

DECIS. DCXL.

Statutum Foroſempronii an fœminas excludat vel pro conſervatione agnationis, & in favorem Maſculorum, vel propter dotem, & an facto caſu ſucceſſionis, & mulier exiſtens non ſit dotata, dotari valeat a Fratre, & late hac in re expenduntur duo Decreta Friderici, & Guidobaldi ſecundi Vrbini ſtatus Ducum, & Doctores eadem decreta late gloſſantes, atque interpretantes. Renunciatio emiſſa a nubente in ſeculo favore agnationis ſuæ Familiæ an ſit realis, & abdicativa, ſive potius realis quouſque extant Maſculi, illis vero defectis ſit perſonalis, & renuncians ad bona renunciata reintegretur, Dictio *donec*, quid in ſtatutis operetur, & an perpetuam fœminarum excluſionem induat.

FO-

FOROSEMPRONIEN. LEGATORUM SUPER BONIS EMPHYTEUTICIS.

Veneris 19. Januarii 1714.

DECIS. DCXLI.

Liquet ex Summario.

LEODIEN. MATRIMONII.

Lunæ 20. Ianuarii 1714.

DECIS. DCXLII.

Matrimonium inter raptore, & raptam conſumatum a jure canonico validatur, & quomodo ad illud annullandum probationis afferri debeant. Hora prima veſpertina an plus diei, qua noctis participet.

FOROSEMPRONIEN. LEGATORUM SUPER FIDEICOMMISSO TIBERII.

Lunæ 22. Ianuarii 1714.

DECIS. DCXLIII.

Legitima a filio an eo vivente detrahi poſſit, & alienari non purificato adhuc caſu fideicommiſſi in computum ſuarum detractionum. Clauſula *Conſtituti* in legato apposita operatur ut ipſo jure tranſeat legatum in legatarium, ſecus in heredem in quem nunquam hæreditas tranſlata dicitur niſi adſit illius animus vel alius actus equipollens adeundi eandem hæreditatem.

FOROSEMPRONIEN. LEGATORUM SUPER FIDEICOMMISSIS LUDOVICI, ET ANTONII.

Lunæ 22. Ianuarii 1714.

DECIS. DCXLIV.

Teſtator an poſſit de re hæredis etiam diſponere, præſertim ſi idem hæres hanc diſpoſitionem acceptet., & quando dicatur de re ſui hæredis diſpoſuiſſe, & quibus conjecturis, ac circumſtantiis. Præſumptio *L. Quintus Mutius ff. de donat. int. Vir. & Uxor.* quando procedat, & quando non. Prima alienationes factæ ab hærede gravato imputantur in legitimam.

ALBANEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 29. Iulii 1714.

DECIS. DCXLV.

Late, ac docte examinatur diſpoſitio *LL. Cum avus ff. de Condit., & demonſtrat., & Cum acutiſſimi Cod. de Fideicom.*, & tractatur articulus an fœmina ab initio excluſa, ſed tamen in parte conditionali poſita juvari poſſit æquitate, & præſidio *dd. LL.*

MONASTERIEN. CANONICATUS.

Lunæ 19. Februarii 1714.

DECIS. DCXLVI.

In Beneficiis laicalibus non intrant Reſervationes Apoſtolicæ; Et quando ad hunc effectum dicatur Beneficium laicale, vel Eccleſiaſticum, & ex quibus arguatur Fundatorem excludere ſemper a ſuo Beneficio voluiſſe quaſcumque Apoſtolicas reſervationes, quemadmodum id facere optime poteſt.

FANEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 23. Februarii 1714.

DECIS. DCXLVII.

Non indiget.

REATINA JURISDICTIONIS.

Veneris 23. Februarii 1714.

DECIS. DCXLVIII.

Juriſdictio ex quibus arguatur quod fuerit cum alienatione Prædii, ſive Tenutæ vendita late in tota hac deciſione diſſeritur, & an ſit neceſſarium in illius venditione Beneplacitum Apoſtolicum.

NVLLIVS, SEV FOROLIVIEN. CASTRORVM.

Lunæ 26. Februarii 1714.

DECIS. DCXLIX.

Duello quæ pœna ſit præſcripta. Late, ac docte tractatur articulus an reintegratio a ſupremo Principe obtenta per reum d. Criminis operetur etiam ad Feuda jam ad S. Sedem, vel ad alium devoluta, & ſuper quibus cepta jam fuerit poſſeſſio, & an etiam d. plenaria reintegratio compræhendat etiam Jus tertio jam quæſitum.

CASSANEN. BENEFICII.

Veneris 2. Martii 1714.

DECIS. DCL.

Manutentio in Jure præſentandi datur illi, qui ultimum ſtatum pro ſe habet in vim *Cap. Conſultationibus de Iurepat.* Poſſeſſorium tunc obſorbetur a petitorio, quando probationes ſuper petitorio adductæ ſunt claræ, neque ullam patiuntur difficultatem. Probatio filiationis, ſeu deſcendentiæ ex quibus deſumatur.

FOROSEMPRONIEN. LEGATORVM SVPER PECVNIIS

Veneris 16. Martii 1714.

DECIS. DCLI.

Aditio hæreditatis ex quibus circumſtantiis, & adminiculis probata dici debeat. Sicuti cauſa te-

ſtati

ſtati facit ceſſare cauſam inteſtati, ita hæres appræhendendo poſſeſsionem bonorum hæreditariorum dicitur illam apprehendiſſe titulo teſtatæ ſucceſsionis, non vero inteſtatæ. Bona, ut cadere valeant ſub fideicommiſſo, quid probare neceſſe ſit.

PLACENTINA MVLTIPLICI.

Veneris 2. Martii 1714.

DECIS. DCLII.

Multiplicum a Teſtatore ordinatum cum dictione illa *ſubito*, & ab hærede, vel Adminiſtratore neglectum debent ab iſtis refici omnia damna, & intereſſe quanti nimirum intererat ſi d. multiplicum fuiſſet factum. Legatarius, ſive Executor teſtamentarius an amittit legatum, ſi non adimplevit ea, quæ Teſtator ordinavit.

MACERATEN. FIDEICOMMISSI SUPER RESERVATIS.

Luna 5. *Martii* 1714.

DECIS. DCLIII.

Habes in.

MACERATEN. FIDEICOMMISSI SVPER RESERVATIS, QVOAD SCVTA 4000.

Luna 5. *Martii* 1714.

DECIS. DCLIV.

Non indiget.

CAVEN. MOLENDINORVM.

Luna 9. *Martii* 1714.

DECIS. DCLV.

Fuſe in præſenti deciſione examinatur, ac deciditur quæſtio an prohibitio conſtructionis novi Ædificii comprehendat etiam reædificationem edificii temporis vetuſtate collapſi, & quid ſit idem Ædificium antiquam formam immutaverit, & ad alios uſus fuerit converſum.

ROMANA IMMISSIONIS.

Luna 12. *Martii* 1714.

DECIS. DCLVI.

Monialis profeſſa cum uſquequo vivit retinet jura ſanguinis, & agnationis, ideoque ſi a Teſtatore poſt obitum omnium maſculorum fuerint vocatæ fœminæ, tunc Monialis ſuccedere poteſt, nec ſit locus ſubſtitutioni aliorum; Quod procedit etiamſi ratio excluſiva Profeſſorum fuerit illa propagationis, & conſervationis bonorum in Familia, ſtirpe, vel progenie. Nomine -- *deſcendentium in infinitum* -- continentur tam maſculi deſcendentes poſtea profeſsi, quam fœminæ deſcendentes poſtea profeſſæ.

SALISBVRGEN. PRIMOGENITVRÆ.

Luna 12. *Martii* 1714.

DECIS. DCLVII.

Vbi agitur de concurſu plurium contendentium, de anterioritate eorum crediti, ille præfertur, & reputatur anterior, qui habet pro ſe inſtrumentum publicum, vel chirographum ſui crediti trino teſte munitum juxta vulgatiſsimum *Text. in L. Scripturas Cod. qui potior. in pignor. haben.* etiamſi d. inſtrumentum, & chirographum appareat ratione datæ poſterius, quando ex altera parte deducitur creditum de ſuſpicione antidatæ valde ſuſpectum.

ROMANA SECRETARIATVS. APOSTOLICI.

Veneris 13. *Aprilis* 1714.

DECIS. DCLVIII.

In reſignationibus Officiorum etiam factis auctoritate Supremi Principis an intret evictio etiam ſi iſta fuerit, vel non expreſſe conventa, & pretium ſecuto tali evictionis caſu a quo debeat refundi late deciditur.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA SVPER FRVCTIBVS.

Luna 16. *Aprilis* 1714.

DECIS. DCLIX.

Habes ex ſequenti Summario.

SABINEN.. SEV FLORENTINA IMMISSIONIS.

Veneris 20. *Aprilis* 1714.

DECIS. DCLX.

Identitas maxime in antiquis quomodo, & quibus conjecturis, & demonſtrationibus probari debeat. Ad arguendam reciprocam linearem inter ſolos deſcendentes unius lineæ leviores ſufficiunt conjecturæ Potiſſimum ſi fideicommiſſum ſit ab aſcendente conditum.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI SVPER DOMO[illegible].

Veneris 23. *Aprilis* 1714.

DECIS. DCLXI.

Leges in Summario.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI SVPER PRÆDIO.

Luna 23. *Aprilis* 1714.

DECIS. DCLXII.

Dos in ſubſidium vigore *Auth. res quæ* Cod. *commun. de legat.* detrahi poteſt ex fideicommiſſo aſcendentali. Illa quando dicatur conſtituta in quantitate non in ſpecie. Vir ſi fuerit negli-

gligens in exigendis creditis ſibi in dotem aſſignatis nequeunt illius heredes ex verſari a dotis reſtitutione, cum viri negligentia nocere nequeat Vxori.

FIRMANA IMMISSIONIS.

Veneris 27. Aprilis 1714.

DECIS. DCLXIII.

Plura priori loco adducuntur in ſequenti Deciſione argumenta, ex quibus argui poſsit laicalitas Beneficii, ſeu Capellaniæ; Sed deinde concluditur Cappellaniam de qua hic ſermo eſt eſſe Eccleſiaſticam, & ad hanc qualitatem inducendam afferuntur demonſtrationes, & circumſtantiæ ex quibus eadem qualitas Eccleſiaſtica comprobata remanet.

ROMANA PECVNIARIA, SEU DONATIONIS.

Veneris 4. Maii 1714.

DECIS. DCLXIV.

Matertera contemplatione incerti matrimonii ſcuta quingenta reliquerat ejus ex Sorore Nepti; Hæc poſtea vivente adhuc eadem matertera iuxta ſui gradus decentiam nupſit, eique Matertera donavit contemplatione matrimonii ſcuta 4000., quærebatur proinde an in d. ſumma ſc. 4000. compræhenſa eſſet etiam legatum prius ſc. 500., & firmatum fuit quod ſic, ut videre eſt in preſenti deciſione, ubi reiicitur diſpoſitio *Text. in L. Quingenta 12. ff. de probat.* & plura adducuntur rationum momenta pro excludenda iſtiuſmodi legati duplicitate.

ROMANA CAMBII.

Lunæ 7. Maii 1714.

DECIS. DCLXV.

Cambii ſimulatio an, & quo caſu licita ſit, & an poſſit quis ad evitandam cum ſuo debitore compenſationem cambium in alterius perſona imponere, illudque ſimulare, late in hac deciſione diſſeritur.

REATINA SERVITUTIS.

Lunæ 4. Junii 1714.

DECIS. DCLXVI.

Sequuta evictione fund an debeatur evictio ſi debitor ſit paratus alium ſubrogare fundum in locum evicti. Evictionem paſſo ſicuti debetur pretii recuperatio, ita etiam illius ceſſionario.

ROMANA LOCORUM MONTIUM.

Lunæ 4. Iunii 1714.

DECIS. DCLXVII.

Proponitur priori loco in hac deciſione regula deſumpta a vulgatiſſimo *Oldrad. conſ. 21.*, ſed pro recedendo ab ea plures afferuntur conjecturæ, & primo contemplatio agnationis, ſecundo ſtrictiſſima alienationis prohibitio tum generalis, tum ſpecifica, tertio digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, quarto reciproca linearis ordinata inter omnes deſcendentes maſculos, quæ & omnes conjecturæ unitim ſumi ſemper debent pro d. receſſu, & demum voluntas Teſtatoris, quæ in conjecturalibus hiſce materiis primum obtinet locum.

INTERAMNEN. DEPOSITI.

Veneris 8. Iunii 1714.

DECIS. DCLXVIII.

Dos, ejuſque fructus, quo in loco ſolvendi ſint. Depoſitum, quando, & ex quibus arguatur legitimum, vel illegitimum.

INTERAMNEN. MANUTENTIONIS.

Veneris 8. Junii 1714.

DECISIO DCLXIX.

Non indiget.

ANAGNINA DOTIS, ET AUGUMENTI.

Lunæ 11. Iunii 1714.

DECIS. DCLXX.

Non eſt opus.

ASCVLANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 11. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXI.

Leges in Summario.

ROMANA PENSIONVM.

Veneris 15. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXII.

Non indiget.

GERVNDEN. PAROCHIALIVM SVPER VNIONE.

Lunæ 18. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXIII.

Late prius firmatur, quę requirantur probationes ad arguendam unionem ſubjectivam, ac cujuſcumque prioris tituli extinctivam: Deinde vero afferuntur omnes circumſtantiæ, & argumenta, quibus excluditur Unio.

NVLLIVS, SEV MONTIS CASSINEN. MANVTENTIONIS SVPER DELATIONE STOLÆ.

Veneris 22. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXIV.

Peregrini & Advenæ certam ſedem non habentes

ac

Digitized by Google

ac decedentes abſque ulla ſepulturæ Electione tumulandi ſunt in Eccleſia Matrici. Jus deferendi Stolam in aſſociatione Cadaverum ſpectat ad ſolum Parochum, non vero ad alios.

TIBURTINA MANVTENTIONIS.

Veneris 22. Junii 1714.

DECIS. DCLXXV.

Inter duos Compoſſeſſores illi ſemper debetur manutentio, qui prior in tempore fuit ad capiendam poſſeſsionem; Jure non repugnat, nec iniqua, ac rationabilis dicitur conſuetudo illa, ut Baro ſuccedat in omnibus bonis exiſtentibus in ſuis Caſtris, quoties eorum Poſſeſſores abſque legitimis heredibus decederent, cum iſta conſuetudo vehementiſſimum præbeat argumentum exiſtimandi, quod ut in pleriſque aliis Feudis contigit bona omnia de dominio Baronis prius exiſterent, ac ſubinde Vaſſallis conceſſa cum hac reverſionis lege in caſum eorum obitus ſine legitimis ſucceſſoribus,

PERVSINA IMMISSIONIS.

Lunæ 25. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXVI.

Non indiget.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS SVPER REINTEGRATIONE.

Lunæ 25. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXVII.

Non indiget.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS SVPER FRVCTIBVS.,

Lunæ 25. Iunii 1714.

DECIS DCLXXVIII.

Liquet ex Summario.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS SVPER ELECTIONE PERITI.

Lunæ 25. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXIX.

Quæ impenſæ ab herede fideicommiſſario reficiendæ ſint gravato pro reparatione bonorum, & Domuum Fideicommiſſariarum Electio Periti concedenda non eſt, ſi expoſtuletur ad probandas id, quod probatum nullo modo proficeret, quodque ex aliis probationibus haberi poteſt.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS SUPER RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

Lunæ 25. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXX.

Legatum ex quibus amittatur late diſſeritur.

ROMANA JURIUM PAROCHIALIUM.

Mercurii 27. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXXI.

Acriter defendebant Miniſtri Eccleſiæ Almæ domus Lauretanæ Collegio Piceno adnexæ jus habere privativum Sepulturæ tradendi in eorum Eccleſia Corpora Alumnorum, aliorumque intra ſepta ejuſdem Collegii decedentium nonnullorumque aliorum actuum Parochianorum, & præcipui benedicendi manſiones Collegii in die Sabathi Sancti; eo ſub fundamento, quod ſicuti Canonici Regulares S. Georgi de Alga Venetiarum ab antiquiſſimo tempore fuerant ſemper exempti a quacumque Parochiali Juriſdictione Eccleſiæ SS. Celſi, & Juliani ita ex ſuppreſſione eorundem Canonicorum anno 1668. facta a Clemente IX., & nova Collegii Piceni ſubrogatione ſibi blandiebantur ejuſdem quoque privilegiis Exemptivis frui debere. E contrario vero Parochus SS. Celſi, & Juliani ſe ſe ſtrenue opponendo contrariæ huic inſtantiæ cauſæ victoriam tum in poſſeſſorio, tum in petitorio obtinuit.

INTERAMNEN. LEGATI.

Lunæ 2. Junii 1714.

DECIS. DCLXXXII.

Habes in Summario.

FRISINGEN. CANONICATVS.

Lunæ 2. Junii 1714.

DECIS. DCLXXXIII.

Leges in Summario.

BONONIEN. FRUMENTI.

Lunæ 2. Iunii 1714.

DECIS. DCLXXXIV.

Non indiget.

ROMANA, SEU SARZANEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurii 21. Novembris 1714.

DECIS. DCLXXXV.

Vulgaris ſubſtitutio reſtricta ad certum, ac determinatum tempus verti nequit in fideicommiſſariam Rejicitur Theorica *Soccini in L. Selenus ff. de Condit., & demonſtrat.*, & illius conciliatio, atque explicatio affertur, & rejiciuntur etiam conjecturæ talem fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſuadentes, puta digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, & votum conſervandi agnationem.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS SUPER PRIMO STATU.

Lunæ 3. Decembris 1714.

DECIS. DCLXXXVI.
Non eſt neceſſarium.

EADEM CORAM EODEM SUPER SECUNDO STATU.

Et eadem die 3. Decembris 1714.

DECIS. DCLXXXVII.
Non indiget.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS SUPER TERTIO STATU.

Veneris 7. Decembris 1714.

DECIS. DCLXXXVIII.
Nec Argumento nec Summario. Indiget.

EADEM CORAM EODEM SVPER QVARTO STATV.

Et eadem die 7. Decembris 1714.

DECIS. DCLXXXIX.
Nec Argumento nec Summario. Indiget.

FIRMANA BENEFICII.

Veneris 11. Januarii 1715.

DECIS. DCXC.
Fundator poſt Erectum Beneficium Eccleſiaſticum, & poſt aſſignata eidem Beneficio Bona ad pios uſus deſtinata cum authoritate, & conſenſu Ordinarii, nequit a ſua obligatione reſilire, & Jus Eccleſiæ quæſitum auferre; Secus ſi Beneficium ab initio eſſet laicale quia tunc de laicali in Eccleſiaſticum converti poteſt, cum id redundet in pinguis Divini Cultus incrementum.

ROMANA IMMISSIONIS

Veneris 11. Ianuarii 1715.

DECIS. DCXCI.
Late differitur an Teſtator in vocatione omnium ſuorum deſcendentium ex ſua familia includere voluerit Fœminas in Religione profeſſas earum vita ſaltem naturali durante, ad excluſionem aliorum Religioſorum extraneorum.

MELEVITANA COMMENDÆ.

Lunæ 21. Ianuarii 1715.

DECIS. DCXCII.
Non indiget.

SENOGALLIEN. FIDEICOMMISSORVM.

Lunæ 21. Ianuarii 1715.

DECIS. DCXCIII.
Vocata linea fœminina an intelligi debeat vocata linea ultimi maſculi in qua bona jam ingreſſa fuerunt, ſive potius linea Teſtatoris: Proximitas gravati, & non gravantis juxta magis communem omnium Tribunalium ſententiam attendenda eſt in regulandis fideicommiſſariis, ſive inteſtatis ſucceſſionibus. Lineæ vocabulum quomodo ſit accipiendum.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CURTIS.

Veneris 25. Januarii 1715.

DECIS. DCXCIV.
Inventarium quando dicatur defectuoſum, ut ex defectum vel errore illi omnis fides ſit adimenda. Confeſſio erronea ignoranter emiſſa an, & quo caſu præjudicet confitenti.

ROMANA DOTIS.

Veneris 1. Februarii 1715.

DECIS. DCXCV.
Non indiget.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CURTIS. SVPER OFFICIO PARCI MAJORIS.

Veneris 15. Februarii 1715.

DECIS. DCXCVI.
Liquet ex Summario.

ASTEN. BENEFICII.

Ven. 22. Februarii 1715.

DECIS. DCXCVII.
Non indiget.

FAVENTINA SPOLII.

Lunæ 25. Februarii 1715.

DECIS. DCXCVIII.
Non eſt opus.

EADEM CORAM EODEM SUPER RESERVATIS.

Lunæ 25. Februarii 1715.

DECIS. DCXCIX.
Non eget.

LEODIEN. JURISDICTIONIS SUPER BONO JURE.

Lunæ 11. Martii 1715.

DECIS. DCC.
Paſſiva Exemptio ex quibus comprobata remaneat in tota deciſione fusè firmatur.

Digitized by Google

LEODIEN. JVRISDICTIONIS SVPER ATTENTATIS.

Lunæ 11. Martii 1715.

DECIS. DCCI.
Omittitur.

LEODIEN. JVRISDICTIONIS SVPER MANVTENTIONE.

Lunæ 15. Martii 1715.

DECIS. DCCII.
Omittitur.

TUSCULANA CAPPELLANIÆ.

Veneris 15. Martii 1715.

DECIS. DCCIII.
Habes in Summario.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEVERIS SVPER MELIORAMENTIS.

Lunæ 18. Martii 1715.

DECIS. DCCIV.
Omittitur.

FIRMANA MANUTENTIONIS.

Veneris 5. Aprilis 1715.

DECIS. DCCV.
Renunciatio emiſſa a Puella in Monaſterio degente favore Patris an, & quando dicatur nulla, læſiva, & metu reverentiali a Patre extorta.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CURTIS SVPER RESERVATIS.

Lunæ 13. Maii 1715.

DECIS. DCCVI.
Loca montium licet reſpectu Principis habeant fixam eſtimationem ſc. 100. pro quolibet, inter privatos tamen ratione commercii variantur, & plerumque augentur ac minuuntur Multiplicum non factum ab herede, tenetur iſte omnia damna reficere.

ROMANA, SEU CIVITATIS PLEBIS PECVNIARIA.

Lunæ 3. Iunii 1715.

DECIS. DCCVII.
Solutionis annuæ præſtationis præſumptio ex quibus excludatur.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI BANDI DE BANDIS.

Veneris 7. Iunii 1715.

DECIS. DCCVIII.
Leges in Summario.

ASCVLANA ELECTIONIS PVELLARVM.

Veneris 7. Iunii 1715.

DECIS. DCCIX.
Leges in Summario.

BVRGEN. JVRIS VISITANDI BRIBIESCA.

Lunæ 17. Iunii 1715.

DECIS. DCCX.
Non indiget.

ROMANA CAMBII.

Lunæ 17. Iunii 1715.

DECIS. DCCXI.
Non indiget.

ROMANA DOTIS.

Veneris 21. Iunii 1715.

DECIS. DCCXII.
In conflictu duorum Capitulorum Matrimonialium, quod ex illis attendi debeat, quodque uti falſum reiiciendum late in hac deciſione tractatur.

EADEM CORAM EODEM SVPER MANVTENTIONE.

Ven. 21. Iulii 1715.

DECIS. DCCXIII.
Non indiget.

ROMANA VSVSFRVCTVS SVPER BONO JVRE.

Die Mercurii 26. Iunii 1715.

DECIS. DCCXIV.
Habes in Summario.

ROMANA VSVSFRVCTVS SVPER MANVTENTIONE.

Mercurii 26. Iunii 1715.

DECIS. DCCXV.
Non indiget.

COMPOSTELLANA VICARIÆ S. PETRI DE PORTA, SEV DE ECCLESIA NOVA.

Veneris 28. Iunii 1715.

DECIS. DCCXVI.
Non indiget.

VRBEVETANA LVCRI DOTALIS.

Veneris 28. Iunii 1715.

DECIS. DCCXVII.
Statutum conferens lucrum dotale viro poſt obitum

tum Vxoris an cenſeatur potius favorabile cum alliciat Viros ad facilius ſe matrimonio copulandum, interſitque reipublicæ Civitates Populo repleri, ſive potius dicendum ſit odioſum; Et quæſtio reſolvitur ex conventione Partium, quæ eidem ſtatuto ſeſe expreſſe conformare voluerunt quoad lucrum. Lucrum dotale tradi debet in bonis, ſi dos in bonis fuerit conſtituta.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 28. Iunii 1715.

D E C I S. DCCXVIII.

Qualitas miniſterialis, ſive procuratoria ex quibus probata, & excluſa reſpective remaneat.

AVXIMANA REINTEGRATIONIS.

Lunæ 1. Iulii 1715.

D E C I S. DCCXIX.

Leges in Summario.

EADEM CORAM EODEM SVPER FRVCTIBVS.

Lunę 1. Iulii 1715.

D E C I S. DCCXX.

Non indiget.

FERRARIEN. PRIMOGENITVRÆ.

Die prima Julii 1715.

D E C I S. DCCXXI.

Late differitur quando, & ex quibus probatur adeſſe vitium litigioſi, & qua via procedi debent contra Tertium cum vitio litigioſi poſſidentem. Item firmatur, ac deciditur, an, & quando Tertius ante executionem citari debeat, & ſit neceſſaria citatio in quolibet actu.

FERRARIEN. PRIMOGENITVRÆ SVPER ATTENTATIS.

Lunę prima Iulii 1715.

D E C I S. DCCXXII.

Non indiget.

FERRARIEN. PRIMOGENITVRÆ SVPER FRVCTIBVS.

Lunæ prima Iulii 1715.

D E C I S. DCCXXIII.

Non indiget.

LEODIEN. PASTORATVS, SEV VICARIÆ SVPER DECLARATORIA.

Veneris 22. Novembris 1715.

D E C I S. DCCXXIV.

Non indiget.

EADEM CORAM EODEM QVOAD ATTENTATA SVPER DECLARATORIA.

Veneris 22. Novembris 1715.

D E C I S. DCCXXIV.

Nec argumento, nec Summario Indiget.

REATINA SERVITVTIS.

Lunæ 2. Decembris 1715.

D E C I S. DCCXXV.

Fidejuſſio emiſſa a Muliere intra ſuæ dotis medietatem ſi non habeat relevationem an, & quo caſu ſubſtineat.

SENOGALLIEN. IMMISSIONIS.

Die Ven. 6. Decembris 1715.

D E C I S. DCCXXVI.

Renunciatio abdicativa & realis emiſſa ab ingrediente in Religionem facit renunciantem civiliter mortuum: Si vero renuncians a Religione fuerit egreſſus, reviviſcont ejus Iura, & renunciatio habetur pro non facta; Et quid dicendum ſi Pater filium renunciantem exheredaverit relicto ei congruo, & exceſſivo annuo livello.

SENOGALLIEN. PECVNIARIA.

Die Ven. 6. Decembris 1715.

D E C I S. DCCXXVII.

Dotale creditum quomodo ſit probandum late in hac deciſione firmatur, in qua etiam plurima afferuntur argumenta, ac demonſtrationes, quæ ſimulationem dotis, & confeſſionis de recepto facta a Viro clariſſime oſtendunt; Qui teſtes ſint admittendi, & reſpective reiiciendi ad probandam dotis conſtitutionem.

CÆSENATEN. IMMISSIONIS.

Lunę 9. Decembris 1715.

D E C I S. DCCXXVIII.

Habes in Summario.

I M-

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sac. Pal. Apoſt. Magiſt.

Philippus Spada Epiſcopus Piſauren. Viceſgerens.

IMPRIMATUR

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

Digitized by Google

Digitized by Google

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
CORAM BON. MEM.
R. P. D. ANSALDO
DE ANSALDIS
Ejuſdem Sacræ Rotæ Auditore, & poſteà Decano.

MEDIOLANEN. CESSIONIS.

Veneris 13. Januarii 1713.

ARGUMENTUM.

Ceſſionarius dicitur potius Procurator, quam vere, & proprie Ceſſionarius ſi ceſſio facta noſcatur in gratiam potius cedentis, quam ejuſdem Ceſſionarii. Fratres quando poſſint reportare ad eorum favorem ceſſiones, ſive renunciationes, ac donationes. Donatio quæ dicatur cauſa mortis, quæve inter vivos, & quid demum importet clauſula *Conſtituti* appoſita in donationibus inter vivos.

SUMMARIUM.

1 *Ceſſiones propriorum Jurium facta favore Eccleſiæ reſolvuntur in donationes.*

2 *Donationibus ſi onus aliquod, ſive modus noſcitur adiectus, tenetur donans pro vindicandis Juribus donatis docere de non implemento oneris, vel conditionis.*

3 *Tres ſententiæ validæ, & juſtæ rem judicatam conſtituunt.*

4 *Judex non debet ſolis exemplis & contumaci ſuccumbentis ſilentio propria Judicata conſtabilire.*

5 *Ceſſionarius dicitur potius Procurator quam Ceſſionarius ſi ceſſio facta apparet potius in gratiam cedentis, quam ceſſionarii.*

6 *Onus Miſſæ quotidianæ uti perpetuum duplicatam involvit eleemoſynam.*

7 *Fratres Ordinis S. Auguſtini quando poſſint reportare ceſſiones, & donationes.*

8 *Et quando id facere poſſint etiam PP. Theatini.*

9 *Lex prima attendenda non eſt, ſed noviſſima.*

10 *Regulares perpetuum onus Miſſarum in ſe aſſumere nequeunt abſque Generalis, ſive Provincialis conſenſu, & Authoritate.*

11 *Nullitates inductę favore alicujus Perſonæ, non niſi ipſo volente, & eandem nullitatem acceptante admittuntur.*

12 *Donatio cauſa mortis ea dicitur quando illius imminens, ſive prævisum, ſive cogitatum periculum unicè movet ad donandum.*

13 *Eam non efficiunt quæcumque donantis voluntates pro executione tantummodo ſuſpenſæ, ſive dilatæ poſt mortem.*

14 *Contractus eſſe nequit ex una parte irretractabilis, & inſimul arbitrio alterius revocabilis.*

15 *Clauſula ſimplex* Conſtituti *actum inducit de ſui natura inter vivos.*

16 *Ceſſio vera, irrevocabilis, & inter vivos operatur ut cedens mittat in locum ſuum* Ceſſionarium.

17 *Dies termini non computatur in termino.*

18 *Major probatio ſolutionis non datur, quam recepta, & quietantia illiuſmet cui facienda erat ſolutio.*

19 *Deponere non eſt ſolvere.*

20 *In caſu recuſatæ effectivæ ſolutionis aliud remedium Jura non tribuunt quam depoſiti.*

21 *Rati ſunt debitores, qui præ mature, aut punctualiter ſolvunt.*

22 *Procurator ad exigendum de Jure non tenetur correſpondere Domino niſi ſuo loco, & tempore de exactis.*

23 *Verba ubi ſunt dubia interpretantur contra eum, qui potuiſſet ſe melius declarare.*

24 *Pro evitanda actus caducitate ſola dubietas, vel credulitas exuberat.*

25 *Melior interpretatio excogitari nequit, quam ea, quę provenit ab obſervantia, & confeſſione ipſiuſmet Partis.*

26 *Dictio* — per quanto s' aſpetta — *poſita inter diverſas res, & Perſonas exigit ut ſingula ſingulis opportune referantur.*

27 *Promiſſio de dando, vel faciendo ſemper deſumitur ab extremo die conventæ obligationis dandi, vel faciendi.*

28 *Prohibitus a Teſtatore alienare ſub pœna caducitatis in eam non incidit ſi recipiat a debitore volente aliquod capitale, ſive creditum.*

29 *Caducitas nuſquam incurritur niſi vel Lex, vel pactum, vel præceptum hominis eam in ſuis caſibus expreſſe ſuperimponat.*

DECISIO DXCIX.

UT in fraternixantibus terminis Donationum (in quas reſolvuntur ceſſiones factæ propriorum Jurium favore Eccleſię, Teſte poſt alios *Olea de ceſſ. Iur. tit. 1. quæſt. 4. n. 32.*) ſit eiſdem Donationibus onus aliquod, ſeu modus noſcitur ſuperadiectus reſcri-
1 bere *Valerianus, & Galienus Cæſares in l. 1. C. de donat., quæ ſub modo*, quod ad finem vindicandi deperditum eorumdem Iurium donatorum dominium, opus eſt, quod ipſe donans, vel cedens de hujuſmodi non implemento modi, vel conditionis edoceat, ibi - *ſi doceas (ut affirmas) Nepti tuæ ea lege eſſe donatum a te, ut certa tibi alimenta præberet vendicationem etiam*
2 *in hoc caſu utilem, eo quia legi illa non obtemperaverit, potes exercere, qua dominium priſtinum tibi reſtituatur.*

Satagerat hoc ipſum demonſtrare Ioannes occaſione ceſſionis quorundam fructiferorum Capitalium in totum conſtantium libras 12. mil. per eum expletæ ad commodum PP. Diſcalceatorum Ordinis S. Auguſtini, ſeu Conventus SS. Coſmæ, & Damiani Civitatis Mediolani, quibus correſpectivum onus impoſuerat correſpondendi eo vivente de Interuſuriis eorumdem Capitalium in fine cujuslibet ſemeſtris, & poſt mortem ejuſdem celebrandi ad Altare Auguſtiſſimæ Virginis Sanctiſſimi Roſarii quotidie unam Miſſam: Verum quia de huiuſmodi non implemento minime, ut par erat, edocuit, tres idcirco ſententias contrarias ſubire coactus extitit; Primam quidem coram proprio Ordinario, cæteraſque duas in *Sac. Auditorio*, alteram nempe *coram bo: me: Caſſarello* prævia, ut moris eſt, *Deciſione* edita *ſub die 8. Iunii 1710.*, & alteram *coram R. P. D. meo Falconerio*, uti ſubrogato in locum *R̃mi D. mei Kaunitz interim evecti ad Epiſcopatum Labacen.*, & per quem pariter fuerat præventive ſubeſtenſa *altera Deciſio diei 20. Martii* 1711.

Non acquievere præmiſſis tribus Iudicatis hæredes, & Exequutores Teſtamentarii prænominati Ioannis medio tempore ab humanis prærepti, Ideoque obtinuerunt aliam mihi dirigi Commiſſionem, quamobrem Dubium propoſui differendum, *Utrum conſtaret de re Iudicata*, & attento trino numero earumdem ſententiarum, illarumque validitate, & Iuſtitia, reſponſum procul dubio ſuſcèpi *affirmativum*,
3 ut alias in his circumſtantiis etiam frequentiſſime reſpondit *Tribunal*, & ſignanter *in Auximana Immiſſionis* 14. *Martii* 1702. *§. Primo, coram clar. me. Card. Caprara*, *& in Ceſenaten. Spolij* 27. *Ianuarii* 1712. *§. Et Iure merito coram Me*, cum cæteris ibi abunde allegatis.

Quamvis autem in ordine ad relevanda fundamenta præfata Iuſtitiæ ſententiarum, ob quam poterat fortaſſe res judicata, cæteroquin ſuapte natura inſurgens ex numero, ut diximus, & validitate earumdem ſententiarum conſtictari, ſuperabundaſſet habere ſe remiſſive ad prælaudatas *deciſiones* jam deſuper opportune promulgatas *a bo: me: Caſſarello*, & a prædicto *R̃mo Labacen.*, præcipue, ex quo in hodierna Audientia præcitati Exequutores comparere, Iuraque ſua de novo deducere auſi non fuerant: Nihilominus integrum etiam *Domini* examen ex officio aſſumere non abnuentes, ſibi ipſis interim præ oculis poſuerunt objecta, quibus & Ioannes, & ſucceſſive eius Exequutores nitebantur, cum non deceat Iudicem ad ſuæ Religionis, ſeu Conſcientiæ periculum ſolis exemplis, & contumaci ſuccumbentis ſilentio propria Iudicata ſidere,
4 atque conſtabilire, adverſus ea, quæ præmonuit *Imperator in leg. nemo, C. de ſententiis, & Interlocut.*, & innuit, advertitque *Text. & Rubrica in l. unica C. ut quę deſunt Advocat. Iud. ſuppleat, & in l. obſervandum 19. ff. de offic. Præſid. Abb. in cap. 1. num. 13. de acceſſat. Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 2. diſput. 3. n. 24., Card. de Luca diſc. 13. ſub n. 1. de Iudic.*

Aſt nullum ex præmiſſis rurſus excitatis objectis viſum eſt poſſe ſubſiſtere ad enervandam ſoliditatem, & validitatem ejuſdem ceſſionis, & reſpective Iuſtitiam ſententiarum, quæ eam uti prorſus rite, & recte exaratam canonizaverant: Non primum gratis impicta nullitatis ſub eo ſuppoſito, quod præfati PP. Diſcalceati Ordinis S. Auguſtini utpote temporalia exuti, ſolique Deo ſervientes Evangelicam paupertatem tam in communi, quam in particulari perfecte profiteantur ad tenorem eorum Conſtitutionum: gemina quippe ſtatim arriſit reſponſio data etiam in præteritis, prima videlicet, quod cum ceſſio annuæ præſtationis modicum profecto importaret, debentibus correſpective Ceſſionarii, in vita perdurante cedente, eidem perſolvere interuſuria a debitoribus exſolvenda; Unde potius uſque tunc figuram induebant meri Procuratoris ad alienum commodum, quemadmodum in ſpecie conſimilium ceſſio-
5 num, quæ exaratæ mavis dicuntur in gratiam cedentis, quam Ceſſionarii, diſtinguendo obſervat *Bartol. in l. facta, §. Si hæres num. 3. ff. ad Sen. Conſ. Trebell.*, *Salicet.* poſt *Gloſs.* & alios *in l. 1. ſub num. 21. verſ. aut ceſſio, C. de action. & oblig.*, *Merlin. Pignatell. contr. foren. cent. 2. cap. 31. n. 5.*, *Ant. Faber. de coniect. lib. 12. cap. 4. in princ., & num. 4. Olea de ceſſ. Iur. tit. 8. quæſt. 2. num. 5.*, *Rot. poſt eumdem dec. 11. nu. 4. & coram Durano dec. 266. n. 16., & 17.*

Contingente vero poſtmodum cedentis obitu ex conventione tenebatur illico Conventus quotidie, ut enunciavimus, Sacrificium pro Anima ejuſdem Cedentis, illiuſque Conſanguineorum,

rum, ſeu Parentum celebrare, cumque tale
onus uti perpetuum duplicatam involveret
6 eleemoſynam, juxta pluries reſoluta per *Sac.
Congregationem Concilii*, uti refert *Hurtad. de
Sacrificio Miſſæ diſp.4. definit. 14. verſ. ſtipen-
dium*, & meminit *Rot. in Hydruntina Erectionis
Collegiatæ ſuper negocio principali 1. Iunii* 1696.
§. *Nec conditionis prope fin. cor. bo: me: Pia*.

Hinc nimis exigua reddebatur utilitas, quæ
præfato Conventui poterat redundare, ac pro-
pterea ad litteram earumdem Conſtitutionum
Ordinis jam ex hoc capite ceſſabat præfata aſ-
7 ſerta incapacitas, uti legebatur in illis *p.1.cap.7.
n.2.* & declaraverat Sac. Congregatio Epiſco-
porum, & Regularium ſub anno 1676. ad ſimi-
litudinem eorum, quæ tradita, & obſervata
per *Tribunal* fuerunt in propoſito PP. Theatino-
rum, ſtrictiorem forte mendicitatem profiten-
tium, occaſione Fabricæ Sacriſtiæ eorum Con-
ventuum, ſecundum ea, quæ etiam ante de-
8 monſtrat *Del bene* Theatinus *de Immunit. tom.2.
cap.17. dub.22. n.28. Gaſton. diſcept.38. num.4.
Notar. in ſumma Bullarum par.1. comment.6.n.19.
& Rot. in Neapolitana Prælationis* 10. *Iunii* 1709.
§. *De illis in fine, coram Reverendiſſimo D. Moli-
nes Decano*.

Cæterum (quatenus opus) ſuccedebat ſecun-
da etiam reſponſio, quod ſucceſſive temperatus
fuit ſub anno 1680., prævia Apoſtolica conceſ-
ſione rigor prædictarum Conſtitutionum in Ca-
pitulo Generali durante proximo quindecim
annorum intervallo uſque ad facultatem attri-
butam intra idem tempus acquirendi etiam ef-
fectiva, & fructifera ſtabilia, quæ poſſent tenui-
tati eleemoſynarum ad paranda alimenta Chri-
ſto militantibus ſupplere, proindeque non erat
9 prima lex, ſed noviſſima attendenda, ut ait
*Paulus in l. non eſt novum, & l. ſed & poſteriores,
ff. de legib. & SS. CC.*

Frigidum pari modo comparuit illud obje-
ctum, quod etiam fuerat præcedenter allatum,
quod nempe nulla pariter in omnem caſum
evaderet acquiſitio prædictæ ceſſionis, ſi non
ratione mendicitatis, ſeu paupertatis, de qua
proxime, ſaltem ratione oneris perpetui Miſſa-
rum, quod Regulares in ſe aſſumere non valent,
ſecundum præfinita per Generale Decretum
10 *Sac. Congr. Concilii* confirmatum per *fa. me.
Urbanum VIII.* ibi - *Regulares onus Miſſarum
perpetuarum non ſuſcipiant ſine Generalis, vel Pro-
vincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis*: Siqui-
dem, ultra quod hujuſmodi licentiam in rei
veritate interveniſſe fuerat in facto demonſtra-
tum, adhuc nimiam ſollicitudinem de negocio
ad ſe non ſpectante oſtendebant prædicti hære-
des, de hoc enim defectu requiſitæ licentiæ
opponere non intererat, neque valebant iidem
hæredes, ſeu Executores, ſed ſolùm ipſi Con-
ventus hujuſmodi onere gravati, necnon in-
quirere Superiores Eccleſiaſtici arrepta oppor-
tuna occaſione Viſitationum, cum nemo non
ſciat, quod hujuſmodi nullitates, utpote indu-
11 ctæ favore perſonarum ſub aliena adminiſtra-
tione degentium, nonniſi ipſis volentibus, eam-
demque nullitatem acceptantibus admittuntur,
ex paſſim congeſtis per *Merlin. Pignatell. contr.
for. cap.21. n. 11. tom. 1. Epiſc. Rocc. diſpat. Iur.
cap. 62. nu. 31. verſ. id tamen, Card. de Luca de
alien. diſc. 1. n. 110., & diſc. 5. n. 2., Rot. co-
ram Seraph. dec. 334. n. 8. & dec. 402. n. 3., &
4. par. 16. rec., & in Romana Salviani* 19. *Fe-
bruarij* 1712. §. *Attamen., coram Me*.

Neque majoris ponderis compertum fuit ſuc-
cedaneum objectum, (quamvis ſubſiſtente ſui
ſuppoſito Spiritum de reliquo recepiſſet à prædi-
cto reſcripto *Valeriani, & Gallieni*, ſeù *l. 1. C.
de donat., quæ ſub mod.*) prætendebatur quip-
pè, quod eadem ceſſio extitiſſet reſoluta mul-
tifariam, ſivè ex triplici capite, ſed nullum de
hiſcè objecti Trifaucis Capitibus obſtitit, & den-
tem infigere potuit Juſtitiæ per trinam, ut ſu-
prà, ſententiam detectæ, & vindicatæ: Non
quidem illud, quod ceſſio prçfata, tamquàm
concernens ſpeciem donationis cauſa mortis,
evanuerit per contrariam intervivos Joannis
diſpoſitionem, & ab eo intentatam revocatio-
nem; quoniam non ex eo, quod in donatione,
ſeù præſenti ceſſione de morte fieret implicita,
vel explicita mentio, donatio, ſeù ceſſio, cæ-
teroquin celebrata apparens inter vivos, & ſua-
ptè naturam irrevocabilis, deflectebat in dona-
tionem cauſa mortis, ſed ſolum id contingere
ſolet, quando mortis ſola cogitatio, illiuſque
imminens, ſive prævifum, ſive cogitatum pe-
riculum unice movet ad donandum, ut perplu-
12 ra exempla docet, & recenſet *Paulus in l. 3. ff.
de mortis cauſa donat., & caption.* prout etiam
exornat *Antunez de donat. Reg. lib. 1. Prælud.
2. §. 3., Rot. dec. 9. n. 29. par. 7. dec. 440. n.8.
par. 9. dec. 355. n. 3. par* 19. *rec.*, & firmatum
extitit *in præcedenti Deciſione hujus cauſę* 20. *Mar-
tii* 1711. §. *Eoque fortius in fine cor. Reverendiſs.
D. meo Kaunitz Epiſcopo Labacen.* onus quippe
celebrandi Miſſam ſimpliciter relatum ad tem-
pus obitus donantis non facis, cenſeri poſſe do-
nationem initam cauſa mortis, ſicuti illam non
efficiunt quæcumque donantis voluntates pro
13 executione tantummodo ſuſpenſæ, ſive dilatę,
poſt mortem, ad tradita per *Mantic. de conject.
ult. volunt. lib. 1. tit. 13. n. 12., Menoch. lib. 3.
præſumptum. 35. n. 4., Cyriac. contr. for. 314. n.
11., Card. de Luca de donat. diſc. 14. n. 70., Rot.
dec. 9. n. 28. par. 7., & deciſ. 280. n. 1. par. 13.
rec.*, & conſonant deducta *in Romana Donatio-
nis, ſeu Cappellæ* 28. *Junii* 1712. §. *Neque eſt,
cor. Me*.

Et de facto, quod indubitanter inapplicabile
foret hujuſmodi ſuppoſitum, ſatis elucebat ex
ſimplici lectura ejuſdem ceſſionis, cum ea præ-
ſeferret pacta, & conventiones explendas in vi-
ta cedentis una cum mutua, & reciproca obli-
gatione ceſſionarij nullam admittente pœniten-
tiam, ut erat illa ſolvendi incontinenti de Seme-
ſtre in Semeſtre annualitates Capitalium ceſſo-

rum, non enim contractus ex una parte poteſt
14 eſſe irretractabilis, & ſimul arbitrio alterius
revocabilis, ut inquit poſt Text. in l. perfecta donatio, C. de donat., quæ ſub mod. l. non ſolum
30. ff. de action., & oblig. Caſtren. conſ. 258. nu.
4., & 5. lib. 2., Tiraquell. de retract. convent. ad
finem tit. n. 108., Salgad. in Labyrint. Credit par.
1. cap. 36. n. 16. late Caſtill. contr. Jur. lib. 3.
cap. 10. Epiſcopus Rocca diſput Jur. cap. 127. nu.
8., Vinch. de Franch. deciſ. 213. n. 4., & 5.

Accedentibus præcipue in idipſum Clauſulis
ex tunc illico tranſlativis Dominij, & poſſeſſionis in Ceſſionarios, ut erat illa Conſtituti apertiſſime cum totali ſuo effectu explicata,
ibi — etiam cum tranſlatione dominij, & poſſeſſionis ſolemni Conſtituto conſtitutione miſſi, & Procuratoris in rem propriam, nec non ſuperius
ibi — ceſſionem ſeu poſitionem in locum &c. prout ex
tunc fecit, & facit: ſi enim ſimplex Clauſula
15 Conſtituti talem operatur effectum, importantiæ ſcilicet de ſui natura actus inter vivos, ex
collectis per Roland. conſ. 61. ex num. 45. ad 48.
vol. 2. Surd. conſ. 450. n. 25. verſ. ſexto in præſenti, Cyriac. controv. for. cap. 314. num. 15., Rot.
dec. 9. n. 21. par. 7., & dec. 382. n. 23. par. 13.
quid dicendum, quando Joannes profeſſus eſt
ſe ſe ex tunc miſiſſe in locum ſuum PP. ceſſiona-
16 rios, quemadmodum vera, irrevocabilis, &
inter vivos ordinata ceſſio ſemper præſefert,
uti ex l. non ſolum [la ſecondu] ff. de noxal. action.
animadverterunt Gallerat. de renunc. lib. 1. cap.
4. n. 3., Caldaſ. de Empt., & vendit. cap. 24. n.
6., & 7. Olea de ceſſ. Jur. tit. 1. quæſt. 1. n. 98.,
Rot. cor. Cerr. deciſ. 54. n. 5. cum aliis in dec. 85.
n. 18. inter noviſſ. impreſſ. cor. Me.

Neque pariter ſubſiſtens erat ſecundum caput
prætenſæ reſolutionis fundata in eo, quod ceſſionarii ad limites conventionis defeciſſent ab
exacta ſolutione fructuum Capitalium ceſſorum
de ſemeſtre in ſemeſtre: Nam nudo ex facto proſternebatur objectum, dum iidem ceſſionarii palam demonſtraverant, quod cum Inſtrumentum ceſſionis exaratum extitiſſet die 19. Septembris 1681., ſuperventa incontinenti maturatione primi ſemeſtris, videlicet die 20.
Martij ſequentis promiſſam ſolutionem actualiter expleverant, uti citra ſcrupulum coruſcabat ex quietantia poſitiva ipſius Joannis; ſicuti
enim de ſtricti Juris cenſura ſatierat ſoluiſſe prædicta die 20., & non 19. Martii, cum dies termini non computetur in termino, ita major juſtificatio nequibat exoptari, quam recepta, &
quietantia illius met, cui facienda erat ſolutio,
prout circa primam concluſionem habetur in l.
17 ubi lex, ff. de regul. Jur. cap. 1. de reſtit. Spoliat. in 6. Caſtren. conſ. 398. in princ. lib. 1., Tiraquell. de retract. lignag. §. Primo Gloſſ. 11. n. 18.
uſque ad 22., Grat. diſcept. forenſ. cap. 161. à principio Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 26. nu.
4., & 5., & in ordine ad ſecundam, Maſcard.
deprobat. concluſ. 1324. n. 6., Tiraquell. de retract.
18 lignag. d. §. 1. Gloſſ. 18. nu. 82., Rot. cor. Seraphin. decis. 1339. num. 2. cor. Celſ. deciſ. 75.
n. 1., & in dec. 88. num. 10. inter hactenus in urbe impreſſas coram Me.

Deinceps vero cum cedens, non tenax [juxta carmen Venuſini] ſui propoſiti Vir, forte pœnituiſſet, inaniter prætendendo revocabilitatem, ſeu reſolutionem ejuſdem ceſſionis effective recuſaverit recipere punctualiter ſibi oblatas ſolutiones, minime per hoc ceſſionarii defecerunt à propulſando, & avertendo præjudi-
19 cium mediante effectivo depoſito, quouſque
vita functus extitit idem Joannes; quamobrem
licet deponere non ſit ſolvere, ut inquit Ulpian.
in l. item liberatur, §. Qui paratus, ff. quib. mod.
pign. vel hypoth. ſolu., & firmat R. dec. 603. n. 1. cor.
Cerro. In caſu tamen recuſatæ effectivæ ſolutionis aliud remedium æquitas, Juſtitia, & Jura
20 non tribuunt, quam depoſiti, ut per Bartol. in
l. prima ſub n. 8. ff. de ſolut., Thom. Docc. conſ.
186. n. 4. Ant. Cioſ. conſ. 41. n. 10., & conſ.
47. n. 3. lib. 1., Pacif. de ſalvian. inſpect. 5. cap. 1.
n. 39., Grat. diſcept. for. 224. n. 10., & ſeqq.,
Rot. dec. 339. num. 13. par. 4. tom. 2. rec. cum
aliis relatis in meis addit. ad dec. 96. ſub n. 50.
inter hactenus in Urbe impreſſas coram Me.

Abſque eo, quod meretur attendi refugium
ab eodem Joanne, illiuſque executoribus promotum, videlicet, quod præfata ſemenſtrualis
ſolutio optime quidem expleta extitiſſet, quoties ſemeſtre fuiſſet computandum a die initæ
ceſſionis, & non potius a die, quo defluebant,
ſeù cedebant tempora, ſeù termini interuſuriorum ſolvendorum a debitoribus ceſſis; Ultra
enim, quod natura ipſa tranſlati, & ſuſcepti
negocii hujus ceſſionis diverſum ſuadebat intellectum, cum enim rari ſint debitores, qui prææmaturæ, aut punctualiter ſolvant, prout rela-
21 tis concord. animadverſum fuit in Perſiana
Affictus 7. Decembris 1699. §. penult. coram Me
nuper impreſſ. poſt Pacion. de locat. dec. 14. juxtà
ultimam Venet. edit., honeſtum non erat, quod
Patres Ceſſionarii, pratèr periculum, quod aſſumebant ſolvendi de proprio, quando debitores pœnitus defeciſſent a ſolutione, adhùc anticipatè obſtringerentur ſolvere, quod non dùm
probabiliter exegiſſent, cum Procurator ad
exigendum de Jure non teneatur correſpondere
22 Domino, niſi ſuo loco, & tempore de exactis,
ad tradita ex Textu in l. Tutori 20. Cod. de negot.
geſt per Rom. conſ. 113. n. 3., Rot. cor. Celſ. dec.
100. num. 8., cor. Royas dec. 189. num. 9., cor.
Emerix Jun. dec. 792. n. 1., & in rec. dec. 155.
num. 2., & 3. par. 19. utique ſaltem in omnem
23 caſum ipſe cedens clarius legem ſibi, & ſecum
contrahenti dicere debebat, ut notat Spad. conſ.
17. num. 20., & conſ. 87. num. 5. lib. 1., Cyriac.
contr. 378. num. 42., Ciarlin. contr. 182. num. 8.,
& contr. 226. num. 36., Rot. cor. Cerr. dec. 78.
num. 12. cum reliquis notiſſ.

Eoque magis ad duriſſimum effectum caducationis, & reſolubilitatis actus, in quibus terminis ſola ſimpliciſſima dubietas, vel credulitas

24 tas exuberat pro caducitate evitanda ex paſſim
affirmatis per *Rot. dec. 4. num. 3. poſt. Cenc. de
Cenſib.*, & *dec. 622. num. 1. cor. Card. Cerro*, &
*in Peruſina donationis 3. Junii 1701. §. His ac-
cedit cor. bo. me Muto*, & *in Romana Cambii 23.
Januarii 1702. §. Vel ſaltem, cor. Reverendiſs.
D. del Olmo Epiſc. Conchen.*, & conſonant *aucto-
ritates* allatæ *in deciſ. 4. num. 21.*, & *22. inter
hactenus in Urbe impreſſas cor. Me.*

Aſt quoniam alio ad eruendam veritatem aſ-
ſumpti indigebimus Teſtimonio, quam ipſomet
Joanne cedente? Dum illa recipiens primam
ſemenſtrualem ſolutionem explicite declaravit,
ſuam omnino conſonam intentionem fuiſſe ad-
impletam per ea verba, *e così detto pagamento
ſerve à Conto del primo ſemeſtre maturato alli 19.
del corrente meſe per quanto s' aſpetta alli Padri,
come reſta convenuto nel' Inſtromento* - non enim
melior explanatio, & interpretatio valet exop-
tari; quam ea, quæ provenit ab obſervantia, &
25 confeſſione ipſius met Patris, ſecundum con-
notata poſt *Text. in l. ſi de interpretatione, ff. de
legib.*, & *l. non dubium, Cod. de Teſtam. per
Card. de Luca de legat. diſc. 56. num. 10.*, & *11.
Rot. cor. Priolo dec. 281. num. 3.*

Evidentius autem, quia quaſi quodammodo
ipſe Joannes intendiſſet præſentem diluere, &
explicare objectionem, ſuper adjecit illa prædi-
cta verba - *per quanto s' aſpetta à Padri, come
reſta convenuto nell' Inſtromento*, ac ſi dixiſſet,
quod licet fortaſſe prius compellerentur ceſſi
debitores exolvere ad normam privatarum eo-
rum conventionum, non tamen prius, quam
maturato ſemeſtre a die mutuo initæ conventio-
nis PP. Ceſſionarii remanebant obnoxii, & ſol-
vere obligati, ut fert illa dictio - *per quanto s'
aſpetta*, quæ ponitur inter diverſas res, & per-
26 ſonas, & exigit, ut ſingula ſingulis opportune
referantur, *Soccin. Jun. conſ. 125. n. 14. lib. 1.
Mandoſ. in 2. Commiſs. in verb. reſpective, Barboſ.
tract. var. dict. 348. num. 6.*, *Rot. cor. Cavaler.
deciſ. 581. num. 3.*, & *dec. 182. num. 2. par.
6. recen.*

Hinc minime opportebat pro majori objecti
avulſione ulterius ſuper aliis generalioribus
etiam propoſitionibus immorari, in idipſum ta-
men conſpirantibus, nempe quod regulariter
ubi de initio temporis aſſumendo tractatur in
dando, vel faciendo, alia lege, vel declara-
tione non accedente, ſemper deſumitur illud ab
27 extremo, die vel momento Conventæ obliga-
tionis dandi, & faciendi, ex deductis ad rem
poſt *Text. in l. tali ff. de Jure dot. Bartol. in l. ſi
in diem ff. de condit.*, & *demonſtr. Alex. conſ. 61.
num. 4. vol. 5. Rot. cor. Duran. dec. 365. num.
30. in Ferrarien. Pecuniaria ſuper dilatione 5. Ju-
nii 1693.* & *16. Januarii 1696. §. Sub initium
cor. bo. me. Urſino*, & *in prima Deciſione hujus
cauſæ 8. Junii 1710. §. Replicatione, coram bo.
me. Caffarello.*

Reſtaſſet tertium, & ultimum Caput; ſed
facile fuit illud amputare, nam quod Patres
Ceſſionarii diſtraxerint unum ex Capitalibus ex
ſe ipſo ibat in præceps, non tantum ex materiali
ſucceſſu, quia videlicet memorata diſtractio
nullatenus proceſſerat ea facto voluntario eo-
rumdem Patrum, ſed ex cauſa, & coactione
reſultante a libertate debitoris ſemper, & quan-
documque reſtituendi ſortem, cumque is no-
luerit amplius manere ſub uſuris, prædicta re-
ceptio ſortis reddebatur ob id actus omnino ne-
ceſſarius, & conſequenter nequaquam idoneus,
ut ullam caducitatem poſſet inferre, quæmad-
modum frequenter, & in longe durioribus dici-
mus de eo, qui prohibitus a Teſtatore, & lege
dignoſcatur alienandi etiam ſub pœna caducita-
28 tis, in illam quippe non incidit quoties fiunt
hujuſmodi reſtitutiones capitalium a debitore
volente, juxta cumulata per *Cenc. de Cenſ. qu.
109. num. 58.*, & *ſeq.*, *Giurb. deciſ. Regni Sicil.
79. num. 18.*, & *19.*

Verum, & fortius, quia hanc adamuſſim po-
teſtatem, ut paruerat, Joannes Patribus fuerat
per neceſſarium conſequens expreſſe elargitus,
quando in ipſo ceſſionis Inſtrumento ſe ſe ſpo-
liavit de jure, & facultate exigendi tam capi-
talia, quam interuſuria, ibi - *Item de Jure*, &
*facultate exigendi tam dicta Capitalia, quam in-
teruſuria eorumdem*, id enim ſane contingere
nequibat, niſi a ſe abdicando talem facultatem
in alios, & ſignanter in ceſſionarios tranſtuliſſet,
maxime quando hujuſmodi prætenſa caducitas
nullibi legebatur inflicta Patribus, quin potius
diſcretive illam tantummodo cedens fuerat
comminatus in caſu, quo deficerent in prædicta
ſolutione de ſemeſtre in ſemeſtre, quamobrem
ultra diſcretivæ adeo evidentis efficaciam, &
operationem, nemo eſt, qui non ſciat, quod
caducitas nuſquam incurritur, niſi vel lex, vel
29 pactum, aut præceptum hominis eam in ſuis
caſibus expreſſe ſuperimponat, *ad Text. in cap.
potuit, de locat.*, & *conduct.*, & notant *Docto-
res in l. final. Cod. de Jur. Emphit. Maat. de tacit.
lib. 2. tit. 28. num. 1. 5.*, & *ſeq. Corbal. de cauſ.
privat. ob alienat. irrequiſ. Dom. ampliat. 10. n. 1.*,
Rot. cor. Pentinger. dec. 69. num. 3., & *4.*, &
alibi paſſim.

Et ex his denuo ad trutinam quodammodo ex
abbundanti per ſolertiam, & ſtudium *Domino-
rum* revocatis, remiſſive etiam de cætero ad
prædedentes *deciſiones*, ut ſupra, æditas in hac
cauſa, unanimi ſuffragio reſponſum fuit, *con-
ſtare de re judicata.*

ROMANA RENUNCIATIONIS.

Lunæ 16. Januarii 1713.

ARGUMENTUM

Renunciationes quando ſunt vere reales, & vere
abdicativæ efficiunt ut potius bona renunciata
deſcendant ad heredes quomodolibet extraneos
Re-

Renunciatarii, quam ad ipſum Renunciantem, qui per renunciationem ſe de medio abſtulit. Renunciatio emiſſa à Muliere nubente in ſæculo in Capitulis matrimonialibus quid importet, & quando ſit vere, & proprie realis, & abdicativa.

SUMMARIUM.

1 *Affinitas nuſquam tribuit Jus ſuccedendo niſi in caſu ſubſidii, & favore dumtaxat propriæ Uxoris illius, qui defungitur ab inteſtato.*
2 *Filiatio primam tribuit ſuccedendi cauſam.*
3 *Heredes æqualiter inſtituti, æqualiter etiam ſuccedere debent.*
4 *Renunciationes quando ſunt vere reales, & abdicativæ efficiunt ut bona renunciata deſcendant potius ad quoſcumque heredes renunciatarii, quam ad renunciantem.*
5 *Jus accreſcendi non intrat ſi renunciatio duobus facta ſit.*
6 *Legitimam non acquirit filius, vel nepos niſi Genitori, vel Avo ſupervivat.*
7 *Renunciationes ideo reportantur à filiis, vel filiabus per Parentes, ut poſſint hi libere inſtituere heredes quos maluerint.*
8 *Renunciatio in dubio nunquam cenſenda eſt realis, & penitus abdicativa.*
9 *Renunciationes emiſſæ a Nubente in ſæculo raro dicuntur reales, & abdicativæ.*
10 *Renunciatio emiſſa favore certæ, ac determinatæ Perſonæ, ſi eadem Perſona ab inteſtato decedat reviviſcunt Jura favore renunciantis, & renunciatio habetur ac ſi eſſet nulla.*
11 *Voluntas, & interpretatio renunciantis attendi debent in renunciatione, non vero nuda verba.*
12 *Verbum* al quale — *omnimodam præſefert relationem.*
13 *Relatum habetur in referente, ac ſi de verbo ad verbum fuiſſet expreſſum.*
14 *Novatio ex ſecundo contractu non cenſetur facta niſi dictus ſecundus contractus ſit incompatibilis cum primo.*
15 *Renunciationes emiſſæ in capitulis matrimonialibus exiſtimantur correſpectivæ ſemper ad dotem, & dos reputatur precium ipſius renunciationis.*
16 *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*
17 *Dictio* però *facit reſtringere diſpoſita ad cauſam, & rationem diſponendi, ſeu contrahendi.*
18 *Hereditas viventis non acquiritur niſi eo conſentiente.* Declara num. ſeq.

DECISIO DC.

ADverſus Margaritam, quæ tamquam legitima heres ab inteſtato Jo: Dominici ejus filii in infantili ætate demortui prætendebat conſequi Bona hæreditaria Petri ejus Soceri, & Avi reſpective ejuſdem Joannis Dominici, emanaverant ab initio duo uniformia Judicata, nempe *coram R. P. D. meo Cerro tunc A. C.* vices tenente, hodieque merito *Sacrum noſtrum Auditorium* conſcenſo, necnon ſucceſſive in *Tribunali coram R. P. D. meo Priolo* pariformiter juſtiſſime interim ad Vaticanam Purpuram evecto præviis reſolutionibus, & *Deciſionibus* æditis ſub *diebus 7. Junii 1709., & 9. Martii 1710.*, & ambo adeo valida, & juxta per ipſum Tribunal Signaturæ Juſtitiæ reputata extitere, ut ea canonizaverit mediante reſcripto - *Sine præjudicio rei judicatæ, de cauſis reſtitutionis in integrum.*

Reaſumpto nihilominus Judicio in ſequelam hujuſmodi reſtitutionis in integrum abſque de cætero retardatione exequutionis præmiſſæ rei Judicatæ, quemadmodum præſeferebat prædicta clauſula - *Sine præjudicio*, iterum *Sacrum Auditorium* eamdem rem judicatam firmiori munimine roboravit, eamdem reſtitutionem in integrum excludendo, juxta pleniſſimam *Deciſionem R. P. D. mei Aldrovandi* promulgatam ſub *die 3. Julii 1711.* cum ſucceſſiva expeditione Sententiæ demandata ſub *die 3. Augusti ejuſdem anni.*

Verum neque adhuc acquieſcente Margarita, totis viribus procuravit impetrare novam Commiſſionem, ſed ea per idem Tribunal Signaturæ Juſtitiæ *Mihi* ſolum directa fuit cum clauſula - *Parito Judicato*, quæ parum diſtat a reſcripto *nihil*, ad terminos illius gradualis modi reſcribendi prædictæ Signaturæ, de quo meminimus in altera *Romana Renunciationis 11. Januarii 1711. §. Cumque ſucceſſive, coram Me.*

Et tamen obdurata de novo Margarita ſategit iteratæ diſcuſſioni per *Me* dubium proponi reſtrictivum totius negocii - *Utrum ſcilicet decretum Rotale foret exequendum, ſeu potius obſtaret renunciatio*, & ſub aſſueta jactura Margarita ſuccubuit quoque in hodierna Audientia, reſcribentibus *Dominis*, quoad primam partem *affirmative*, *negative* vero quoad ſecundam.

Duo fuere æque fortes, atque imperturbabiles cardines, quibus optime innixæ perpetuo conſiſtere viſæ ſunt prænarratæ reſolutiones, & ſententiæ latæ tam extra, quam intra *Tribunal*: Primus ſuper eo, quod omni jure Bona hæreditaria Petri pro ſua contingente medietate ratione concurſu alterius quoque exiſtentis ſororis Annæ Fælicis pertinere debebant ad Mariam Joannam filiam ejuſdem Petri excluſa penitus Margarita; Cum enim eadem Margarita, ſive introſpecta propria perſona, ſive illa Joannis Dominici ejus filii prædefuncti, nihil haberet agere cum Petro, cui nullatenus conjuncta erat, niſi per meram affinitatem nuſquam tribuentem jura ſuccedendi, niſi in illo ſolo ſubſidii caſu, nempe deficientiæ omnium conjunctorum uſque ad decimum gradum incluſive, & favore dumtaxat propriæ Uxoris illius, qui defungitur ab
1 inteſtato, ad limitem *rubricæ Cod. unde Vir, & Uxor*, e converſo autem cum Maria Joanna ultra qualitatem filiationis reſpectu ejuſdem Petri, quæve ei procul dubio primam tribuiſſet
2 ſuccedendi cauſam, ad *Text. in l. Neceſſariis, ff. de*

de acquir. hæredit., *& Gloſ. in §. Fin Inſtit. de hæred. qualitat.*, *& differ.*, fuiſſet ulterius ab ipſo Petro quoad prædictam medietatem una cum ſorore hæres inſcripta, certe vel ex uno, vel ex altero capite erat ad eamdem hæreditatis
3 ſucceſſionem æque admittenda, juxta aliam cenſuram *in l. Quoties*, *§. Hæredes*, *& §. Si duo ff. de hæred. inſtit.*

Et ſane totum id erat incontrovertibile, neque de facto controvertebatur per Margaritam, ſed ea tenaciter inſiſtebat, quod Maria Joanna ſeſe prorſus de medio ſubſtulerat, & civiliter demortuam ſeſe effecerat mediante ampliſſima renunciatione, quam favore Petri Patris, & Jacobi fratris promiſerat inire in capitulis Matrimonialibus, necnon in Inſtrumento dotali ſolemnitèr deinceps confecto, & in rei veritate exaraverat paulò poſt, nempè ſub *die 17. Novembris anni* 1694.; Unde poſita hac omninò reali, & penitùs abdicativa renunciatione per eam facta, ſibi Margarita ſuadebat, quod ſucceſſio Petri Renunciatarii, & inſimul fontis omnium Bonorum, quæ in eadem renunciatione continebantur, devolui potius deberet illi tamquam ultimo hæredi præfati Joannis Dominici hæredis pariter Jacobi alterius Renunciatarii, cum hæc adamuſſim exiſtat regula, & natura ordinaria harum renunciationum, quæ quando ſunt vere reales, vere abdicativæ, efficiunt, ut potius Bona renunciata deſcendant ad hæredes quomodolibet extraneos Renunciatarii, quam ad Renunciantem, quæ ſeſe de medio abſtulit,
4 ac ſi neque tunc, aperta nimirum ſucceſſione renunciata, reperiretur, neque unquam fuiſſet in humanis, ad millies firmata per *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 27. *num.* 20., *Manſ. conſult.* 257. *num.* 9. *tom.* 3., *Carol. Ant. de Luca ad deciſ. Vincent. de Franch. obſerv.* 375. *num.* 4. *in fine*, *Card. de Luca diſc.* 3. *de renunciat num.* 4. *in fine*, *Rot. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dec.* 200. *num.* 12., cum aliis congeſtis *in Romana Legitimæ* 15. *Maii* 1699., quæ eſt *deciſ. in ordine* 90. *num.* 6. *inter in Urbe impreſſas coram Me.*

Aſt in primis quando per ſomnium vim aliquam habuiſſet hujuſmodi prætenſio, hæc minime avolſiſſet totam medietatem Mariæ Joannæ, cum Margarita tantummodo repræſentare poſſet perſonam, & Jura Jacobi ejus Viri, qui fuerat, ut præmiſimus, alter una cum Patre ex Renunciatariis; Quamobrem nequibat ad omne pejus pro ſe eripere, niſi præfatam medietatem, cum facta renunciatione duobus, nullum intret
5 inter eos jus accreſcendi, quod neque ſibi locum vindicat regulariter in cæteris Contractibus, ex collectis per *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *n.* 4., *Bellon. de Iure accreſcendi lib.* 1. *cap.* 6. *quæſt.* 32. *num.* 10., *& quæſt.* 36. *num.* 5. *cum ſeq.*, *Cancer. var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 22. *de Iur. accreſc. num.* 58., *Rota coram Pamphilio deciſ.* 522. *num.* 6.

Idem quippe Jacobus tamquam Petro præmortuus una cum Joanne Dominico filio, & reſpective ipſius Petri nepote, nullatenus valuerat tranſmittere in Margaritam ſucceſſionem ſibi nunquam delatam ob ſui, & filii præmorientiam, cum neque tali filio, vel nepoti prædefuncto competat ulla legitima, non enim datur legitima viventis, & eam filius, vel nepos nuſ-
6 quam acquirat, niſi Genitori, vel Avo ſupervivat, uti notorium eſt, & tradit *Becc. conſ.* 68. *num.* 2., *Gratian. diſcept. forenſ.* 950. *num.* 6., *Merlin. de Legitim. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *per totam*, *Franch. deciſ.* 170. *num.* 1., *&* 2., cum aliis relatis *in Romana Renunciationis* 11. *Ianuarii* 1712. *§. In claſſem*, *coram Me*, *& in meis additionibus ad deciſ.* 34. *num.* 30. *inter hactenus Romæ impreſſas pariter coram Me.*

Ex oppoſito autem ipſe Petrus alter, ut diximus, Renunciatarius profecto poterat hæredem inſcribere Mariam Joannam filiam, & reſpective Renunciantem: Ad hunc etenim effectum per Genitores procurantur renunciationes a filiabus, vel filiis, ut poſſint libere inſtituere
7 hæredes quos maluerint, & inter hos etiam ipſum Renunciantem, uti connotarunt *Aymon. conſ.* 42. *num.* 1. *verſ. Sed, præſumptu*, *Io. Franciſc. a Ponte conſ.* 40. *num.* 6 *verſ. Aut loquitur*, *Gallerat. de Renunciat. lib.* 7. *cap.* 7. *nu.* 9. *verſ. Sed & his*, *Cancer. var. reſol. cap.* 15. *de renunc. num.* 25. *lib.* 3., *Rot. poſt Penzon. ad Statut. Urbis deciſ.* 98. *§. Non obſtat in fine*, *coram Ludoviſ. deciſ.* 85. *num.* 4. *verſ. Veriſimilis mens*, *& in meis additionibus ad deciſ.* 57. *num.* 28. *inter in Urbe impreſſas coram Me.*

Cæterum mole ſua ruebat etiam in hac medietate medietatis hujuſmodi prætenſio, ſcilicet quod renunciatio facta per Mariam Joannam eſſet revera prorſus abdicativa, & realis, ea, que extenſione realitatis, ut per ſpeciem hermafroditicam fieret (ultrà eſſentiam abdicativam) etiam translativa favore prædicti Jacobi, itaùt Petrus effectus remanſiſſet omninò inteſtabilis, vel ſi Maria Joanna ex Teſtamento illius hæreditatem acquiſiviſſet, teneretur eam poſteà brevi manu reſtituere Jacobo, ejuſque hæredibus, cotrà ea, quæ non ſolùm in ipſo genere, nimirùm de non cenſenda unquam in dubio renunciatione pro reali, & penitus abdicati-
8 va conclamarunt poſt *Text. in l. Iubemus*, *Cod. ad Vellejan.*, *Bald. in cap.* 1. *num.* 1. *de eo, qui fin. fec. agnat.*, *Alexand. in l. Qui Romæ*, *§. Duo fratres n.* 60. *ff. de verb. oblig.*, *Gratian. diſcept. for. cap.* 557. *num.* 35., *Molfeſ. ad Conſuetud. Neapolit. tit. de renunciat. quæſt* 3. *num.* 3., *& ſeqq.*, *Moll. obſerv. for.* 17. *num.* 10., *Rota poſt Merlin. de Legit. deciſ.* 48. *num.* 11., *& coram Dunozett. deciſ.* 641. *num.* 31., ſed & in terminis hujus intermixtæ naturæ renunciationis perſpicue ponderatum, & dictum fuit in ſæpedicta *Romana Renunciationis* 11. *Ianuarii* 1712. *§. Fortius autem*, *coram Me*,

Potiſſime vero, dum agebatur de renunciatione inita non jam per aliquam Puellam ingreſſuram in Monaſterium, & ſæculum exuentem,

tem, ſed per nubentem in eodem ſæculo, in
qoibus utique poſtremis terminis nimis de raro
valent hę renunciationes induere gradum perfe-
ctæ realitatis, & abdicationis, ſecundum diſtin-
9 ctionem qoam quotidie amplexi ſunt *Scribentes*,
& *Sacram* approbavit *Auditorium*, prout vide-
re eſt in *Romana renunciationis* 15. *Iunii* 1708.
§. *Præcipue*, & 6. *Maii* 1709. §. *Tantò magis*,
*coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Guberna-
tore in Vrbevetana Immiſſionis* 20. *Aprilis* 1711.
§. *Quæqae*, *coram Me*, & novissime *in Faventina
hæreditatis* 12. *Decembris* 1712. §. *Hiſce om-
nibus*, pariter *coram Me*.

Eoque ſemper fortius, quia neque rimatis
verbis præmiſſæ primordialis renunciationis
exaratæ in Capitulis matrimonialibus legebatur
quidquam, quod ſaperet hanc in genere, &
multo minus in ſpecie extraordinariam, & ex-
travagantem realitatem, dum potius ex illorum
lectura emicabat, quod eadem verba præſefe-
rebat clarum intuitum, & contemplationem
mere perſonalem rationabiliter directam ad ſo-
lum finem naturalis affectionis, quę poterat im-
pellere renunciantem erga Patrem, & erga Fra-
trem, ibi — *A favore di detti Pietro, e Giaco-
mo*, quo caſu ejuſdem poſtea renunciatariis,
tam explicite, & unice contemplatis, etiam ab
inteſtato obeuntibus abſque Succeſſoribus ſan-
guinis, ad quos ſaltem poſſet protendere, & ſub-
extendi memorata charitas naturalis, abſolu-
tum eſt, quod favore renunciantis priſtina jura
10 reſurgant, veluti ex cauſa ceſſante, & ac ſi
nulla per eam renonciatio inita fuiſſet, ad ple-
ne cumulata, & millies conſtabilita penes *Bald.
in leg. pactum ſub num. 9. verſ. quæro, Cod. de
collat. Corn. conſ. 291. volum. 4. Io: Franciſc. de
Ponte conſ. 39. num. 1. & 3. lib. 1. de Marinis
reſol. quotidian. lib. 2. cap. 189. num. 1. & ſeqq.
Franciſc. Roco. reſp. 48. n. 7. & 8. lib. 2., Bon-
den. collect. 3. num. 91. lib. 1., Torr. var. quæſt.
Iur. tom. 2. tit. 7. quæſt. 8. ſub. num. 40. & 41.,
Rot. deciſ. 221. n. 6. par. 15.* cum cęteris cumu-
latis *in tertia deciſione hujus Cauſę ſub die 3. Ja-
nii 1711. §. Reſultat enim, coram R. P. D. meo
Aldrovando*.

Abſque eo, quod deinceps in minimo turba-
re poſſet ſubſequuta uberior celebratio effectivę
renunciationis expletæ per ipſam Mariam Joan-
nam poſt annum, & ultra a die Capitulorum
matrimonialium, cum ibi noſcantur nominati
hæredes, leganturque ſuperadjuncta quamplu-
ra verba magis effrenata, & forte capacia præ-
ſeferendi ſuppoſitam realitatem; Quoniam, ut
egregie reſponderunt omnes præteritæ *deciſio-
nes* fruſtra hic tranſcribendæ, ſeu repetendæ,
hujuſmodi ſuperventa amplitudo excedebat ni-
mis, & aberrabat ab originali, & radicali pro-
miſſione conventa in ipſis Capitulis matrimo-
nialibus, cumque eadem Maria Joanna ſemper
adhæſive ad eadem Capitula matrimonialia, &
ad præcedens dotale Inſtrumentum, in quo ni-
hil ultra adijciebatur, devenerit ad præfatam
adeo, ut præmiſimus, effrænatam, & quodam-
modo extravagantem renunciationem, profe-
cto non uti verba materialitér ſonare poterant,
ſed ad limites ejus intentionis adhæſive ſemper
ad Capitula matrimonialia facienda erat juſta,
æqua, & nimium veriſimilis interpretatio, cum
11 hæc omnia præoculis habenda ſint, & non ſo-
la nuda verba ab judicare debentis religione, ut
extitit pariter animadverſum in prędicta *Roma-
na renunciationis* 11. *Januarii* 1712. §. *Iſloqae li-
cet*, *coram Me*, & prius monuerunt *Decian.
conſ. 2. num. 52. volum. 2., Gabr. conſ. 131. nu.
10. lib. 2., Maſcard. de probat. concluſ. 1046. nu.
6., Gallerat. de renunciat. lib. 2. cap. 5. ſub n. 18.
verſ. ſed hanc concluſionem, Capyc. Latr. conſultat.
76. num. 64. in fin., Cardin. de Luca de renunciat.
diſc. 1. ſub n. 7.*

Quodque revera præfata veriſimilis voluntas,
& intentio Mariæ Joannæ extitiſſet tantummodo
exequutioni demandare expromiſſa in prædictis
Capitulis matrimonialibus, a quibus in ſubſtan-
tia oriebatur tota cauſa, & occaſio correſpecti-
va renunciandi, nempe tam dos, quam matri-
monium, non ſolom palam eliciebatur ab ex-
preſſe habita relatione ad eadem Capitula, &
Inſtrumentum dotale, ut ibi *E come più diffuſa-
mente ne i Capitoli matrimoniali ſopra di ciò conclu-
ſi, & Iſtromento dotale ſopra di ciò fatto, e da me
Notaro rogato ſotto li 3. del corrente &c. — al quale* &c.
Nam quemadmodum prędicta verba, ſeu clauſu-
la — *al quale*, præſeferebant omnimodam rela-
tionem, ita indobitanter efficiebant, quod re-
latum habeatur in referente, ac ſi de verbo ad
12 verbum fuiſſet expreſſum, ex his quæ paſſim
reſpectu prædictæ clauſulæ — *al quale* affirma-
runt, & comprobarunt *Scribentes in Autent. ſi
quis in aliquo, Cod. de edendo, Cephal. conſ. 253.
num. 1., Rot. coram Bichio deciſ. 607. n. 6., &
in recent. deciſ. 125. nu. 10. & num. 24. part. 12.
& deciſ. 712. num. 11. & ſeq. par. 18. tom. 2.* &
13 in ordine ad importantiam habitæ relationis
docet *Text. in leg. ait Prætor, §. Si Index, ff.
de re judic., Rot. coram Celſo dec. 15. nu. 9. co-
ram Emerix Iun. deciſ. 535. num. 7, & in recent.
deciſ. 135. num. 3. par. 18.*

Sed lucidus etiam, quia hanc præciſam vo-
luntatem, & intentionem, demandandi videli-
cet ad meram exequutionem ipſa Capitula, ſu-
binde Maria Joanna explicite profeſſa eſt per il-
la verba — *Perciò eſſere pronta in eſecutione de pre-
narrati Capitoli, & iſtromento dotale di fare molto
volentieri la detta generale rinuncia, rifutazione,
e donazione à favore di detti Signori Pietro, e Gia-
como Ottini ſuo Padre, e fratello nel modo, e for-
ma ſudetti*; ac propterea exequi non fuiſſet, ſed
toto Cœlo tranſgredi, & alterare volitam, &
promiſſam exequutionem ſupergrediendo a ter-
minis ſolius perſonalitatis ad illos intermixtæ,
14 & tam extravagantis abdicationis, adverſus
naturam ipſam, & ſignificatum exequtionis per
ea, quæ habentur penes *Bartol. in leg. ſingularia
n. 10. ff. ſi cert. petat., Cephal. conſ. 351. n. 24.*

a *Au-*

Digitized by Google

Antonin. de Amot. reſol. 57. num. 18. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 134. num. 26. Manſ. conſult. 384. nu. 57. Fontanell. deciſ. 560. num. 16., Rot. coram Biebio deciſ. 316. nu. 23. & in rec. deciſ. 471. nu. 6. par. 1.

Hiſque non obſtautibus ſubſequentibus aliis verbis -- *E da eſprimerſi in appreſſo*, nec non illis -- *Ma anche perche così li pare, e piace di fare, e diſporre delle coſe, e beni ſuoi* -- Quoniam præter reſponſiones uberrime allatas in pręcedentibus *deciſionibus*, & ſignanter in ultima *R. P. D. mei Aldrovandi diei 3. Iulii* 1711. *ex §. Minime urgente cum pluribus ſeqq.* advertebatur ulterius, quod nullum ſuberat motivum tranſgrediendi prędictos limites ſimplicis perſonalitatis, unde totum plus, quod poſſet apparere profuſum in verbis, potius adſcribendum erat Notario, ex ſollicitudine fortaſſe Sapientum deſuper conſultorum, numquam vero voluntati, & intentioni Mulieris renunciantis, nihil etenim illa plus interim, ſeu poſt eadem Capitula, ſive Inſtrumentum dotale conſequuta erat emolumenti in dote, aut ſupradote, quam quod contineretur in Capitolis, & Inſtrumento dotali, & conſe-
15 quenter nec erat augendum pondus, & importantia verborum proprię illius expoliationis, cum hę renunciationes a *Doctoribus* exiſtimentur correſpectivę ſemper ad dotem, vel dos reputetur pretium ipſius renunciationis, Teſte *Decio in leg. pactum num. 18. Cod. de collat. Soccin. ſen. conſ. 135. nu. 5. in principio, & verſ. ex quibus infert. lib. 1., Maſcard. de probat. concluſ. 571. num. 12., Menoch. de Arbitrar. caſ. 88. nu. 14. verſ. vel ſi ipſa Mulier, Epiſcopus Rocca diſput. Jur. cap. 55. num. 2. & cap. 109. num. 21. verſ. ideoque, Rot. coram Amato Dunozzet. deciſ. 528. nu. 23. & 24. & in Camerinen. dotis 7. Junii 1674.*, quę eſt *deciſ. in ordine la 178. nu. 5. poſt modern. Aſculan. ad Statut. Urbis.*

Quodque in rei veritate ſolitæ amplitudini Notariorum, & critico Sapientum conſilio adſcribenda forent prafata verba ſupergredientia meram exequutionem capitulorum matrimonialium, & Inſtrumenti dotalis non vero dilatatæ menti, & voluntati ipſius Renunciantis, quaſi palam coruſcabat, dum Maria Joanna in toto Inſtrumento renunciationis minime apparebat informata, & certiorata clare de eo, quod clauderetur in præfatis Capitulis matrimonialibus, & in ſucceſſivo Inſtrumento dotali, & de illo pluris, quod continebatur in ipſâ renunciatione, dum ea profeſſa erat -- *eſſer ſtata, & eſſer beniſſimo informata del ſuo ſtato, grado e qualità, e ſtar tacita, e contenta, e pienamente ſodisfatta della ſopradetta dote accreſciuta in tutto alla ſomma di ſcudi 5000. al Signore Gio: Ottini ſuo primo Marito conſtituita &c. come ne' detti narrati Capitoli, & Iſtromento dotale, a' quali &c.* Quamobrem cum de importantia verborum eorumdem Capitulorum, & Inſtrumenti dotalis in propoſito renunciationis neque per ſomnium trahibilium ad prædictam extravagantem renunciationem, nullam à Judice, Notario, vel Sapientibus certiorationem, ſeu informationem habuerit, quomodo dicere velimus, quod illa ſponte ſua cogitaverit jura ſibi competentia diſpergere, & gratuito profundere, maxime dum poſt relationem ad prædicta Capitula, & Inſtrumentum dotale devenit ad renunciatio-
16 nem ſub illa cauſativa -- *e però* -- immediate appoſita: Sicuti namque incluſio unius eſt excluſio alterius, per *Text. in l. cum Prætor ff. de Iudiciis, l. cum Maritus Cod. de Procurat.* ita illa dictio -- *però* facit reſtringere diſpoſita ad cauſam, & rationem diſponendi, ſeu contrahendi, ex firmatis per *Bart. in l. demonſtratio fal-*
17 *ſa, §. Quod autem, verſ. idem puto, ff. de condition., & demonſtrat., Barboſ. tract. var. diction. 142. num. 1., Rot. in Narnien. Cenſus 2. Maii 1698. §. Haud obſtante, coram bo. me. Muto.*

Atque ex his ſupervacaneum reddebatur quidquam reſpondere prætenſæ donationi inter vivos confuſæ, & cumulatæ ſuccedante ipſis actui renunciationis; nam pariter oltra eradicationem objecti jam factam in prælaudatis antecedentibus *Deciſionibus*, ſat erat ſecundum eadem hucuſque deducta reflectere, quod, & hoc additamentum donationis legebatur inſertum in renunciatione, ſed non aderat ullo modo tactum, vel implicite admixtum in præfatis Capitulis cauſativis, ſeu primæ origini hujus promiſſæ renunciationis, unde peculiariter etiam hæc prætenſa, & ſuperaddita donatio ex eodem capite corruebat, ſi vera eſt regula, prout eſt veriſſima, de qua *in l. nam hoc jure ff. de vulg. & pupill.*

De reliquo, præter hæc, hodie *Domini* amplectebantur etiam fundamentum, cui bini dumtaxat in præterita propoſitione *coram R. P. D. meo Aldrovando* ſub prædicta die 3. *Iulii* 1711. ſeorſim etiam adhæſerant, cum tertius ſuperacceſſerit, videlicet, quod quodammodo per imaginationem præſcindendo ab hucuſque, ex plenius in præteritis *Deciſionibus* enucleata quidditate initæ renunciationis, nihilominus ſemper Margarita remanebat excluſa ab omni ſpe ſuccedendi in bonis hæreditariis Petri, non ſolum reſpectu medietatis medietatis, ut ab initio, ſed & in totum, & abſolute, tum ex præmiſſis jam rationibus, & fundamentis adductis in præcitata *Deciſione R. P. D. mei Aldrovandi ex §. Præmiſſis, uſque ad finem* tum etiam, quia cum tota renunciatio exarata per Mariam Joannam in caſu, & ad effectum, de quo agitur, reſpiceret
18 hæreditatem Petri Patris adhuc eo tempore viventis, & illa in nulla parte poſſet acquiri per Jacobum alterum ex Renunciatariis, niſi conſentiente ipſo Petro, ad *Text.* expreſſum *in l. final. C. de pact.* ibi -- *Nichil ex his pactionibus obſervari, niſi ipſe fortè, de cujus hæreditate actum eſt, voluntatem ſuam eis accomodaverit* -- profecto neque unum obolum potuit acquiri, quod proveniret à dicta pactione, & renunciatione hæreditatis Patris viventis, niſi idem Pater in ca-

dem voluntate permanſiſſet uſque ad obitum, ita proſequente eadem Imperatoria lege — *Et in ea uſque ad extremum vitæ ſuæ perſeveraverit*; ac propterea cum Petrus explicite inter vivos eidem renunciationi ab ea retrocedendo renunciaverit, poſteaque bona renunciata pro ſua virili donaverit eidem Mariæ Joannæ pariter inter vivos, ac eam demum inſcripſerit hæredem ut in *Summario* ipſius Mariæ Joannæ *num.* 4. 5. & 6., non erat locus hæſitandi, quare ſi aliquod ſimultaneum, vel diviſum jus potuiſſet acquiri per eumdem Jacobum, licet ipſe ſupervixiſſet Patri, adhuc ſtante triplicato diſſenſu, ſeu revocatione conſenſus præſtiti, ut mox diximus, omne ſibi jus quæſitum a prædicta pactione, ex renunciatione deperdidiſſet, nihil proinde relinquendo, quod tranſmittere voluiſſet hæredibus, ut præter jam relata, & tranſcripta verba

19 *Text. in dicta leg. fin.* proſequuntur, & admonent *Doctores* omnes *in eadem leg.*, & præſertim *Bert. n.* 17., *& Bald. nn.* 22., *Peregrin. conſ.* 23. *nn.* 6. *lib.* 6., *Pariſ. conſ.* 24. *nn.* 15. *lib.* 2., *Menoch. conſ. primo num.* 166. *Faber. in Cod. lib.* 2. *tit.* 3. *defin.* 10., *Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit. primo q.* 40. cum aliis penne inumeris relatis per *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 20.

Et ita, Maria Joanna, ejuſque Sorore informantibus, & Margarita perperam poſt tot commiſſa, & amiſſa prælia dilationem expetente, reſolutum fuit &c.

PERUSINA REINTEGRATIONIS.

Lunæ 23. *Ianuarii* 1713.

ARGUMENTUM.

Dos a Fratre Sorori aſſignata conſtituta cenſetur de bonis paternis. Verba *Reſtituere*, & *Reſiduum* quid importent. Solutio ex quibus inducta præſumatur.

SUMMARIUM.

1 *Dos reſtituenda eſt in ea ſumma, in qua fuit a Viro recepta.*

2 *Dos a Fratre Sorori aſſignata conſtituta cenſetur de bonis paternis.*

3 *Statutum Peruſiæ reſtringit ætatem Minorum ad annos* 20.

4 *Renunciatio emiſſa a Minoribus abſque ſolemnitatibus eſt ipſo Jure nulla.*

5 *Conventio eadem, & eadem ratificatio ſcindi, ac dividi nequit in partes.*

6 *Verbum* reſtituere *referri ſemper debet ad id, quod in rei veritate receptum fuit.*

7 *Verbum* reſiduum *de ſui natura præfert, & præſupponit receptionem reliquæ quantitatis.*

8 *Scripturæ informes, quæ per ſe non probant, inſerviunt tamen pro adminiculo.*

9 *Verbum* reſiduo *ſuapte natura importat complementum totius editi.*

10 *Compenſationem ſi Creditor excitatus non Oppoſuit præſumitur ſatisfactus.*

11 *Solutio præſumitur ex ſilentio adeo conſiderabili Creditoris.*

12 *Deponere non eſt ſolvere. Præſertim ſi depoſitum factum ſit apud privatum Mercatorem, & non in aliqua Æde publica.* num. 13.

14 *Decoctio quæ ſupervenit Mercatoris ſolvere debentis, ſemper adſcribitur periculo, & damno non exigentis ſuo tempore opportuno.*

DECISIO DCI.

Diſſoluto matrimonio per mortem Mariæ Magdalenæ, variæ inſurrexerunt quæſtiones inter Joannem illius Virum, & inſimul repræſentantem jura Annæ Mariæ utriuſque Conjugis filiæ, & Nicolaum, ac Hieronymum filios, & hæredes Alexandri reſpective Fratris conſanguinei ejuſdem Magdalenæ; prætenſionem quippe obtinendi excitavit Joannes adverſus memoratos Alexandri hæredes ex celebri Interdicto, ſeu remedio recuperandæ bona materna ejuſdem Mariæ Magdalenæ Uxoris, quæ ſita erant in *Puteolano* Territorio, necnon conſequendi immiſſionem ad alia bona Nicolai Patris ejuſdem Magdalenæ ſaltem intra ſphæram legitimæ: diſcuſſoque negocio primario in Partibus, deindeque in Curia *coram R. P. D. meo Aldrovando*, tunc ſemper emerito A. C. Locumtenente, poſtremo autem in noſtro Tribunali *coram Emo Priolo*, favorabilem utrobique ferme reſolutionem in cunctis reportavit, reſcribentibus *Dominis — Dandam eſſe reintegrationem, & immiſſionem juxta modum* — qui ex Deciſione *Emi Prioli* ſub d. die eluceſcit.

Verum quia, ut mox connotabitur, obnoxius remanſerat idem Joannes refuſioni ex parte ſua ſcut. 2900. ipſeque ad hujuſmodi quantitatem obtegendam arma retentionis impugnaverat ob diverſa credita, quæ habere præſumebat, ideirco in eadem *Deciſione*, licet eadem credita ad effectum aſſequendæ prædictæ retentionis, reputata fuerint turbida, & illiquida, demandata, nihilominus inſimul fuerat opportuna electio Peritii (ut ſucceſſive, nempe ſub *die* 11. *Aprilis* 1710. evenit (quemadmodum legitur *in §. fin.* prælaudatæ *Deciſionis*.

Acciderat quoque interim, quod propoſita Cauſa pro expeditione ſub *die* 16. *præfati menſis Aprilis* 1708., non ſolum conceſſa extitit nova audientia, ſed agnito, quod ad finem menſurandi legitimam, pro qua etiam, ut præmitimus, comiſcebatur Judicium immiſſionis, injuncta cumulative fuit ſubdelegatio Judicis in Partibus; quamobrem ſubinde Proceſſu de Partibus ad Urbem tranſmiſſo, confectaque Peritia in Curia, Joanne vero novam efflagitante repropoſitionem, inſtitit apud *Me* pro diviſione Dubiorum, cum quibus ad partes controverſia hæc poſſet dilucidari, atque reſolvi; cumque caderet

ret ſub præſenti illud concernens reintegratio-
nem -- *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis* -
reſponſum audivi -- *In deciſis juxta modum* --
Neque mirum, quod addita fuerit (ut paſſim
etiam contingit) illa particula *juxta modum*, cum
enim *Tribunalis* majeſtatem non deceat reſolu-
tionum Oracula pandere per verba aſiatica, ſeu
nimis ob longa, implicite, & laconice ita
enunciatur, ut præter tonitum verborum re-
ſcripti, Litigantes agnoſcant, aliquid ineſſe,
vel deeſſe, quod viſâ poſtmodum *Deciſione* ex-
plicabitur, prout adamuſſim id evenire neceſſe
erat, dum etſi præcedens reſolutio edita *coram
Eminentiſſimo Priolo* obligaret, ut enunciavimus,
Joannem ad refundenda Alexandro, ſive illius
Hæredibus ſcuta 2900., in hodierna propterea
Audientia extitit adjunctum, quod attingere
deberent integram quantitatem ſcutorum 3000.
1 quemadmodum de cætero hujuſmodi præciſe
ſumma fuerat in dotem recepta, ſequendo in
hoc generaliter ab Jure definita per *Textum in
l. 2. ff. ſolut. matr.*, *& l. in rebus*, *Cod. de jur.
dot. Rub. Alexandr. conſ. 5. num. 5. verſic. Et ſi
dicatur*, *& num. 26. Thob. Non. conſ. 52. num. 5.*,
& 11., *Facchin. contr. jur. lib. 1. contr. 74. verſic.
Primo quia*, *Boſſ. de Dot. cap. 15. n. 38. pag. 578.*,
Rot. coram Cerr. dec. 874. num. 19., *& dec. 80.
num. 24.*, *& in illius Addit. ſub num. 52. §. Ex
triplici*, *inter in Urbe impreſſas coram Me*.
Hiſque præmiſſis, reaſſumendo importantiam
primæ partis reſcripti -- *In deciſis* -- ea præſefe-
rebat, quod Joanni, nominibus, quibus ſupra,
debita eſſet reintegratio; quamvis enim in Ca-
pitulis matrimonialibus, & in Inſtrumento do-
tali Maria Magdalena, & Joannes ejus Vir con-
tenti apparerent dote illis promiſſa in ſcut. 3000.
& ob id ampliſſimam ambo emiſerint renuncia-
tionem ad reliqua univerſa bona materna, ac
paterna, attamen quia tam Maria Magdalena
Conjux, quam ipſe Joannes Maritus verſaban-
tur in ætate procul dubio minori Annorum 25.,
hinc non ſolum ex deficiente cauſa correſpon-
dente, ex quo nihil a fratre ejuſdem Magdalenæ
2 Tutore in dotem dabatur de bonis paternis, ut
opus erat, ad litteram *Text. in l. fin. Cod. de dot.
promiſ.*, *Barboſ. in l. 1. part. 4. num. 117. ff. ſol.
Matrimon.*, *Boſſ. de Dot. cap. 4. §. 1. num. 2.*,
& ſeqq., *& §. 4. num. 47.*, *Rot. coram Merlin.
deciſ. 32.*, *num. 3.*, *& ſeqq. & coram*, *Zarat.
deciſ. 83. num. 32.*, *& in recen. deciſ. 66. num. 2.
par. 18. deciſ. 45. in fin. par. 19.*, *& in dec. 94.
num. 10. inter in Urbe impreſſas coram Me*.
Aſt etiam, quia deficiebant ſolemnitates a
Conſtitutione Ægidiana præſcriptæ in contracti-
bus Minorum, cumque idem Joannes non eſſet
Civis Peruſinus, ſed Aſſiſienſis, ideoque non
3 caderet ſub cenſura *Statuti Peruſini* abbrevian-
tis ætatem juris communis in propoſito Minorum
a 25. ad 20. Annos, merito definitum fuit, eam-
dem renunciationem, & ſubſequutam quoque
reſpective ratificationem prælaudati Joannis cor-
ruere, ex longa ſerie *Authoritatum*, *& Deci-*

ſionum, quæ citra inutilem tranſcriptionem
4 leguntur in præfata *Deciſione 21. Martii 1707.
cor. Emo Priolo* ferme *per totam*.
Præſertim, quia jam in facultate ejuſdem
Joannis repoſitum erat præeligere vel bona Pu-
teolana, vel acquieſcere Doti ſibi conſtitutæ; &
de facto ſuper hiſce renunciationibus, & ratifi-
cationibus parum hodie amplius inſiſtebat me-
morati Hæredes Alexandri, ſed prædicta facul-
tas, tamquam gladius anceps, ſeu biceps ferie-
bat etiam ipſum Joannem, cum in Inſtrumento
dotali, de quo in illius *Summarie num. 8. §. Con
eſpreſſa*, præciſe appareret conventum, quod
volentibus Jugalibus aſſequi bona *Puteoli*, com-
pelleretur Joannes reſtituere *al Sig. Aleſandro
5 li ſcudi* 3000. *della dote predetta*, unde nequibat
dividi, & ſcindi in partes eadem conventio *ad
Text. in l. Si ita ſtipulatio 39. in fin. ff. de oper.
libert. & in l. nam abſurdum 7. ff. de bon. libert.*,
Bald. conſ. 10. ſub num. 1. verſ. Idem contractus,
& conſ. 32. n. 2. lib. 2., *Surd. conſ. 576. ſub n. 31.*,
*Epiſcop. Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 157. num. 1.
Conſtant. ad Stat. Urb. in diſc. de loc. mont. art. 2.
num. 361. fol. 598.*, *Rot. coram Gregor. dec. 467.
num. 5.*, *coram Bich. dec. 437. n. 23.*, *& ſeq.*,
& dec. 489. num. 33. part. 19. tom. 2. rec.
Non refragante ejuſdem exceptione, quæ
præbuerat anſam in *præcedenti Deciſione D. Car-
dinalis Prioli*, obligandi Joannem ad refuſionem
ſcutorum, dumtaxat 2900. eo ſub intuitu, quod
deficientia ſcuta centum effective non receperit
ideoque ceſſaret efficacia prædictæ conventionis
6 cum verbum *reſtituere* ſemper referri debeat ad
quid in rei veritate fuit receptum, ex optime
animadverſis poſt *Textum in l. 1. §. Eleganter*,
ff. depoſit., *& Gloſſ. in l. qui Uxori verb. qui red-
di*, *ff. de auro*, *& argento legat.*, *Alciat. in l.
reſtituere num. 2. ff. de verb. ſignif.*, *Menoch. conſ.
5155. num. 51.*, *Bardellon. conſ. 181. num. 58.
Aloyſ. Manſ. in ejus reſponſ. impreſſ. apud Card.
de Luc. de offic. vacab. pag. 226. num. 4.*, *Rot.
coram Gregor. dec. 271. num. 5.*, *dec. 314. n. 2.
par. 14.*, *& deciſ. 557. num. 3. par. 19. tom. 2.
recentior.*
Siquidem plures in oppoſitum æque vehe-
mentes intercedebant Conjecturæ; & in primis
concurrebat pluſquam implicita confeſſio Ioan-
nis, nam cedendo ratam Ferrettis de anno 1675.
hujus Dotis pro ſc. 450. litteraliter expreſſit,
quod hujuſmodi rata erat reſiduum dotis Uxoris,
d. Summ. num. 10.; illud namque verbum *reſi-
duum* de ſui natura præſefert, & præſupponit
7 receptionem reliquæ quantitatis per ea, quæ
colligunt poſt *Text. in l. ex pluribus ff. de ſolut.*,
Surd. conſ. 152. nu. 35., *Grat. diſcept. for. cap.
737. nu. 10.*, *& 11.*, *Barboſ. in tract. var. appel-
lat. 236. in fin.*, *& diction. 348. num. 2.*, *Card.
de Luc. de legat. diſc. 27. num. 9.*, *Rot. coram
Cavaler. dec. 228. n. 2.*, *& poſt Merlin de pign.
dec. 94. num. 20.*, *& in recen. dec. 20. num. 8.
par. 17.*, *& dec. 415. num. 12. par. 19.*
Accedente in idem, quod de hoc ipſomet re-

ſiduo, ſeu verbo *reſidui* Ioannes mentionem fe-
cerat in quadam ejus Epiſtola, quæ & ſi non ple-
ne, & formiter recognita, ſemper deſeruit, &
8 adſtruit non leve adminiculum, juxta connota-
ta per *Bartol. in l. admonendi num. 25. in fin. ibi-
que Adden litt. C. ff. de jur. juran. Roland. conſ.
26. num. 14. lib. 1., Rebuff. in tract. de Chirogr.,
& Cedul. recogn. in præfat. num. 35. Genua de
ſcript priv. lib. 3. cap. 1. de Epiſtola n. 55., Gra-
tian. diſcept. for. cap. 269. n. 51., Altograd. Iur.
contr. 17. n. 9., Rot. cor. Cavaler. dec. 79. n. 6.,
& dec. 142. num. 4.*

Quin officeret, quod in ſupradicta ceſſione,
ſive Inſtrumento Joannes ſibi præſervaverit Ju-
ra ſibi quomodolibet competentia; non enim
per hoc excludebatur vis, & efficacia illius ver-
bi reſiduo, quod ſuapte natura importabat com-
plementum totius Crediti, alias enim ſibi invi-
cem pugnaret quietatio, ſive expreſſio reſidui
9 cum præſervatione alicujus alterius reliquatus
debiti non extincti, ſicut perbelle reſpondit
*Cephal. conſ. 253. n. 19., & ſeq. lib. 2., Marta
conſ. 158. n. 50., Giovagnon. conſ. 100. n. 84. Ci-
rocc. diſcept. 5. n. 55., & ſeq. Epiſcopus Rocca
diſput. Iur. 21. n. 35. cum plurib. ſeqq., Rot. cor.
Emerix Iun. dec. 1305 n. 7.*

Eoque validius, quoniam cum ipſe Joannes
conventus judicialiter extitiſſet de Anno 1688.
a præfatis Hæredibus Alexandri ad ſolvendum
Capitale Cambii ſcut. 100. una cum fructibus,
permiſit relaxari, & expediri contra ſe manda-
tum pro ſc. 256. ad effectum deponendi, & de
facto hanc quantitatem ſucceſſive depoſuit, id
enim utique non egiſſet, quoties ex oppoſito
dotis promiſſæ Creditor fuiſſet ſimilium ſc. 100.
una pariter cum fructibus ex capite dotis non ſo-
lutæ, ſed palpabilem, ſive æquipollentem com-
penſationem oppoſuiſſet, per ea, quæ in propo-
10 ſito tradiderunt *Bald. in l. Siquidem n. 3. C. de
tranſact. Bertazzol. conſ. 118. nu. 16., Pacian. de
probat. lib. 1. cap. 25. n. 25., Andreol. controv. 57.
n. 13. Cyriac. controv. for. 280. n. 5., & Rot. in
dec. 379. n. 15. par. 17. rec.* cum reliquis *in tract.
de Commerc., & Mercat. diſc. 45. n. 25.*

Quæ omnia coronabantur a defluxu quadra-
ginta, & plus Annorum, dum vice opponendi,
ut præmittimus, præfatam correſpectivam
quantitatem, pro qua etiam judicialiter inſte-
terat, ex una parte devenit ad prædictum depo-
ſitum effectivum, & ex altera abſtinuit a pro-
ſequutione ulterioris Judicii; quantum autem
11 in præſumendis hiſce ſolutionibus adſtipuletur,
& urgeat ſilentium, adeo conſiderabile Credi-
toris, nemo non ſcit, & patet ex congeſtis per
*Menoch. præſumpt. 135. n. 3. lib. 3., Altograd.
Iur. contr. 52. n. 33., Cyriac. controv. 516. n. 14.,
Andreol. controv. 57. n. 1., & ſeq., in d. tract.
de Commerc., & Merc. diſc. 16. num. 17., Mart.
Medic. dec. Seneſ. 84. n. 2., Surd. dec. 105. n. 4.,
Rota coram Merlin. dec. 246. n. 3., dec. 196. n. 6.
par. 10. & dec. 379. n. 14. par. 17. rec., & in
Romana Cambii 14. Iunii 1697. §. fin. coram Re-
verendiſs. Domino Molines Decano.*

Et ex hoc depoſito, quod in parte juvit Hæ-
redes Alexandri per augendo obligationem Jo-
annis reſtituendi, ut diximus ſc. 100. eiſdem
à contrario nocuit circa alteram prætenſionem,
quam ultra prædicta ſc. 100. adverſus Joannem
iidem Hæredes evaginabant, videlicet pro quo-
dam Cambio ſimilium ſc. 100. una cum fructibus,
ex quo ejuſdem Cambii præfatus Joannes extite-
rat fidejuſſor; nam cum ex cauſa hujuſcemet
Cambii Joannes jam fuerit pulſatus, ut mox
præmittimus, coram A. C. feceritque depoſi-
12 tum ſupradictum, non videbatur Joannes præ-
dictus amplius deſuper poſſe divexari; Licet
enim deponere non ſit ſolvere, *ad Text. in l.
item, §. Qui paratus, ibique Bartol. n. 1. ff. qui-
bus mod. pign. vel hypotec. ſolv.*, & maxime,
quando idem depoſitum factum extitit apud pri-
13 vatum Mercatorem, & non in aliqua Æde pu-
blica, quapropter argui poſſet etiam in ſe ipſo
de nullitate, ex annotatis per *DD. in l. acce-
ptam C. de Vſuris, Cart. Iun. conſ. 28. num. 1.
Mantic. de tacit., & ambig. lib. 10. tit. 2. n. 2.,
Rot. cor. Buratt. dec. 356. nu. 2. & in rec. dec. 2,
n. 18. par. 10.*

Attamen hæc omnia remanſerunt inconti-
nenti everſa, ex quo cum iſtud depoſitum effe-
ctive initum fuerit mediante actuali Cædula
prædicti privati Mercatoris, idque in ſequelam
judicialis Decreti, & penes ipſius Cauſæ Actua-
rium, ſeu Notarium reproducta, tenebantur
Hæredes apud eumdem Judicem reclamare de
non bene facto depoſito, ſed dum ex oppoſito
conticuerunt, quin etiam neglexerunt Cædu-
lam privati Mercatoris per longum tempus exi-
gere, certe eorumdem hæredum negligentiæ,
& damno erat imputanda talis aequieſcentia,
taciturnitas, & tarditas in exigendo, non au-
tem memorato Joanni, atque deponenti Cædu-
14 lam; decoctio quippe præcitati Mercatoris,
quę ſupervenit, ſemper adſcribitur periculo, &
damno non exigentis ſuo tempore, & opportune,
per ea, quę ſolide adverterunt, *Scacc. de com-
merc., & Camb. §. 2. Gloſſ. 5. n. 325., Merlin. de
pignor. lib. 4. quæſt. 150. n. 65., Mareſcott. var.
reſol. lib. 1. cap. 7. in fin., Rocca diſput. Iur. ſelect.
cap. 93. n. 24. & ſeq., Card. de Luc. de Camb.
diſc. 26. n. 4. & ſeq., Fontanell. dec. 125. n. 17.*

Et ſic explicato modo remanſerunt *Domini* in
deciſis, utraque &c.

PERUSINA REINTEGRATIONIS SUPER RESERVATIS.

Lunæ 23. Ianuarii 1713.

ARGUMENTUM.

Quietantia facta Tutori, vel Curatori ut valeat
debet eſſe inita diſpunctis, & examinatis ſingu-
lis partitis, alias Tutori non ſuffragatur. Si ve-
ro quietantia facta fuerit de ſorte, nequit etiam
comprehendere fructus. Præſumptio receptio-
nis fructuum ex quibus circumſtantiis arguatur.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Obligatio cammeralis retardari nequit per exceptionem turbidam, & illi quidam.*
2 *Ordo ſi ſervetur, reſolutionis claritas magis eluceſcet.*
3 *Apoca exhibita in copia ſimplici nil penitus probat.*
4 *Creditum ſemel quietatum proponi amplius nequit.*
5 *Publicum inſtrumentum facit probationem probatam.*
6 *Quietantia facta Tutori, vel Curatori ut valeat debet eſſe inita diſpunctis, & examinatis ſingulis partitis, alias Tutori non ſuffragatur.*
7 *Quietantia receptionis fructuum amplecti nequit ipſam ſortem.*
8 *Calculus Periti de communi conſenſu deputati niſi de errore convincatur impugnari nequit.*
9 *Hæreditas intelligitur ſemper deducto ære alieno.*
10 *Detractiones prætendi nequeunt a Gravata quando conſtat hæreditatem adiviſſe ſine Beneficio Inventarii, & aliqua bona hæreditaria alienaſſe.*
11 *Fructus recompenſativi pro dote debentur vigore* L. Curabit Cod. de Act. Empt., & vendit, *&* num: 14.
12 *Præſumptio receptionis fructuum ex quibus circumſtantiis arguatur.*
13 *Receptio pecuniarum referri ſemper debet ad fructus potius, quam ad ſortem.*
15 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
16 *Sors ubi non debetur, ſuperfluum eſt velle prætendere fructus.*
17 *Legitimæ fructus debentur ab obitu illius de cujus bonis legitima erat detrahenda.*
18 *Alimenta cedunt in cauſam fructuum dotis.*
19 *Fructus duplicatè ſolvi non debent.*

DECISIO DCII.

AD evitandam, uti tetigimus in altera contemporanea *Deciſione*, reſtitutionem conventam ſcutorum 3000., quæ receperat in dotem Ioannes, galeam retentionis oppoſuerat plurium creditorum quæ habere prætendebat, quæve tunc temporis uti turbida, & illiquida reputata extitere inefficacia ad impediendam relaxationem mandati, quemadmodum revera in ſimilibus caſibus exquirit Cameralis obligatio qua ſuper tributa erat conventio reſtituendi eadem ſc. 3000., ex iis, quæ paſſim affirmarunt
1 *Saluſt. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 14. num. 2., Ridolph. in prax. part. 1. cap. 8. num. 165., Zacch. de oblig.* Camer. *quæſt. 17. num. 2., & 3., Rot. poſt eumdem deciſ. 48. num. 2., coram Mantic. deciſ. 221. num. 7. & ſeq., & in Rec. dec. 194., & deciſ. 245. utrobique in princip. part. 18., & deciſ. 658. num. 13. part. 19. tom. 2.*

Cumque ſucceſſive, juxta pariter prænarrata in præfata altera *Deciſione hujus diei*, fuerit pro eiſdem creditis diſpungendis prælectus Peritus, nec non poſtmodum occaſione novæ Audientiæ delegatus quoque Iudex in Partibus ad finem firmandi ſtatum Nicolai Senioris, idcirco exarata hoc medio tempore Peritia, & tranſmiſſio Proceſſu, ſeorſim, licet una ſimul in eadem Audientia propoſui diſſerendum - *An, & de quibus creditis conſtaret, itaut relaxandum foret mandatum* adverſus alteram Partem, &, ut neceſſitas ejuſdem Dubii complexivi plurium inſpectionum efflagitabat, dixerunt *Domini- conſtare de Creditis juxta modum in Deciſione exprimendum & quo ad fructus legitimæ, & bonorum maternorum iterum proponatur.*

Agendo igitur de prima parte reſcripti ſub illa particula *juxta modum*, tria includebantur genera creditorum, & reſpective reſolutionum; Una, quæ ſapiebat credita Ioanni bonificata, altera concernebat rejecta, & tertia, quæ irreſoluta apud *Dominos* ob ſuffragiorum diſcardantiam, ſive ſuſpenſa, & novo examini reſervata complectebatur: quamobrem, ut præmiſſus ordo ſervetur, & claritas earumdem reſolutionum magis eluceſcat, ſicuti ſolet contingere, quoties
2 ordinate proceditur, ſeu diſtinguitur, ad celebre Carmen *Horatii- Omnis res floret, quam juſtus dirigit ordo*, & inter noſtros perbelle ait *Accurſ. in proœm. Inſtit. Imper. §. Igitur, verb. eaſdem, Iaſon. conſ. 24. in princip. lib. 1. Nevizzan. in Sylva nuptiali quæſt. proœmiali num. 9. impreſſ. inter Tract. magnos tom. 7. part. 1. pag. mihi 23., Menoch. in princ. tract. de arbitr. Iudic. n. 13., Peregrin. in Epiſt. ad Lectorem ante tract. de fideic. poſt med. Caſſaneus in præfat. ad tract.* Cathal. Glor. *Mund. in fin., Eſcobar. de puritat., & Nobilitat. quæſt. 1. proœmial. per tot.*, & ſignanter *num. 2. & 3.*

Hinc, quatenus pertinebat ad primam ſpeciem. approbatum extitit illud creditum, quod ex parte Ioannis proponebatur in tertia partita, quodque proveniebat ex eo, quod Alexander Nicolai, & Hieronymi Pater, & Auctor reſpective exegerat ab Equite Coſpio uterino fratre Mariæ Magdalenæ ejus Vxoris ſcuta 300. ſpectantia ad eamdem Mariam Magdalenam, & cujus jura veſtiebat, ut diximus, Ioannes, quantumvis enim prædicti Alexandri hæredes objectarent, quod de hanc exactione non apparebat, niſi per Apocam exhibitam Perito in copia ſimplici, quæ ſuapte natura non probat, quodque ulterius nequibat idem Ioannes afferre hujuſmodi Creditum, dum ipſum Alexandrum directe eadem Maria Magdalena quietaverat, ut in
3 propoſito primæ concluſionis communiter dicunt poſt *Text. in leg. 2. ibique gloſ. verbo indice ff. de fid. Inſtrum. in Authent. ſi quis in aliquo* Cod. *de edend., Cyriac. contr. 35. n. 8., & contr. 129. num. 9., Rot. coram Caccia. deciſ. 758. n. 2. deciſ. 359. num. primo part. 18. tom. 2. rec., & in deciſ. 47. num. 4., & deciſ. 87. num. 19. inter in Vrbe impreſſas cor. Me, & in Ferrarien. bonorum ſuper datione in ſolutum 31. Ianuarii* 1710. §. 19. *coram R. P. D. meo Falconerio*, & reſpectu ſecunde

Digitized by Google

4 quæ proſequuntur, *Bartol. in leg. Aurelius 29. §. Cujus num. 10. de liber. legat. Soccin. ſen. conſil. 10. numr. 9. vol. primo, Rolan. conſil. 27. num. 15., & 16. vol. 4., Tiraquell. de retract. lignag. §. Primo gloſ. 18. num. 82., Grat. diſcept. for cap. 3. num. 2., Rota coram Seraphino deciſ. 1339. num. 2. dec. 418. num. 2. part. 19. tom. 2. rec., & dec. 88. num. 10. inter in Vrbe impreſſas cor. Me*.

Siquidem, in ordine ad præcedentem partem objecti, verum quidem poterat eſſe, quod ad terminos loquutionis Periti de præfata exactione non conſtaret, niſi mediante Apoca ſimpliciſſima, quæve dabatur *in Summario Ioannis Num. 4. ſub litt.* C., ſed veriſſimum quoque exiſtebat, quod hoc ipſum fuerat confirmatum per Inſtrumentum publicum ab ipſomet Alexandro, ut in *dicto Summario Num. 5.*, in eo quippe enunciabatur (authorizante eodem Alexandro contractum, ut pote Tutore Mariæ Magdalenæ) quod fuerat recepta per eum medietas ſcutorum 600. ſpectans ad prænominatam Mariam Magdalenam una cum prædicto Equite Coſpio titulo, & cauſa dotis maternæ, cumque eadem medietas præfeferret quantitatem ſcutorum 300. ſeque Alexander de prædictis in eodem Inſtrumento declaraverit ſatisfactum, ut in *dicto Summario Num. 3. litt. B.*: Ecce quod non emitebat ſimpliciter hujuſmodi receptio per Apocam, ſed
5 per publicum Inſtrumentum, quod facit probationem probatam, ex notoriis apud *Bartol. in leg. prima num. 8. ff. de oper nov. nunc., Bald. in leg. quoties in fin. Cod. de Judic., & in leg. intereſt n. 2. Cod. de ſolut., Ridolph. in prax. part. 2. cap. 15. num. 105., & part. 3. cap. 2. num. 92. Epiſcop. Rocca diſp. Iur. ſelect. cap. 149. num. 1., Rot. deciſ. 38. num. 7. deciſ. 40 num. 12., & deciſ. 60. num. 13. inter in Vrbe impreſſas coram Me*.

Quo vero ad ſubſequentem partem objecti, prætenſa quietantia ad finem de quo pro parte hæredum agebatur, duplicato vitio claudicabat, nullitatis ſcilicet, & comprehenſionis hujus Crediti: Quoniam etiam dato, quod fuiſſet comprehenſum hoc creditum in præcitata Inſtrumentali quietantia, quæ dabatur ab hæredibus Alexandri *in Summario Num. unico*, utique non poterat ea parere liberationem ejuſdem Alexandri, cum in eodem Inſtrumento contineretur nimis generalis, & vaga abſolutio circa redditionem rationis geſtæ ab Alexandro ſuper adminiſtratione bonorum Mariæ Magdalenæ ejus Sororis, quando nemo non ſcit, quod ad hoc, ut hujuſmodi quietantiæ prodeſſe valent Tutori, vel Curatori, debent eſſe rite diſpunctis, & opportune examinatis ſingulis partitis, alias
6 quæcumque liberatio, veluti exarata in confuſo & ut dicitur in folle, nulli Tutori, vel Curatori ſuffragatur, ad *Text. in leg. cum ſeruus ff. de condit., & demonſtrat., Guttierez. de tut., & part. 3. cap. primo nu. 121., Escobar. de ratiocin. cap. 5. nu. 10., Angel. de Confeſſ. lib. 2. qu. 15. num. 2. 3., & 22. ac ſeq., Rot. coram Caval. deciſ. 225. num. 5., & in dicta Ferrarien. Bonorum ſuper datione in ſolutum 31. Ianuarii 1710. §. 39. cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Cæterum neque in rei veritate hujuſmodi Inſtrumentum liberationis exprimebat, ſeu continebat hanc numericam partitam ſcutor. 300., quoniam verſabatur, ſive reſtringebatur ad ſolos fructus bonorum adminiſtratorum ab ipſo Alexandro, quoſve Maria Magdalena fatebatur fuiſſe converſos in proprium ſervitium, & alimenta, dicto *Summario hæredum Alexandri Num. Unico*, ac propterea cum præfata ſcuta 300. provenirent a Capitali dotis maternæ, & ſic forent pura ſors, utique quietantia receptionis
7 fructuum nequibat amplecti ipſam ſortem, ex bene animadverſis per *Bartol. in leg. Emptor. §. Lucius Titius ff. de pact. Angel. in leg. obligatione generali num. 5. ff. de pignor., Natt. conſil. 546. num. 12., Surd. conſil. 431. num. 13., & 14., & deciſ. 217. num. 6., Rot. coram Emerix. Iun. dec. 666. num. 3., & deciſ. 685. num. 1., & in rec. dec. 238. num. 6. par. 19. tom. 1.*

Approbatum pariter remanſit aliud Creditum ſcutorum 1040. 74., quod attinebat ad eamdem Mariam Magdalenam ex capite legitimæ ei competentis in bonis Nicolai Senioris ejus Patris: Etſi enim ſecundum Periti relationem tale creditum aſcendere debuiſſet ad ſcuta 1374. 08., juxta ſtatum hæreditarium prædicti Nicolai recognitum, & firmatum ex relatione, de qua ſupra; Attamem quia idem Peritus agnoverat, quod Maria Magdalena directe erat debitrix ejuſdem hæreditatis in ſcut. 375., idcirco hiſce ſubductis remanebat dumtaxat dicta ſcuta 1040. 74. pro correſpondente legitima, ut oſtendebat idem Peritus in ſua Peritia *fol. 11. litt. X. Z.*, & eſt cœteroquin de jure ſemper circa hujuſmo-
8 di ſupputationes, ex connotatis per *Rot. dec. 69. ſub num. primo §. Iuſtitia poſt Zacch. de Salar. deciſ. 591. nu. 1. part. 19. tom. 2. recent. dec. 97. num. 6. inter in Vrbe impreſſas coram Me*, cum aliis relatis in *Romana Pecuniaria ſuper prima Contractu 22. Februarii 1712. §. Demptis*, pariter *coram Me*.

Abſque eo, quod adverſari crediderint *Domini* oppoſitionem allatam ab hæredibus prædictis, nimirum quod ſtatus hæreditarius Nicolai Senioris ad tanti non aſcenderet, defalcando novem partitas, ſeu debita, quæ idemmet Peritus repoſuerat in *fol. 15. uſque ad 19.*, quæve aſcendebant ad ſcut. 11644. 68., hujuſmodi quippe quantitate ſubtracta, præfatus ſtatus hæreditarius utpote tunc non excedens ſcut. 2020. non permittebat, legitimam pertranſire ultra ſcut. 224. 44., cum ea ideirco dicatur quota bonorum, & non hæreditatis, ex quo ſicuti hæreditas continent univerſaliter, & in ſua latitudine credita, & debita, ita bona intelliguntur
9 ſemper dempto ære alieno, quemadmodum oſtendunt *Doctores in Leg. Princeps*, & ſignanter *Alciatus num. 3., & 4., & Rebuff. in princip. ff. de*

de verb.ſignif., *Rota coram Coccin. deciſ.* 1543. *num.* 8., *& deciſ.* 383. *num. final. part.* 19. *tom. primo recent.*, *& in Addit. ad deciſ.* 84. *num.*55. *inter in Vrbe impreſſas cor. Me*.

Ad infractionem quippe hujuſce objectationis ſubſiſtere viſa eſt clara replicatio adducta per Joannem, quod nullo modo debebat, immo nec poterat fieri ulla diminutio ſtatus hereditarii per ſubtractionem talium debitorum; Nam Peritus ſtatum hereditarium Nicolai Senioris eo modo firmaverat, quia ſic hactenus apparebat exiſtere, cœterum cum ipſi eſſent heredes Alexandri Patris ſine ullo beneficio Inventarii, & Alexander Pater fuerit heres ſimplex Nicolai Senioris, omnis idcirco preſumptio erat, quod alia bona ſaltem mobilia, credita, ſcripturæ, & ſimilia fuerint reperta in hæreditate ejuſdem Nicolai Senioris, quodque proinde iſta potius longe excederent prædicta aſſerta debita, que hodie ad eorum favorem numerabant, itaut ſubalternanter inferri poſſet, quod de eiſdem effectibus hæreditariis Nicolai Senioris ſibi ſatisfecerint, vel ſatisfaece-
10 re potuerit, ad ea, quæ ſæpius reſpondit *Rota*, & ſignanter *deciſ.* 559. *num.* 13., *& deciſ.* 670. *nu.*15. *coram Bieb. deciſ.* 67. *n.* 2., *& deciſ.* 185. *nu.* 15. *par.* 5. *recent. tom. primo deciſ.* 12. *n.* 38. *part.* 10., *& deciſ.* 79. *num.* 12. *part.* 19. *tom. primo*, *& in Ferrarien. Alimentorum*, *& dotium* 16. *labentis Menſis* §. *Ex eiſdem rationibus cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*.

In ſecunda autem Claſſe illorum Creditorum, que rejecta remanſerunt per *Dominos*, primum erat etiam in ordine partitarum, quod pariter opponebat Joannes, nempe ſcut. 47. 62. pro totidem fructibus correſpondentibus parti dotis Marie Magdalene tradite in excambium
11 bonorum renunciatorum *di Pezzolo*, ut ſupra, ad *Textum in leg. Curabit Cod. de act. empt.* cum concordantibus pœnes, *Cardinal. de Luca de Vſuris diſcur.* 19. *num.* 4. *diſcur.* 22. pariter *n.*4. *& 16.*, *& diſcur.* 23. *num.* 3., *Sperell. deciſ.* 118. *nu. primo cum ſequent.*, *Magon. deciſ. Lucenſ.* 17. *num.* 18., *Rota coram Bieb. deciſ.* 552. *num.* 9. cum aliis adductis in *Eugubina Bonorum* 14. *Iunii currentis Anni* §. *At equidem* [edita pendente extenſione hujus Deciſionis] *cor. Me*.

At facilis fuit hujuſce prætenſionis ſuffocatio dum uti referebat Peritus in ſua Peritia *fol.* 3. Joannes receperat totum capitale prædictæ Dotis abſque ulla, vel minima mentione, ſeu proteſtatione, aut reſervatione eorumdem fructuum, & ſubinde ulterius per valde longum lapſum acquieverat; Unde ex hiſce geminis circumſtantiis intrabat præſumptio receptionis etiam fructuum, quatenus fuiſſent debiti, ex ple-
12 ne firmatis per *Rotam deciſ.* 245. *per totam part.* 16. *recent.* ubi *ſub num.* 5. ampliat, magiſque procedere demonſtrat, quoties (prout hic) ſubſequitur longinquitas temporis, & ſilentii, eamdemque *Deciſionem* uti magiſtralem ſequuta eſt eadem, *Rota in Fulginaten. Dotis* 27. *Junii* 1692. §. *Eadem reſponſio*, *cor. Eminentiſſ. Card. Prioli*.

Nullatenus in propoſito recurrere valente reſervatione Iurium facta per Ioannem, de qua latius meminimus in altera *Deciſione hujus diei ſub* §. *Quin officeret*; Præter enim inibi reſponſa, utique intelligi non poterant præſervati hujuſmodi fructus, de quibus nulla jam, ut diximus fuit per imaginationem facta mentio, quive nec fuerant conventi, præcipue dum nem ignorat, quod omnis receptio pœcuniarum ſemper referri debuiſſet ad fructus potius, quam ad ſor-
13 tem, de qua tamen ex oppoſito fuit facta litteralis, & innegabilis quietantia, ex iis, quæ paſſim habentur poſt *Text. in leg. prima Cod. de ſolut. & leg. in his* §. *final. ff. eod.* apud *Andreol. controv.* 135. *num.* 32., *Cardinal. de Luca de ſæud. diſc.* 102. *num.* 2., *Rota coram Celſo dec.* 95. *n.* 12. *deciſ.* 195. *nu.* 3., *& ſequent. part.* 12. *recent.*, *& in Bononien. Dotis*, *& Antefati ſuper negocio principali* 6. *Aprilis* 1696. §. *Hujuſmodi*, *coram bonæ memoria* Muto *impreſſ. inter deciſ. collect. per Palm. Nepot. tom.* 4. *deciſ.* 365. *num.* 12., *& in Firmana Dotis*, *& fructuum* 25. *Iunii* 1703. §. *Abſque eo quod*, *coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano*.

Improbata non minus fuit altera partita prætenſi Crediti, ut in Peritia *fol.* 5. *ſub n.* 2., *&* 3. in omnibus aſcendentis ad ſc. 150. 29., etiamſi namque de cœtero recte in ſtatu antecedenti præteritæ *Deciſionis Eminentiſſimi Prioli* promoveretur, cum in ea diceretur, quod Joannes foret obligatus reſtituere ſola ſcut. 2900., licet ei promiſſa extitiſſent ſcuta 3000. proindeque in tali ſuppoſito correſpective ad ſcuta 100. deficientia, ſeu non ſoluta debiti fuiſſent Joanni
14 fructus vel recompenſativi, ut ſupra, vel dotales correſpective ad onera Matrimonii, & de quibus poſtremis tradit *Bartol. in conſil.* 128. *nu. primo*, *& 2. lib. primo*, *Mantic. de tacit. lib.* 12. *titul.* 29. *num.* 14., *&* 15., *Cardin. de Luca de Dot. diſcur.* 160. *num.* 14., *Rot. cor. Gregor. deciſ.* 80. *num.* 5., *& poſt Conſtant. ad Stat. Vrb. deciſ.* 100. *num.* 6., *& dec.* 65. *num. primo inter in Vrbe impreſſas coram Me*.

Adhuc tamen quia dein ex præcitata mea *Deciſione hujus ejuſdem diei* emicavit agnitum, & definitum, quod Ioannes etiam præfata ſcuta 100. fuerat aſſequutus, corruebat in conſequentiam ſublato præfato ſuppoſito principali
15 ſortis etiam acceſſorium fructuum, cum non entis nullæ ſint qualitates, ad *Text. in leg. ejus*, *qui in Provincia*, *ff. ſi cert. petat.*, *& in leg. ſi ſervum* §. *Final. de act. empt.*, *Rub. de validit. legal. cap.* 27. *num.* 22., *Rota in deciſ.* 89. *num.* 31., *& deciſ.* 100. *num.* 54. *inter in Vrbe impreſſas coram Me*, & in ſpecie, quod ubi ſors non debe-
16 tur, ſuperfluum ſit inquirere de illius fructibus, paſſim reſponſum fuit, & præſertim in *Romana Pornacis ſuper fructibus* 9. *Decembris* 1707. §. *Potiſſime quia in fin. coram* Me, *in Romana fideicommiſſ. de Maximis* 21. *Martii* 1708. §. *Penult. verſic. fructus vero*, *coram R. P. D. meo Scotto Vrbis Gubernatore*, *& in Senogallien. Pe-*

cu-

cuniaria 9. *Maii* 1712. §. *Poſita itaque*, *coram R. P. D. meo Criſpo*.

Progrediendo tandem ad tertiam Claſſem prætenſionum Ioannis, quæ apud *Dominos* remanſerunt indeciſæ, illæ reſpiciebant geminum genus fructuum, alterum nimirum illorum quos perceperat Alexander ex bonis Maternis *di Pozzolo* utpote jam non obſtante renunciatione oſtenſorum pertinere ad Ioannem, & alterum correſpondentibus legitimæ eidem Ioanni, ex perſona Mariæ Magdalenæ, ſeu Annæ Mariæ ejus filiæ debitæ, ut ſupra: Primos enim provenire contendebat prælaudatus Ioannes in ſequelam adminiſtrationis geſtæ de eiſdem bonis ab Alexandro tamquam Tutore ipſius Mariæ Magdalenæ; Et ſecundos in vim tituli legitimæ,
17 quæ ſecum trahit fructus favore legitimarii etiam ab obitu illius, de cujus bonis legitima erat detrahenda, ad terminos *Textus in leg. Papinianus*, §. *Vnde ſi Parens*, *Cod. de inoff. Teſtam.*, *Bald. in leg. in fideicommiſſaria in princip. ff. ad Trebell.*, *& conſil.* 221. *lib.* 4., *Peregrin. de fideicom. art.* 36. *num.* 69. *cum ſequent.*, *Rota deciſ.* 825. *num. primo coram Emerix Iunior.* cum aliis relatis in *Æſina legitimæ* 21. *Ianuarii* 1709. §. *Final. coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano*, *& in Reatina ſucceſſionis* 3. *Iunii ejuſdem Anni* §. *Et bine*, *cor. Eminentiſſ. Priolo*.

Cœterum quia, licet clare fundata appareret in utraque petitione Ioannis intentio, nihilominus admodum ancipites *Dominos* effecit, ſeu reddidit tempora diſtinguendo conſideratio, quod fructus utriuſque ſpeciei decurſi, ſeu percepti ante Matrimonium Mariæ Magdalenæ nullo modo videbantur refundendi, cum eadem Maria Magdalena quietantiam exaraſſet favore Aleſandri, & recepiſſet in Paterna Domo congrua, & opportuna alimenta, quæ alios fructus a lege provenientes, ut eſt Dos, & legitima, contegunt, quoſve de Iuſtitia, ſive de
18 æquitate ſupplere ſolent, ut alias dictum fuit in *deciſ.* 825. *num.* 2. *coram Emerix Iunior.*, *in Fulginaten. fructuum* 19. *Ianuarii* 1703. §. *Final. coram R. P. D. meo Lancetta*, *& in dicta Reatina ſucceſſionis ſuper reſervatis* 30. *Ianuarii* 1711. §. *Hujuſmodi namque*, *coram Domino Card. Priolo*, *& in Annotation. ad deciſ.* 65. *num.* 26. *inter in Vrbe impreſſas coram Me*.

Poſt vero contractum Matrimonium ceſſare pariter videbantur iidem fructus ſaltem pro
19 æquipollentia ſcutorum 3000. quæ Ioannes in dotem obtinuerat, ne alias duplicatos fructus aſſequeretur, contra regulam, de qua *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 107. *num.* 13., *& ſeq. & num.* 29., *Cardinal. de Luc. de uſur. diſc.* 9. *num.* 4., *&* 5. *Modern. Novarien. de compenſ. cap.* 2. *quæſt.* 18. *ex num.* 15., *Rota deciſ.* 441. *num.* 2. *coram Duran.*, *& deciſ.* 89. *num.* 35. *inter in Vrbe impreſſas coram Me*.

Atque ita, utramque Cauſam in unum cumulanda, Ioannes, juxta enunciata, & comprobata in *Deciſionibus* hodiernis, aſſequi debebat bona di *Pozzolo*, & demptis, ſi quid importarent, prædictis fructibus mox enunciatis, reſtituere in excambium obſtringebatur ſc. 1654. 26.

Utraque &c.

CONSTANTIEN. PRÆCEDENTIÆ SUPER BONO JURE.

Veneris 27. *Ianuarii* 1713.

ARGUMENTUM.

Ordo S. Auguſtini fuit per ſeculum erectus, atque approbatus ante fundationem ſive erectionem incluti Ordinis S. Benedicti, ideoque in Civitate Conſtantienſi eſt preferendus Ordini Benedicto ex Conſtitutione Summi Pontificis Ioannis XXIII.; Idque procedit etiam ex juris cenſura, juxta quam habemus quod qui prior eſt inſtitutus ordo debet aliis inferius erectis præferri in Proceſſionibus, aliiſque Eccleſiaſticis Præeminentiis.

SVMMARIVM.

1 *Summi Pontifices omnimodam habent poteſtatem, & juriſdictionem abſolutam ſupra omnes Ritus, praecedentiae, & Functiones Eccleſiaſticae.*
2 *Arbitrium regulandum eſt a jure ſub aliqua dumtaxat relaxatione totius rigoris.*
3 *Supremo Principi concedenti, & inſimul jubenti reſponderi non poteſt cur ita facis.*
4 *Gratia obreptitia, & ſubreptitia eſt ipſo jure nulla.*
5 *Subreptio, vel obreptio excluditur ex determinata voluntate Pontificis, & ſola poſſibilitate, quod Pontifex de veritate narratorum fuerit informatus.*
6 *Aperitio oris quando peti poſſit adverſus Principis reſcriptum.*
7 *Religio, & Monachi S. Benedicti efflore ceperunt* ſub anno 534.
8 *Religio ſive Ordo S. Auguſtini per ſaeculum praivit Ordini Benedictino.*
9 *S. Gelaſius Papa approbavit inſtitutionem, ſive regulam PP. S. Auguſtini.*
10 *Et Divus Gregorius Pontifex a ſaeculo poſterior approbavit, confirmavitque illam, S. Benedicti.*
11 *Religio antiquior in fundatione, ſive inſtitutione ſemper eſt praeferenda aliis in fundatione poſterioribus.*
12 *Clerici praeferuntur laicis in praecedentiis, ſive Proceſſionibus*, & num. ſeqq.
13 *Clerici ſunt Monacis digniores.*
14 *Obſervantia generalis multum eſt attendenda in materia praecedentiarum, & functionum.*
15 *Geſta per Joannem XXIII. ante primam requiſitionem Principum fuerunt approbata a Concilio Conſtantienſi*, & num. ſeq.

DE-

DECISIO DCIII.

NE per invidos Ævi dentes atterreretur memoria Inſignis nedum Privilegii, ſed etiam Hiſtoriæ ſibi conceſſi, & reſpective ſubſequutæ in Civitate Conſtantienſi, quæ ſempiternum ſibi nomen comparavit occaſione celeberrimi Concilii Vniverſalis inibi celebrati, Abbas Monaſterii *In Creuxlingen.* Ordinis Sancti Auguſtini ſiti extra Mœnia prænominatæ Civitatis, in authenticam formam redigere ſategit peculiare Indultum ipſi attributum primordialiter a Joanne XXIII. in Sæculo *Balthaſſare Coſſa* uno ex tribus Paſtoribus Oecumenicis, qui juxta ea tempora lacrimabilia cum laceratione inconſutilis Veſtis Dominicę Sedem Apoſtolicam occupaverant, atque deinceps, inaudito uſque exemplo, in forma *rationi congruit* extenſum, & expeditum ab eadem Synodo Conſtantienſi Eccleſiam tunc univerſalem per incertitudinem veri Capitis acephalam reprçſentante, ſecundum ea, quæ etiam opportune retulimus in altera *Deciſione* ædita ſuper hac controverſia occaſione remiſſoriæ *ſub die 16. Januarii 1708. coram Me a principio uſque ad §. Hinc proinde.*

Sategit inquam ex cauſa prædicta, quod San: Mem: Innocentius VIII. qui non admodum longe poſt canonice in Divi Petri Vicariatum intravit, atque ſucceſſit, prænominatum Indultum, ſeu Litteras a Conſtantienſi Concilio communitas in formale Pontificium Breve transfunderet: Hujuſmodi autem præinſertum Indultum in præcitato Breve tranſcriptum continebat, quod Abbas pro tempore exiſtens cum ſuis Canonicis *in Creuxlingen.* præferretur alteri Abbati exiſtenti non ſolum tunc, ſed & quoque futuris perpetuis temporibus Monaſterii compellati *Petri Domus*, illiuſque Monacis Ordinis S. Benedicti, tam in ipſis *Proceſſionibus*, quæ fierent quamdiu duraret Concilium Coſtantienſe, *ſed etiam in quibuſcumque aliis Congregationibus, Proceſſionibus, necnon aliis actibus ſolemnibus, & publicis, in quibus eos pro tempore ſimul convenire contingeret*, quemadmodum prælucebat in hodierno *Summ. Abbatis in Creuxlingen. num. primo*; Unde cum hujuſmodi litteras, ſeu Breve reputaverit A. C. fore exequendum, Signatura autem Juſtitiæ ad inſtantiam Abbatis Adverſarii deſuper reſcripſiſſet- *Perita litteris arbitrio*: Ego proinde, cui hujuſmodi commiſſio reperiebatur directa, *Dominos* conquiſivi, *An tale intraret Arbitrium*, & citra hæſitationem oraculum audivi, quod *non*.

Præciſive ſiquidem ab examine rationum, quæ impellere valuerunt prius Joannem XXIII. dein Sacroſanctam Synodum, & tandem ipſummet Innocentium VIII. ad indulgendam, ſive declarandam hanc prælationem favore Abbatis, & Canonicorum *in Creuxlingen.* Ordinis S. Auguſtini ſupra Abbatem *Petri Domus* Ordinis S. Benedicti, cogebat hanc reſolutionem capeſſere nuda littera ejuſdem Brevis ita expreſſe præcipientis; Quando enim agitur de gratia Supremi Principis Eccleſiaſtici, locum ſibi vindicat oratio illius Romani Equitis apud *Tacitum - Non eſt noſtrum indagare, quos ſupra cæteras, & quibus de Cauſis extollat*; Sedes enim Apoſtolica, ejuſque Supremi Pontifices, Principes, ſeu Adminiſtratores omnimodam habent poteſtatem, & Juriſdictionem abſolutam ſupra omnes ritus,

1 ſupra omnes prçcedentias, & functiones Eccleſiaſticas, ad communiter notata per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 845. ex num. 50. cum plurib. ſeq., Pignatell. conſult. 60. in fin. tom. 6., moder. Roman. diſcept. Eccleſ. 49. num. 8. In fin., Card. de Luca de præbeminent. diſc. 24. num. 7. verſic. ſed probari R. P. D. Petra in Commentar. ad Conſtit. 4. Martini V. in princip. tom. 4. pag. 422.*

Ac propterea in ſolum ex ſe ſufficiebat, non obſtante quolibet arbitrio, ut ſupra per Signaturam Iuſtitiæ *Tribunali* conceſſo, quia cum illud ſemper intelligatur regulandum ad tramites Iuris ſub aliquali dumtaxat relaxatione totius rigoris, de Iure autem indubitato eſt, quod Supremo Principi concedenti, & inſimul jubenti reſponderi non poteſt, cur ita facis? Per ea quæ

2 in propoſito primæ propoſitionis habentur pænes, *Bartol. in leg. prima num. 3. ff. de legat. 2., Card. de Luca de Judic. diſc. 18. ſub num. 15., Rotæ dec. 37. num. 1. part. 3. recent. in Leodien. Paſtoratus, ſeu Vicariæ 6. Februarii 1711. §. Arbitrium, coram bo: mem. Caffarelia, in Alexanen. Beneficii 11. Decembris 1711. §. Quoniam arbitrium, coram R. P. D. meo Aldrovando, in Monaſterien. Vicariæ 20. Martii 1713. in princip. coram R. P D. meo Criſpo*, & circa ſecundam

3 poſt *Text. in leg. diſputare Cod. de crimin. Sacrileg.*, tradit *Bald. in prælud. Feudor. column. 9. n. 34. verſ. & ſi ex certa ſcientia, Dec. conſ. 588. n. 2., Hieron Schurpb. conſil. 53. n. 10. cent. 2., Menoch. conſil. 495. num. 26. lib. 5., & de arbitr. Judic. quæſt. 76. num. 2. lib. 1., Gratian. diſcept. for. 744. num. 8. & 9., Mager. de Advoc. armat. capit. 6. num. 15. cum duob. ſequent., Cardin. de Luca de Regal. diſc. 148. num. 8.*, & conſonant relati in *deciſ. 599. num. 13. part. 18. Recent.*

Abſque eo quod proinde in minimo deſervire poſſet obſtaculo, quod in prædicto Privilegio ennarratæ, & præſuppoſitæ noſcerentur plures cauſæ, & prætenſiones hujus attributæ præcedentiæ, nempe antiquioritatis Abbatiæ, & Canonicorum in *Creuxlingen.*, anterioritatis pariter ipſius Abbatis in aſſecutione ejuſdem Abbatiæ, necnon præexcellentiæ in ſimilibus aliorum Abbatum ejuſdem Ordinis S. Auguſtini erga alias ſimiles Abbatias, cum ulteriori majoritate Juriſdictionis, & uſus Mytræ, & Baculi, quamobrem inferri poſſet, quod quoties eædem cauſæ forent minus veræ, vel inſubſiſtentes, Gratia, & Indultum deſuper innixum neceſſario corrueret ex ſolito defectu inficiente quaſcumque Gratias conſimili expreſſione falſi, vel taciturnitate veri commaculatas, ut inquit

4 *Innocent. III. in cap. Super litteris de reſcript.*, *Bald. in eodem cap. num.* 10., *Gloſs. in cap. Suſceptum*, *verſ. noto alterius*, *ubique Franc. n.* 15. *de reſcript. in* 6., *Dec. conſil.* 148. *num.* 1. *verſic. ſecundo quia Gonzal. de alternat. in proœmio* §. 7. *num.* 240., *Gratian. diſcept. for.* 283. *num.* 20., & 21., *Rota coram Buratt. deciſ.* 484. *num.* 7., & *deciſ.* 523. *num.* 34. *par.* 19. *tom.* 2. *Recent.*, & *in Peruſina Præeminentiarum ſecunda Decemb.* 1711. §. *Et ſane (il ſecondo) coram Me*.

Siquidem lectura ipſa prælaudati Brevis, & Indulti reſpective omnem amputabat hæſitationem, & indaginem; Quoniam in eo dicebatur, quod jam Abbas, & Conventus *Petri Domus* jactabant, quamvis minus validis rationibus, ſeſe eſſe præferendos ipſi Abbati, Canonicis, & Monaſterio in *Creuzlingen.*, quamobrem cum exinde juſtus timor ingrueret, quod jurgia, lites, & ſcandala forſan exoriri poſſent, Pontifex exoptans pacem, & concordiam inter Abbates, Conventus, Canonicos, & Monacos hujuſmodi Monaſteriorum perpetuo ſtabilire, *voluit & conceſſit* (ſunt verba præciſa) quidquid de cætero citra inutilem repetitionem ſuperius in aliis verbis expoſitum, & tranſcriptum fuit, videlicet præferendum eſſe Abbatem *in Creuzlingen.*; Ideoque; poſita hujuſmodi littera Brevis non erat amplius inquirendum de ulla ſubreptione, vel obreptione, dum eam de facto excludebat determinata voluntas Pontificis, & de Jure illam eliminaſſet ſola probabiliter poſſibilitas, quod
5 Pontifex de veritate narratorum per poſſibile fuerit informatus, ſeu cogitare potuerit, juxta paſſim congeſta per *Felin. in cap. in noſtra* 32. *n.* 15. *verſ. incidenter de reſcript.*, *Menoch. conſil.* 20. *num.* 17., *Cyriac. controv.* 60. *num.* 30. & 31., *Antonell. de tempor. legal. cap.* 100. *n.* 3. *lib.* 6., *Palm. Nep. alleg.* 201. *num.* 25., *Rota coram Puteo deciſ.* 377. *lib.* 3. *coram Emerix. dec.* 1204. *num.* 4., & 5. *in recen. deciſ.* 222. *n.* 21. *cum duobus ſeqq. par.* 7. cum aliis relatis *in meis Additionibus ad deciſ.* 57. *ſub num.* 42. *inter in Urbe impreſſas coram Me*.

Idque adeo certum, & irrefragabile, ut quando etiam conſtitiſſet de injuſtitia alicujus conceſſionis, quæ adeo abſolute non penderet a placito, & voluntate Principis, ſeu Pontificis, ut erat hodierna, ſeu præſens cæremoniarum Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, ac lithurgiæ, itaut læſa in alia indifferenti materia remaneret altera Partium intra Spheram Juſtitiæ mere commutativæ, & ob id expetere ſatageret reductionem ejuſdem Gratiæ præjudicialis ad terminos Juris; Adhuc ad hunc finem conſtito de certa voluntate concedentis, ſicuti præſeferebat in caſu noſtro illud verbum - *voluit* - in ore Ioannis XXIII., & Concilii Conſtantienſis cum ſuperaddito Innocentii VIII. per illas poſteriores clauſulas - *Nulli enim hominum liceat hanc paginam noſtri Decreti*, & *voluntatis infringere*, *vel ei auſu temerario contraire*, adhuc inquam oporteret, quod adiretur a læſo idem Princeps, vel ejus Succeſſor, illi-
6 uſque Signatura Gratiæ pro opportuna oris aperitione, Teſte *Card. de Luca diſc.* 50. *de Penſion. num.* 5. & *deciſ.* 20. *de Judic. num.* 11. §. *Et tamen*, & *diſc.* 30. *in relat. Rom. Curia num.* 17. §. *Quamvis*.

Cæterum præter hæc, & uſque ad exuberantiam comperti Juris erat, quod etiam hodiè pluſquàm verificabantur omnia ſuppoſita, & reſpectivè narrata in prædicto Breve; Quod enim Ordo S. Auguſtini foret antiquior Ordine S. Benedicti palàm elucebat ex ipſa ſola prioritate temporis ortus utriuſque de reliquo Santiſſimi Fundatoris, dum ille D. Auguſtini in quarto Sæculo præceſſit illi S. Benedicti, qui accidit in ſexto, quin etiam præſcidendo à cæteris Regularibus ejuſdem Incliti Ordinis S. Auguſtini, ſpecialitèr deveniendo ad probationem, & originem Canonicorum Regularium D. Auguſtini, hi ab eodem Sanctiſſimo Doctore in ſuiſmet Sedibus, cum ſimultaneo convictu, & ſpiritu de tempore prope, quo Hipponenſem regebat Eccleſiam, inſtituti noſcebantur, nimirum ſub anno 397. ad inſtar non abſimilis primevæ Inſtitutionis Sanctorum Apoſtolorum, quemadmodum ſignanter legebatur in Conſtitutione Benedicti XII. *In* 5. *in Bullar. nov. tom. primo poſt princip.*, Eugen. IV. in particulari Conſtitutione relata in particula per *Tamburinum de Jur. Ab. diſput.* 25. *quæſt. prima ſub num.* 45. Sixtus IV. *in Conſtit. X. in princ.*, & S. Pius V. *in Conſtit.* 119. §. *primo*, quando e converſo Illuſtris Religio, & Monaci S. Benedicti in Vinea Domini
7 efflorere inceperunt ſub anno 534., prout proſequendo annotarunt *idem Tamburin. de Jur. Abbat. dicta diſp.* 25. *quæſt. prima num.* 122., & *ſub nu.* 291. *verſ.* 1. *propter antiquiorem*, *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 95., & 96., *Caſſan. Catal. Glor. Mund. par.* 4. *conſid.* 53. *in fine pag. mihi* 191.

Utraque propterea Religio, ſive Ordo conſecutivam, & ut ita dicamus, efformativam recepit approbationem à S. Sede Apoſtolica, juxta uniuſcujuſque prioritatem fundationis, ſive inſtitutionis, ac proinde per ſæculum, & ultra neceſſario quodammodo præivit approbatio
8 Ordinis Canonicorum S. Auguſtini, quemadmodum recenſendo diſpoſita *in cap. fin. de Relig. dom.* optime demonſtrat, *Tamburin. de Jur. Abb. lib.* 1. *diſp.* 25., & *num.* 143. *cum ſeqq.*, & *ſub num.* 292. *verſ. hoc tamen fundamentum*; addito, quod Gelaſius Papa *in Canon. S. Romana Eccleſia diſtinct.* 15. inter cætera approbavit, ſive inter reliqua approbata, ſeu recepta dinumeravit opuſcula celeberrima *D. Auguſtini*, in quibus præceteris continebatur præciſa inſtitutio, ſeu Regula Canonicorum Regularium,
9 prout egregie pariter animadvertit *Tambur. de Jur. Abbat. dicta diſp.* 25. *quæſt.* 1. *nu.* 151., & *ſeqq.*, *ac n.* 192. *verſ. præterea dicitur*. *Chaſſan. Catalog. glor. mund. par.* 4. *conſider.* 70. *in fine*, quando Beatus Gregorius Pontifex à ſæculo poſterior ſolummodo, & non prius (quia de facto-

cto non adhuc præfulſerat tantum ſydus, approbavit, confirmavitque Regulam S. Benedicti,
10 ut ex ejuſdem Religionis Chronicis, ac ſtatutis apparet, atque perlucet, ex *Angelo de Nuce in notis ad lib. 3. Chronicor. Caſſinen., Leonis Oſtien. cap. 19. pag. 354. impreſſ. Pariſiis Anno* 1668.

Demonſtrata igitur ex præmiſſis anterioritate fundationis, nec non approbationis S. Sedis reſpectu Ordinis Canonicorum S. Auguſtini comparative ad Ordinem S. Benedicti, utique præciſive etiam ab abſoluta penitus poteſtate Summi Pontificis in hac materia, ut ſupra, adhuc in ſequelam de tota juſtitia quoque videbatur fuiſſe in Breve de quo agebatur ſancita Antelatio Abbatis, & Canonicorum Monaſterii *in Creuxlingen.* ejuſdem Ordinis S. Auguſtini, ſecun-
11 dum ea, quæ in propoſito anterioritatis fundationis, & inſtituti affirmarunt *Gloſſ. in cap. Epiſcopos diſt. 17. verb. tempus, Joan. Andr. in cap. nimis in princ. verſ. quo circa, de exceſſ. Prælat., Abbas, & D D.* communiter *in cap. 1. de majorit., & obed., & in cap. fin. de pact. in 6., Tamburrin. de Jur. Abbat. d. diſp. 25. num. 120., & ſeq., Contelor. in quæſt. de Præcedent. n. 2., & n. 10., & ſeqq., Rot. deciſ. 718. par. 4. diverſ., & dec. 26. par. 2. recent. utrobique num. 1., & coram Cavaler. deciſ. 588. num. 4., & 5.*, & circa antiquioritatem approbationis non minus convenere, *Gemin. in cap. quorumdum, §. Volentes num. 6. verſ. nota iſtu, de elect. in 6., Abbas in dicto cap. nimis il 2. col. prima, in primo notab. de exceſſ. Prælat., Tamburrin. de Jure Abbat. dicta diſput. 25. quæſt. 1. numer. 142., Rot. deciſ. 148. numer. 4. par. 14. rec.*

Conſpirabat in hoc ipſum præpotens aliud fundamentum qualitatis, qua pollebat Ordo Canonicorum Sancti Auguſtini, nempe Characteris Clericalis annexi eſſentialiter eidem Ordini, quando ex oppoſito Monaci ex eorum primordiali Inſtituto, & eſſentia erant laici, itaut Cle-
12 ricatus ſupperventus accidentaliter dumtaxat ſe habuerit, ſive accreverit primo Inſtituto, & origini, ex iis, quæ recte non minus arguit, & patefacit *Tamburrin. de Jur. Abbat.* in ſæpecitata *diſput. 25. quæſt. 1. num. 69. cum plur. ſeqq., ac n. 291. verſic. Tertio principaliter, & n. 292. §. Secundo loco, verſ. prima ratio.*

Indeque contingit, quod ubi ad Cardinalatus apicem promoveantur Canonici Ordinis S. Auguſtini, purpuream veſtem induant uti ceteri Cardinales S. R. E. Clerici ſæculares, juxta declarationem *Leonis X. in ejus Conſtitutione la 34.* ex oppoſito vero diverſimode ſervatur in illis, ut notum eſt, S. Benedicti maternum habitum exteroquin pretioſum, & admirabilem retinentibus ac propterea etiam ex hoc capite Clericatus merebantur per Breve Abbhas, & Canonici *in Creuxlingen.* prædicti præclariſſimi Ordinis S. Augu-
13 ſtini anteponi, ex connotatis poſt *Gloſſ. in cap. qualiter, & quando 24. in fin. in verbo facilius de accuſat.* per *Joannem Andream in cap. dilictum num. 12. de regul. Jur. in 6., Lancellott. Corrad. in templo omn. Judic. lib. 2. cap. 11. in titul. de Prior. conventual. num. 2., Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. in prælud. nu. 392., Tamburrin. in prædicta diſput. 25. num. 90. verſ. quære, Cardinal. de Luca de præmin. diſc. 24. n. 2., & ſeqq., & de Regular. diſc. 19. num. 5., Sperell. deciſ. 179. num. 14.*

Optime ulterius quoque verificabatur enarrata ſuppoſitio præexcellentiæ eorum Abbatum Ordinis S. Auguſtini comparative ad illos S. Benedicti, quia quod de tempore conceſſi vigebat Indulti, fuit poſtea inconcuſſe ſervatum, & definitum per rem judicatam ipſius S. Sedis, quando illam implebat ſan. mem. Pius IV., de enim exquiſito Votu trium S. R. Eccleſiæ Cardinalium poſt longam, & maturam. Jurium hinc inde diſcuſſionem definitive Sententiam dixit, ut Canonici Regulares, etiam ſub hoc ſpeciali motivo qualitatis Clericalis, in quibuslibet Proceſſionibus, & actibus publicis, & privatis forent præferendi, deberentque præcedere, atque præcellere, prout de hiſce omnibus non minus patet ex actis illius controverſiæ integre regiſtratis, & impreſſis apud *Tamburrin. de Jure Abbat. d. diſput. 25. quæſt. 1.*, interquæ legitur quoque Breve peculiare ejuſdem Pii IV. communitum cum Clauſula *ſublata, & decreto irritanti*, repetitum *in Bull. novo Conſtit. 75.*, quod ſubextendit immediate erga cæteros Religioſorum Ordines Sempiternæ memoriæ S. Pius V., ut legitur in ejus *Conſtit. la* 116.

Idipſum quoque tacite definiverat, & pronunciaverat obſervantia, quæ hodie etiam practicatur inconcuſſa, tum in Pontificio Sacello, tum in Proceſſionibus, & functionibus publicis utriuſque Cleri in ipſa Urbe cæterorum magiſtra ſub oculis Summorum Pontificum, & univerſæ Aulæ Eccleſiaſticæ, quod quantum exiſtimari
14 debeat, manifeſtat *Tamburrin. de Iur. Abb.* in præallegata *diſp. 25. num. 199., & 200., & ſub num. 291. verſ. quinto principaliter, Card. de Luc. de Canonicis, & Capit. diſc. 3. ſub num. 2. §. Fortius autem*, & generaliter tradiderunt poſt *Text. in l. ſi de interpretatione ff. de legibus, Bald. conſ. 292. lib. 3., Rota in Romana Juris honorifici ſuper poſſeſſorio 24. Martii 1702. §. Licet, coram Reverendiſſimo Molines Decano, & in Romana Præcedentia 5. Maii 1710. §. Verum ultra, & 3. Junii 1712. §. Militante, coram R. P. D. meo Criſpo.*

Oſtenſo itaque ſecundum proxime animadverſa, quod etiam de Iure juxta oracula Summorum Pontificum, juxta praxim, conſuetudinem, & obſervantiam Regiæ, & Sacerdotalis Urbis Romæ præcedentia deberetur Abbati *in Creuxlingen.*, illiuſque Ordini Canonicorum S. Auguſtini, itaut quemadmodum ſuperfluum videbatur, ſuperius diſcurrere de prætenſa obreptione, vel ſubreptione ob voluntatem, & omnimodam in hanc præſertim materia poteſtatem ſupremi Antiſtitis Univerſalis Eccleſiæ, ita

Digitized by Google

ex jamdictis ſupervacaneum non minus videretur quodammodo ipſum Breve : nihilominus fruſtra vigor ejuſdem Brevis poterat unquam attenuari, & imminui ſub prætextu, quod Joannes XXII., ſeu ſecundum alios XXIII., tanquam unum ex prædictis monſtruoſis Capitibus Privilegia concedere non poſſet in Eccleſia, quæ tamquam Virgo caſtiſſima uni dumtaxat Viro meretur exhiberi, ſcilicet Chriſto, ejuſque ſucceſſoribus ; quoniam notiſſimum eſt, quod ne Mundus involueretur, Paxque, & concordia ſervaretur in eadem Eccleſia, ipſa Synodus Conſtantienſis, & deinceps legitimi in Apoſtolico Romano Pontificatu ſucceſſores tollerarunt, & approbarunt, prout hic, conſimilia

15 geſta per Pſeudo-Pontifices de tempore tam diuturni ſcyſmatis in Petri Cathedra conſedentes, prout adnotavit, *Card. de Luc. de Feud. diſc.* 104. *num.* 19., & ſignanter quoad eundem Joannem *Raynald. in Annal. Eccleſ. ad Ann.* 1415. *pag.* 466. *num.* 44. *tom.* 17., & ſæpiſſime noſtrum Tribunal, ut in *deciſ.* 335. *num.* 4. *coram Roxas*, *deciſ.* 295. *num.* 11. *coram Cerino*, *deciſ.* 167. *num.* 7. *coram Bich.*, & *deciſ.* 59. *in princip. par.* 10. *recent.*, & *in Tarraconen. Juriſdictionis* 10. *Maii* 1700. §. *Minuſque in dubium cum ſeq. coram Reverendiſs. del Olmo Epiſc. Conchen.*

Diximus, prout hic; quia præter generalem approbationem factam à prædicta Synodo Æcumenica Actorum hujus Pontificis *in ſeſſ.* 20. ut inquit *Rota dicta deciſ.* 335. *coram Roxas*, licet *Raynaldus ubi proxime* velit in *ſeſſ.* 18., individue per exemplum, ut diximus, inauditum, in forma *rationi congrua* expediri mandavit, ſive ſubcenſuit haſcemet litteras cum ſubſecuta

16 approbatione approbationis omnium Actorum in prædicta Synodo celebris olim noſtri Ordinis Auditoris *Oddi Columna* alias *Martini V.* de conſenſu omnium Nationum totius Ordinis Catholici renunciati in Summum Pontificem, ex prænarratis per eumdem *Card. de Luca in Relat. Romanæ Curiæ diſc.* 2. *nu.* 31. pluſquam individue Innocentius VIII. prædictum, ut ſupra, Breve propria, & Apoſtolica roboravit Auctoritate.

Atque hæc in ordine ad bonum Ius reſoluta extiterunt à *Dominis* remiſſive etiam ad cætera fundamenta, quæ conn-xe, ſeu conjunctim ponderata extiterunt in altera contextuali *Deciſione* ſuper Manutentione, Abbate *Petridomus* diutius expectato, & non comparente.

CONSTANTIEN. PRÆCEDENTIÆ SUPER MANUTENTIONE.

Veneris 27. *Januarii* 1713.

ARGUMENTUM.

Manutentio quando concedi debeat aſſiſtenti bonum Juſ. Referuntur privilegia Monachorum Ordinis S. Benedicti, & Canonicorum Ordinis S. Benedicti, & de eorum præcedentiis tractatur.

SUMMARIUM.

1 *Manutentionem ſolet quandoque decernere S. Rota ei cui aſſiſtit bonum Jus.*

2 *Per non tranſportationem Actorum, & effectivam conſtructionem Proceſſus tacite reſultat mali Juris confeſſio.*

3 *Decretum irritans adiectum in Conſtitutionibus Apoſtolicis irritat, & infringit quamlibet contrariam poſſeſſionem.*

4 *Poſſeſſio, quæ non ſit vera poſſeſſio, ſed abuſus, corruptela, & turbatio, attendenda non eſt*, & num: 9.

5 *Primæva erectio Ordinis S. Benedicti ſequuta fuit in Italia & in Eccleſia, & Monaſterio Caſſinenſi, & inibi primis privilegiis exornata per Summos Pontifices.*

6 *Si vinco vincentem te, eo magis vinco te.*

7 *Præcedentiæ alicujus Ordinis probantur ex antiquis inſcriptionibus, ſive picturis indicantibus modum incedendi in Proceſſionibus, ſicuti habetur in probatione Juriſpatronatus.*

8 *Poſſeſſio circa modum præcedendi ex quibus probetur.*

10 *Actus particulares præcedendi, ſive conſedendi in proceſſionibus, ſive Comitiis nullatenus deſtruunt eam præcedentiam alteri debitam de Jure.*

DECISIO DCIV.

SOlet plerumque *Tribunal*, agnito, & contrectato bono Jure alterius ex collitigantibus, etiam in dubio controverſæ materialis poſſeſſionis, ſeu quaſi ad præſcriptum remedii, ſeu Interdicti *retinendæ*, ſive ex quadam ratione æquitativa, ſive ad evitandos inutiles circuitus decernere Manutentionem ei, cui aſſiſtit, & mi-

1 litat idem bonum Ius, ut frequentiſſima nos docent exempla, & ſignanter in fortiori caſu in illa *Nullius ſeu Fulden. Iuriſdictionis ſuper Manutentione prima Iunii* 1708. *coram Me*; prout generaliter in altera quoque *Andrien. Præeminentiarum ſuper Manutentione* 17. *Februarii* 1710. *cor. R. P. D. meo Aldrovando*, & *in Peruſina Præeminentiarum ſuper Manutentione* 2. *Decembris* 1711. *cor. Me*, & alibi paſſim.

Verum longe fortius in hodierna audientia pro concedenda Manutentione Abbati, & Canonicis in *Creuxlingen.* coactum quodamodo remanſit *Sac. Auditorium*; Dum tres perurgebant circumſtantiæ particulares, quæ omnem ſubmovebant amaritudinem in oppoſito, & anſam quamcumque ambigendi. Prima ſubito naſcebatur ex tacita quodammodo extrajudiciali confeſſione ipſius Abbatis, Conventus, & Monachorum *Petri domus* Adverſantium, dum poſtquam in Curia A. C. contrariam pariter ſuper conflictata præcedentia tam in bono Jure, quam

in

in Manutentione reportaverant Sententiam, & reſpective decretum, recte dignoverunt nequaquam poſſe ex eiſdem Armis nedum ſibi parare, ſed nec ſperare Victoriam in prædicto *noſtro Sacro Auditorio*, dum ante certaminis initium ab eo petierunt pro adſtruendis novis probationibus conceſſionem remiſſoriæ, ac compulſoriæ, prout de facto benigne indulgens *Tribunal.* ſupplicationibus annuit in Deciſione 16. *Ianuarii* 1708. inter has Partes *coram* Me: Cumque deinceps prænominatus Abbas, & Monaci per tantum temporis decurſum conticuerint, nullaſque etiam expleta remiſſoria, & compulſoria mediante effectiva conſtructione Proceſſus, & tranſportatione ad Verbum propugnationes oppoſuerint, tacite profecto confeſſi ſunt
2 eorum malum Jus, & deficientiam legitimæ poſſeſſionis, ad ea quæ in ſimili ponderarunt *DD. in Cap. Tertio loco §. Sed quoniam, probat. Cravett. conſ.* 18. *num.* 6., *&* 7. *Rota coram Royas deciſ.* 366., *& coram Emerix Iunior. deciſ.* 667. utrobique *numero* 18., *& in recent. deciſ.* 100. *nu.* 34. *part.* 19. *tom.* 1., & conſonant dicta *in Perusina Pecuniaria* 8. *Iunii* 1711. *§. Adiiciebat in fin. cor.* Me.

Secunda circumſtantia robuſtius aſſurgebat ex auctoritate, quam ſibi promerebatur explicitum Indultum Joannis XXIII., aſſenſus, & confirmatio eo temporis Sacro Sancti, & Æcumenici Concilii Conſtantienſis, & demum roboratio poſitiva omnium præmiſſorum facta per Innocentium VIII. cum aſſueta prægnantia Clauſularum in concreto hujus præcedentiæ ad favorem Abbatis, & Canonicorum Ordinis Sancti Auguſtini, eædem namque Clauſulæ pluſquam eminenter continebant efficaciam Clauſulæ *ſublata, ac decreti* irritantis, quo ſtante, etiamſi per hypoteſim actualis poſſeſſio ſucceſſiva ſtetiſſet ex parte Abbatis, & Monachorum *Petridomus*, adhuc vigore ejuſdem irritantis Decreti
3 qualibet poſſeſſio in contrarium remanſiſſet proſtrata, & infracta; ut perpetuo dixit *Rota*, & ſignanter *coram Peutingerio deciſ.* 206. *nu.* 2., *& ſequen. coram Otthobon. deciſ.* 139. *num.* 14., *&* 15., *coram Emerix Iunior. deciſ.* 1228. *in fin.*, *ac deciſ.* 1296. *num.* 26., *& in recent. deciſ.* 48. *nu.* 2., *&* 3. *par.* 5., *& dec.* 476. *n.* 28. *par.* 18. *tom.* 2., & alibi frequenter.

Tertiæ denique circumſtantia erat, quod cum ex firmatis in altera contemporanea *Deciſione*, Ordo Canonicorum Sancti Auguſtini foret anterior illo Sancti Benedicti, priuſque a Sancta Sede receperit approbationem, necnon præpolleret perantea Charactere Clericali, & denique per Pontificiam rem judicatam definitum extiterit etiam in genere, eoſdem Abbatem, & Canonicos Sæculares Divi Auguſtini præferendos eſſe Abbati, & Monacis Benedictinis, juncta Univerſali obſervantia Orbis, & Urbis, hinc proinde quoties per imaginationem poſſeſſio actualis, ſeu Materialis extitiſſet ex parte Abbatis, & Monacorum *Petri domus*, nihilominus talis uſus, talis poſſeſſio, veluti contraria rationi, contraria Ordini Hyerarchico, contraria definitionibus Pontificiis, & uniformi ob-
4 ſervantiæ, non eſſet uſus, ſed abuſus, non eſſet poſſeſſio, ſed turbatio, non eſſet conſuetudo, ſed corruptela, quæ non venit attendenda, es paſſim congeſtis per *Lancellott. de attentatis part.* 2. *Cap.* 12. *limit.* 49. *n.* 3., *& part.* 3. *Cap.* 31. *n.* 184., *& ſequent.*, *Lotter. de re benefic. libro* 3. *quæſt.* 13. *n.* 79., *Marchesan. de Commiſſ. part.* 1. *fol. mihi* 963. *n.* 1., *&* 5., *Poſth. de manut. obſerv.* 48. *num.* 1., *& per tot.*, *Rota coram Cerro deciſ.* 140. *num.* 6., *& deciſ.* 802. *num.* 11. *par.* 18. *tom.* 2. *recent.*

Nullatenus officiente (licet ex abundanti) erga hoc ultimum præſidium definitionis Sedis Apoſtolicæ, quod ea emanaverit cum Monacis Benedictinis Caſſinenſibus, unde non officeret Abbati, & Monacis *Petri domus*, tamquam ſub eadem Præſidentia Caſſinenſi minime incluſis: Quia vis non ſtat in hac diſtinctione unius ſpeciei, ſeu Congregationis ab altera, cum eædem ſupra recenſitæ rationes æque pariter congruant, & perurgeant contra genus ipſum univerſum, & quaſcumque illius ſpecies ſubalternantes, etſi inter ſe diverſas, & independentes, immo prævia retorſione argumenti poſſet etiam a fortiori applicari juridica illa regula, & Axioma -- *Si vinco vincentem te &c.* cum primæva erectio Ordinis Sancti Benedicti ſecuta fuerit in Italia, & in Eccleſia, & Monaſterio Caſſinenſi, & inibi illis primis privilegiis exornata per Summos Pontifices, quibus emerita
5 hæc Religio illuſtratur, & ſignanter per *Zaccariam*, *Leonem Nonum*, *Innocentium Tertium*, *Sanctum Celeſtinum Quintum*, *Bonifacium VII.*, & alios plurimos, ut videre eſt apud *Margarinum in Bullario Caſſinen.*, & in *dicta Nullius, ſeu Fulden. Iuriſdictionis ſuper bono Iure prima Iunii* 1708. *coram Me*.

Ac propterea ſi Abbas, & Monaci ipſius Montis Caſini, cæterique connexionem habentes cum Præſidatu Caſinenſi ex Papali determinatione cedere coguntur Abbati, & Canonicis
6 Sancti Auguſtini, quid dicendum de aliis filiis poſterioribus hujus Glorioſiſſimi Patriarchæ, licet alibi conſparſis, quemadmodum ad terminos præmiſſæ regulæ, & Axiomatis arguerunt poſt *Text. in L. de accuſationibus ff. de diverſ., & temporal. præſcript. Soccin. conſil.* 212. *in princip. libr.* 2., *& Roman. conſil.* 383. *verſic. ſecundo principaliter*, *Sard. conſil.* 125. *num.* 14., *Mantic. de conject. ultim. volunt. libr.* 10. *tit.* 7. *n.* 6., *Gratian. diſcept. for. cap.* 154. *n.* 36., *& cap.* 157. *nu.* 2., *Rot. dec.* 284. *n.* 25. *par.* 18. *rec.*

De cætero deſcendentes *Domini* etiam ad conflictum poſſeſſionis in ſe ipſa, profecto neque in terminis ejuſdem peculiaris poſſeſſionis, inferiora, immo potiora emicabant Iura Abbatis, & Canonicorum in *Creuzlingen.*, dum uſque ab ipſo principio, nempe occaſione ſolemnis ingreſſus ejuſdem Joannis XXIII., qui Pontificia pompa maluit accerſere Concilium Conſtan-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ſtantienſe, apparebat, quod primarium locum
certo certius obtinuerunt Abbas, & Canonici
Sancti Auguſtini, ſubſequebanturque Abbas,
& Monaci Sancti Benedicti, & ad hunc effectum
Informantes pro eodem Abbate, & Canonicis
oculis *Dominorum* ſubjecerunt exemplar Suppli-
cationis, ſeu Proceſſionis eo tempore expletæ
verſus Eccleſiam Cathedralem. cujus rei me-
moria adhuc extat mediante pictura relata in
vetuſto Codice Hyſtoriæ ejuſdem Concilii in
Cancellaria Conſtantienſi aſſervato, ex hoc
enim Teſtimonio ab Hyſtoricis quoque admini-
culato reſultare probationem præcedentiæ liquet
ex his, quæ habentur in probando Jurepatrona-
7 tus cum ſimilibus picturis, & inſcriptionibus
demonſtrabili per connotata apud *Bald. conſil.*
445. *numero primo volum.* 5., *Cravett. conſ.* 158.
num. 3., *Dec. conſil.* 235. *num.* 2., *Lambert. de
Iurepatronat. libr.* 3. *quæſt.* 5. *artic.* 40. *num.* 2.;
Menoch. de præſumpt. libr. 3. *præſumpt.* 90. *n.* 101
verſic. quocirca, *Garzia de Benefic. part.* 5. *cap.*
9. *num.* 91., *Vivian. de Iurepatronat. libr.* 11.
capit. 5. *num.* 63., *Card. de Luca eodem tractat.
diſcurſ.* 9. *num.* 13. *diſcurſ.* 52. *ſub numer.* 8., *&
diſcurſ.* 57. *num.* 14., *Rota coram Seraphin. de-
ciſ.* 1141. *num.* 7. *coram Coccin. deciſ.* 230. *n.* 8.,
& in rec. deciſ. 548. *nu.* 7. *part.* 2., *& dec.* 170.
num. 2. *verſ. nec deficiunt par.* 3. *dec.* 136. *n.* 12.
par. 13., *& deciſ.* 509. *num.* 6. *par.* 14.

Conſpirabant in hoc ipſum obviæ Prælato-
rum. & Abbatum deſcriptiones, & Cathalogi
adductæ in *Summario ejuſdem Abbatis in Cre-
uxlingen. num.* 4., *&* 5. cum ſimilibus præce-
dentibus nomenclaturis, ſeu antepoſitionibus,
de quibus habebatur plene in eodem *Summario
num.* 6., *&* 7.; Hiſque tandem adjungebantur
Teſtes etiam ad partes dati de ſolita poſſeſſione,
ſeu quaſi præcedendi ejuſdem Abbatis, & Ca-
nonicorum in *Creuxlingen.*, *Summario nu.* 10.,
quibus ſane concurrentibus, quando etiam ver-
ſaremur in puris terminis indifferentibus poſſeſ-
8 ſionis, ſeu quaſi, manutentio denegari non
potuiſſet præfatis Monacis, eorumque Abbati,
ad paſſim tradita per *Covarr. pract. quæſt. capit.* 7.
num. 4. *in princip. & verſic.* 8., *Menoch. de reti-
nen. remed. ultim. num.* 33., *Cancer. variar. re-
ſolut. capit.* 14. *num.* 3., *&* 4. *part.* 3., *Paz. de
Tenut. capit.* 2. *num.* 26., *& ſeq.*, *Poſth. de ma-
nutent. obſervat.* 82. *num.* 10., *Rota poſt eumdem
deciſ.* 62. *num.* 3., *& deciſ.* 248., *&* 280. utro-
bique *numero primo deciſ.* 26. *n.* 3., *& deciſ.* 52.
num. 20. *inter impreſſas in Urbe coram Me.*

Eoque relevantibus, nam quando etiam per
diſcurſum comprobarentur in oppoſitum actus,
nominationes, & veſtigia, ſive argumenta re-
dolentia præcedentiam favore Abbatis, & Mo-
nacorum *Petridomus* [etſi de reliquo ſingillari-
ter, & optime ſatisfacerent Scribentes pro Ab-
bate, & Canonicis Sancti Auguſtini,] non ta-
men idcirco concuti poſſent tria præmiſſa ab
initio fortalitia, & munimenta: quoniam qua-
tenus dubia per actus hinc inde exercitos, & ex-
pletos in omnem caſum remanſiſſet conſuetudo
ſeu quaſi poſſeſſio præcedendi inter eos, eadem
nihilominus dubietas, ſeu præponderantia quo-
que poſſeſſionis ex parte Abbatis, & Monaco-
rum *Petri domus*. nequaquam poterat contra-
poni præfato validiſſimo bono Iuri, quod, ut
oſtendimus, faciebat deflectere in corruptelam,
9 abuſum, turbationemque, omnem uſum, con-
ſuetudinem, aut poſſeſſionem, ex jam ſuperal-
latis in §. *Tertia denique*, quibus adiungi poſſunt
Modern. Clericat. de Iuriſdict. diſcord. 2. *n.* 50.
Sperell. deciſ. 133. *num.* 19., *& ſeqq.*, *Rota
deciſ.* 34. *poſt Novar. in Sum. Bullar.*, *& dec.* 85.
poſt Urceol. de Tranſact. utrobique *num.* 20.

Potiſſime tandem ulterius, quoniam ubi
(quemadmodum demonſtravimus) pro alteru-
tra Parte ſtat bonum Jus, tantæ illud eſt ſolidi-
tatis, & firmitatis, ut vincat quæcumque con-
traria accidentalia poſſeſſionis, ea enim multo-
ties ſolet obvenire fortuito, vel ex providentia,
atque prudentia Superiorum ad ſcandala evitan-
da, vel ne retardetur per inanes has contentio-
nes publicum Eccleſiæ bonum; unde ex hac met
ratione neve per contrariam poſſeſſionem forte
Juſtitia violaretur, practicavere, & ſtabilivere
ſacroſancta Concilia Generalia, Divini Spiritus
aſſiſtentia, ac illuſtratione irradiata, quod per
hoſce præcedendi, ſeu confidendi particulares
actus etiam in Proceſſionibus, vel in publicis Co-
mitiis eorumdem Conciliorum quomodolibet
expletos, ſive occurrentes nullatenus evellatur
ea præcedentia alteri debita, & radicata de Jure
10 ſicuti peculiariter quoque præſcriptum fuit,
atque ſancitum in ipſomet Concilio Coſtantienſi
per illa verba — *& quoniam communiter continge-
re poteſt, quod aliqui ex confidentibus non erunt in
Sedilibus debitis collocati, eodem Sacro approbante
Concilio decernimus, quod ex ſeſſione hujuſmodi
nulli Eccleſiæ, vel perſonæ præjudicium generetur*
— relata per *Raynaldum in annal Eccleſ. tom.* 17.
ann. 1414. *pag.* 438. *num.* 8., nec non cautum
fuit. & proviſum per ſubſequen. *Sac. Conc. Tri-
dentinum*, ut patet *ex ejuſdem Sac. Conc. ſeſſ.* 2.
in fin.

Et ita, ut etiam in alia diximus *Deciſione*, ex-
pectato, & non comparente Abbate *Petri do-
mus*, deciſum fuit.

PERUSINA IMMISSIONIS.

Lunæ 30. Ianuarii 1713.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Obſtrictus tolerare immiſſionem ſuper toto prædio
empto, recuſare juſte poteſt dimiſſionem oblatam
pro illius parte*, & num. 4.

2 *Salvianum datur pro conſecutione fructuum.*

3. *Sal-*

3 *Salvianiſta adhoc, ut dominium acquirere poſſit debet recurrere ad Principem, qui elapſo decennio dat facultatem ſubbaſtandi, ac deliberandi proprietatem.*

5 *Melioramenta reficiens debet ſe obligare reſtituere quidquid melius liquidatum fuerit.*

6 *Liti renuncians, ut ſit valida illius renunciatio debet facto depoſito ſe obligare ad reſtitutionem illius, quod fuerit taxatum.*

7 *Contractus a Muliere initus non ſervatis ſolemnitatibus eſt nullus.*

8 *Non datur melior probatio, quam Partis confeſſio.*

DECISIO DCV.

EVictionem paſſi ſuper Prædio *Tribiliciano*, Octavianus, & Vincentius de Cantagallis, reſtaurativum Judicium inſtruxere adverſus quomodolibet Obligatos pro præſtanda hujuſmodi evictione; Cumque adinveniſſent, pro rata prætii ſcutorum 1400. Jura ſuæ Dotis longe majoris deſuper obligaſſe Margaritam de Luna, hinc induendo veſtimenta ejuſdem Margaritæ, eadem Jura retorſerunt contra Bona provenientia a Petro Paulo Socero ejuſdem Margaritæ, & inſimul fideicommittente, & ex beneficio imploratæ *Auth. Res, quæ, C. commun. de legat.*, obtinuerunt ad formam obligationis ejuſdem Margaritæ congruum reſtaurum contra hujuſmodi Bona fideicommiſſaria devoluta ad manus Comitiſſæ de Fluminibus, idque per plura, ac plura Judicata *S. Tribunalis*, Sed fruſtratoriam reddere victoriam Actoribus opinata fuit Comitiſſa, diſtrahendo præfata Bona, jam Judiciali trutinæ affecta, in Franciſcum, & alios de Baptiſtis, iique ſub prætextu novarum exceptionum conſequuti fuerunt exoptatum effectum, differendi ſcilicet exequutionem eorundem Judicatorum uſque ad hodiernam reſolutionem, in qua *Domini* confirmandam cenſuerunt ſententiam *R. P. D. mei Criſpi*, confirmatoriam alterius ſententiæ prius per *Reverendiſſimum D. meum Molines Decanum* pronunciatæ contra præfatos de Baptiſtis, ut in *Deciſione* primi *ſub die 22. Junii* 1711., & ſecundi *ſub die 3. Junii anni ſubſequentis*.

Dixi, ſub prætextu novarum exceptionum; Cum enim in ſupradictis *Deciſionibus coram Molines, & Criſpo* rejecta extiterit quædam oblatio, ſeu dimiſſio memorati Prædii *di Tribiliciano* facta per Comitiſſam pro intranti rata, & quantitate præfatorum ſcutorum 1400., juſte renuentibus Actoribus acceptare hujuſmodi partialem dimiſſionem, quando & emerant ab initio totum prædictum Prædium, & ſuper eodem toto Præ-
1 dio fuerant obſtricti tolerare evictionem, ad tradita per *Corn. conſil.* 149. *n. 7. lib. 4.*, *Mandell. Alben. conſil.* 573. *per tot.*, *Caſtill. controv. cap.* 10. *num.* 52. *lib.* 4., *Gamman. de evict. quæſt.* 22. *num.* 2., *& ſeqq.*, *Mangil. eod. tract. quæſt.* 198. *num.* 22. *& ſeqq.*

Iucaſſum hodie augeri prætendebatur motivum, & reſpective removeri, ac vilem attributam reſponſionem, offerendo dimiſſionem totius integri Prædii; Quoniam eadem dimiſſio in nihilo reintegrabat Actores, cum nunquam quoad Dominium, & proprietatem per abductionem in Salviano remanſerint ſpoliati; Salvianum quippe non dirigitur, niſi ad conſequutionem fructuum, ut habetur ex introductione,
2 ac natura, ad hunc effectum hujuſce remedii, de qua *Pacific. de Salvian. Interdict. in præfation. ſub num.* 3., *& Rot. in deciſ.* 723. *num.* 15., *& deciſ.* 915. *num.* 2., utraque *coram Seraphin.*, cum cæteris abunde congeſtis in *deciſ.* 89. *n.* 43. *juxta Romanam impreſſionem coram Me*; Itaut ad finem aſſequendi etiam propietatem, & dominium recurrere oporteat ad Clementiam Principis, qui tranſacto decennio ſolet impartiri facultatem ſubhaſtandi, & deliberandi, ac reſpective adjudicandi proprietatem, ex plene ani-
3 madverſis per *Marcheſan. de Commiſſ. par. 1. de appellat. in Salvian. §. 2. num.* 81. *per tot.*, *Mangil. de ſubbaſt. quæſt* 126. *num.* 14., *Poſt. eodem tract. inſpect.* 38. *num.* 27., *& ſeqq.*, *Rot. in Romana Salviani ſuper ſubhaſtatione* 23. *Martii* 1705. *Prœmis tamen*, *& in altera Romana Salviani* 19. *Februarii* 1712. *§. Cæterum*, *coram Me*.

De hiſce vero fructibus, in quibus reſidebat ſubſtantia reſtauri, ſive evictionis, nec unum verbum in eadem dimiſſione, ſolum reſpiciente integralitatem, & totalitatem Prædii, & proinde etiam quando impletis omnibus ſolemnibus inita fuiſſet hujuſmodi dimiſſio per Comitiſſam, tanquam non ſatisfactiva privationis fructuum abductorum a Fratribus de Cantagallis, non erat attendenda, dum etiam in caſu, quo integrum pretium non offeratur, Jura decernunt, recuſari poſſe oblationem, atque Depo-
4 ſitum, ut in fortioribus terminis firmarunt, *Bald. in l. Acceptum num.* 19., *ibique Caſtrenſ. num.* 2., *Cod. de uſur.*, *Menoch. de arbitrar. caſ.* 232. *n.* 7. & dixi *Ego in meo Tractat. de Commerc., & Mercatur. diſc.* 68. *num.* 24., & reſpondit *Rot. in Romana Cenſus* 5. *Decemb.* 1701. *§. Fruſtraque vim coram Eminentiſſimo Domino de la Tremoille*.

Cumque deberentur etiam eiſdem Actoribus damna, & expenſæ, quas ſubiverant in lite, vel alio modo reſpective probaſſent, requirebatur, ut ſaltem, ultra dimiſſionem Comitiſſæ, vel Baptiſti ſeſe, facto aliquo Depoſito, obligarent reſtituere quidquid melius extitiſſet liquidatum, quemadmodum quotidie practicatur in
5 eo, qui reficere debet melioramenta non adhuc probata, Teſte *Pariſ. conſil.* 33. *num.* 53. *lib.* 1., *Surd. conſil.* 48. *num.* 12., *Rot. coram Buratt. dec.* 874. *num.* 13., *& coram Cavaler. dec.* 48. *num.* 16., *& in Bononien. Immiſſionis* 18. *Junii* 1708. *§. finali*, *coram R. P. D. meo Falconerio*, *& in Nullius, ſeu Terræ Pontiani Immiſſionis* 26. *Junii* 1709. *§. Quo vero*, *coram Me*, & in renunciatione liti, ad hoc, ut valida eſſe cenſeatur,

ex

6 ex ſæpius decretis in *Sacro Tribunali*, ut in illa *Romana Alimentorum ſuper expenſis* 22. *Januarii* 1700. *coram Me*, *& in Alexanen. manutentionis* 15. *Ianuarii* 1703. §. *Animadverterunt*, *coram bo. me* Caſſarello, *& in Lucana Præeminentiarum ſuper expenſis* 4. *Maii* 1705. §. *Quoniam coram bon. mem.* Omanna, *& in Romana Emphyteuſis ſuper expenſis* 10. *Decembris* 1708. §. *Quoniam prædicta*, *coram Emo Polignac.*

Verum facilius, &, ut dicitur, ineluctabilius iſta procedebant; quoniam ultra præmiſſos defectus, quibus laborabat enunciata dimiſſio, carebat ulterius, veluti a Fœmina expleta, ſolemnitatibus a ſtatutario Jure præſcriptis in contractibus, vel geſtis, & conventionibus Mulierum, ne in perniciem Actorum ullo unquam tempore ea poſſet vacillare, ut ex capite non
7 ſervatarum ſolemnitatum quotidie contingit, ex iis, quę advertunt *Cardinal. de Luc. de Donation. diſc.* 35. *num.* 3., *& ſeqq.*, *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.* 44. *artic.* 5. *num.* 351., *Rot. coram Merlin. dec.* 704. *num.* 8., *& coram Bich. dec.* 559. *num.* 26., *& in Romana redditionis rationis* 9. *Decembris* 1709. §. *Quoniam coram Me*, *& in Eugubina* Cambiorum 4. *Martii* 1712. §. *Huic adeo*, *coram R. P. D. meo* Criſpo.

Refricabant denique Baptiſti veterem exceptionem, quod Cantagalli evictionem paſſi non bene oppoſuerint eadem Jura Margaritæ adverſus Rodulphum, qui ex cauſa ejuſdem Cenſus evincere Prædium *di Tribiliciano* ſatagebat: Sed huic objecto adeo egregie vim adimebant prædictæ, & aliæ antecedentes *Deciſiones*, ut neque neceſſarium, neque congruum exiſtimaverim retexere jam dicta; potiſſime etiam, quia jam tam Comitiſſa, quam Baptiſti ab ea cauſam habentes, implicite malum Jus in hoc habere confeſſi erant, mediante eadem dimiſſione, quam minime faceſſere fuiſſent obnoxii, ſi hujuſmodi fundamentum in aliqua ſtabilitate ſolidaretur;
8 ideoque adaucta hac virtuali, & implicita confeſſione Partis, melior juſtificatio, ſeu demonſtratio Juſtitiæ, & veritatis haberi non poterat, ad *Text. in l. generaliter*, *Cod. de non numerat. pecun.*, de quo *Rot. in Maſſricen. Beneficii* 6. *Decembris* 1709. §. *final. coram* Me, *& in Caven. Jurisdictionis ſuper Territorio ſeparato* 23. *Iunii* 1710. §. *Et omiſſis*, *coram R. P. D. meo Palconerio*, & alibi paſſim,

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 30. *Januarii* 1713.

ARGUMENTUM.

In Judiciis concernentibus Aſſecurationem Judicii, ſeu ſuſpicionem fugæ an, & quo caſu licita ſit variatio, ſive inconſtantia: Et an pendente judicio coram uno Iudice obtineri poſſit mandatum ſuſpicionis fugæ coram alio ad effectum aſſecurationis, & quid dicendum ad effectum ſolvendi. Eccleſiaſticæ Perſonę valeat in actu fugæ à Laica Perſona arreſtari, & in carcerem detrudi.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor ſolvere pro eo tenetur, pro quo fidejuſſit.*
2 *Mandatum ſuſpicionis fugę obtineri nequit, nulla emiſſa in prima comparitione præſervativa ſolita practicari.*
3 *Obligatio cammeralis tribuit facultatem variandi.*
4 *In judicio concernente aſſecurationem Judicii, ſeu ſuſpicionem fugæ licita eſt inconſtantia, & variatio.*
5 *Judicium ſuſpicionis fugæ non inducit litis pendentiam.*
6 *Pendente judicio coram uno Judice, obtineri poteſt mandatum ſuſpicionis fugæ coram alio ad effectum aſſecurationis, ſecus ad effectum ſolvendi.*
7 *Aſſecuratio Judicis nullam nec de Iure, nec de Stylo exigit citationem, ne alias ita citatus aufugeret.*
8 *Eccleſiaſtica Perſona valent in actu fugæ à laica poteſtate arreſtari, & in carcerem detrudi.*
9 *Procraſtinatio in producendis Iuribus præſefert malum Ius in procraſtinante.*
10 *Notarius, & Teſtes faciunt plenam probationem in quibuſcumque actibus, & ſcripturis.*
11 *Delictum non præſumitur, niſi concludenter probetur.*
12 *Iudicium executivum retardari nequit ob exceptiones turbidas, & illiquidas.*
13 *De natura dationis in ſolutum, ſive judicialis adjudicationis eſt ut dominium ipſo Iure transeat in adjudicatarium, ſive Creditorem.*

DECISIO DCVI.

Licet quatuor ab initio emanaſſent *Deciſiones* contra Chriſtophorum in Iudicio cœteroquin undique executivo pro præſtita ab eo fidejuſſione in gratiam Comucci, & Gaudentii in ſcutis mille, binę nempe *coram bon. mem. Omanna Epiſcopo Giennen.* ſub diebus 20. *Novembris* 1705., *&* 20 *Iunii* 1707. tertia, & ea pluſquam fortaſſe oportuiſſet egregie dilucidativa omnium objectorum, quæ per eumdem Chriſtophorum ad modum repullulantis fruticis de die in diem quotidie ab eodem Chriſtophoro promovebantur *coram R. P. D. meo Aldrovando* ſub die 14. *Decembris* 1708. quarta denique *coram Eminentiſſimo Priolo* 13. *Ianuarii* 1710.

Et quamvis etiam, ut par erat, in ſequelam earumdem *deciſionum* intermedie, & opportune duo uniformia judicata prodiſſent; Alterum a prædicto *R. P. D. meo Aldrovando*, & alterum a prælaudato *Eminentiſſimo Priolo*, & ulterius conſecutive *Signatura Iuſtitiæ* reſcripſiſſet eum clauſula canonizativa earumdem duarum judica-

eatorum, nempe -- *Sine prejudicio legitima executionis, & amplius*.

Adhuc Chriſtophorus impetravit una cum oportuna ſuperſeſſoria retardativa ejuſdem executionis ſibi deputari particularem Congregationem vice Signaturæ Gratiæ, a qua e converſo prolatum extitit reſcriptum ſuſpenſivum -- *Alteri, qui ad ulteriorem legitimam*. Unde repropoſito negocio *coram R. P. D. meo Falconiero* ſub die 17. *Iunii* 1712. exiit quinta vice reſponſum *affirmativum*, proindeque remanſit, & ab eo quoque tertio expedita Cauſa *ſub die* 1. *Augusti ejuſdem Anni* 1712.

Conſumpta igitur quaſi tota, ut ita dicamus, Pharetra modi reſeribendi ſuſpenſive, nihilominus *Mihi* ſupervenit nova Commiſſio præcipiens, quod rurſus conſulerem, ut conſului, *Dominos* ſub ſucceſſiva injuncta *Mihi* dubitatione -- *An eſſet iterum procedendum ad ulteriorem legitimam executionem Mandati* -- acriter vero, ſed inutiliter, ſe ſe eum novis Informationibus, & Juribus opponente Chriſtophoro, iterum quoque audivi una voce reſponderi -- *affirmative*.

Omiſſis quippe cæteris objectationibus, utpote non ſolum in præcitatis præcedentibus *Deciſionibus* exuberanter diſſolutis, ſed nec de novo hodie, vel parum reſtauratis per Chriſtophorum, ad duo validius hodie promota per eum motiva oculos *Domini* intendere, quorum alterum concernebat ordinem judiciarium, & alterum percutiebat juſtitiam Mandati a principio relaxati per *A. C.* contra Comuccium, &
1 Gaudentium, pro quibus ipſe fidejuſſerat, & pro quibus in conſequentiam ſolvere tenebatur, *ad Text. in l. alienam. Cod. de fidejuſſor. Card. de Luca de feud. diſc.* 50. *num.* 4., *Rota poſt modern. Aſculan. deciſ.* 24. *num.* 8., *& in meis addit. ad deciſ.* 23. *ſub numer.* 27. *inter hactenus in Urbe impreſſas coram Me*.

Noviter igitur circa ordinem obiiciebat Chriſtophorus, quod nequaquam Odoardus poſtquam introduxerat in Partibus ſub die 31. *Julii* 1704. Judicium contra prædictos Comuccium, & Gaudentium -- *ad cavendum, & idoneam fidejuſſionem præſtandam, & interim donec &c. deputari Æconomum &c.* uti corruſcabat ex illius *Summario num.* 1., potuerat ex abrupto, videlicet ſub die 16 Auguſti convolare, expetere, & obtinere præceps Mandatum ſuſpicionis fugæ cum ſucceſſiva carceratione Comucci, ut in eodem *Summario num.* 2., & 3., potiſſime nulla emiſſa in prima comparitione præſer-
2 vativa aſſueta practicari -- *Sine præjudicio Mandati ſuſpicionis fugæ*, ut poſt *Borguin. dec.* 1. *num.* 14., *& ſeqq. lib.* 1. commonet, *Modern. Aſculan. ad Stat. Urb. ſub tit. de mandat. ſuſpic. fug. annot.* 19. *n.* 162., *&* 163., *Rota dec.* 485. *numer.* 2. 3., *&* 4. *par.* 18. *tom.* 2. *recent.*, qui omnes ſaltem exquirunt, ut aliqua ſufficiens ſuſpicio ſupervenerit a prima introductione Judicii, quæ poſſet impellere ad remedium adeo violentum.

Eoque fortius, quia potius non modica ſuſpicione laborabat hujuſmodi variatio remedii, cum fuerit ab Odoardo connexa cum alia variatione, nempe loci, & Tribunalis, Judicium quippe primum, de quo proxime, apparebat (ut præmiſimus) inſtructum, & inceptum in Civitate Centum Cellarum, recurſus autem pro reportando Mandato ſuſpicionis fugæ habitus fuit in Urbe coram *A. C.* & ſic potius cum incommodo utriuſque Partis; ideoque intercedente ulterius hac admodum conſiderabili ſuſpicione, multo minus licita efficiebatur variatio, ad tradita per, *Card. de Albic. de inconſtant. in Iudic. quæſt.* 4. *n.* 6.

Verum facile animadverſum fuit, quod etiam in Partibus Odoardus inſteterat pro aſſecuratione Judicii, juxta verba ſuperius enarrata, unde quid quid ſit quando fuiſſet introducta Cauſa ſervat. ſerv. in Judicio Ordinario, prout loquuntur ſuperius allegatæ *Authoritates*, cum etiam in Partibus fuerit Summarie, ſive executive proceſſum ab Odoardo pro reportanda aſſecuratione Judicii, poterat utique in eadem linea aſſecurationis, vel mediante executione, vel mediante carceratione variare, & maxime adeundo verum executorem Cameralis obligationis, quæ de ſui natura, & quidditate tribuit
3 hanc facultatem variandi, ex plene congeſtis per *V. ſtr. in prax. lib.* 2. *cap.* 4. *ſub num.* 2. *verſic. Immo ſi alter*, *Cyriac. controv. for.* 318. *n.* 46., *Zacch. de oblig. Camerol. quæſt.* 11. *num.* 25.; *Card. Albic. de inconſtant. in Iudic. quæſt.* 4. *nu.* 44., *Surd. deciſ.* 44. *num.* 17., *&* 18., *Rota coram Merlin. deciſ.* 623. *num.* 5., *&* 6., *& in dicta Deciſione præcedentis Inſtantiæ cor. R. P. D. meo Falconerio* §. *Subſiſtente*.

Et ex hac eadem ratione nimirum, quod Odoardus adiverat verum & nativum executorem obligationis Cameralis, ceſſabat occaſio ſuſpicandi de ulla fraude, quin potius Odoardus poterat ipſe ſuſpicari magis de Iudice de Partibus, quam de Tribunali Principis; immo *Card. Albic.* in contrarium laudatus *ſub n.* 23., ac etiam prius *ex num.* 20. totum firmat oppoſitum, nempe, quod licita ſit inconſtantia, atque variatio, quando verſamur in Iudicio concernente aſſecurationem Iudicii, ſeu ſuſpicio-
4 nem fugæ, referens *Gratian. diſcept.* 906. *nu.* 19., *&* 20. *cum ſeqq.*, ubi reprobat contrarios, & tradit, quod Iudicium ſuſpicionis fugæ, non
5 parit litis pendentiam, adducens in idem *Gabriel.* cum *Angelo*, *Felino*, *Bruno*, *& Corſett.* ab eodem *Gabriele* citatis *in concluſ.* 1. *de Iudic. num.* 13.

Et adeo verum exiſtit hujuſmodi aſſumptum, quod nec *Sacra Rota* Judex ſuperior fuerit dedignata reſpondere, quod coram ſe pendente Judicio, recte potuerit obtineri Mandatum ſuſpicionis fugæ coram *A. C.*, utpote tendens ad Judicium aſſecurationis ob periculum in mora, quidquid foret, ubi variato fieret ad effectum
6 ſolvendi, ſive captura fieret, ut ſolveretur, que-

quemadmodum patet ex *Lancellot. de atteat.*
par. 2. cap. 4. de attentat. lit. pend. in præfat. n.
245. cum ſeq. Rota deciſ. 926. part. 3. diverſ., &
declarando *deciſ. 478. part. 1. Rec.* reſpondit *ea-*
dem Rota in dec. 742. num. 2. par. 4. tom. 3.

Tamque prævalidum eſt privilegium hujuſ-
modi remedii aſſecurationis Judicii, ut neque
de Jure, vel de ſtylo ulla exigatur citatio, ne
alias, ita citatus aufugeret, & ſic eveniret er-
7 ror pejor priori, *Teſte Bald. in l. ſi Debitori 21.*
n. 3. in fin. verſic. niſi eſſet ff. de Iudic. Ridolphin.
in prax. Iudiciar. par. 1. cap. 14. num. 83. quin
etiam ipſemet Eccleſiaſticæ perſonæ in ſuis caſi-
bus, nempe in actu fugæ valeant a laica poteſta-
te arreſtari, & in Carcerem traduci, ut com-
8 muniter obſervarunt *DD. in cap. cum non ab ho-*
mine, de Iudic., & præceteris *Ioannes Andreas*
num. 16., *& Abbas num. 11.*, *&* 12. ubi con-
traria *Hoſtien.* Sententia rejecta hanc veriorem
aſſerit, *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 10. n. 12.*
cum aliis *per Modern. Aſculan. ad Stat. Vrb.*
annot. 19. num. 178.

Quibus omnibus addebant aliqui ex *Dominis*,
quod eo magis contemnenda erat hujuſmodi
nullitas excitata per Chriſtophorum, quia nec
eam unquam excogitaverat allegare, ſive ſom-
niare in tribus præcedentibus Inſtantiis, quod
ſane malum Jus in adeo procraſtinante potius
9 præſefert, ut inquit *Alberic. in l. ſi quis forte 6.*
num. 2. verſic. item nota, & n. 3. verſic. ſic etiam
ff. de pen. cum reliquis per *Rot. in Romana Im-*
miſſionis 30. Ianuarii 1702. §. Lubentius autem,
coram Me, & in Pampiloaen. Parochialis 6. Mar-
tii ejuſdem Anni §. Denique, pariter *coram*
Me.

Et ex his pluſquam abunde ſublata hac prima,
ordinis exceptione, minime *Domini* reputarunt,
quod perturbari poſſet ordo tot Judicatorum
circa Juſtitiam, ex eo, quod potuerit Odoardus
ſibi ſolvere, ſubtrahendo [ut incongrue dice-
batur] mobilia, ſeu ſtylia Furni ab eo locati
prædictis Gaudentio, & Comuccio, & ſignan-
ter in ordine ad panem Nauticum; Quoniam ad
hunc effectum, ſive ad excludendam hanc poſſi-
bilem amotionem tria tempora accurate per
eoſdem *Dominos* diſtinguebantur, primum ſci-
licet illud factæ executionis, nempe Carceratio-
nis Comucci, ob quam fugæ quoque ſe commi-
ſerat Gaudentius, & hoc fuerat ſub die 20. *Au-*
guſti; Sed certe tunc nulla tranſportatio, nulla
amotio ſequi potuerat, ſiquidem tunc admini-
ſtratio ejuſdem Furni incontinenti relicta fuit
Puncellino, qui per antea reperiebatur eidem
Furno præfectus, cumque eidem conſignata
fuerint omnia prædicta mobilia, & ſtylia, ad
uſum Furni deſervientia, Panis vero nauticus,
qui in eodem Furno eo tempore præexiſtebat re-
lictus fuerit repoſitus in Manſionibus, iiſdemque
opportune per Fabrum Lignarium obſignatis in
præſentia Notarii, & Teſtium, quis dicat Odoar-
dum quidquam deſuper potuiſſe attentare?
Cum nuſquam auditum fuerit, ſequeſtrantem,
ſeu Creditorem inquiri de rebus alteri datis in
10 ſequeſtro coram Notario, & Teſtibus, qui fa-
ciunt plenam probationem in quibuſcumque
actibus, vel ſcripturis, ut ex *cap. quoniam con-*
tra ibique *ſcribentes* communiter, & præcipue
Felin. num. 45. de probat. ait Rot. poſt Vivian. de
Jurepatr. deciſ. 26. num. 20., & per *Adden. ad*
Buratt. dec. 95. num. 8.

Multoque minus potuit fieri, ſeu conſiderari
ulla poſſibilis amotio de ſecundo tempore, nem-
pe ſub *die 27.* ejuſdem menſis *Auguſti*, ſub quo
præfatæ res cum tanta providentia, & cauthela
conſignatæ præcedenter Puncellino (ut ex pe-
ritia *folio primo §. Supponenda*) fuerunt traditæ
prævio Judicis decreto Antonio Botto a Judice
deputato pro Æconomo; cumque de eo pariter
tempore fuerint adamuſſim, repertæ eodem
modo obſignatæ manſiones, in quibus aſſerva-
batur Panis nauticus, profecto erat impoſſibile,
quod aliquo tempore illum Odoardus ſubtraxe-
rit, niſi ſupponamus colluſionem in Puncellino,
& delictum in Odoardo, quando Puncellinus
fuerat per totam ſupradictam *diem 27. Auguſti*
declaratus ſuę optime geſtę adminiſtrationis
Creditor in ſcut. 2. 41., & quando reſpectu
Odoardi oportuiſſet, quod ope aliarum clavium,
vulgo *Contrachiavi*, vel detruſione, & reappo-
ſitione clavorum fuerint manſiones, & Tabulę,
alias *biffe*, reſeratæ, & iterum concluſę, quan-
do tamen omnia Jura clamant de non præſu-
mendo delicto, niſi concludentiſſime juſtificetur,
& de non admittendis his exceptionibus ad finem
11 retardandi hujuſmodi Judicia executiva quem-
admodum de prima propoſitione dicunt poſt
Text. in l. qui accuſare 4. Cod. de edendo Maſcar.
de probat. concluſ. 36. num. 1., & ſeqq.. *Sard.*
conſ. 329. in principio lib. 3. Clar. in pract. §. final.
quæſt. 62. & in meis addit. ad deciſ. 32. num. 35.
12 *inter in Vrbe impreſſas coram me*, & de ſecunda
Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 6. num. 16., Card.
de Luca de Credit. diſc. 60. num. 6. Adden. ad
Gregor. deciſ. 220. in fine, Rota coram Emerix
deciſ. 673. num. 7., & in meis addit. ad dec. 99.
ſub num. 21. §. In hac Cauſa erga medium inter
hactenus in Vrbe impreſſas coram me.

Tertium tempus erat illud ponderationis ejuſ-
dem Panis nautici ab inde ſubſecutæ poſt ſeptem
menſes, videlicet ſub die 17. *Martii* 1705.; Sed
de hoc vanum erat inquirere, cum idem Panis
fuerit inſimul cum aliis rebus de mandato Judi-
cis conſignatus in ſolutum Odoardo poſtmodum
ſub *die 30. Martii*, quando mediante adjudica-
tione, ſeu datione inſolutum dominium Jure
proprio in illum tranſiverat, ut eſt de natura
iſtarum dationum, & adjudicationum Judi-
13 cialium, ex adductis poſt *Text. in l. final. Cod.*
ſi in Cauſ. judic. per Ridolphin. in prax. part. 1.
cap. 15. n. 84., Gratian. diſcept. for. 545. n. 49.,
& ſeqq. Rota poſt Merlin. de pignor. dec. 81. n. 3.,
& ſeqq. & apud Poſth. de Subhaſt. dec. 24. n. 1.,
& in deciſ. 80. num. 3. inter impreſſas in Vrbe
coram me.

A pri-

A primo itaque ad ultimum, ab hiſce novis oppoſitionibus incaſſum ſuſcitatis vindicato primo mandato cum ſubſequentibus tribus *Rotæ* Judicatis, *Domini* ſupervacaneum exiſtimarunt iterum retexere ea, quæ fuerunt quodammodo anathomiee diſcuſſa in eiſdem præcedentibus *Deciſionibus*, ad quas idcirco ſeſe habuerunt remiſſive, utraque &c.

FIRMANA IMMISSIONIS.

Veneris 3. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Schedula teſtamentaria, in qua apparent lituræ, interlineationes, & Apoſtillæ an dicatur ſimplex præparatoria Teſtamenti, & voluntas imperfecta, minuſque ad actum perfectum, & completum redacta, ſive potius intelligenda ſit perfectum teſtamentum, & ex ea argui poſſit nimis certa Teſtatoris voluntas, maxime ſi acceſſerit aliqua heredum approbatio, quę ex quibus inducatur fuiſſe in Deciſione pertractatur.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio vigore* L. fin. Cod. de Edict. Div. Adv. tollen. *datur concurrentibus requiſitis*, & num 2.

3. *Schedula in qua apparent lituræ, interlineationes, & Apoſtillæ dicitur ſimplex præparatoria teſtamenti & voluntas imperfecta, minuſque ad actum perfectum, & completum redacta.*

4. *Suſpicio falſitatis ex claris, & poſitivi facti demonſtrationibus eruenda eſt.*

5 *Falſitas teſtamenti ex quibus arguatur*, & num. ſeq.

7. *Suſpicio falſitatis apoeæ excluditur ex recognitione caracteris per Teſtes omni exceptione majores facta.*

8 *Et ex Iudicis approbatione cauſa cognita, & diſcuſſa.*

9 *Teſtator ſi poſt exaratam ſchedulam vitiatam, & cancellatam ſupervixerit, & eam puriori caractere tranſcribere omiſiſſet, præſumitur eamdem revocaſſe, & novam condidiſſe*, & num. ſeqq.

12 *Inter plures ſchedulas teſtamentarias ea venit obſervanda, quæ fuit à primis heredibus approbata, atque uſu recepta.*

13 *Schedula Teſtamentaria juxta ſtatutum Firmanum ſolemnis diſpoſitionis vices gerit. Schedula teſtamentaria quando in omnibus ſui partibus perfecta dicatur*, & num. 17.

Et quid dicendum ſi illa ſit abolita, & caſſata, ac in aliqua parte vitiata num. 14. & ſeq.

15 *Factum potentius eſt quam verba.*

16. *Approbatio ſecundi Teſtamenti ex quibus actibus inducta cenſetur.*

DECISIO DCVII.

ROtalem Sententiam, qua *R. P. D. meus Falconerius* præviis duabus *Deciſionibus* æditis *ſub diebus primo Iulii anni* 1709., *&* 27. *Iunii* 1710. Immiſſionem ad certa bona Fideicommiſſaria Andreæ Mariæ ſenioris de Doriis fuerat elargitus pro tertia parte Annæ Mariæ de Cecchis tamquam Sorori, & Proximiori ultimo Maſculo de Familia Doriis de Doriis, nuper defecto, & pro altera tertia parte Cæſari de Bartolis ut Deſcendenti a Demetria ejuſdem Fideicommittentis Sorore, nec non pro altera Ven. Societati Sanctiſſimæ Conceptionis Civitatis Firmanæ, quos pariter in caſu obitus prædicti ultimi Maſculi de dicta Familia, memoratus Teſtator in quadam ejus Schedula Teſtamentaria ſubſtituerat hodie ad *Mei* requiſitionem, cui appellationis Commiſſio directa fuerat, ſub conſueti dubii propoſitione *confirmandam Domini* Cenſuerunt.

Subſiſtere enim adhuc viſa ſunt priora illa fundamenta vocationis nimirum ad Fideicommiſſum, illius purificationis, ac identitatis bonorum
1 quibus concurrentibus Immiſſionem quam largitur *Textus in Leg. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollend. Sacrum Tribunal* numquam denegare conſuevit, ut videre eſt in *Romana Domus, ſeu Fideicommiſſi de Incoronatis* 1, *Decembris* 1710. §. *Iuſtitia coram Reverendiſſimo P. D. Molines*, *&* *in Sutrina Immiſſionis* 19 *Aprilis*, 1709. §. *Quo enim coram eodem.* Vocationem etenim patefaciebat littera memorati Teſtamenti, in quo defecta, & extincta linea Maſculina Dorii de Doriis ejuſdem Teſtatoris, ex Fratre Nepotis, & primo loco vocati, diviſio bonorum Fideicommiſſo ſuppoſitorum demandatur hac lege, ut tertia pars. Proximioribus Fœminis deſcendentibus ab eodem Dorio aſſigneretur, tertia Filiis maſculis, & deſcendentibus Demetriæ Sororis ejuſdem Teſtatoris obveniat, & altera tertia prædictæ Venerab. Societati reſtituatur, Purificationem autem præſeferebat obitus Andreæ Mariæ Iunioris de Doriis ultimi maſculi de eadem Familia, & demum Identitatem bonorum, quæ ſub certis, & in dubium non revocabilibus confinibus idem Teſtator in eadem ſchedula deſignaverat neutra Pars impugnabat: Unde Jure merito in dicta ſententia *R. P. D. mei Falconerii* decretam fuiſſe favore
2 prædictorum Subſtitutorum Immiſſionem, ultra adductas *Deciſiones* comprobat eadem *Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Burſattis* 6. *Februarii* 1708. §. *Reſpectu vero coram R. P. D. meo Lancetta*, *& in Romana Fidaic. de Maximis* 4 *Maii* 1711. §. *Hic ſane coram R. P. D. meo Criſpo*. *& in Romana* Immiſſionis 24. *Aprilis* 1711. §. *Exiſtentia coram eodem.*

Non impugnabatur hodie amplius per Scribentes pro Eleonora defectus rei Iudicatæ, cum patens eſſet, nec in ſcęnam iterum adducebatur

exiſtentia Dorii, & Dominici Fratrum Andreæ Mariæ ultimo loco defuncti, ſicuti pariter non prętendebatur amplius Eleonoræ, ejuſque Sororum admiſſio ad coęqualem ſucceſſionem cum Anna Amita per viam repræſentationis Thomæ earum Patris, minuſque conſimiles ſchedulas proprio caractere ſcriptas, & ſubſcriptas, ac proprio Teſtatoris ſigillo munitas ad formam ſtatutariæ diſpoſitionis Civitatis Firmanæ, vim habere perfecti, validi, ac legitimi Teſtamenti etiam in Clerico volente eodem ſtatuto uti, nulla quamvis facta declaratione, iidem ſcribentes pro Eleonora inficiabantur, eum fatales agnoviſſent reſponſiones, & ſingulariter datas in *Deciſionibus R. P. D. mei Falconerii*.

Sed Falcem ad radicem mavis ponere exiſtimantes, totis ideo in dupplici objecto collectis viribus demonſtrare ſatagebant præfatam ſchedulam, vel ficte, & falſo ſuppoſitam fuiſſe per Dominicum Dorium, vel quatenus proprio Teſtatoris caractere firmata dicenda potius foret, ejus tamen robur excedere nequeat limites ſimplicis Præparatoriæ, & imperfectæ minuſve ad actum perfectum, & completum non redactæ, qualem præſeferre dicebantur lituræ, interlineationes, & Apoſtillę in ea apparentes, ac inordinata ſenſuum expoſitio, quibus eadem ſchedula dignoſcebatur concepta, ut ad rem nota-
3 tum dicebant *per Mart. de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 7. art. 3. num. 4., & Rota in deciſ. 470. num. 7. part. 19. tom. 2. rec.* Ideoque in ejus concurſu attendendam potius fore aliam ſchedulam ſub die 25. Decembris 1600. ab eodem Teſtatore confectam, & in omni ſui parte perfectam, ac in Notarii Prothocollis noviter repertam, quam exhibebant in hodierno eorum *Summ. num. 1.*

Verum nec primum ſuper prætenſa falſitate elatum obitum verificatum fore, nec ſecundum ad imperfectæ diſpoſitionis probationem tendens ſufficientibus munitum fore argumentis viſum eſt, ut propterea iterum pro valido, ac undequaque perfecto juxta ſtatutariam dictæ Civitatis ſanctionem Teſtamento, eadem ſchedula fuerit, & hodie a Dominis reputata; Falſitatis ſiquidem vehæmens argumentum ſcribentes pro Eleonora deſumere conabantur prout ex quo data anni 1606. controverſæ ſchedulæ ſuper impoſita magis craſſo atramento exarata videretur, quam reliquum corpus, ideoque credibile fore, quod ſchedula illa confecta quidem fuerit ſub die, & menſe in ea enunciatis, ſcilicet 20. Aprilis, ſed anni 1600., poſtea vero facili lineæ ſuperadditione annus, qui prius erat 1600., fuerit redactus in annum 1606., & ita effectum fuerit quod illa ſchedula, quæ fuerat revocata per aliam poſteriorem non interlineatam, nec caſſatam, aut apoſtillatam, ſed in ſuo eſſe ubique perfectam, & datam ſub die 25. Decembris 1600., ac publicis Notarii actis dimiſſam evaſerit poſtea per d. milleſimi alterationem poſterior.

At leve nimis videbatur hoc argumentum, quod totum ſiſtebat in ipſa ſimplicis poſſibilitatis, & actus facile exequendi figuratione, nulla tamen vel minima probatione ſuffultum, ideoque faciliime fuit ſpretum, cum ſuſpicio falſitatis ex
4 claris, & poſitivis facti demonſtrationibus eruenda ſit per notata *ad Textum in Leg. Sciant cuncti Cod. de probation. per Donat. in praxi titul. de convict. num. 13., Rota coram Pænin dec. 492. num. 2., & coram Bichio deciſ. 166. num. 13., & in recen. par. 13. dec. 166. num. 5., & par. 19. deciſ. 48. num. 7.*

Secunda falſitatis conjectura per eoſdem ſcribentes educebatur, ex tam ſerotina dictæ ſchedulæ exhibitione ſequuta de anno tantum 1631., eaque augeri dicebatur ex qualitate Perſonæ, quæ illam exhibuerat, Dominici nempe ſecundi ſubſtituti, occaſione, qua nonnullæ Domeſticæ contentiones inter ipſum Dominicum, & Aurelium de Doriis defuncti Filium, & ſui reſpective Nepotem exarſerant, ex quibus veriſimilem inſurgere ſuſpicionem affirmabatur, quod pro minuenda hæreditate ejuſdem Aurelii idem Dominicus talem ſchedulam ſub die 20. Aprilis Anni 1600. exaratam, & per aliam poſteriorem eodem anno caſſatam alterari, & dicto anno 1606. accommodare voluerit, efficiente inſuper haſce ſuſpiciones legales, & legitimas exiſtentia ejuſdem ſchedulæ apud eumdem
5 Dominicum intereſſe habentem, ut tradit *Rovit. deciſ. 55. num. 18. verſic. Et quia, & Rota coram claræ mem. Cardinali Carro deciſ. 583. num. 2.*, & ejuſdem productione, ſeu exhibitione facta tantum poſt obitum Dorii primi Eredis gravati
6 de vera diſpoſitione Andreæ Teſtatoris pleniſſime informati, ut in propoſito obſervarunt *Pariſ. conſil. 27. num. 24. lib. 2., Sard. conſil. 153. n. 17., Menoch. tom. 42. num. 32., & de arbitr. caſ. 187. num. 44., Vermigliol. conſil. 353. num. 8., Hodiern. ad Sard. deciſ. 231. num. 23., & Rota poſt Zacch. de obligatione Camerali deciſ. 132. num. 12.*

Hoſce tamen diſcurſus nullius momenti reddebat animadverſio, quod uſque de anno 1621., & ſic antecedenter ad dictum annum 1631. ſchedula hodie controverſa fuerat exequutioni demandata, dum ultra florenos 100. ſolutos Demetriæ de anno 1610. vigore alterius Apocæ, ut aſſerebant ſcribentes pro Eleonora, aliam ſubſequenter conſimilem ſummam ſcilicet de prędicto ann. 1621. pro integratione ſummæ florenorum 200. in Apoca controverſa præſcriptæ perſolverat Andreas Maria Dorius, tertio loco vocatus, mediante traditione in ſolutum cujuſdem cenſus in ſorte ſcut. 50., ut præſefert publicum Inſtrumentum Authoritate Iudicis, & cum ſolemnitatibus a Patrio ſtatuto præſcriptis communitum omnem vero ſuſpicionem ademerat recognitio veritatis ejuſdem Apocæ formiter facta in actis Curiæ Archiepiſcopalis Firmanæ, ſub die 31. Ianuarii memorati anni 1631. per duos Teſtes Sacerdotes nulla peni-

penitus exceptione notandos, cum ſucceſſiva ejuſdem Apocæ canonizatione, ſeu approbatione ab eadem Archiepiſcopali Curia per ipſum Dominicum Doriam obtenta, dum vigore dictæ Apocæ ſub die 4. Decembris ejuſdem anni 1631. manutentionem ſuper Domo, & Prædio in contrada di *Pozzo meſſo* fuerat aſſequutus, cauſamque proſequens aliam quoque manutentionem ſuper cœteris bonis io contrada Montis Danzoli in dicta Apoca contentis reportaverat. Demum nova poſtmodum controverſia in eadem Curia inter prædictum Dominicum, & Aurelium de Doriis ſuborta, qua identitas caracteris & ſubſcriptio ejuſdem Teſtatoris in dicta ſchedula impugnabantur, iidem Teſtes Sacerdotes fuerunt formiter etiam cum interrogatoriis repetiti reddenteſque perfectæ eorum ſcientiæ cauſam iterum præcedenter depoſita confirmaverant, qui ſane actus Iudiciales, & quidem plurimi in Partium contradictione geſti ab omni penitus falſitatis ſuſpicione dictam ſchedulam
7 vindicabant, per ea, quæ in propoſito manuum recognitionis per Teſtes omni exceptione majores factæ tradunt *Gallet ad form. Camer. obligat. par. 3. ſub num. 11. fol. 358.*, *Veſtr. in pr uxi lib. 6. cap. 1. nu. 121.*, *Scacc. de Iudic. par. 2. cap. 11, num. 956., & 971.*, *Rota coram Buratt. deciſ. 455. num. 6.*, *& coram* Cavaler. *deciſ. 553. num. 1., & in recen. par. 10. dec. 289.*
8 *num. 11.*, & de Judicis approbatione cauſa cognita. & diſcuſſa docet, *Rota coram Bichio deciſion. 55. num. 14.*, *& in recen. deciſ. 150. n. 38. par. 12.*, *& deciſ. 460. num. 17. par. 18.*, *& in Viterbien. Legati* 10. Martii 1704. §. *Poſt obitum coram R. P. D. meo Scoto Almæ Vrbis Gubernatore*.

Vindicativa autem Teſtamentaria prædicta ſchedula a prætenſa falſitatis ſuſpicione, quæ in nulla relevantis facti verificatione fundata videbatur majorem ingerere difficultatem videbatur objectum imperfectionis ejuſdem ſchedulæ, quam validius deſumere contendebant memorati ſcribentes pro Eleonora ex recenſitis lituris deturpationibus, Apoſtillis, & imperfectiori ſtylo, quibus eadem ſchedula notabatur, quę etſi in præteritis propoſitionibus vim facere *Dominis* non valuerint, id eveniſſe dicebant iidem ſcribentes, quia cum nolla alia tunc afferretur ſchedula Teſtamentaria, ideo ne exequutio voluntatis in dicta ſchedula manifeſtatæ impediretur, & inteſtatus deceſſiſſe diceretur Andreas, omnis proinde Teſtatori favorabilis interpretatio deſumi rationabiliter valeret pro ſuſtinenda ea diſpoſitione; quamvis & tot maculis deturpata imperfectionem non obſcure redoleret, ut a Jure permitti paſſim habemus.

At cum in præſenti per exhibitionem alterius Teſtamentariæ ſchedolæ undequaque in ſuo eſſe perfectæ, & omnes æquitativæ animadverſiones, ut ſubjungebant, ceſſaverint, & Teſtator in prædicta anteriori ſchedula pura, limpida, oulla macula deturpata, ac numeris omnibus abſoluta manifeſte indicaſſet modum, quo uti conſueverat, quando ejus voluntatem perfectam dici volebat, eam etiam Notario cuſtodiendam tradens, nullam ſane rationem amplius habendam exaggerebant de hac poſteriori ſchedola tot lituris, & macolis vitiata, in qua Teſtator novæ diſpoſitionis exarationem teotaſſe quidem dici poſſet, ſed pœnitentia ductus eam in ſuo imperfectionis ſtatu mavis relinquere voluiſſe, alias cum per annum poſt ejus exarationem ſupervixerit, eam ſane ab omni de-
9 turpatione vindicatam puriori caractere ſibi conſueto traoſcribere non omiſiſſet, ut in puncto animadvertit *Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 7. art. 3. ſub num. 4.* ibi --- *Et hæc concluſio multo magis procedit ſi Teſtator poſt factam dictam ſcripturam diu ſupervixerit, atque eam non redaxit in puram ſcripturam ſine cancellationibus*.

Sicuti pariter eam Notario; cuſtodiendam prout perantea egerat, oe deperditioni, aut alicujus ſubtractioni foret obooxia, tradidiſſet, nec ulterius mentionem facere de primo Teſtamento, illudque revocare oeglexiſſet, cum legata variarentur in quantitate, & primogenitura in ſecunda ſchedula bonis augeretur, ex qua ſane revocationis ommiſſione, deviante a ſolito omoium, qui novum condere Teſtamentum volentes priora ſemper revocant, magnum erui argumentum exiſtimandi, quod ſecundum Teſtamentum data opera fuerit imperfectum relictum, eo quia voluntatem iterum
10 motaverit, & magis diſpoſita in primo Teſtamento amiſerint in propoſito tradit *Nat. in conſ. 484. ſub num. 31.*, & proſequitur *Spada in conſ. 338. ſub num. 4. verſic. 2.* Excludente quamlibet oblivionis prioris ſchedulæ præſumptionem, quæ allegari poſſet pro excuſanda tali revocationis omiſſione, lapſo tantum quinque aoaorum, qui inter confectionem unius, & alterius
11 ſchedulæ Teſtamentariæ interceſſit, ut obſervat *Dec. in conſ. 10. nu. 22. lib. 1.*, *Cyriac. controv. 360. num. 97.*, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 166. num. 12.*, *& Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 8. num. 16. in fine*.

Prædictis autem omnibus memorati ſcribentes pro Eleonora adjungebaot obſervantiam ejuſdem primæ ſchedulæ ex facto ipſorum hæredum gravatorum immediate poſt obitum Teſtatoris reſultantem, dum de aono 1610. Dominicus Dorius perſolverat Demetriæ Teſtatoris ſorori legatum Florenorum 100. quod in dicta prima ſchedula continebatur, eaque ſolutio fuerat in eadem ſchedula per manom Notarii, penes quem aſſervabatur, immarginata rurſuſque de aono 1618., alterum legatum Florenorum 600. in eadem prima ſchedula deſignatum idem Dominicus præſtitit Iſabellæ Teſtatoris nepti, cujus favore cantabat, adeoque hæſitandum amplius non eſſe ſubdebant, quin ſola illa prima ſchedula in omni ſui parte perfecta pro Andreę Teſtamento ſit attendenda, utpote etiam ab ipſis primis hæredibus obſervata,

at-

12 atque approbata per ea, quę habemus apud *Altograd. in conſ. 71. num. 6., & ſeqq., Magon. decif. Florentin. 58. num. 21., & 22., Baratt. decif. 243. num. 6., Rota in Viterbien. legati 25. Iunii 1703. §. Creſcitque validitas coram bo: me: Caffarello.*

Verum tantæ relevantiæ habita non fuere apud *Dominos* hæc argumenta, & motiva, ut fundamenta, quibus ſeutentia *R. P. D. mei Falconerii* nitebatur, infringere valerent. Admiſſa etenim etiam veritate, & realitate primæ ſchedulę omnioo puræ, & nulla labe conſperſæ, adhoc poſteriorem Teſtamentariam ſchedulam de anno 1606. exaratam adeo perfectam exiſtimarunt, ut haoc, non primam atteudeudam eſſe dijudicaverint. Eteoim cum contineret diem, & annum, claramque, & litteralem vocationem hæredum, & ſubſtitutorum firmo, & deliberato animo de præſenti diſponendi præſeferret, & ſubſcripta, ac ſigillo ejuſdem Teſtatoris munita dignoſceretur: vanum videbatur aſſerere, quod inibi contineretur potius ſimplex quædam velleitas diſponendi, quæ remanſerit imperfecta, & nullius roboris, cum ad perficiendam Teſtamentariam ſchedulam, quę juxta Firmanum Statutum *in rubr. 47.* ſolemnis diſpoſitionis vices gereret, nil aliud de oeceſſitate foret ſuperaddendum videretur, ut in pro-
13 poſito ultra deducta in *Deciſionibus R. P. D. mei Falconerii* in hac cauſa æditis videre eſt in *Firmana Manutentionis ſuper hæreditate Dominici 6. Maii 1709. a §. Tamen inſpecto, & ſeqq. coram R. P. D. meo Criſpo.*

Nullam vim adimentibus lituris, cancellationibus, ac Apoſtillis, quibus fædata dicitur memorata ſchedula; quoniam cum ex litoræ Apoſtillæ, & Cancellationes factæ fuerint, ut non controvertebatur, manu ejuſdem Teſtatoris, importare idcirco non valebant ullam imperfectionem reſpectu diſpoſitionis, quæ clara, & ab omni obſcuritate purgata reſultabat; Quinimmo diſpoſitionem magis perfectam, & maturà mente per actus reflexos toties ge-
14 minatos, quot erant lituræ, & caſſationes, exaratam arguebant, ac propterea in parte oon caſſata, & clara omniuo exequibilem, ut ponderat, *Rota in decif. 119. numer. 14. poſt Mell. in addit. ad Caſtill., & in Romana Fideicom. 1. Iunii 1699. §. Neque hujuſmodi coram Eminentiſſimo de la Tremoille cum concordan. in dicta Firmana Manutentionis ſuper hæreditate Dominici §. De dicto autem in fine.* In cujus *deciſionis* caſu agebatur de ſchedula ſimiliter lituris conſperſa, & Apoſtillis repleta, ac pariter revocatoria præcedentium Teſtamentorum quinimmo ea ulteriuscarebat menſe, die, & anno.

His poſitis parum referre videbatur, quod diſpoſita in priori Schedula oon revocaverit Teſtator in ea parte, in qua hoic ſecundæ adverſarentur, quoniam id de neceſſitate faciendum eſſe nulla Iura precipiunt, cum ipſum tactum, & ipſa contraria diſpoſitio alioquin perfecta validiorem ex ſe vim habeat revocandi, præcedenter diſpoſita, & poſteriori
15 Teſtamento adverſantia, poteotius eſt enim factum, quam verba, ut ootat ad *Text. in l. cum plures §. Locator Horrei ff. de locat, & conduct., Rot. coram Emerix Iun. dec. 386. num. 7., & in Rec. dec. 533. num. 23. part. 19. tom. 2. & coram bon. mem. Caffarello in Viterbien. Legati 25. Iunii 1703. §. Et nullius efficaciæ.*

Neque hic pariter deeſſe videbatur obſervantia conteotorum in memorata ſchedula; Etſi etenim Demetria conſequuta fuiſſet vigore primæ Schedulæ legatum ſibi in ea relictum reſtrictum ad Florenos centum, tamen detecta ſecooda Teſtamentaria Schedula de anno 1606. exarata, in qua legatum ad Florenos 200. adauctum fuerat, illico alios reſiduales Floreuos 100. conſequuta fuerat, ut inouimus ſupra in *§. Hoſce tamen diſcurſus*, itaut bene valuerint Hęredes approbare ſchedulam de anno 1600. exaratam quouſque illa poſterior detegeretur, poſtquam autem hac detecta ad executionem diſpoſitionis io ea contentæ proceſſerant, nulli dubium eſt, quin ex hiſce actibus, poſito ad partes primo Teſtamento, cen-
16 ſeatur inducta approbatio, & acceptatio ſecundi, per ea, quæ notat *Bottilier. diſſert. Forenſ. prima ſub num. 28. verſic. nihilominus Rot. in Ariminen. Bonorum ſuper remiſſoria 24. Februarii 1693. §. Nec pariter coram Reverendiſſimo Hervanult*; cum aliis in propoſito adductis in *Firmana Manutentionis ſuper hæreditate Ioannis Baptiſtæ 6. Maii 1709. §. Verum coram R. P. D. meo Criſpo.*

Nec in facto ſubſiſtere viſa eſt reſponſio per ſcribentes pro Eleonora in propoſito ſolutionis reſidualis legati Demetriæ data, quod nempe ſecunda ſolutio aliorum Florenorum centum eidem Demetriæ facta, evenerit in implementum Prioris Teſtamentariæ diſpoſitionis, cum in dicta Priori ſchedula nedum contineretur legatum Florenorum centum, ſed & portionis dotis maternæ, quæ equidem portio in aliis Florenis ceutum conſiſtere dicebatur: Quoniam ex lectura ipſius legati, clarè colligebatur, quod Teſtator non demandaverat, quod Demetriæ perſolveretur à ſuis Hæredibus iſta portio dotis maternę, quaſi quod in ejus hæreditate reperiretur, ſed cum ipſe eſſet Creditor ejus portionis maternæ dotis ſibi debitæ, eaque foret penes Demetriam, eam idcircò abſolvere voluit ab onere illius ſatisfactionis, ut non obſcure præſeferuut illa Teſtatoris verba, ibi = *Laſcio a Madonna Demetria mia Sorella carnale tutto quello, che mai mi poteſſe pervenire. o altro che poteſſe pretendere della Dote di mia Madre, e voglio che nè eſſa, nè ſuoi Eredi, ne poſſino eſſer moleſtati per tal conto, e di più alla medeſima laſcio Fiorini &c.* ex quibus ſanè verbis non videtur induci poſſe, quod relictum fuerit quid ab hæredibus præſtandum, ſed beue exem-

exemptam fuiſſe Demetriam, ſejuſque Hæredes a ſolutione illius debiti dotalis erga Teſtatorem; huncque literalem, & omnino innegabilem ſenſum confirmat Teſtamentaria diſpoſitio Pantaſileæ Matris ipſius Andreæ Teſtatoris, & Demetriæ data *in Summario Eleonoræ Num.5.* in quo per Matrem rogatur Andreas, ut amore, quo proſequitur Demetriam ejus Sororem carnalem, attento quod ipſe non egeat, velit eidem Demetriæ relasare Florenos illos 100., quos eidem Andreæ titulo legitimæ prædicta Mater relinquebat, quod cùm adimpleviſſe cenſendus ſit, ne exinde aliquo tempore, vel ipſa Demetria, vel ejus hæredes moleſtias pro reſtitutione pati poſſent, propterea ultra legatum Florenorum 100. in prima ſchedula, & 200. in ſecunda, etiam hoc Demetriæ debitum condonaverat.

Cum itaque in hac ſecunda ſchedula adeſſe viſa ſit perfecta diſpoſitio Teſtamentaria Andreæ, eaque ſcripta, & ſubſcripta proprio ejuſdem caractere, & proprio ſigillo munita appareat, itaut nihil ad actus perfectionem, & ro-
17 borationem deeſſe dicendum ſit per *Gloſſ. in leg. ſi Procuratorem abſentem verſ. intelligendum, ff. de Procuratorib. & in leg. 2. verbo conquiſitu Cod. de reb. alien. non alienand.*, adſit ejuſdem obſervantia, quinimmo, & in contradictorio Judicio fuerit non una vice, ſed pluries canonizata prævia Judiciali manus recognitione facta per Teſtes Sacerdotes omni exceptione conſequenter majores, & ulterius ſub nova contradictione repetitos non potuere, idcirco Domini non reſpondere: *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam. Vtraque &c.*

BARCHINONEN. DISTRIBUTIONUM.

Veneris 10. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Manutentio concedenda eſt exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi diſtributiones quotidianas. Valoris, ſeu fructuum diminutio, vel accretio ex quibus arguatur.

SUMMARIUM.

1 *Sac. Rot. ſæpiſſime ſolet concedere immiſſionem, ſive manutentionem in genere.*
2 *Diſtributiones quotidianæ debentur ratione quotidiani miniſterii in celebrandis divinis Officiis.*
3 *Plus, & minus non mutant ſubſtantiam rei, nec eam faciunt differre ſpecie.*
4 *Exigendi impedimentum præſtitum ab homine vel natura, nullum privat ſua poſſeſſione undequnque manutenibili.*
5 *Manutentio debetur in quaſi poſſeſſione exigendi diſtributiones.*
6 *Teſtes etiam de Vniverſitate admittuntur, quando deponunt de facto proprio.*
7 *Remiſſio mercedis, ſive diſtributionum, an, & quando propter bellum fieri debeat, & poſſit.*
8 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem reiiciendæ ſunt ad petitorum, & penitus ſpernendæ in poſſeſſorio.*
9 *Accretio bonorum ex quibus arguatur ad effectum detrahendi diſtributiones.*

DECISIO DCVIII.

Sicuti magnorum Ducum fortiſſimas Vrbes, ac munitiones obſidentium prudens reputatur conſilium exteriora prius occupare pericula, ut ſubinde magis intima tutius, faciliuſque proprio ſubjugent imperio, atque victoriæ; ita Collegium Beneficiatorum Cathedralis Eccleſiæ Barchinonen. ante penetrationem ulterioris boni Juris, & præciſæ quantitatis ſibi debitę diſtributionum, Judicium inſtruxerat pluribus ab hinc Annis, ac ſucceſſive (Rmo Auditore Sanctiſſimi mandante) reſtauraverat inutiliter quidem in Partibus, ſed nuper ita tandem præcipiente Signatura Juſtitiæ formiter *coram Me* ex integro reaſſumpſit *in Sacro Auditorio* ſuper obtinenda manutentione ſaltem abſtractive, & in genere eaſdem diſtributiones lucrandi, exigendique ab aſſueta maſſa communi, atque felicius eſtitit voti compos effectum, non obſtantibus quippe contrariis oppoſitionibus Capituli, vel dilationem efflagitantis, vel commixtionem examinis boni Juris expoſcentis. *Domini* non dubitarunt hodie eidem Collegio Beneficiatorum favorabiliter annuere; Hanc etenim conceſſionem manutentionis, vel in ſuis caſibus immiſſionis quoad certam quotam ſaltem in genere quodammodo pro jaciendo primo lapide reſolutionis,
1 ſæpius *Tribunal* practicavit, uti videre eſt apud *Card. de Luc. de fideicom. diſc. 39. num. 3., & de donat. diſc. 31. num. 1., Rot. coram Cavaler. dec. 573. num. 2. in rec. dec. 562. num. 5. par. 6. dec. 435. num. 19. par. 19. tom. 2. in Peruſina Tranſactionis 8. Iunii 1711., & in Reatina Fideicommiſſi de Severis ſuper melioramentis 25. Aprilis 1712. §. Atque id ipſum, coram Me.*

Et quidem res ipſa de plano procedebat: quoniam indubitabile erat, quod præfatum Collegium exiſteret in hac quaſi poſſeſſione lucrandi, exigendique hujuſmodi diſtributiones, quæ ſunt veluti quædam honoraria ſtipendia Militum Eccleſiaſticorum horaria, & diurna ſevitia ratione
2 quotidiani miniſterii in celebrandis divinis Officiis impendentium Eccleſię, ut inquit *Covarr. variar reſol. lib. 3. in principio Lancellott. de attentat. par. 3. cap. fin. a n. 31., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proæm. num. 155., Monet. de diſtribut. quotid. par. 1. quæſt. 4. num. 9., Aloyſ. Ricc. collect. 1451. verſ. hinc infertur.*

De hac etenim participatione Collegii Beneficiatorum inſimul cum Capitularibus ejuſdem Eccleſiæ, & per neceſſarium antecedens præexiſtenti quaſi poſſeſſione, conſtiterat uſque de Anno 1610. in noſtro Auditorio *coram Coccino dec.*

*dec.*500., quæ etſi fuerit poſt nodum re.o ata *in*
deciſ. 1267. *coram Eodem*, attamen hæc eadem
revocatio tendebat circa denegatam accretio-
nem earumdem diſtributionem, & non circa
3 ſubſtantiam, juxta frequens illud aaioma de-
promptum ex *l. final ff. de fund. inſtruct., & l. le-*
gato generaliter ff. de legat. 1., *Surd. conſ.* 305.
num. 62. cum cæteris apud *Barboſ. axiom.* 180.
num. 1.

Rurſus Collegium in eadem quaſi poſſeſſione
proculdubio exiſtebat de Anno 1662.; Occaſio-
ne quippe, quod Capitulum diſtributiones aſſue-
tas eaolvere per triennium detrectaverat ex cau-
ſa peſtis, ac ſterilitatis, recurſum haboit Colle-
gium ad S. Sedem, delegatoque per eam Epi-
ſcopo Barbaſtren., is protulit Sententiam, in
qua definiebatur, quod Collegiom præſervare-
tur in ſua perceptione diſtributionum, dempto
tempore, quo revera per ſpecialem Procurato-
rem deputandum conſtaret redditus diſtribuen-
dos ad commodum Collegii una cum Capitola-
ribus ex prædicta cauſa exigi nequiviſſet *Summ.*
Collegii num. 6. Non enim præſtitum ab homine,
vel natura impedimentum ea igendi ullum privat
4 ſua poſſeſſione undequaque manutenibili, ex
traditis per *Menoch. de retinen. remed.* 3. *n.* 86.,
& ſeqq., *Boccat. de Interdict. uti poſſidet. cap.* 2.
n. 51., & 54., *Gratian. diſcept. foren. cap.* 114.
num. 12., & 13., *Rota coram Coccino dec.* 158.
num. 8., & *deciſ.* 36. *num.* 43. *inter hactenus. in*
Urbe impreſſas coram me, & in ſpecie *eadem Rota*
apud, *Poſth. de manut. deciſ.* 571. *num.* 7.

Quid plus? dum oon ſolum ex prædictis appa-
rebat de antiquiſſima, & media quaſi poſſeſſio-
ne Collegii, ſed etiam de ipſo præciſo tempore
motæ litis, juxta articulos, Teſteſque deſuper
examinatos, & attingentes Annum uſque 1702.
d. Summ. Num. 3., & 4. quamobrem non erat
ambigendum, quod eidem Collegio debita fo-
ret in hac quaſi poſſeſſione implorata manuten-
5 tio, ea collectis poſt notiſſimum §. *Retinen-*
dæ, *Inſtit. de Interdict. per Poſth. de manut. ob-*
ſervat. 18. *n.* 1., *& ſeq.*, *Rota in Romana*, *ſeu*
Cabilonen. Ordinis Ciſterclenſis contributionum
19. *Iunii* 1702. §. *Cum enim*, *coram Reverendiſs.*
D. meo Molines Decano, *& in Gerunden. Diſtri-*
butionum de Olot ſuper manutentione 30. *Apri-*
lis 1712. §. *Quod autem coram R. P. D. meo Lan-*
cetta.

Abſque eo, quod officeret, quod juata ioſor-
mationem impreſſam, & ea parte Capituli di-
ſtributam obiici mæreretur, quod prædicti eſ-
ſent de gremio Beneficiatorum, ſicqoe non eſ-
ſent idonei ad aliquid teſtificandum favore Col-
6 legii; qoia ſcum deponerent de facto proprio,
nulluſque daretur fumus in oppoſitom, etiam
Teſtes de Collegio, vel Univerſitate admittun-
tur, Teſte *Felin. in cap. inſuper n.* 7. *verſ. fallit*
ſexto, *de Teſtibus*, *& Abb. ibidem n.* 2., *Me-*
noch. de arbitrar. caſu 106. *nu.* 8. late *Farinacc.*
de Teſtib. quaſt. 60. *illat.* 17. *de Teſte de Univer-*
ſitate in princip., & *n.* 460.

Neque prætextus deficienti in prædicta ſolu-
tione allatus à Capitulo capax erat impediendi
hujuſmodi manutentionem, ea quo nimirum
ob ingruentes bellorum impetus adeo fuerint
dimiuoti fructus deſtinati pro ſatisfactione diſtri-
butionum, nt non potuerit Capitulum illas ea-
tradere Beneficiatis: recte etenim reſpondebant
illorum Defenſores, nequaquam id in facto ſub-
ſiſtere, tum quia Capitulum ſponte ſua ceſſave-
rat ſolvere diſtributiones de ipſo Aono 1703. *d.*
Summ. Num. 4. *lit.* quantumvis eo temporis,
neqoe bellum, neque illius timor fortaſſe gliſ-
ceret; tum etiam, quia (uti notorium eſſe ſu-
biungebant) Territorium præcipue Barchino-
nenſe nullam paſſom fuerat ea prædicta bello-
rum perturbatione devaſtationem, quin potius,
ut in ſimilibus contingentiis evenire ſolet, valor
fructuum, & redditom magis perаugeri con-
7 ſuevit, quam imminui, ut in propoſito ani-
madverterunt poſt *Iaſon. in l.* 1. *num.* 84., *Cod.*
de Iur. emphyteut., *Redoan. de reb. Eccleſ. non*
alienan. pag. 431. *ſub nu.* 5., *Rota coram Man-*
tica deciſ. 35. *ſub. num.* 5. *in fin.*

Minuſque exceptio hæc fomentum habebat
in Jure admiato ipſi facto; quoniam cum nulla
daretur ea parte Capitoli juſtificatio hujuſce
omnimodæ depauperationis, non poterat idem
Capitulum ſub hoc prætextu reſpuere ſatisfactio-
nem, quando præſertim hæ probationes ad re-
tardandam manutentionem eſſe deberent in
promptu alioqnin conſimiles exceptiones reii-
ciendæ veniunt ad Judicium petitorium, nuſ-
8 quam retardata manutentione ea Juribus notiſ-
ſimis, de quibus *Menoch. de retinen. remed. ul-*
tim. ſub nu. 43., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 926.
num. 27., *Poſth. de manut. obſer.* 42. *num.* 68.,
Rota coram Merlino deciſ 19. *num* 13. cum cæte-
ris allegatis *in meis addit. ad deciſ.* 92. *num.* 38.
inter hactenus in Urbe impreſſas coram Me, &
fortaſſe in fortiori caſu reſolutum fuit in illa
Landen. Penſionum ſuper manutentione 30. *Janua-*
rii 1713. §. *Quo enim*, *coram R. P. D. meo Lan-*
cetta.

Addebantque iidem Defenſores duo alia fun-
damenta, alterum, quod de facto Capitolom
ratione ejuſdem ſervitii præſtiti Eccleſiæ, & in-
tereſſe Canonicorum non abnoerat illis exſol-
vere integros fructus, ſeu diſtributiones; Unde
non ſolum æquitas eapoſtulabat, ſed ea littera
ſtatutorum Eccleſiæ, de quibus *dicto Summario*
Num. 1., Juſtitia compellebat, quod pari lan-
ce fieret ſolotio Beneficiatis, qui fuerant per
eadem Statuta æquiparati io hac materia, qoi-
ve proinde pariter cum Capitularibos ſubſtine-
bant pondus diei, & æſtus, ot cæteroquin eiſ-
dem Statutis nitendo alias *Rota* non dubitavit,
etſi variaverit qnoad accretionem ſuperventam
9 in præallegatis *deciſionibus* ab initio *coram Cocci-*
no la 500., & 1267., & pro regula firmaot *Caſ-*
ſad. in deciſ. unica tit. de Cler. non reſiden. nu. 2.,
Covar. lib. 3. *variar. cap.* 13. *in princip.*, *Ric-*
cius in prax. reſol. 477. *num.* 5., *Gratian. diſcept.*
fo-

Digitized by Google

forenſ. cap. 562. num. 9., *Card. de Luca de Canonic.*, *& Capit. diſc. 16. num. 6. §. Verum cum ſeqq.*

Aſt effective, ſeu re vera de hoc poſtremo facto nullum dabatur ab eiſdem Scribentibus documentum, & ideo *Domini* in capeſſenda reſolutione ſteterunt tantummodo ſuper præmiſſis, amplexari hactenus quoque ambigeotes alterum fundamentum, nempe quod cum certa quota eſſet aſſignata unicuique Beneficiato pro eodem horario, & diurno ſervitio, ea ſicuti impediverat *coram Coccino*, ne iidem Beneficiati frui poſſent ullo augumento, vel Iure accreſcendi in ordine ad redditus præauctos, ita neque par ratio permittebat, quod per quemcumque caſum eis nocere poſſet contraria eorumdem reddituum diminutio ſecundum ſanctionē *Text. in l. ſecundum naturam*, *ff. ad l. falcidiam*, *& L. quoties*, *ff. ad Trebellian.*, & io iodividuo probare videbatur *Card. de Luca de Canonic. & Capit. diſc. 7. num. 7.*, *& 8.*

Quoniam eadem potius pari ratione, qua rejecerunt ad petitorium hanc prætenſam depauperationem ex parte Capituli, ita hic, & nunc nihil deſuper definire intenderunt, caſu quo opportunæ juſtificationes ſupervenisſent de hac omnimoda, vel magna depauperatione impeditiva exburſationis hujuſmodi diſtributionum, exiſtimantes ſatis eſſe pro nunc abſtractive, & adhæſive ad Statuta Collegio attributam fuiſſe manutentionem Capitulo informante, & auditis in parte juxta eorum Memoriale, ſeu informationem prædictam Capitularibus.

Et ita utraque &c.

NARNIEN., SEU SABINEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 13. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Deſcendentes ex fœminis quaodo ex celebri conſilio Fulgoſii 85. ſubſtituti intelligantur poſt defectum maſculorum ex maſculis. & quantum hac in re operetur Teſtatoris voluntas. In diſpoſitionibus conditionalibus nudum, & ſimplex factum inſpiciatur, itaut fieri nequeat juſta, & legitima illatio, ſive aliqua ſubextentio alterius novi fideicommiſſi; Hoc tamen non procedit ubi concurrat contraria Teſtatoris voluntas, quæ tum ex proœmio, tum ex aliis Teſtamenti partibus optime inſpicitur.

SUMMARIUM.

1 *Deſcendentes maſculi ex fœminis quando ſubſtituti intelligantur in defectum maſculorum.*

2 *In diſpoſitionibus conditionalibus nudum factum inſpicitur, itaut fiere nequit aliqua ſubextenſio, & creatio novi fideicommiſſi.* Limita num. ſeqq.

4 *Proœmium diſpoſitionis non parum attenditur pro indaganda voluntate, & intentione Diſponentium.*

5 *Sub nomine* deſcendentium *quando veniunt quicumque Deſcendentes in futurum.*

6 *Teſtator ubi enixe contemplavit agnationem, ſi non adſit certa reſtrictio, fideicommiſſum paſſim extenditur, & a quibuscumque regulis receditur.*

7 *Defectis maſculis ex maſculis ſub proprietate litteræ continentur etiam maſculi deſcendentes ex fœminis.*

8 *Vbi rationis identitas concurrat admittuntur deſcendentes ex fœminis, ſicuti admitterentur deſcendentes ex Maſculis.*

9 *A fideicommiſſo in caſu contraventionis non licet arguere, ſeu ampliare ad fideicommiſſum in caſu obitus.*

Limita ſi agatur de inquirenda dumtaxat voluntate fideicommittentis per modum veriſimilitudinis, & conjecturatæ mentis. num. 10.

11 *Dictio* quali *oppoſita in inſtitutione, vel ſubſtitutione quid importet.*

12 Gloſſ. in l. Lucius la 2. ff. de hæredibus inſtit. *quando procedat, & quid operetur.*

13 *Favore deſcendentium à Teſtatore facilius inclinat Tribunalia pro duratione fideicommiſſi.*

14 *Fideicommiſſum quando dicatur perpetuum ex volita prohibitione alienationis cum ratione conſervationis familiæ.*

15 *Correctio inſtantanea in Teſtatore nunquam præſumitur.*

16 *Teſtator ſi ordinare voluit fideicommiſſum perpetuum, præſumitur poſt defectum maſculorum voluiſſe etiam ſuccedere fœminas ab eis deſcendentes.*

DECISIO DCIX.

NAturæ quodammodo avaritiam, ſeu parſimoniam ſupplere, ſive emendare contendens Joannes Bernardinus maſculina ſobole deorbatus, nuptui tradens Fauſtinam filiam in 1
ejus filiis, & deſcendentibus Maſculis familiæ ſuę memoriam renovare ſategit, ſed non parvum juxta humanarum rerum viciſſitudines, & vanas hominum cogitationes ſubivit diſcrimen, ne nimium videlicet volita Maſculinitas, ad ſolum finem ſaltem civiliter perpetuandi cognomen, & arma, deflecteret in exterminium ſuæ intentionis, dum adamuſſim obeunte Clemente illius Pronepote ex filio Maſculo Fauſtinæ, cœperunt illius hæredes prætendere, quod omne fideicommiſſum expiraſſet, licet ſuperexiſteret Joannes Maſculus deſcendens ab eadem Fauſtina per medium Annæ Mariæ illius filiæ: unde exorta deſuper controverſia prius in Partibus, poſtea in Tribunali A. C. ſuper remediis poſſeſſoriis triplicis interdicti *retinendę, recuperandæ, & adipiſciendæ poſſeſſionis*, cum ſibi invicem adverſaotibus Iudicatis, tandem conſcenſo diſſidio *ad S. Rotam*, & reaſſumpta inibi penetratione:

Digitized by Google

ut par erat, boni juris, & veræ ſubſtantiæ liti-
gii, triumphavit exoptata per Diſponentem ſuc-
ceſſivitas, & perduratio fideicommiſſi etiam in
Maſculo deſcendente per organum Fœmininum,
reſcribentibus unanimiter - *Dominis conſtare de
bono Iure Ioannis*.

Is enim habebat pro ſe regulam derivantem
ex verbis appoſitis in ipſa ordinatione fideicom-
miſſi explicati in verbis Inſtrumenti Dotalis ce-
lebrati pro nuptiis Fauſtinæ; poſtquam enim
prælaudatus Ioannes Bernardinus ſcuta 4000. in
Dotem tradere profeſſus eſt eidem Fauſtinę, &
juſſit, quod ad electionem illius, ſequuta morte
Dotantis, extra cauſam promiſſę Dotis extrahi
deberent - *tanti beni, che aſcendino alla valuta
d' undici mila ſcudi* -, & ad hęc per viam fidei-
commiſſi invitavit ipſius Fauſtinæ primo deſcen-
dentes Maſculos, ſive ex illo, ſive ex altero
forſan contrahendo Matrimonio, & dein in il-
lorum defectum filios Maſculos Fœminarum
æditarum ab ultimo deſcendente Maſculo, po-
ſtremo tandem declaravit - *E ſe queſti deſcendenti
delle Femine dell' ultimo deſcendente Maſchio della
Signora Fauſtina ancor loro mancaſſero, e vi foſſero
figlie Femine, all' ora li beni ſudetti vadano con le
conditioni ſudette alli deſcendenti Maſchi di queſte
Femine in tutto, e per tutto come di ſopra, e così s'
eſeguiſca in infinito con l' iſteſs' ordine*.

Quamobrem cum facto nuper cedentibus Jo-
anne Bernardino, & memorato Clemente ex
filio Antonio Nepotibus prædictæ Fauſtinæ abſque
liberis tam Maſculis, quam Fœminis, reperi-
retur dumtaxat ab eadem Fauſtina ſuperſtes
Maſculus mediante Anna Maria ejus filia Joan-
nes Pronepos, dubitabile viſum non eſt, quod
ille in hac parte injunctæ ſubſtitutionis compræ-
henſus exiſteret tamquam deſcendens Maſculus
ex Fœmina ejuſdem ſanguinis, & familiæ, imo
& æquo modo, ſive ſimul deſcendens ab ipſa
Fauſtina filia ab initio prædilecta, atque gravata,
idque ſi non per viam Maſculinam, ſaltem per
alteram Fœmininam Annæ Mariæ, ad celebre,
1 & pluſquam celebre *Conſilium Fulgoſii* 85., de
quo paſſim habetur apud *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
325. num. 3.*, *Peregrin. de fideicom. art. 26. a
num. 1. ad ſeqq.*, *Rota coram Dunozet. Junior.
deciſ. 402. num. 27., & ſeqq. in Bononien. Fidei-
commiſſi Annibalis de Elephantutiis* 20. *Junii*
1708. §. *In pręſenti*, *coram Me*, & prius *in Car-
pentoraten. Fideicommiſſi de Tertullis* 2. *Decem-
bris* 1705. §. *Nam iterum coram Reverendiſſimo
Domino Molines Decano*, *& in Balneoregien. Fi-
deicommiſſi* 13. *Iunii* 1712. §. *Non obſtante*, *coram
R. P. D. meo Aldrovando*, quæ poſtremæ *Deci-
ſiones*, & *Auctoritates* ampliant, etiamſi tra-
ctetur de deſcendentibus non per unicum, ſed
multiplex medium Fœmininum.

Abſque eo, quod obeſſe valeret, quod ad ter-
minos prædictorum verborum Anna Maria de-
buiſſet exiſtere adhuc in humanis de tempore
adapertæ ſucceſſionis, ſeu verificandæ ſubſtitu-
tionis, adhoc, ut illius deſcendentes Maſculi
ſubſtituti poſſent cenſeri, quemadmodum expo-
ſcebant, & denotabant verba - *E vi foſſero Figlie
Femine* · unde cum illa tunc temporis non adeſ-
ſet, minime liceret de uno caſu ad alterum in
hac materia ſervitutis inductiva, & impeditiva
liberi Commercii ſubextendere diſpoſitiones, &
creare fideicommiſſa, præſertim in conditiona-
a libus, in quibus nudum factum inſpicitur, *ad
Textum in leg. Qui haredi in principio*, *& leg.
Mævius*, *ff. de condit.*, *& demonſtrat.*, ſicuti vi-
dere eſt in propoſito *Theoricæ Soccini in leg. ſole-
mus ff. eodem*, ſuper contrario verbo *non extan-
tibus* apud *Cyriac. contr. 522. num. 93.*, cum aliis
late cumulatis, & congeſtis per *eumdem*, & per
Rot. deciſ. 72. num. 10. part. 10. recent., & pari-
ter a contrario - *Se non ci foſſero piu di linea Ma-
ſcolina*, famigerata eſt *deciſio in Romana Fidei-
commiſſi de Soriciis coram Carillo inter ſuas la* 266.

Siquidem cum ab hiſce regulis, & ſi cætero-
quin veriſſimis, neceſſe ſit Judicem recedere,
quoties contraria argumenta, & vehementes
circumſtantiæ illum compellant ad ſtabiliendum
oppoſitum, ſcilicet (prout hic) perennitatem
voliti fideicommiſſi, ne alias voluntas Teſtato-
ris aliunde pręcognita deſtruatur, ſeu, ut Jura
3 repugnant, non obſervetur, itaut ſæpiſſime plus
volitum dicatur, quam ſcriptum, ad normam
Textus in leg. unum ex familia 69. §. Si emiſſa, *ff.
de legat.* 2. cum aliis in *Aſſiſien. Immiſſionis* 15.
Aprilis 1712. §. *Quamvis*, *coram R. P. D. meo
Scotto A'nę Urbis Gubernatore*, & in præfatis
terminis *Theoricæ Soccini* connotarunt *Peregrin.
de fideicom. art. 29. n. 9.*, *Rodulphin. allegat. 61.
num. 5., & 8., & allegat. 71. num. 16. ad 26.*,
*Card. de Luca de fideicommiſſ. diſc. 49. num. 10.,
& diſc. 89. a num. 11. uſque ad 14. Rot. coram
Baratt. deciſ. 689. num. 1., & 2.*, & circa *de-
ciſionum Carilli* pariter monuerunt *Peregrin. eo-
dem tract. de fideicom. art. 28. num. 82.*, *Molin.
de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 13. num. 91., &
ſeqq.*, *Rot. deciſ. 135. num. 17., & 18. part. 7.
recentior.*

Profecto totum dotale Inſtrumentum exami-
nando palpabatur, Joannem Bernardinum
ſemper in animo habuiſſe conſervandi familiam
& agnationem, ſi non naturalem, de qua erat
in perſona ſuorum deſcendentium viduatus, ſal-
tem per modum ſubſidii, civilem, & artificia-
lem. Et quidem in proœmio incontinenti lo-
quens de ſilia Fauſtina, & Franciſco ejus Viro
in Familiam fideicommittentis jam cooptato,
illa verba perpetuitatis directa, ad illorum
deſcendentes expreſſit - *E ſi facci una Famiglia
ſola, e che il nome, e cognome ſuo ſi perpetui ne
deſcendenti loro* - proindeque ſi pro indaganda
4 voluntate, & intentione Diſponentium non pa-
rum attenditur ipſum prohæmium diſpoſitionis,
ad tradita poſt *Textum in leg. cum Pater §. Dul-
ciſſimis*, *ff. de legat.* 2. per *Petr. Peralta in leg. ſi
quis in principio Teſtamenti n. 83. ff. de Legat. 3.*,
*Caſtill. de conject., & interpret. ult. vol. cap. 47.
num. 22. lib. 4.*, *Carena reſolut. 57. num. 2. cum*
plu-

Google

ribus ſeqq., *& Rot. in deciſ. 90. num. 17. inter in Vrbe impreſſas coram Me*.

Et quis non videt, quod ſi quodammodo deeſ-
5 ſent etiam illa verba - *ſi perpetui* - adhuc ſolum verbum collectivum *Deſcendentium* in enunciata parte prohæmiali appoſitum ex proprietate ſermonis omnes deſcendentes in futurum complecteretur, Teſte *Ruino conſ. 120. num. 8. lib. 3.*, *Burſat. conſ. 229. num. 38.*, *Mantic. de conject. ultim. voluntat. lib. 8. tit. 18. num. 13. 14.*, *& ſeq.*, *Card. de Luca de fideicom. diſcurſ. 26. n. 2.*, *Rot. deciſ. 6. ſub num. 1. part. 1. diverſor. in Aquapenden.*, *ſeu Montis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Quatenus ſpectat*, *coram clar. mem. Card. Caprara*, cum cœteris relatis *in prædicta Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de Elephantutiis 25. Junii 1708. §. Quodque*, *coram Me*.

Progrediendo autem ad immediate ſequentia verba, tam anaie Fideicommittens profeſſus eſt, agnationem civilem in cunctis futuris deſcendentibus a prædictis Fauſtina, & Franciſco conſervari, ut non ſolum voluerit perpetuo illos nominari de ſua Familia *Scotta* citra mixturam alterius Familiæ gerendo ſola Arma pariter non commixta ipſius Fideicommittentis, idque etiam per quodammodo Infantes deſcendentes, ibi - *che dal principio*, *che haveranno l' uſo di ragione*, *ancorchè non ſia arrivato il tempo di godere il beneficio delli ſudetti undici mila ſcudi* verum proſequendo illud vocabulum *deſcendenti* Maſchi ſubjunait - *in infinito di grado in grado* - idque minus rep gnabat voluntati Fideicommittentis quod ex una parte exiſtente ſuperſtite Joanne Maſculo de prædicta deſcendentia prænominatorum Conjugum, & ex altera exoptante eodem Fideicommittente hujuſmodi perpetuitatem, & infinitatem *di grado*, *in grado* deperdi per rigorem crudæ litteræ deberent memoria Teſtatoris, & bona tranſire ad Extraneos, quando videmus, quod ubi Teſtator eniae contemplatus
6 eſt agnationem, ubi non adſit certa, & infallibilis reſtrictio, Fideicommiſſum paſſim extenditur, & a quibuſcumque regulis receditur, ut familiare habemus in propoſito *Gloſſa leg. Lucius la 2. ff. de hæred. inſtit.*, & recepti *Conſilii Oldradi il 21.*, cum reliquis, quæ ommittuntur, ſicuti circa prædictam *Gloſſam* videre eſt *Giovagn. conſ. 82. num. 27. lib. 1.*, *Peregrin. conſ. 73. num. 2. verſic. ſecunda ratio lib. 3.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 440. num. 6.*, *Card. de Luca de Fideicommiſſ. diſc. 73. num. 4.*. *Rot. coram Merlin. dec. 359. n. 2.*, *coram Amat. Dunozzet. dec. 518. num. 1.*, *coram Manzanedo deciſ. 514. num. 8.*, *& in recent. deciſ. 526. num. 3.*, *& 4. part. 13.*, *& in Addit. ad deciſ. 89. num. 75. cum pluribus ſeqq. inter in Vrbe impreſſas coram* Me, & quoad enunciatum *Conſilium Oldradi Gabr. de fideic. concluſ. 7. num. 4.*, *Peregr. eodem tract. art. 29. n. 39.*, Mareſcot. *var. reſol. lib. 1. cap. 45. n. 2.*, *Cyriac. contr. 96. num. 70.*, *Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 83. num. 2.*, *& 4.*, *& diſc. 87. num. 5.*, *& ſeqq. Rot. coram Seraphino dec. 1573. num. 1.*, *& 2.*, *coram Emerix Junior. dec. 203. num. 5. in rec. deciſ. 142. num. 5. part. 10.*, *& in Firmana Fideicommiſſi 2.* Maii 1712. §. *Siquidem*, *cor.* Me.

Nil faciente illa oppoſitione, quod proprie, & vere non verificarentur termini Agnationis; id enim certum erat in ordine, ut innuimus, ad agnationem naturalem, ſed Fideicommittens in caſu noſtro illam prius per inſitum civilem voluit, quodammodo per Concubitum intellectus progignere, ut paſſim contingit, & admittitur ſine difficultate: unde con-
7 cors eſt ſententia *Scribentium*, quod defectis maſculis ex maſculis ſub proprietate litteræ continentur etiam maſculi deſcendentes ex fœminis, ut optime advertit *Alciat. in l. Gallus*, *Nunc de lege*, *ff. de liber. & poſthum. ſub n. 18.*, *Burſat. conſ. 229. num. 19.*, *Cenſal. ad Peregrin. de fideic. art. 26. verſ. Et obſervo*, *Card. de Luca de fideicommiſſ. diſc. 24. nu. 13. & ſeq.*, *Rot. deciſ. 84. num. 11. & 12. part. 10. deciſ. 170. n. 8 part. 14. Rec.*, cum aliis abunde relatis in ſuperius allegata *Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de Elephantutiis 25. Junii 1708. §. Aliqualem*, *coram* Me: & quod ubi concurrat identitas rationis admittantur deſcendentes ex fœminis, prout admitterentur deſcendentes ex maſ-
8 culis, congrue proſequitur *Altograd. conſ. 66. num. 7. & duobus ſeqq.*, *Caſtill. contr. Iur. cap. 133. num. 14. & 21. lib. 5.*, *Torr. de majorat.*, *& primogenit. Ital. cap. 38. §. 3. num. 59.*, *Rot. in Avenionen.*, *ſeu Carpentoratten. Fideicommiſſi de Tertulliis 27. Februarii 1704. §. Abſque eo quod*, *coram R. P. D. meo Lancetta*, *& in Peruſina Fideicommiſſi 26. Iunii 1709. §. Multoque minus*, *cor. Reverendiſſ. D. Molines Decano*.

Peraugebatur diſcurſus, ni dicamus evidentia, reflectendo ad ſucceſſivum Fideicommiſſum contraventionale: licet enim a fideicommiſſo in caſu contraventionis non liceat argue-
9 re, ſeu ampliare ad fideicommiſſum in caſu obitus, ex deductis per, *Card. de Luca de regal. diſc. 160. num. 13.*, *& de fideicomiſſ. diſc. 239. ſub num. 4.*, *Rot. coram Pentinger. deciſ. 43. num. 9. coram Cerro dec. 383. num. 12.*, *deciſ. 368. num. 7. par. 5. Rec.*, *& in Aſſiſien. Immiſſionis 15. Aprilis 1712. §. Quibus ſtantibus in principio*, *cor. R. P. D. meo* Scotto *Almæ Vrbis Gubernatore*.

Nihilominus, quando peragitur de inquirendam dumtaxat voluntate Fideicommittentis per modum veriſimilitudinis, & conjecturatæ mentis, nemo eſt, qui ambigat, quodammodum operetur expreſſio clara facta in fideicommiſſo
10 contraventionali pro liquidanda magis ſuboſcure concepta in fideicommiſſo reſtitutorio, uti profitentur *Ruſtic. de filiis in condit. poſit. lib. 1. cap. 9. num. 1. cum tribus ſeqq.*, *Card. de Luca de Fideicommiſſ. diſc. 54. ſub nu. 9.*, *Rota coram Bichio deciſ. 605. num. 13. & ſeq.*, *deciſ. 269. num. 11. p. 15.*, *in Romana Fideicommiſſi de Vareſiis*

reſiti impreſſ. dec. 117. nu. 4., & dec. 118. n. 23. poſt Modern. Aſtulan. ad Statut. Vrb., & in earum confirmatoria 18. *Iunij* 1708. §. *Tunc quia coram Reverendiſſimo D. Molines Decano, & in dicta Aſſiſien. Immiſſionis* 15. *Aprilis* 1712. §. *Quibus ſtantibus, coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore.*

Applicando autem ad rem, nonne ſucceſſive Fideicommittens deveniendo ad privationem eorum, qui Familiæ nomen, vel Inſignia neglexiſſent, ſubjunxit -- *Si devolvano ſenza diminazione alli deſcendenti maſchi delle Figliole femine, ſe vi ſaranno* -- & magis pręciſe -- *Mà ſe la Signora Fauſtina moriſſe con deſcendenti maſchi, o femine, quali premoriſſero ſenza deſcendenza maſcolina, ò feminina, vuole il detto Sig. Gio. Bernardino, in tal caſo ſuccedino i deſcendenti della Signora Olimpia &c.* -- ac propterea quo nam modo controverti poterat, quod deſcendentes etiam per fœminam a Fauſtina non eſſent compræhenſi in hac ſubſtitutione, dum non ſolum politi legebantur in conditione deſcendentes maſculi, ſeu fęminæ Fauſtinæ, ſed deſcendentes maſculi, vel fęminæ ab eiſdem maſculis, & fœminis, ut pluſquam liquide oſtendebat illa dictio *quali* relativa tam ad maſculos, quam ad fęminas Fauſtinæ, & ad deſcendentes ex illis, cum talis exiſtat natura
11 præfatæ dictionis *quali* ut notat *Decius conſ.* 339. *vol. primo, & conſ.* 307. *in princip., Rebuff. in tractat. nominat. quæſt.* 8. *num.* 9., *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 48., *Surd. de aliment. titul.* 8. *privileg.* 38. *num.* 28.

Neque hic reincidebat difficultas, quod deſcendentes a fœminis provenientibus a Fauſtina poſiti ſolum eſſent in conditione ſub illis verbis -- *Senza deſcendenza maſcolina. e feminina* ſique, neque etiam in hac parte fideicommiſſi contraventionalis certa eſſet vocatio deſcendentium a fœminis quomodolibet provenientibus a Fauſtina per præcitatem *Gloſſam in dicta Lucius l. la* 2. dum ad ejuſdem *Gloſſæ* caſtigationem, ſeu limitationem ſuapte natura intrarent, quæ ſupra diximus de contemplatione Agnationis, cui ulterius accedebat evidens digreſſus ad plures, & plures gradus ſubſtitutionum, in
12 quibus terminis locum ſibi amplius non uſurpat præfata *Gloſſa* per ea, quæ ſubnectunt ultra jam allegatos, *Rot. coram Emerix Iun. dec.* 471. *num. primo, & ſeq., & deciſ.* 487. *n.* 28. *&* 29., *& in Ariminen. Fideicommiſſi* 20. *Ianuarii* 1700. §. *Vtraque coram Me* quę etiam reperitur impreſſa poſt *Conſtantin. ad Statut. Vrb. in ordine la* 111.

Addito, quod eo magis hæc omnia procedere videbantur, quia tractabatur de deſcendentibus directe ab ipſo Teſtatore, erga quos, ſicuti protenditur veriſimilior affectio, ita ad ter-
13 minos præfatæ *Gloſſæ* & *Conſilii Oldradi* facilius Tribunalia inclinant pro duratione fideicommiſſi, ex iis, quæ diſtinguendo habentur apud *Bellon. Jun. conſ.* 19. *n.* 3., *Soccin. Jun. conſ.* 156. *num.* 73. *verſic. Et iſtud maxime lib.* 2., *Decian. conſ.* 44. *nu.* 5. *lib.* 3., *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *titul.* 2. *num.* 2. *&* 3., *Conſtantin. ad Stat. Vrb. annot.* 36. *art.* 2. *num.* 104., *Card. de Luc. in Summa de fideicom. nu.* 93. *& n.* 100., *Rot. deciſ.* 526. *n.* 5. *part.* 13., *& dec.* 97. *n.* 11. *p.* 19. *Rec. tom.* 1.

Fideicommiſſo contraventionali mirifice conſonabat alterum in caſu delicti, nam in hoc poſtremo abſolute, & lucidius, immo litteraliter compræhendit deſcendentes ex fœmina ab ipſa Fauſtina; Fideicommittens quippe pro veſtiendo magis eodem fideicommiſſo in caſu delicti illam rationem protulit -- *Perche il d. Sig. Gio: Bernardino intende, che queſti beni ſi conſervino perpetuamente, & in infinito nelli deſcendenti della Signora Fauſtina, maſchi, o deſcendenti maſchi delle femine, come di ſopra per conſervazione della Famiglia, e nome ſuo* -- unde quando ratio eſt compræhenſiva hujus, vel alterius perſonæ, vel generis perſonarum, neque adeſt ulla perſonalitas, a qua pendere poſſit eadem ratio ſed imperſonaliter apparet dictum -- *Se veniſſe alcun deſcendente maſchio* -- prout hic fideicommiſſum exiſtimatur perpetuum, & non reſtrictum, ex iis, quæ in propoſito pro-
14 hibitionis alienandi, cum ſimili ratione conſervationis Familiæ veſtitæ, reaſſumi poſſunt, ex *Curt. Iun. conſ.* 145. *num.* 4. *verſ. Primus caſus, Alciat. conſ.* 102. *col. primo in* 4. *caſu, Peregrin. de fideicomm. art.* 14. *num.* 13., *Gratian. diſcept. for. cap.* 828. *n.* 7. *verſ. Aliud eſt, Epiſc. Rocca diſput. Jur. ſelect. cap.* 10. *n.* 4. *Rot. coram Cavalerio deciſ.* 48. *nu.* 5. *& ſeq., & poſt Conſtantin. ad Stat. Vrb. deciſ.* 109. *num.* 1. *verſic. Ex quorum verborum, coram Emerix Jun. dec.* 116. *n.* 10., & in propoſito quodque: fideicommiſſi in caſu delicti non ambegerunt, *Burſat. conſ.* 227. *num.* 24. *in fin., Card. de Luca de fideicommiſſ. diſc.* 101. *nu.* 10., *Rot. deciſ.* 163. *nu.* 10. *part.* 10. *deciſ.* 278. *nu.* 4. *& deciſ.* 568. *num.* 14. *part.* 18. *deciſ.* 474. *num.* 14. *&* 15. *part.* 19., *& in Romana. ſeu Nicien. Fideicommiſſi* 6. *Martii* 1713 §. *Præmiſſis*, pendente extenſione hujus Deciſionis ædita, *coram R. P. D. meo Falconerio.*

Atque hinc nullibi ſuffragabatur, quod intermedie Fideicommittens in alio §. *Di più ſe mancaſſero &c.* vocando deſcendentes maſculos fœminarum intellexiſſe videatur de deſcendentibus ex fœmina immediata ultimi maſculi; ut ibi -- *Perche ſiino deſcendenti maſchi delle figlie dell' ultimo deſcendente maſchio di d. Sig. Fauſtina, come di ſopra* -- quoniam hæc particularis diſpoſitio non ſtabat ad correctionem cæterarum partium ejuſdem diſpoſitionis, ſed ibi (ut ex toto contextu apparebat) ſermonem habens cum ſuppoſito, quod ultimus maſculus obiiſſet cum pluribus fęminis, inter has earumque deſcendentes præbebat ſpecialem ordinem ſuccedendi, proindeque non erat ab hoc caſu peculiari contento in ſupradicto Paragrapho inferendum ad
15 præfatos cęteros caſus, cum nuſquam præſuma-

Digitized by Google

matur in eadem diſpoſitione correctio, quę fuiſſet quodammodo inſtantanea, & interverſiva eorum, quæ ſuperius, & inferius expreſſerat, ex animadverſis poſt *Text. in l. Non ad ea 88. ff. de condit. & demonſtr., Aretin. conſ. 7. in princip., Oldrad. conſ. 330. ſub num. 81. in fin. verſic. Et quod dicitur, Rot. cor. Cerro dec. 136. num. 16., in Addit. ad dec. 47. n. 34., & dec. 89. nu. 24. inter in Vrbe impreſſas coram. Me.*

Ad ſummum vero hæc eadem peculiaris ordinatio efficere valebat, quod ſi eodem tempore exiſterent fœminæ, & earum deſcendentes ab ultimo maſculo, hi præferrentur deſcendentibus ex aliis fœminis non immediatis ultimi maſculi; aſt non (quemadmodum contingebat in noſtra hypotheſi) quòd nullis exiſtentibus fœminis, ſive illarum deſcendentibus ex Clemente ultimo maſculo, venire per poſterius nequirent deſcendentes maſculi ex alia fœmina agna-
16 ta, & maxime, prout hic, à filia Fauſtinæ prędilectæ, & a qua defluere debebat tota deſcendentia, & unica, ut ita dicamus, ſpes fideicommittentis tam anxie infixi, & appliciti perpetuæ conſervationi ſui nominis, & Armorum, quemadmodum perbelle videtur explicare *Text. in l. Cum ita 33. §. In fideicommiſſo, ff. de legat. 2., ibique Bartol. num. 1. & 2., & Peralta n. 1. cum ſeq.*, & inferius *n. 35., Molina de primogenit. lib. 1. cap. 4. nu. 33., Fuſar. de ſubſtit. q. 359. n. 3. & 11., Caſtill. contr. Jur. cap. 93. nu. 17. poſt principium p. 5., & Rodulph. alleg. 100. n. 8.*

Et ita citra inutilem reſponſionem ad plures in oppoſitum coacervatas *Authoritates*, ac *Deciſiones*, cum illæ nequaquam [ut ex lectura earumdem] percuterent hoſce terminos, & verba, de quibus erat quæſtio, *Domini* reſolverunt; Utraque &c.

FULGINATEN. BONORUM SUPER BONO JURE.

Veneris 17. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Plura afferuntur argumenta, ex quibus probari poteſt identitas bonorum à Teſtatore poſſeſſorum, quæ late in Deciſione expenduntur. Beneficium *Auth. Res quæ* eſt mere ſubſidiarium, & conditionale, ubi ſcilicet bonorum liberorum debitoris dotis inſufficientia probata fuerit, & quis ad faciendam hujuſmodi probationem teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Pro conſtitutione, ſive reſtitutione dotium diſtrahi poſſunt bona fideicommiſſaria Aſcendentium.*

2 *Et pro eis datur retentio hæredi hæredis gravati.*

3 *Bona à Teſtatore poſſeſſa, & in teſtamento relicta præſumuntur hæreditaria niſi doceatur de intermediis hæredum gravatorum acquiſitionibus*, & num. 9.

4 *Teſtibus deponentibus de antiquis, & de modernis confinibus, optimamque ſcientiæ cauſam reddentibus plena fides adhibenda eſt.*

5 *Declaratio facta à* Morti *proximo in exonerationem propriæ conſcientiæ eſt ſummopere attendenda, maxime ad effectum probandi identitatem bonorum*, & num. 10.

6 *Concordantia in generali denominatione de uno confine in antiquis ſufficit non obſtante diſcordantia in numero ſtariorum.*

7 *Promiſcua Territorii denominatio non inficit identitatem bonorum, quando alii confines verificantur.*

8 *Et quando concurrunt omnes circumſtantiæ poſſeſſionis tam Teſtatoris, quam omnium ejus ſucceſſorum.*

11 *Identitas bonorum probatur ex ſubrogatione facta in bonis fideicommiſſariis authoritate Pontificia diſtractis.*

12 *Beneficium* Auth. Res quæ *eſt tantum ſubſidiarium, & competit ubi bona debitoris dotis probata fuerint inſufficientia.*

13 *Et cui Onus faciendi hujuſmodi probationem ſpectet.*

14 *Hęreditas præſumitur opulenta donec contrarium probetur.*

DECISIO DCX.

PUrificato in Perſona Sororis Cherubinæ Monialis Profeſſę in Monaſterio Sanctiſſimæ Annunciatæ per obitum Leoncinæ ejus Amitæ hæredis gravatæ, ac ultimo loco defunctæ, fideicommiſſo, quod Antonius de Victoriis favore Petri ejus nepotis, omniumque tam maſculorum, quam fœminarum ab eo deſcendentium in ſupremis ejus tabulis ordinaverat, exarſerat illicò contentio inter prædictum Monaſterium, ex Juribus Cherubinæ veniens ex una, & Rev. Canonicum Felicianum Cardonum ejuſdem Leoncinæ Donatarium univerſalem ex altera, cui nam ex ipſis manutentio in ſummariiſſimo Poſſeſſorio ſuper Bonis a Leoncina donatis deberetur. quo tandem abſoluto per manutentionem ab *A. C.* Feliciano jam poſſidenti elargitam, & a *Tribunali* ſucceſſive, ut in *mea Deciſione ſub die 10. Aprilis anni 1708. edita* confirmatam, cum ſucceſſiva etiam taxatione, ac ſolutione expenſarum; Ad aliud juſtius, ac ſibi magis competens Judicium convolaverat Monaſterium. *Immiſſionis* nimirum *in via l. fin. C. de Edicto Divi Adrian. toll.*, inſteteratque, ut a *Dominis* requirerem, *An eſſet ei danda immiſſio*, qui *ſub die 13. Junii anni proxime evoluti*, nulla capta reſolutione reſcripſerant - *Iterum proponatur quoad Donum, & Detractiones, cum facultate revidendi Deciſionem R. P. D. Ponentis ſuper manutentione*. Repropoſito vero hodie per *Me* eodem Dubio, reſponſum prodiit - *Dandam eſſe im-*

immiſſionem excepta Domo, & quoad eamdem Domum, videat quintus, & ſextus.

De fideicommiſſo ſiquidem, ejuſque purificatione in Perſona Sororis Cherubinæ nulla erat contentio inter Partes, ſed ea unice verſabatur ſuper identitate bonorum, inficiante Canonico, quod bona ſibi ex donatione Leoncinæ obventa forent eademmet, quæ fuerant fideicommiſſo Antonii ſubjugata, & quatenus aliqua ex iis fideicommiſſaria dici poſſent, adhuc eidem Canonico competeret eorumdem retentio pro credito dotali Leoncinæ ejuſdem Auctricis, quæ eidem conſtituta aſſerebatur in ſcutis 4500. ab Octaviano ejus Patre, necnon pro dotibus Cherubinæ, & Magdalenæ matris, & reſpective Aviç ejuſdem Leoncinç in aliis ſcutis 2400. pro quarum dotium Conſtitutione, ſeu
1 reſtitutione diſtrahi poſſe bona fideicommiſſaria Aſcendentium permittit notiſſima *Auth. res quç Cod. communia de legatis* quamque conſequutivam
2 retentionem hæredi hæredis gravati in ſimilibus elargiri ſolet *Rot.* ut videre eſt in *decis. 392. n. 8. coram Priolo, decis. 530. num. 1. coram Emerix Jun., decis. 456. num. 4. in fine par. 19. recent., & in Romana annuæ præſtationis 15. Decembris 1702. §. Ex duplici coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, necnon in Metulen. Salviani 2. Iulii 1710. §. Vindicata coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano.*

Verum & identitas bonorum fideicommiſſariorum Cardono in Donatione Leoncinæ obventorum, & incompetentia detractionum, quarum vigore eorumdem Bonorum retentionem aſſequi ſe poſſe arbitrabatur, ſatis hodie in claris poſitæ videbantur, ut (excepta Domo ſita in Civitate Fulginei in Societate *delle Contraſtanghe*, pro qua *Dominorum* ſuffragia in contrarias æque ſententias abierant) nulla ſubeſſet apud eos amplius dubitatio, quin denegata Cardono prætenſa retentione, foret in omnibus cæteris bonis immiſſio Monaſterio concedenda.

Exordiendo enim ab identitate, quam in ſecunda Propoſitione Defenſores Cardoni impugnare amplius tam acriter non videbantur, clara *Dominis* viſa erat pro ſeptem corporibus ſitis in pertinentiis *Villæ Butini*, una cum Domo inibi ſita, & deſcriptis in Teſtamento fideicommiſſis; De iiſdem enim numero ſeptem corporibus in pertinentiis ejuſdem Villæ ſitis, Canonicus vigore ſæpedictæ Donationis Leoncinæ Hæredis gravatæ poſſeſſionem nactus fuerat: Cum autem & congruat numerus petiarum, & conveniant pertinentiæ Villæ, ac qualitates Terrarum, & ex ſucceſſorum a fideicommittente deſcendentium ſerie, ac Hæreditatum eorumdem aditionibus appareat poſſeſſores eorumdem bonorum fuiſſe etiam ſemper ſucceſſores Teſtatoris; ſane non docto per Cardonum de intermediis Hæredum gravatorum acquiſitionibus, eademmet bona provenire dicenda ſunt ab Hæ-
3 reditate Teſtatoris, uti communis Auctoris, & totidem bona in prædictis pertinentiis poſſidentis juxta notiſſimum *Fulgoſii conſ. 145.* nedum in forenſibus *Tribunalibus*, ſed & in *noſtro* paſſim receptum, ut de primis videre eſt apud *Palm. decis. Rotæ Lucenſ. 25. num. 23., Rot. Januen. apud Balduec. rerum Judicat. de dot. decis. 1. num. 57. verſ. ſicuti, Rota Florent. in apud Vrceol. decis. 30. num. 52. & 53., Bertacchin. vot. 81. num. 3. & 4. Rocc. Episcop. diſput. Jur. cap. 10. num. 55.*, & de Rota Romana habetur *in decis. 182. num. 7. coram Priol. in decis. 357. num. 3. par. 17. recent. in Romana fideicommiſſi de Martiolis 9. Aprilis 1696. §. Similiter coram bon. me. Vrſine, in Romana Immiſſionis 3. Decembris 1696. §. Clarius bo. me. Muto, & in Peraſina Reintegrationis 20. Iunii 1701. §. Conſtabilita coram bon. mem. Pio*, & alibi quotidie.

Eoque fortius, quia eadem identitas plene concludebatur a depoſitione Teſtium firmantium hæc bona circumvallari ab iiſdemmet Confinibus in Teſtamento Antonii deſcriptis, licet aliqua eorum hodiernis temporibus fuerint immutata, eſſeque eademmet fideicommiſſo Antonii obnoxia; Quibus utpote & de antiquis, & de modernis Confinibus teſtantibus, opti-
4 mamque ſcientiæ cauſam reddentibus, indubiam eſſe adhibendam fidem monet *Petra de fideicommiſſ. quæſt. 12. num. 1372. Rota Iannen. apud Balduc. rer. Indicat. de dote d. dec. 1. n. 56. & 59., & Rot. in decis. 92. num. 5. & 6.* inter hactenus in Urbe impreſſas *coram Me.*

Quibus omnibus ad ſuperfluam etiam corroborationem ſuperaccedebat declaratio jurata ipſius Leoncinæ Auctricis Cardoni, in exonerationem propriæ conſcientiæ morti proximæ emiſſa, quod hujuſmodi bona fideicommiſſo Antonii forent obnoxia; qua etiam urgente, identi-
5 tas eorumdem bonorum videbatur non valere amplius indubium revocari, juxta notata per *Calderon. reſolut. 100. n. 10., Rot. dec. 340. n. 3. coram Pentinger. decis. 37. num. 4. coram Ninot., decis. 117. n. 10. & 11. coram Pamphil. dec. 182. num. 12., & decis. 343. num. 11. coram Priol., decis. 563. num. 10. & 11. par. 18., & dec. 643. num. 12. par. 19. tom. 2. recent.*

Idem dicendum *Dominis* viſum erat de Prædio in pertinentiis *Sterpete* vocabulo *le Cancelle*, deſcripto in eodem Teſtamento: Poſſeſſio enim capta per Cardonum convenit non ſolum in generali denominatione, ſed etiam in uno confine, nempe Jacobi Benedicti, quod ſufficere, non
6 obſtante diſcordantia in numero ſtariorum, in antiquis tradunt *Riminald. ſen. in conſ. 429. nu. 4. & ſeqq. lib. 3., Cephal. conſ. 98. num. 22. & & 25. Petr. de fideicommiſſ. d. quæſt. 12. n. 1371., Marepett. var. reſolut. lib. 1. cap. 12. nu. 28. cum duobus ſeqq. lib. 1., Bertacchin. vot. 81. num. 7., Torr. de Majorat. part. 2. quæſt. 34. num. 69. & 70., Rocc. diſput. 10. num. 59. 60. & 63. cum concordan. in dec. 278. num. 14. & 15. par. 13. dec. 357. nu. 6. cum ſeqq. par. 17. recent., & in Romana fideicommiſſi de Marcellis 23. Ianii 1698.*

§. *Abſ-*

Digitized by Google

§. *Abſque eo quod coram Reverendiſs. D. meo Molines Decano*. In nihilo quoque obſtante variatione illius vocabuli *Maeſtà* quia non implicat plura vocabula ſuper uno, eodemque prædio uſurpari, ut in ſpecie obſervat, *Rot. in dec. 609. nu. 11. coram Dunozett. Iun.* Juncta præſer-
7 tim declaratione ejuſdem Leoncinæ aſſerentis hoc quoque prædium eſſe fideicommiſſarium, & congruentibus omnibus circumſtantiis Poſſeſ-
8 ſionis tam Teſtatoris, quam omnium ejus ſucceſſorum, & conſequenter *Auctoritatibus* etiam in id ſuperius adductis.

Viſa quoque fuerat incontrovertibilis identitas Prædii *in contrada il Forſato di Treggiano*, pariter in Teſtamento deſcripti; Concordabat enim confine Divi Treggiani, a quo Prædium ſuam denominationem ſortitum eſt; Concurrebat gradualis Poſſeſſio de Hærede in Hæredem, & ipſa Leoncinæ declaratio, de qua ſupra, ex
9 quibus circumſtantiis ſimul ſumptis, non doſto præſertim de intermediis Hæredum gravatorum acquiſitionibus, luculenter identitatem evinci tradit *Gobb. in conſult. 92. no. 2.*, *& Rot. in deciſ. 297. num. 3.*, *& 11. coram Merlin.*, *ac deciſ. 92. num. 6.* inter in Vrbe impreſſas coram *Me*.

Succedebant identidem ſex prædia in Pertinentiis *S. Victorii*, ac Prædium in pertinentiis, *delle Cove*, de quorum pariter identitate ſatis conſtare *Domini* exiſtimabant tum ex circumſtantia loci ſpecialis *S. Victorii*, & vocabuli *il Piano*, tum ex qualitate Terrarum *partim* nempe *querquetorum*, *& partim olivatarum*; Tum demum ex ſæpedicta declaratione Leoncinæ
10 Donatricis, ut notat *Calderon. d. reſolut. 17. num. 35.*, *& reſolut. 100. num. 8.*, *& 10. cum ſeqq.*

Supererat demum Prædium poſitum *in Villa Maceratule* per Leoncinam declaratum quoque fideicommiſſarium, ad quod etiam Immiſſionem Monaſterio elargiri *Tribunal* non dubitavit, quamvis illud non foret in Teſtamento Antonii deſcriptum, & ab eo numquam extiterit poſſeſſum. Apparebat enim vigore Brevis Apoſtolici uſque de anno 1671. ſubrogatum in locum cujuſdam Domus fideicommiſſariæ prædicti Antonii, ut liquebat ex Actibus Judicialibus ad inſtantiam ejuſdem Leoncinæ compilatis, quæ vigore prædictæ ſubrogationis dictum Prædium *Maceratule* tamquam fideicommiſſarium vindicaverat; Vnde cum Prædium ſubrogatum ſortiatur naturam fideicommiſſariam ejus, ad quod vigore voluntatis Pontificiæ ſubrogatur,
11 ita, & identitas probata remanet, ut in puncto reſolvit *Rota ad ornat. Card. de Luc. tom. 2. lib. 10. de fideicommiſs. deciſ. 11. num. 8.*, *& deciſ. 16. num. 7.*, *& in deciſ. 89. num. 47. inter in Vrbe impreſs. coram Me*, *ac in Romana Cauthelę Angeli 27. Junii 1698. §. fin. coram bon: mem: Muto*.

Vindicata ab objectis Canonici identitate prædictorum bonorum, nullius quoque relevantiæ pro retardanda Monaſterio Immiſſione viſæ fuerant detractiones quantitativæ Dotium, ſub quarum præſidio idem Canonicus Donatarius tueri ſe poſſe eorumdem bonorum poſſeſſionem authumabat; Unica enim reſponſione utriuſque Dotis prætenſio eliminari viſa erat, quod ſcilicet cum remedium *Auth. res que C. Communia de legat.* tribuentis Jus alienandi, ſeu retinendi bona fideicommiſſaria Aſcendentium pro reſtitutione, vel conſtitutione Dotium, tamquam ſubſidiarum non competat abſolute, ſed conditionaliter tantum ubi ſcilicet bonorum libero-
12 rum debitoris Dotium inſufficientia probata fuerit, ut millies habemus reſponſum per *Tribunal*, & ſignanter in *Soanen Immiſſionis 5. Iunii 1697. §. Quoniam coram Reverendiſſimo* Molines *Decano*.

Hancque bonorum inſufficientiæ probationem (ubi bona fideicommiſſaria retineri prætenſa pro Dotibus, non reperiantur diſtracta ex titulo earundem Dotium, ſed ex alio lucrativo Hæredis, vel donatarii univerſalis titulo) peragere teneatur prætendens retinere bona fideicommiſſaria pro iiſdem Dotibus cum in iſta ſua
13 exceptione ſit Actor, ut diſtinguere conſuevit *Rot.*, teſte *Palma nepote*, *allegat. 170.*, & videre eſt *in Romana, ſeu Albanen. Vineę 10. Martii 1708. §. Abſque eo quod coram Reverendiſſimo dell'Olmo hodie Epiſcopo Conchen.*, de qua memini ego in meis *Additionibus ad deciſ. 10. inter in Vrbe impreſſas coram* Me.

Tantum aberat in præſenti, quod Canonicus de tali Bonorum liberorum inſufficientia, caſum ſubſidii importante, doceret, ut immo exabundanti pro parte Monaſterii excluſa *Dominis* videretur; Docebat enim Leoncinam Canonici Cardoni Auctricem poſt obitum Parentum uti eorumdem hæredem occupaſſe omnia bona eorum hæreditaria tam ſtabilia, quam mobilia, & localia, & ſignanter prædia 25. hæreditaria Patris *Summario Num. 4.*, ex quibus non nulla ipſa diſtraxerat, cum quibus de prætenſis dotibus remanere abunde poterat ſatisfacta. Ac conſequenter ſuccedebat, quod cum eadem Leoncina fuerit Hæres Octaviani, Patris, & dictarum Dotium debitoris ac reſpective Hæredis gravati, intraret præſumptio, quod de dictis Dotibus plene remanſerit ſatisfacta, itaut prædictæ *Auth.* beneficio locus eſſe nequeat niſi poſtquam Canonicus Cardonus de Bonis per Leoncinam ejus Auctricem inventariatis, poſſeſſis, ac etiam diſtractis rationem reddiderit; & contrarium probaverit, cum interim hæreditas opulenta præſumatur, ut in propoſito fir-
14 mant *Andreol. controverſ. 101. num. 5. Gratian. diſcept. foreuſ. cap. 729. num. 21. Vrceol. conſult. cap. 32. n. 8.*, *Rota coram Bieb. deciſ. 37. num. 8. coram Buratt.*, *cum concordan. in prædicta Soanen. Immiſſionis 5. Iunii 1697. §. Et ratio eſt*, *ac per tot. coram Reverendiſs. D. meo Molines Decano*.

Hincque ſuperfluum *Dominis* viſum erat examen

Digitized by Google

men ſive veritatis Conſtitutionis Dotis ipſius Leoncinæ, de qua nullum legale documentum exhibebatur, ſolumque nonnullæ Teſtium depoſitiones ad perpetuam afferebantur, ſive illius quantitatis, quæ per Cardonum afferebatur ſcut. 4500., Per Monaſterium vero prętendebatur excedere non valere ſummam ſcut. 2200. in qua tantum quantitate Dos Flaviæ Sorori fuerat a Patre conſtituta, cum ſtante prædicta hæreditaria qualitate in Leoncina reſidente, ſtantibus memoratis alienationibus, & defectu redditionis rationis, confuſionem Actionum cauſante, qualibet etiam vel minima bonorum fideicommiſſariorum retentio Cardono ex ſupradictis non competere videretur.

Et ita &c. utraque &c.

SALISBURGEN. PRIMOGENITURÆ DE LODRON.

Lunæ 20. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

In tota hac magiſtrali Deciſione fuſe copioſeque tractatur articulus an liber Baptiſmatis probet Ætatem alicujus, iſteque vindicatur ab omnibus contrariis Exceptionibus, & concluditur illum aptum omnino eſſe ad concludendam hanc probationem.

SUMMARIUM.

1 *Quando duo inſimul partus eduntur ab eadem Genitrice quis ex eis dici debeat Primogenitus.*

2 *Et an is dicatur primogenitus, qui prior brachium vel crus de ventre Matris emiſerit, vel ille qui primo natus editur totus, & perfectus.*

3 *In Majoratibus, ſive Primogenituris utrum prævalere debeat major ætas, vel linea primogenialis prerogativa.*

4 *Creditor inſtrumentarius præfertur Creditoribus quibuſcumque Chirographariis.*

5 *Fides Baptiſmatis indubia ætatem comprobat, quidquid ſit quoad filiationem.*

6 *Fides Baptiſmatis ad effectum ſuccedendi in majoratu, ſive Primogenitura an, & quando probet, & quid dicendum in partibus Germaniæ* num. 9.

7 *Ætas major, vel minor quando eſt deciſiva controverſiæ eſt concludentiſſime per Teſtis probanda.*

8 *Tempus quoties eſt de ſubſtantia rei illud perſpicue & concludentiſſime probandum eſt.*

9 *In partibus Germaniæ ad probandam præſtationem juramenti fidelitatis Sacrę Cęſareæ* Majeſtati, *& naniſcendi adminiſtrationem, & munera ſufficiens non eſt ſola fides Baptiſmatis, ſed alia etiam documenta exiguntur.*

10 *Liberi antiquitus apud acta profitebantur addito die Conſule, Patre, &* Matre, *ad hoc ut tutius, & facilius ætas juſtificari poſſet.*

11 *Quilibet liber ad hoc ut probet debet eſſe ſua legalitate fulcitus, ſive legaliter tentus.*

12 *Quod procedit etiam in libro Baptiſmatis.*

13 *Libri ad hoc ut probent debent eſſe efformati ſecundum ſancita, & volita per Leges generales, aut particulares Loci, vel Provinciæ, in qua iidem libri confecti ſunt.*

14 *Parochus juxta Rituale Romanum retinere debet quinque libros Baptizatorum confirmatorum, Copulatorum in* Matrimonio, *ſtatus Animarum, & defunctorum.*

15 *Liber Baptiſmatis inſervire tantum debet pro deſcribendis Baptizatis.*

16 *Liber Baptiſmatis, ſive partita exarata non ab ipſomet Parocho, ſed ab alio nullum probationis gradum conſtituit.*

17 *Inſtrumentum confectum ab alio privato, & non ab ipſomet Notario nihil probat.*

18 *Inveriſimile, & abſonum nimis eſt, quod quis ſibi titulum aliquem in propria ſcriptura applicet, ac tribuat.*

19 *Eximia qualitas ſcribentis exulare facit quamcumque doli, & fraudis ſuſpicionem.*

20 *Lex alicujus Regionis non ſervata in extractione partitæ nullam ſibi fidem eadem partita promeretur.*

21 *Ad effectum recognoſcendi characteres ſi res ſit de negocio excedente libram Auri ſufficiens non eſt probatio per comparationem literarum, ſed requiruntur Teſtes qui controverſam ſcripturam viderint ſcribere, vel ſubſcribere.*

22 *Declaratur* Deciſ. 206. cor. Duran.

23 *Fides libri Baptiſmatis non compulſati, quę formiter extracta non fuit non probat.*

24 *In antelationum queſtionibus una hora, & una dies maxime attendenda eſt.*

25 *Dictio* Item *repetit qualitates antecedenter expreſſas ubi congrua fieri poteſt repetitio.*

26 *Et quid d. dictio* Item *importet.*

27 *Partita extracta ex fide Baptiſmatis ad hoc ut probet debet eſſe certa & immunis a quacumque ſuſpicione.*

28 *In materia probatoria non reſtricta ad hoc, vel illud genus valet adagium* ſingula quæ non proſunt &c.

29 *Probationes informes, & ſimplices atteſtationes in re magni momenti, & in alterius prejudicium non probant.*

30 *Amplia quod in alterius prejudicium nec quidem fidibus ſupremorum Principum defertur.*

31 *Nec atteſtationi Cardinalis Legati.*

32 *Nec teſtimonio Conſiſtorii Archiepiſcopalis Saliſburgenſis.*

33 *Nec depoſitioni Sereniſſimi Archiepiſcopi, & Electoris Colonien.*

34 *Inſtrumentum, ſive ſcriptura non patiens dubietatem præferenda eſt alteri ſcripturę non ita certæ, & claræ.*

35 *Ætatis probatio ſolet quandoque reſultare ex matricula Gymnaſiorum ubi quis ſtudiis operam dedit.*

36 *Et ex libro publico.*

37 *Et ex libro ſtatuti, quod mandet adnotationem æta-*

ætatis ad certos effectus.

38 *In libris Baptiſmatum ſolent quandoque evenire ſuppoſitiones, & alterationes circa ętatem alicujus*. Limit. num. 44.

39 *Fides extrajudiciales adminiculative deductę attendi admodum merentur*.

40 *Pręſervatio impedit ne Parti reſervatę ullum irrogetur prejudicium*.

41 *Singula, quæ non proſunt ſimul unita juvant*.

42 *Litteræ hortatoriæ dantur pro mutua correſpondentia de Principe ad Principem, & de Provincia ad Provinciam*.

43 *Pro demandanda executione Literarum Hortatoriarum, ſat eſt quandoque ſummaria, & extrajudicialis cognitio ſuper meritis*.

44 *Liber Baptiſmatis plene probat ætatem*.

45 *Quod procedit etiam in qualibet materia indifferenti extra lineam ſpiritualitatis*.

46 *Parochus non pręſumitur falſum adnotare voluiſſe in libris Baptiſmatum*.

47 *Fidem quam quis produxit impugnare amplius nequit*.

48 *Non obſtante clauſula* per compulſum in forma.

49 *Dictio* Item *præſefert connexionem, & repetitionem*.

50 *Libri Parochi, quo magis fieri poteſt ſuſtineri debent, ne fiat ſtrages omnium partitarum in eis deſcriptarum*.

51 *Præſumi nullo modo debet, quod Parochus neglexerit retinere libros* Baptiſmatum, *Matrimoniorum, & Sepulturæ*.

52 *Liber Parochi, etſi inordinatus, quoad ſubſtantiam tamen ſemper probat*.

53 *Ad probandam majorem ætatem nulla major datur probatio, quam propria confeſſio*, & num. 56.

54 *Sententia, ſeu Laudum acceptatum a vero Principali, impugnari amplius nequit*.

55 *Procurator impugnare nequit confeſſionem ſui conſtituentis*.

57 *Tranſactio bona fide facta afficit quoſcumque Succeſſores independentes*.

58 *Quod procedit etiamſi agatur de fideicommiſſis*, & num. 60.

59 *Exceptio, ſive reſponſio, quæ petit principium attendi non meretur*.

61 *Poſt Jus alteri quæſitum nemo poteſt actum a ſe geſtum revocare*.

62 *Tranſactio iniri poteſt ſuper Jure, quod non ſit tam clarum, & liquidum*.

DECISIO DCXI.

MAre magnum, & ſpatioſum nimis legalis eſt diſciplina, veraque comprehenſio Iuriſprudentiæ cæteroquin compellatę *humanarum, atque divinarum rerum notitia*: nam [ut ex ungue Leonem agnoſcamus] quantumvis plurima ultra *Cæſareas*, & aliquando *Pontificias* ſanctiones toto Ingeniorum conatu conſcripta habeantur Volumina per Viros conſumatiſſimos noſtræ ferme totius Europæ ſuper prænobili materia, ſive jure Primogeniorum, vel in plerumque fraternizantibus terminis Majoratuum, adhuc vix quodammodo ſimilitudinaria quædam extant veſtigia, quæ aliqualiter applicari potuerint hodiernæ controverſiæ dudum diſpunctę in Metropolitana Curia Saliſburgen., & dein in Conſilio Aulico Imperatorię Majeſtatis, ac tandem ſucceſſive acrius reaſſumptę occaſione locorum Montium exiſtentium in Vrbe *in Sacra noſtro Auditorio*, dum eadem controverſia exoriens ab ordinatione inſignis Primogenituræ in ejus præexcelſa Familia de Lodron conditæ per Paridem olim revera Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum (qui ſunt Tituli Eccleſiaſtici) Archiepiſcopum Saliſburgen. ſub anno 1637., dirimi nequaquam potuit cum theorica, vel praxi *Jacobi*, & *Eſau*, *Joannis Lirirer*, *Martini Garati*, *Franciſci Zoannetti*, *Tiraquelli*, *Molinæ*, *Torre*, *Mieres*, *Pegaſi*, aut cum cæteris ab iſtis ſepius, ſępiuſque laudatis.

Tetigere ſiquidem *Scribentes* quæſtionem illam dumtaxat, an ad aliquam ſucceſſionem ſive Regni, ſive Feudi, ſive Bonorum indifferentium ex conſuetudine, vel ex particulari legis, aut hominis diſpoſitione invitato Primogenito, vel natu majore, poſita familiari, licet non ita frequenti in abſconditis naturæ fœtibus contingentia, quod duo inſimul partus edantur ab una, eademque Genitrice (quive proinde *Gemelli* nuncupantur) quis ſcilicet eorumdem vere Primogenitus, vere majoratu dicendus exiſtat introſpecta etiam ipſorum conceptione, utrum videlicet ille, qui prius, vel qui poſterius ex carcere Materno aerem, & auram vitę ſalutans egreditur, circa quod exquiſitę etiam ſe contorſerunt mentes Philoſophorum, ac Me-
1 dicorum, variis hinc inde rationibus ſe ſe invicem confictantium, & de quibus videre eſt lato calamo diſſertum per *Paulum Zacchiam in ſuis quæſtion. Medico-legal. tom. 2. lib. 9. tit. 12. per totum*, qui etiam erudite *in quæſt. 6. num. 3.* eloquitur de Partibus *Cæſareis*, quive de rigore habendi veniant pro non natis, ad mentem *Text. in l. Anniculus la prima in fin. ff. de verbor. & rer. ſignific.*

Diſputarunt quoque prædicti *Scribentes*, an is Primogenitus, ſive major natu inter pręfatos Gemellos cenſeri valeat, qui prior brachium, vel crus de ventre Matris emiſerit, atque in hoc citra hæſitationem concludunt *Tiraquell. de Jur. Primog. quæſt. 1. num. 8.*, *Molin. de Primog. Hiſp. lib. 3. cap. 1. num. 4.*, & eos recen-
2 ſens *Zacch. quæſt. Medico. leg. dicto lib. 9. tit. 12. quæſt. 1. num. 1. cum quatuor ſeqq.*, *Giurb. de ſucceſſ. Feud. §. 2. gloſ. 4. ſub num. 29. verſ. Cæterum*, quod nempe Primogeniti nomen debeatur ei, qui primo natus editur totus, & perfectus, edocti ad hoc ab infallibili *Sacra Scripturæ* teſtimonio in *Textu Geneſ. cap. 28.*, ubi cum Thamar Judę Nurus edidiſſet priori tempore manum Zarę, ſed Phares poſtea totus evaſiſſet,

idem Phares, & non Zara Primogenituram fuit conſequutus.

Caſus itaque, de quo ad pręſens tractabatur, unice conſiſtebat in eo, an Sebaſtianus ex Comitibus de Lodron major eſſet ętate, quam Philippus Ferdinandus ex iiſdem Comitibus procreatus, ambo etenim reſpectu Teſtatoris in eodem conſanguinitatis, & proximioritatis gradu mutuo exiſtebant, prælaudatus quippe Teſtator in futuris Ordinationibus ſuarum ſucceſſionum injunxerat, quod ſi plures aperto caſu ſuccedendi reperirentur in eodem gradu proximioritatis, tunc ille obtineret in aſſequutione Primogenituræ triumphum, qui *ſenior, & ætate major* foret quamvis ſubalternanter præciperet, quod in ſucceſſivo progreſſu illius *deſcendentes maſculi legitimi, & naturales in forma, & ratione Primogenituræ* ſubintrarent, juxta non abſimiles diſpoſitiones, quę paſſim per Teſtatores exarantur, itaut *noſtri Majores* in celebri
3 altercatione, utrum pręvalere debeat major ætas, vel lineę primogenialis prærogativa, recte conſiderant, & diſtinguunt, an ſemper Majoratus, ſemper Primogenitura fuerit demandata, cum non repugnet, Maioratum volitum fuiſſe in ingreſſu, & Primogenituram in progreſſu, ex late firmatis per *Michael Ang. Caec. inter conſ. Fuſar. conſ.* 40. *num.* 30., *Sard. conſ.* 403. *num.* 71. *verſ. Et quamvis*, *Manſ. conconſult. for.* 97. *ſub num.* 31., *Rodulphin. allegat.* 12. *num.* 5., & 6., *Torr. de Majorat.*, & *Primogenit. Ital. cap.* 39. §. 3. *num.* 48. *tom.* 1, *Palma Nepos allegat.* 393. *num.* 10.

Reſtaurato igitur, poſt diverſimode in præcedentibus Tribunalibus judicatum, conflictu in *Sac. Auditorio* per Sebaſtianum, & Carolum, Vinceslaum filium Philippi Ferdinandi, qui poſt victoriam reportatam in præcitato Aulico Conſilio fato ceſſerat, diſputatoque Dubio ex integro {ut moris eſt} *a R. P. D. meo Scotto* nunc digniſſimo Almę Vrbis Gubernatore — *An, & cui danda eſſet Immiſſio*, prodiit reſolutio — *Dandam eſſe Immiſſionem Com. Carolo Vvinceslao* — *ſub die* 8. *Junii* 1711. cum ſucceſſiva expeditione Sententiæ *die* 3. *Auguſti n. ſubſequentis*.

Non comparante amplius, licet opportune ſtatim reclamante Sebaſtiano, illius germanus frater Comes Carolus Ferdinandus Cathedralis Tridentinæ Præpoſitus ob indubium illius intereſſe Vrbem adveniens, incontinenti a præfata provocavit Sententia, ſed pariformiter, & ipſe ſuccubuit in diſceptatione habita *ſub die primo Iulii* 1712. *coram R. P. D. meo Criſpo*, prodeunte reſponſo — *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam, & Com. Carolo non eſſe dandam Immiſſionem*: Vnde etiam ad ejuſdem reſcripti, & *Deciſionis* ab inde deſuper promulgatæ formam, emanavit altera Sententia, prævia expeditione Cauſę demandata *ſub die prima Auguſti ejuſdem anni* 1712.

Aſt illico ad inſtantiam ejuſdem Com. Caroli Ferdinandi commiſſa *Mihi* noviter appellationis Cauſa, aſſumptoque proinde examine in hodierna Audientia — *An, & hæc noviſſima Sententia eſſet confirmanda, vel infirmada*, validius ad inſtar Palmæ Idumeæ, de qua Emblema, & Epygraphes ſolet efformari - *Magis inclinata reſurgo*.

Inſurgentes Defenſores ejuſdem Com. Caroli Ferdinandi dicebant, quod in præſenti colluctatione *ſenioritatis*, ſive majoritatis inter Sebaſtianum, & Philippum indubitabiliore erant fundamenta militantia pro primo, cum ille certò certius ſuum patefaceret ortum, ſeu nativitatem innegabiliter ſequutam *ſub die* 19. *Septembris* 1657., ut ex incontroverſa non ſolum partita Libri Baptiſmatis, ſed ex depoſitione ipſiuſmet Nutricis, quæ eumdem Comitem Sebaſtianum lactaverat, alteriuſue etiam Teſtis *Summario* Com. Caroli Ferdinandi *Num.* 3. ac propterea niſi ex parte Com. Vvinceslai pari, vel æquipollenti claritate demonſtraretur, quod Philippus Ferdinandus illius Pater ſuam antecedentem juſtificatet nativitatem utique Com. Carolus Ferdinandus merebatur anteferri ex perſona prælaudati Sebaſtiani in adoptione Primogenituræ ſub hac lege *ſenioritatis* inſtitutæ, ſicuti quotidie videmus in eo Creditore, qui habet pro ſe publicum Inſtrumentum in contentione anterioritatis cum alio, qui nitatur probationibus minus perfectis, videlicet ſcriptu-
4 ræ privatæ non habenti notiſſima requiſita præſcripta ad *Imperatore Leone in l. Scripturas Cod. qui potior. in pign. habean.* ſecundum cumulata, & pleniſſime firmata *in Tractatu de Commerc., & Mercat. diſc.* 82. *num.* 14.. *Rot. coram Seraph. diſc.* 879. *num.* 1., *coram Coccino deciſ.* 1901. *num.* 4., & 5., & *in Novarien. Parochialis* 11. *Aprilis* 1712. §. *Et ob id*, *coram Me*.

Ac propterea deſcendentes ad rigidum examen probationum pandere ſatagebant, quod nulla, certa & concludens juſtificatio ſtabat pro majoritate Philippi Ferdinandi; ſolidior ſiquidem baſis ſtruebatur ſuper altera fide Baptiſmatis, per quam extrinſece quidem apparebat, quod Philippus fuerat per ſeptem, & ultra menſes præcedenter Sacra ablutus aqua Baptiſmali, nempe *ſub die* 4. *Februarii ejuſdem anni* 1657., unde *Rota* præcipue ſuper hoc ſtabiliverat demonſtrationem præfatæ majoris ætatis, cum in rei veritate regulariter, ad differentiam filiationis Liber Baptismatis conſueverit indubie ætatem comprobare, ex plena manu relatis per *Maſcard. de probat. concluſ.* 672. *num.* 1. *cum ſeqq.*, & *num.* 7. *Quintilian. Mandoſ. in regul.* 18. *Cancell. quæſt.* 10. *ſub num.* 3. *verſ. Adhuc dico*, *Antonell. de Temp. legal. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 9. *Card. de Luca de Iudic. diſc.* 30. *ſub num.* 8. §. *Solamque*, *Rot. coram Coccino deciſ.* 2341. *num.* 13., *coram Durano deciſ.* 206. *num.* 2. & poſt *Zacch. quæſt. Medico legal. deciſ.* 76. *num.* 4., cum aliis relatis

in

in præteritis Deciſionibus in §. Major autem, coram R. P. D. meo Scotto, & in §. Tota ſiquidem coram R. P. D. meo Criſpo.

Verum altius materiam reaſſumendo proſequebantur, quod diſtinguendæ erant hypotheſes, ſive effectus conſequutivi reſultare debentes ab hac probatione Libri Baptiſmatis; quoniam ubi agatur de fide eidem Libro adhibenda quoad magis importantia, ſeu concernentia eſſentiam, finem à *Sacro Concilio Tridentino*, ſive ab Æcumenica Eccleſię praxi jure merito pręſcriptum, & reſpective conſideratum (ex. gr.) patefaciendi, utrum quis revera Sacramentum Baptiſmatis, & veram in Chriſto Domino regenerationem fuerit aſſequutus, ut ita per hanc ablutionem eadem Eccleſia Milites ſuos agnoſcere queat, vel etiam ad conſimilem effectum, indagandi nimirum cognationem Spiritualem Patrinorum, undique tunc abſtractive Liber Parochi plene probat a ſemetipſo tanquam ſuper rebus ad ejuſdem Parochi Officium ſpectantibus: Sed ſi de aliis Effectibus parum ad eamdem Eccleſiam pertinentibus, & extrinſecis, & idcirco ad prædicti Parochi Officium directe nequaquam ſpectantibus pertractetur, & ſignanter ad alterum, de quo præſens quæſtio erat, nempe ſucceſſionis ab ipſo tempore præciſo ortus, & nativitatis dependentis, eoque caſu, quoniam eodem modo, quo actus, ut innuimus, circa filiationem ſubiacere poteſt affectationi, & præiudicio Tertii, ut ſcilicet quis ex afferentibus Puerum baptizandum aſſerat eſſe filium N., quando non ſit talis ita pariter poſitive coincidere valet ſuſpicio in hac individua materia ſenio-
6 ritatis de vera ætate baptizati, ut in terminis adamuſſim ſucceſſionis in Maioratu, & Primogenitura diſerte concludit *Card. de Luca de Iudic. diſc.30. n.8. & 9.*

Et eſt regula, quod quando ętas maior, vel minor exiſtit deciſiva controverſiæ, & maxime verſantis ſuper magno negocio, nempe Primo-
7 geniture, prout hic, aſcendentis ad ſcut. 500. mil., debet ea concludentiſſime probari, videlicet per Teſtes, ſecundum formam inſinuatam à *Bartol. in l. De ætate in ſecunda quæſtione, ff. de minor.* & tradunt *Bald. in altera l. De ætate in princ., & per tot. ff. de interrogat. action., & in l. Si minorem*, ubi etiam *Salicet. a num.3. uſque ad fin. Cod. de in integr. reſtit. minor.*, idem *Bald. conſ.219. num.3. lib.4. Iacob. Heinrichmann. conſ.32. num.6. tom.3., Narbon. de ætat. num.60. quæſt.5. ſub num.4. in fine, Maſcard. de probat. concl.668. a num.1. uſque ad 6. tom.2. Farinac. in frag. Crim. par.1. verbo Ætas n.148. cum pluribus ſeqq., Rot. poſt Zacch. quæſt. Medico. legal. deciſ. 65. à num.8. ad 13. & in Tullen. Coadiutoriæ 13. Iunii 1629. §. Secundo idem obiectum, coram Normanno impreſſ. apud Alphonſ. de Leon. de Offic. Cappellan. quæſt. 4. ſect. 6. fol. mihi* 534. prout pariter generalior eſt alia fra-
8 ternizans regula certiſſima, quod quoties tempus eſt de ſubſtantia rei, ſeu diſſidii, illud perſpicue, & pariter concludentiſſimè probandum venit, ex animadverſis per *Bald. in l. Matrem, Cod. de probat., Felin. in cap. præſentia num.17. eodem tit. Bald. conſ. 66. num.6. lib.3. Ruin. conſ. 67. num.5. lib.1., Decius conſ. 682. num.16., Antonell. de tempor. legal. lib.1. cap.69. num.9., Adden. ad Gregor. deciſ. 290. in fine Rota coram Seraphino dec.1172. num.2., in Recent. dec.402. num.5. par.2. & dec.380. n.7. par.15.*

Atque hinc ſuperaddebant idem Defenſores, quod in partibus Germaniæ ad prędictos extrinſecos, atque ab Eccleſia diſcretos effectus, præſtando nimirùm iuramentum fidelitatis Sacræ Cæſareę Majeſtati, & nanciſcendi adminiſtrationem Bonorum, ac munera, ſatis minime reputari conſuevit ſufficiens ſola fides Bapti-
9 ſmatis, aſt concomitanter exiguntur alia documenta ſive Teſtium, ſive fidei Regiſtratorum Regiæ Cancellariæ, quemadmodum ſignanter elucebat in Conſtitutionibus Regni Boemiæ circa filios Nobilium, Equitum, Baronum, ac Comitum, *Summario Com. Ferdinandi Num.5.* & de recenti [licet conſequenter poſt nativitatem Collitigantium] ſtabilitum fuerat per nuperrimum Cæſareum Edictum in propoſito nativitatis filiorum Nobilium, ſeù de Familiis habentibus Primogenituras, aut Maioratus, *dicto Summario Num.6.* idque non erat difforme à mente, & determinatione Iuris antiquitus ſancientis, liberos apud Acta profiteri, addito die,
10 Conſule, Patre, & Matre, ad hoc, ut tutius, & facilius ętas poſſet juſtificari, teſte *Rebuff. ad Conſtit. Gall. tom.2. tract. de Regeſtr. lib. Baptiſm. art.1. gloſ.1. num.1. & num.4.*; & concordans *Imperiales ſanctiones in l.1. Cod. ſi minor ſe maior dixerit*, ibique *Gloſ. verb. Profeſſionum, in l. Neque natales, & in l. Non epiſtolis*, ubi pariter *Gloſ. verb. Natalibus Cod. de probat.*, quæ referunt, & plurium Hyſtoricorum, nempe *Suetonii Capitolini*, & *Dionyſii* teſtimonio perbelle exornant *Budeus in annot. ad l. Cùm de ætatis, ff. de probat. Mandoſ. ad regul. Cancell. 18. quæſt.9., Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt.51. num.3. & num.54.* ubi etiam in ſpecie de hac conſuetudine deſcribendi baptizatos etiam vetuſtis temporibus inter priſcos Chriſtianos vigente teſtatur, ex *S. Dionyſio in lib. de Eccleſ. Hierarch.*

Quamobrem recte [ut opinabantur] ſubiungebant, quod abſque ulteriori progreſſu in hoc primo limine non fidendi ſimpliciter in hac extrinſeca materia Libro Parochi, & Baptiſmatis ſiſtebat, & hærebat, ſeu claudicabat tota juſtificatio: & adhuc maior, & vehementior inſurgebat difficultas, an etiam ipſemet Liber in ſe foret legaliter detentus, itaut fidem in Iudicio ſibi promereri potuiſſet, quando nemo non ſcit;
11 quod quilibet Liber debet eſſe ad hunc effectum ſua legalitate ſuffultus, ſive legaliter retentus, ex adductis per *Iaſon. in l. Admonendi num.125. ff. de Iureiur., Menoch. conſ.296. n.26.,*

Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 129., ac dixi
in Tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 82. num. 5.
Rot. dec. 558. num. 2. & per tot. par. 2. Recent. &
12 *dec. 384. n. 6., & 8. part. 15.* & in ſpecie Libri
Baptiſmalis *Rota coram Seraph. dec. 1182. ſub
num. 1. verſ. Et ſic in Libro*, & *coram Cerro deciſ.
715. num. 6.*, & *in Rec. dec. 59. num. 8. par. 13.*
& prius tradiderat *Rebuff. in Conſtit. Gallia di-
cto tract. de Regeſtr. Lib. Baptiſ. gloſſ. 1. art. 4.
per tot.*

Ad finem vero oſtendendi huiuſmodi illega-
litatem prædicti Libri Baptiſmatis exhibiti ab
initio per Philippum conclamabant præcitati
Defenſores, quod eo minus poterat haberi pro
legaliter tento, quando palam aberrare noſce-
batur a forma ſpecialiter preſcripta per *Ritua-
le Romanum*, quin etiam ab ipſa ordinatione
Provinciæ Pragenſis non ſolum moderna, ſed
etiam antiqua, in cuius Circumdario, ſive
Archi-Diœceſi ſita adamuſſim erat Parochia
Sancti Ioannis de Rupe, in qua ſupponebatur
baptizatus idem Philippus; indubii quippe Iuris
eſt, quod ad hoc, ut Libri probent, debent eſſe
efformari ſecundum ſancita, & volita per leges
13 generales, aut particulares Loci, vel Provin-
ciæ, in qua iidem Libri confecti ſunt, ad tradita
per *Stracc. in tract. de Mercat. tit. quomodò in
cauſ. Mercator. proced. ſit num. 42.*, *Maſcard. de
probat. concluſ. 975. num. 17. vol. 2. in tract. de
Commerc. & Mercat. diſc. gener. num. 118.*, *Rot.
Januen. dec. 26. num. 28.*, *Rot. Bonon. deciſ. 80.
num. 38.*, *Rot. dec. 558. n. 2. verſ. Præterea par. 3.
Recent.*

Siquidem reſpectu *Ritualis Romani*, ut in eo
legitur *à fol.* 180. *uſque ad* 185. oportet, quod
Parochus conficiat, ac retineat quinque Libros
14 ſeparatos, in quorum primo deſcribat nomina
Baptizatorum, in altero Confirmatorum, in
tertio Copulatorum in Matrimonio, in quarto
ſtatus Animarum, & in ultimo nomina Defun-
ctorum, ut etiam adnotavit *Monacell. in ſuo
Formulario part. 1. tit. 10. de Paroch. in præfat.
num. 1.* addens, hos quoque Libros Parochum
teneri cuſtodire; & de cætero, quod Liber Ba-
15 ptiſmatis inſervire tantum debeat pro deſcri-
bendis Baptizatis, teſtantur, & profitentur,
*Maſcard. de probat. concluſ. 672. ſub nu. 2. verſ.
Illorum nomina*, *Pax Jordan. var. lucubrat. tom.
1. lib. 3. tit. 1. num. 23.*, *Barboſ. de Offic.* & *Poteſt. Paroch. par. 1. cap. 7. num. 1. verſ. Ultra
hunc*, & in omnem caſum non diſſimilem di-
ſtinctionem Librorum adhibendam eſſe a Paro-
chis etiam ad nudos terminos Juris, tradidit
*Joannes Hugo de Offic. quatuor Prælator. rubr.
de matricul. Curat. num. 1. inter tract. diverſ.
tom. 14. pag. 192.*

Applicando autem ad rem, obſtrepebant id-
circo iidem Defenſores, quod nedum in ſpe-
cie, ſed neque in ipſo genere fuerat obſervata
prædicta forma ſancita a præmiſſo *Rituali*, &
Pragenſibus Ordinationibus. Non equidem in
genere, ex quo in unico, eodemque libro abſque
ulla diſtinctione promiſcue, & in confuſo adnota-
tæ legebantur partitæ Baptizatorum, Matrimo-
niorum, & Defunctorum, ut liquebat ex ejus
exemplari, *dicto Summario Num. 8.*, multo-
que minus in ſpecie, cum contra modum om-
nino obſervandum in inſcriptione hujuſmodi
partitarum hæc Com. Philippi, de qua ageba-
tur (ultra modum potius barbarum, vel erro-
neum, quam latinum) -- *Item 4. Februarii ba-
ptizatus eſt Niesburg P. Caroli Paris Comitis fi-
lius, cui nomen Philippus Ferdinandus, Mater
Magdalena Poloxina nata Principiſſa Vualde-
ſteim -- Patrinus Cardinalis de Harach*; Et ta-
men attenta formula *a Rituali Romano*, & a
præfatis *Ordinationibus Pragæ* editis de anno
1605., & 1750. deſiderabatur, ut diximus,
quod exprimeretur dies, menſis, & annus, &
nomen Familiæ, quodque ulterius Parochus
pariter ſcriberet in prima perſona -- *Ego N.
Parochus in Eccleſia N. baptizavi Infantem &c.*
unde cum, facta confrontatione verborum
mox allatorum, totum in hoc caſu practica-
tum fuiſſet in oppoſitum, non tantum propter
defectum ſpecificationis anni, & cognominis
Familiæ, ſed, quod plus erat, uſurpata lege-
retur forma loquendi in tertia perſona -- *Ba-
ptizatus eſt* -- *dicto Summario Num. 8. lit. R.* pa-
16 lam fiebat, quod Liber, ſeu partita hæc exa-
rata non foret ab ipſomet Parocho, ſed ab alio,
qui proinde nullam probationem conſtituebat,
quemadmodum diceremus, ſi aliquod Inſtru-
17 mentum foret confectum ab alio privato, &
non ab ipſo Notario, cui ſolum fides publica
innixa eſt, ut inquit *Innocent. in cap. 1. de fid.
Inſtrum.*, *Card. de Luca de Iudic. diſc. 76. n. 40.
verſ. Cujus fides*, *Rot. coram Pentinger. deciſ.
310. num. 3.*, *coram Cerro deciſ. 281. num. 1.*,
& *in deciſ. 96. num. 14. inter hactenus in urbe im-
preſſas coram Me.*

Certius, vero, quia hujuſmodi Liber quoad
alias partitas (etiamſi minime uſurpata indica-
tione primæ perſonæ) ſaltem præſeferebat,
alium fuiſſe extenſorem, quam ipſum baptizan-
tem, dum in illis dicebatur (ex. gr.) -- *Bapti-
zans P. Michael*, vel, quod evidentius erat --
Baptizans Rev. P. Fulgentius, nimis enim ab-
ſonum erat, & repugnans, quod quis ſibi titu-
lum *Reverendi*, cum ſimilibus, in propria ſcri-
18 ptura applicet, & attribuat, ab alio namque
pendere debet honor, ſeu qualificatio, uti ex
Tullio, & *Seneca* monuit *Tiraquell. de nobili-
tate cap. 23. ſub num. 7.*

Non medente reſponſione data (ut ſubde-
bant) in *Deciſione* præcedenti *R. P. D. mei
Criſpi die prima Iunii* 1712. §. *Tantoque magis*,
videlicet, quod eadem partita conſcripta eſſet
a P. Matthæo Ferdinando Abbate hujus Mona-
ſterii Sancti Ioannis ſub Rupe, tuncque vero,
& actuali Parocho ejuſdem Eccleſiæ, velut aſ-
ſumente pro illa vice tale miniſterium bapti-
zandi ob perſonarum excellentiam, & dignita-
tem, quando cæteroquin ſolebat munus hoc
im-

implere per alios, ideoque cum iſte P. Matthæus Ferdinandus ex præſtantia meritorum ad Pragenſem Archiepiſcopatum ſucceſſive fuiſſet evectus, ut præſeferebat *Hyſtoria Salisburgen. fol.* 866., hinc ponderata eximia qualitate tanti Scribentis, quælibet eaularet fraudis, & do-
19 li præſumptio, ſive ſuſpicio, ea congeſtis per *Bald. in l. Et qui, Cod. de diſtract. pignor.*, *Soccin. Jun. conſ.* 45. *in fin. lib.* 4., *Marc. Mantua conſ.* 327. *num.* 24., *Menoch. conſ.* 221. *num.* 8., *& de Præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 80. *num.* 45., *Rot. in Roman, ſeu Aſculana Cambii* 12. *Decembris* 1710. §. *Ad cujus, coram prælaudato R. P. D. meo* Criſpo.

Reſpondebant etenim, quod hujuſmodi propugnatio vacillabat in ſuo præſuppoſito, cum numquam uſque adhuc probatum appareret, quod hæc præciſa partita extiterit ſcripta de manu ejuſdem P. Matthæi, quin etiam neque ſaltem fuerat edoctum, eumdem P. Matthæum de tempore ingreſſus Com. Philippi iu hanc lacrymarum Vallem geſſiſſe figuram Parochi hujus Eccleſiæ, quodque plus erat, neque ulterius totus Liber mentionem ullam faciebat de ipſo P. Matthæo, quando de cætero etiam prædictæ *Ordinationes*, ſeu *Rituale Pragenſe* ſupponentes, quod de facili hujuſmodi errores, & præjudicia in partibus eveniant, providebant hiſce ſuperius figuratis contingentiis, præcipiendo, quod -- *Si forte non Parochus, ſed alius baptizaverit, id exprimatur* -- *dicto Summario Num.* 7. *lit. A.*, unde cum & hæc ſubſidiaria lea fuerit neglecta, eo minus hujuſmodi
20 partita poterat fidem adipiſci, ad ea, quæ in proximis terminis tradiderunt *Bartol.*, *& Salicet. in l. Si Procuratorem*, §. *Dolo*, *ff. mandati*, *Surd. conſ.* 12. *n.* 69., *& conſ.* 150. *n.* 132. *Roman. conſ.* 332. *in ſecunda dubit.*, *Gratian. diſcept. for. cap.* 907. *num.* 13., *Rot deciſ.* 69. *nu.* 18. *coram Arguell.*, *& in Recent. deciſ.* 546. *num.* 7. *par.* 18. *tom.* 2.

Abſque eo, quod amplius proinde (ut pariter ſubnectebant iidem Defenſores) defectui hujus partitæ tam importantis, ac ad eorum ſenſum quoque vacillantis in cæteris præmiſſis capitibus, robur, vel ſupplementum adjungerent quædam fides, ſeu atteſtationes Officialium Curiæ Archiepiſcopalis Pragenſis oculis ſubjectæ *in dicto Summario num.* 9., in quibus profitebatur ipſemet præcæteris Vicarius Generalis in iteratis ſubſcriptionibus, nempe die 9. *Junii* 1705., & die 20. *Februarii* 1711., quod fuerat prædictus Liber recognitus, & inventus fine dolo, ac fraude, ac habitus pro vera Matricula Baptisatorum, quodque inibi inter cæteras reperiretur adnotata per eadem verba partita, de qua ſuperius actum fuit *in* §. *Applicando autem ad rem*; replicabant enim, quod quidquid foret, an hujuſmodi geminata atteſtatio eſſet attendenda tamquam in ſubſtantia vertibilis in ſimplicem fidem eatrajudicialem, nihilominus ea nihil concludebant circa characterem P. Matthæi Ferdinandi, quinimo ubi etiam hoc affirmaſſet, prout videbatur aſſerere ſucceſſive de anno 1703. - *Uvinceslaus Biler a Bilemburgh Officialis*, hodierno *Summario Com. Uvinceslai num. unico*, necnon alii recenſiti *in Summario Com. Caroli Ferdinandi coram R. P. D. Criſpo n.* 18., attamen in Jure parum firmamentum fieri poterat ſuper has etiam præciſa ſpecificatione, quod character partitæ de reliquo, ut diximus, carentis omni ſubſcriptione revera eaiſteret de manu prænominati P. Matthæi Ferdinandi, dum ea notoria Juris cenſura ad effectum recognoſcendi characteres eadem Jura adeo ſcrupoloſe procedunt, ut quoties agi contingat de ſimplici intereſſe, ſive negocio eacedente libram auri, nedum non admittant has extrajudiciales atteſtationes, & maxime, prout hic, etiam ſcientiæ cauſa deſtitutas, ſed etiam excludant probationem ipſam per comparationem litterarum ſeu ejuſdem characteris cum alia Scriptura, utpote deſiderantia prorſus probationem fieri
21 per Teſtes, qui controverſam Scripturam viderint ſcribere, vel ſubſcribere, ut eſt *Textus expreſſus in Auth. Atſi contractus, Cod. de fid. Inſtrum.*, *Angel. in* §. *Si quis igitur in Auth. de Inſtrum. cavat.*, *& fid.*, *Peregr. conſ.* 102. *lib.* 2., *Surd. conſ.* 187. *num.* 29., Cyriac. *controverſ.* 444. *num.* 90. & habetur *in annot. ad deciſ.* 8. *num.* 38. *inter hactenus in Urbe impreſſas coram Me*.

Neque contra hæc urgere poſſe ſibi ſuadebant toties prænominati Defenſores *Deciſionem* in illa *Taurinen. Penſionis coram Durano* alias *deciſ.*
22 206. *num.* 14. *inter illius impreſſas*, ubi videtur firmari, non eſſe neceſſariam recognitionem manus, conſtito de identitate Libri, cui de lure fides venit adhibenda; Quia præterquam *eadem deciſio* ſuperius firmaverat, quod in ordine ad probandam ætatem poſſint cætera etiam requiſita in aliquibus fraternizantia cum noſtris *eſſe de ſubſtantia ſecundum occurrentiam caſuum*, utique in caſu *Durani* circumſtantiæ nimium erant prævalidæ, atque corroborantes partitam & expreſſionem Libri Baptiſmatis, ſiquidem in illu ultraq recognitionem ejus originalis formiter factam, & ſic citata Parte per ludices delegatos in partibus, de quibus omnibus in actis Cauſæ liquebat, profecto idem Liber erat undique conſtipatus fortibus adminiculis ad normam adamuſſim prædictarum *Conſtitutionum Regni Boemiæ*, *& Imperialium Edictorum*, nimirum quod Liber fuerat repertus apud Curatum ſucceſſorem in loco ſolito, nempe in Armario Sacriſtiæ, & ea depoſitionibus *Teſtium fidem facientium de prædicto anno nativitatis Religioſi, atque redentium optimam ſcientiæ cauſam* [ut ſunt illius verba præciſa] etiam una cum publico concomitante inſtrumento Tranſactionis, ut *in dicta dec. Durani* 206. *n.* 3., *& 4.*, *& ſparſim per totam*.

Et ob id nimirum, & apparenter rationabiliter obſtrepebant prædicti, quod viee formalis

num-

Digitized by Google

nunquam etiam in Partibus tactæ recognitionis,
ſaltem fuiſſet Com. Carolo Ferdinando conceſſa
per *Tribunal.* pluries per Com. Sebaſtianum, &
reſpective eundem Carolum Ferdinandum ex-
petita Compulſoria propriis ſumptibus, idque
etiam prævia quoque oblatione, ſeu non relu-
ctantia Conſiſtorii, ſeu Judicum de Partibus,
apud quos Liber iſte juridice compulſandus exta-
bat, *dicto Summario num.* 10., quando tamen
hujuſmodi compolſatio non erat (uti ſubdebant)
procuranda a præfato Sebaſtiano, ſeu Com. Ca-
rolo Ferdinando, ſed a Com. Vvinceslao, ſivè
a Com. Philippo Ferdinando illius Patre, cum
23 nec in ſuis terminis abſtractive fides Libri Ba-
ptiſmatis non compulſati unquam probet, ex
firmatis per *Barboſ. de Paroch. par.* 1. *cap.* 7.
n. 12., *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 13.
num. 11., *Adden. ad Gregor. dec.* 359. *num.* 9.,
Rota coram Amato Dunoz. deciſ. 250. *num.* 2.,
& poſt *Zacch. quæſt. Medico legal. decif.* 65. *num.*
13. 14., *&* 15., ubi rejecta fuit fides Baptiſma-
tis ſuper ætatis probatione, licet extracta a Vi-
cario, & Archipresbytero Loci, ex quo illius
extractio facta fuit ſine Compulſoria, ſine Partis
citatione.

Et hucuſque Defenſores ſupradicti ſeſe conti-
nebant intra cancellos ſimplicis nullitatis, ſeu
defectus veræ probationis ad hunc effectum re-
quiſitæ circa Librum, & partitam controver-
ſam: Verum ſubinde eamdem individuam par-
titam redarguebant non ſolum de nimia dubie-
tate veritatis, ſed poſitiva deſuper impicta ſup-
poſitione, vel ſuſpicione falſitatis; cum etenim,
ut præmiſimus, totum pondus, totum momen-
tum, tota ſubſtantia Cauſæ penderet a tempore
præciſo nativitatis utriuſque Collitigantis, &
idcirco illud eſſet clariſſime, & ſupperlative
juſtificandum, hinc inferebant, quod, data
etiam uniformitate copiæ hujus partitæ cætero-
quin legaliter tranſmiſſæ ad Urbem, adhuc par-
tita hæc, prout jacebat, Baptiſmatis Philippi
Ferdinandi erat etiam prima fronte nimirum
inordinate in eodem Libro regiſtrata, cum opor-
teret ad finem præmiſſum, quod illa, tamquam
carens in ventre expreſſione anni præciſi, præ-
ſeferret revera, quod eſſet ſubincluſa ſub anno
1657., ad hoc, ut Baptizato pariter ſub eodem
anno Sebaſtiano, Philippus Ferdinandus antece-
deret in ſeptem circiter menſibus ejuſdem anni,
prout verificaretur, quoties Philippus Ferdi-
nandus fuiſſet baptizatus de menſe Februarii,
24 Sebaſtianus vero de ſubſequenti menſe Septem-
bris, cum una hora, una dies in ſimilibus quæ-
ſtionibus antelationum attendatur, & exuberet,
ut probat *Gloſſ. in l. Si ex pluribus*, §. *fin. verſ.*
Dic, *ff. de ſolut.*, *&* *in cap. Duobus*, *verbo ſi*
non apparerent, *de reſcript. in* 6., *Tiraquell. de*
Jure Primogen. quæſt. 2. *num.* 2., *Torr. de Pri-*
mogenit., *&* *Majorat. Ital. par.* 1. *cap.* 41. §. 7.
num. 2. *pag. mihi* 758.

Hoc igitur opus, hic labor erat, quia licet
poſt annum 1656. in ſuperiori parte folii ejuſdem
Libri connotatum poſtmodum in media pagina
novus annus, nimirum 1657. inciperet, & ap-
pareret expreſſus, ſignanter occaſione alterius
partitæ Baptiſmatis ſignificante initium ejuſdem
anni 1657., nimirum 29. *Januarii*, & imme-
diate ſubſequeretur altera partita alterius Bapti-
zati citra quidem repetitionem prædicti anni
1657., ſed nihilominus cum ſucceſſiva inconti-
nenti deſcriptione menſis, & diei, nimirum 4.
Februarii, & ſubinde illico, & immediate pa-
riter ſubnecteretur ſub conſimili *die* 4. *Februarii*
hæc individua partita Baptiſmatis Philippi Fer-
dinandi cum verbis ſupra jam tranſcriptis; ac
propterea eadem ſubincluſio adhærens eidem
anno præſumptionem inferre poſſet repetitionis
ſeu continuationis ejuſdem anni, ſtante præſer-
tim illa dictione *Item*, cum qua hujuſmodi indi-
vidualis partita connectebatur cum præcedenti,
quæ ſimpliciter habebat initium 4. *Februarii*,
quemadmodum idipſum de regulari natura vi-
demus in *rubricis*, *&* *titulis noſtrorum Sacrorum*
25 *Canonum*, *&* *Legum*, & eſt pariformiter regu-
laris natura ejuſdem dictionis *Item*, ex annotatis
per *Bartol. in l. In repetendis num.* 1. *verſ. Secun-*
do caſu in fin. ff. de legat. 3., *Alex. conſ.* 37. *n.*
10. *lib.* 3., *Dec. conſ.* 190. *num.* 1., *Gratian.*
diſcept. for. cap. 563. *num.* 62., cum aliis relatis
per *Rot. decif.* 532. *num.* 14. *coram Cerro*, *&* *dec.*
66. *num.* 4. *par.* 14. *Rec.*

Adhuc tamen ultra varios, & omnino diver-
ſos intellectus, & operationes, quas ſolet im-
portare, & efficere præfata dictio *Item*, uti vi-
26 dere eſt penes *Bartol. in dicta l. In repetendis per*
tot., *Handed. conſ.* 69. *num.* 24. *lib.* 2., *Card.*
Tuſch. concl. Jur. 303. *num.* 2. *lit. D.*, *Barboſa*
in tract. dict. uſufrequ. dict. 175., *Giurb. ad Con-*
ſuetud. Meſſan. cap. 7. *gloſſ.* 1. *num.* 7., *Rota co-*
ram Emerix Jun. decif. 117. *num.* 2., *&* *ſeq.*, *&*
in Recent. decif. 156. *num.* 13. *part.* 13., *&*
decif. 813. *num.* 6. *part.* 18. *tom.* 2. *Recent.*, *&*
in Cavallicen. Bonorum 18. *Februarii* 1707. §.
Hiſce argumentis, *coram Reverendiſſimo Domino*
meo Molines Decano; nonne (uti conclamabant
prædicti) in partita immediate ex poſt adjacenti
intervertebatur annus 1657., redituſque fiebat
ad annum 1656. occaſione perperam intermixtę
partitæ Matrimoniorum, *dicto Summario n.* 8.
a lit. N. uſque ad lit. T., ibi - 14. *Novembris*
1636. *copulatus eſt &c.*, imo cum etiam ſequere-
tur poſt jam interruptum annum 1657. ab ex-
preſſione anni 1656. aliæ partitæ Baptizatorum,
& Copulatorum, utique ſi procedendum eſſet
cum eodem ordine rubricæ, eædem referendæ
forent ex eadem identifica ratione ad eumdem
annum 1656., quod certe ignorabatur, & con-
ſequenter poſita hac tam immedicabili confuſio-
ne, ac tam certa inordinatione nequibat a ſuſpi-
cione immunis reddi hæc partita, quæ ut ſupra,
27 debebat eſſe certiſſima per ea, quæ profitetur
Jaſon. conſ. 4. *num.* 4., *&* *ſeq. lib.* 3., *Farinac.*
conſ. 18. *num.* 14. *vol.* 1., *Genua de ſcript. priv.*
lib. 4. *tit. de libr. Mercat. num.* 86., *Gait. de*
Cre-

Credit. cap. 2. tit. 3. num. 194., & ſeq., Carol.
Ant. de Luca ad diſcept. Gratian. 171. num. 9.,
Rota coram Buratt. deciſ. 419. num. 2., coram
Celſo deciſ. 280. num. 6., & coram Ludoviſ. dec.
79. num. 2., ibique *Adden. num. 6.*

Præter hæc ulterius redeuntes iidem Defen-
ſores ad magiſque convincendam illegalitatem,
confuſionem, præpoſterationem, antepoſitio-
nem in toto Libro conſparſas, ultra defectum
foliorum, numeri paginarum Idiomatis inter-
mixti, & materialitatem ipſius Libri, uſque ad
relinquenda ſpatia alba, in quibus verificari
potuiſſet prædicta ſuperimpoſitio, & tranſcriptio
etiam uſque ad hodiernum diem exhibuerant
duo, & ultra folia impreſſa ad partes pluribus,
ac pluribus hiſce animadverſionibus, ſive tranſ-
greſſoribus referta, ſibi blandientes, quod ſal-
tem in unum conglobatæ eædem animadverſio-
nes, & ſtatim oculis erumpentes circumſtantiæ,
ſeu demonſtrationes abunde palpare facerent
28 memoratam inordinationem, ac ſuſpicionem,
cum in hac materia probatoria regulariter non
reſtricta, ad hoc, vel illud genus, ſpeciem,
aut modum uſurpet ſibi locum adagium - *Sin-*
gula, quæ non proſunt &c., de quo *Gloſſa in l.*
Inſtrumenta, verſ. Aliis quoque. Cod. de probat.,
Alexand. conſ. 13. num. 19. lib. 1., Menoch.
conſ. 284. num. 43., Surd. conſ. 245. num. 31.,
Mar. Antonin. var. reſolut. lib. 2. reſol. 55. n. 16.,
Rota deciſ. 774. num. 7. par. 2., & deciſ. 431.
num. 9. par. 19. Recent.

Quibus ſane defectibus ſuppleri non potuiſſe
ſubjungebant per contrarias Vicarii Generalis,
aliarumque perſonarum atteſtationes, de qui-
bus meminimus ſupra *in §. Abſque eo quod*, cum
enim ageretur de negocio tantæ importantiæ
ſcut. 500. mil., & in Tertii præjudicium, non
29 erat ad eorum ſenſum deferendum ſimplicibus
iſtis atteſtationibus, ſecundum ea, quæ reſpon-
det *Rota deciſ. 53. num. 89., & 90. par. 5. Rec.,*
& in Tarentina Salviani 25. Junii 1696. §. Et
ſane, coram bo. mem. Muto; & quod nec quidem
30 finibus Supremorum Principum in Judicio de-
feratur in Tertii præjudicium, tradit *Decius* de
31 Imperatore loquens *conſ. 606. num. 4. in fin.*,
& de atteſtatione Cardinalis Legati *Cravett. con-*
ſil. 104. num. 5., Pariſ. conſ. 136. n. 31. lib. 4.,
Rota deciſ. 171. num. 3. par. 4. tom. 2. Recent.,
32 & de teſtimonio ejuſdemmet Conſiſtorii Ar-
chiepiſcopalis Salisburgen. idem ſenſit *Rota in*
Salisburgen., ſeu Chiemen. Teſtimonialium 20.
Junii 1704. §. Minus relevat teſtimonium Conſiſtorii
Archiepiſcopalis, coram R. P. D. meo Scotto, &
33 de altero teſtimonio Sereniſſimi Archiepiſcopi
& Electoris Colonien. dictum etiam fuit *in Colo-*
nien. Canonicatus 21. Iunii 1704. §. Abſque eo
quod, coram Reverendiſs. D. Molines.

Hæc, & ſimilia erant, quæ ſane reddere juxta
eorum intentum videbantur turbidam, incer-
tam, & ſuſpectam importantiam, & fidem hu-
jus partitæ Libri Baptiſmatis, præcipue in com-
parationem alterius fidei nativitatis Com. Seba-
ſtiani, quæ nullos patiebatur imaginabiles defe-
ctus, quin etiam vallabatur ab extra duplici (ut
ſupra) teſtimonio, hic repetendo, quæ ſupe-
rius innuimus circa publicum Inſtrumentum, &
Scripturam non patientem dubietatem corre-
ſpective ad aliam Scripturam non ita certam, &
non immunem a ſuſpicione forſan præſuppoſitæ
34 anterioritatis, ut præter jam ſupra allatos *in*
§. Inſurgentes, proſequuntur *Tiraquell. de tract.*
convent. §. 1. gloſ. 7. num. 43., Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 109. n. 10., Stracc. de Iudic. lib. 2.
cap. 11. artic. 3. num. 1124., Gait. de Credit.
cap. 2. tit. 8. num. 1145., & ſeq., Rota coram
Priol. deciſ. 319. num. 9., & deciſ. 403. n. 16.,
& poſt *Merlin. de pignor. deciſ. 17. num. 6.*

Cœterum ulterius (uti ſubjunctive concla-
mabant) tantum aberat, quod fides Baptiſma-
tis Com. Philippi Ferdinandi ſiſtere in præfata
incertitudine, & ſuſpicione, (quod certe exu-
beraſſet, quinimmo loco adminiculorum, quæ
ſecumferebat oppoſita fides Comitis Sebaſtia-
ni, deſtruebatur ex quaſi evidentibus confeſ-
ſionibus, ſeu probationibus in contrarium;
quoniam, uti liquebat *in dicto Summario* Com:
Caroli Ferdinandi *num. 11.* habebatur, quod in
Matricula Scholarum Pragæ Comes Ferdinan-
dus Philippus deſcriptus legebatur in fine anni
1670. ætatis annorum 12., ſignum, ut dice-
bant, evidens, quod ipſe natus non fuerit *die*
4. Februarii anni 1657., alias quippe ille non
eſſet tunc conſtitutus in duodecimo anno, ſed
in tertio, vel quartodecimo; & licet hæc ap-
poſitio ætatis provenire probabiliter non potu-
erit directe ab eodem Comite Ferdinando Phi-
lippo eo temporis intra limites pubertatis ad-
huc exiſtente, ſed majus ab aſſertione Paren-
tum, vel familiarium hujus Adoleſcentis, qui-
bus profecto nota erat, & maxime in actu non
multum remoto, illius ætas, adhus pro certo
reſultabat, quod Officiales earumdem Schola-
rum, nec oſcitanter, nec de proprio capite
hanc ætatem præciſam, & ſignatam expreſſe-
35 rant, dum ob id præciſe habetur, quod ex
Matricula hujuſmodi Gymnaſiorum reſultare
ſolet ætatis probatio, ut affirmarunt *Alciat. de*
præſumpt. regul. 2. præſumpt. 14. nu. 10., Man-
doſ. ad regul. Cancell. 18. quæſt. 9. in princip.
Maſcard. de probat. concl. 671. in princ. vol. 2.
Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 51. num. 3.
& ſeq.

Rurſus conſpirabat in idem præpotens alia
demonſtratio, quod cum ex legibus, & ordi-
nationibus Regni Boemiæ filii prænobiles, ſive
ordinis Equeſtris præſtare obſtringantur homa-
gium Cæſareæ Majeſtati ſtatim *completo anno vi-*
geſimo, Comes vero Ferdinandus Philippus illud
præſtiterit *die 2. Martii anni* 1679., addita ex-
preſſione cum gratiarum actione Summo Deo,
quod ipſe tunc compleverat annos 20. *d. Summ.*
n. 12., ecce, quod utique ſi natus fuiſſet de anno
1657., & non potius de anno 1659., nefas fuiſ-
ſet aſſerere, quod tunc tantummodo compleviſ-
ſet

Digitized by Google

ſet ętatem 20. annorum; unde etiam ex ſimi-
36 li actu pariformiter deſumi ętatis juſtificatio-
nem, inquit *Iuris conſultus in l. ætatem 3. ff. de*
Cenſibus, ibique Gothofred. litt. C., *Narbon. de*
ætat. anno 14. quęſt. 37. num. 3. & 7. in fin., Maſ-
card. de probat. dicta concluſ. 671. num. 5. & 6.
Mandoſ. ubi ſupra num. 4. in fine Grammatic. de-
ciſ. 84. num. 23., & in terminis Statuti jubentis
37 denotari ætatem ad certos effectus, *idem Man-*
doſ. dicta q. 9. ſub n. 3. Muſcard. ubi prox. n. 8.
Corollarie tandem de cætero obviam euntes
ſeu reſpondentes (ut infra ſuo loco, & tempo-
re demonſtrabimus) fundamentis contraria-
rum *Deciſionum*, tres ulteriores conſideratio-
nes ſuperaddebant, primam, quod mirum non
erat etiam in praxi, ſi quandoque in libris Ba-
ptiſmatum poſſunt evenire ſuppoſitiones, &
alterationes in ordine ad ætatem, dum etiam
38 in ſuis terminis Spiritualibus cauſam gravio-
rem adducebat *Jacobus Pignatell. conſult. 118.*
tom. 10.
Secunda proveniebat a nonnullis Teſtibus
aſſerentibus, Comitem Ferdinandum Philip-
pum minoris extitiſſe ætatis reſpective ad Com.
Sebaſtianum, *dicto Summario num. 13.*, licet
enim eædem eſſent puræ aſſertiones, ſeu fides
extrajudiciales, attamen ex quo productæ fue-
rant adminiculative ad omnes ſupradictos
actus, ut reputabant, certiſſimns, negari non
poterat, quod admodum mererentur attendi
pro coadjuvandis cæteris ſuperallatis proba-
39 tionibus, ex *Bartol. in l. 1. §. Id Cornelio ff. de*
quæſt. Cravett. conſ. 400. n. 36. Decian. conſ. 17.
num. 12. lib. 3. Rota coram Gregor. deciſ. 247.
num. 6., & in rec. deciſ. 266. nu. 2. & 3. par. 5.
& dec. 59. n. 9. par. 13.
Et denique tertiam, quæ potius ſonabat in
pręventionem Reſponſionis objecto contrariæ
patris admiſſo *in deciſione R. P. D. mei Criſpi*
ſub die 1. Julii 1712. §. Demum, nempe quod
in oppoſitum major ætas Com. Philippi Ferdi-
nandi deſumpta ex ſupradicto libro Parochi fue-
rit admiſſa in Partibus Germaniæ, ex fidibus,
& atteſtationibus, ſeu perluſtrationibus reſpe-
ctive ſupradictorum Officialium, quibus uti
magis practicis rerum, & morum propriæ Re-
gionis non modica fides erat pręſtanda; Siqui-
dem ſibi ſuadebant, hoc eſſe clarum æquivo-
cum, quod ſatis coruſcabat *in dicto Summario*
num. 10. ubi conſtabat utique, quod fuerat pro-
ducta copia prædictæ partitæ, omneſque ſupra-
dictæ atteſtatinnes in Imperiali Conſilio, ſed
non per hoc viſus unquam fuerat liber iſte ori-
ginalis Parochi, eidemque forte præſtita fue-
rat fides in obſequium atteſtationum eorum-
dem Officialium *Conſiſtorii Pragen.*, de quibus
jam ſupra meminimus: Verum hujuſmodi fides
non fuerat per idem Conſilium, & Iudices ad-
hibita plenarie, ideoque dumtaxat extiterat
Com. Philippo Ferdinando attributa immiſſio,
in eaque manutentio mere conditionaliter, vel
ſub conditione ſaltem reſolutiva, ſcilicet — *do-*
nec à Comite Sebaſtiano in contrarium circa inſcri-
ptionem falſitas commiſſa, vel quod Comes Philip-
pus Ferdinandus alio poſteriori tempore fuerit na-
tus, ut Juris probaretur, dicto Summario num.
10., ac propterea cum non libera prorſus, &
abſoluta fuerit approbatio libri, & partitæ, aſt
tantummodo cum clauſula reſolutiva, & præ-
ſervativa, profecto talis præſervatio impedie-
40 bat, ne Parti præſervatæ ad formam præſer-
vationis irrogaretur ullum præjudicium, ſe-
cundum paſſim firmata per *Bald. in Auth. in-*
terdicimus, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Cravett. conſ.
144. num. 15. Cephal conſ. 441. num. 99. lib. 3.
Cuſyc. Galeott. controv. 6. num. 37. lib. 2. No-
guerol. allegat. 25. nu. 142. Epiſcop. Rocca ſelect.
diſput. iur. cap. 59. num. 10., Rot. coram Ar-
guell. dec. 103. n. 34., & in recen. dec. 100. n.
17. & 18. par. 10. & deciſ. 122. n. 9. par. 19.
Atque hucuſque in ſubſtantia ita progredie-
bantur toties prælaudati Defenſores, quorum
fundamenta diſſimulanda minime cenſuimus,
ne ſeſe gravatos exiſtimarent, Noſque fideliter
munus Relatoris, ſive Ponentis minime forte
impleremus; De cætero his minime refragan-
tibus *Domini*, quos conſuli, *Mihi* reſponde-
runt, *Sententiam Rotalem R. P. D. mei Criſpi*
eſſe confirmandum, & ut ſeparemus triticum a
palea, diſtincte primario breviter referemus
ea, quæ reſpiciebant puram adhæſionem præci-
tato libro Baptiſmatis, illiuſque individuæ par-
titæ, ultra eſſentialia motiva, quæ jam fuerint,
vel ſuperius indicata, vel optime extenſa in
præcitatis *deciſionibus R. P. D. mei Scotti & R.*
P. D. mei Criſpi; Secundario vero recenſebi-
mus ea alia, quæ unitim ſuperadjuncta, ac in-
vicem perſtringentia impulerunt *Dominos* ad
ita reſolvendum, ut paſſim ex pluribus inſimul
coacervatis contingit in omnibus Judiciis, &
Tribunalibus, teſte *Baldo in l. Spadonem §. Qui*
41 *jura multa ff. de excuſ. Tutor.*, & videre eſt
apud *Mart. Medic. deciſ. Senen. 1. num. 66. &*
deciſ. 11. num. 14. Gunaver. deciſ. 28. num. 5.
cum plur. ſeqq. Borgnin. Cavalcan. deciſ. 22. nu.
30. par. 3., Rota coram Merlin. deciſ. 766. n. 8.
& in recen. deciſ. 774. num. 7. par. 2., & alibi
paſſim.
Ante omnia vero inopportunum fortaſſe non
erit retexere ea circa ſtatum hujus cauſæ, quæ
etiam retulit *in prima deciſione diei 8. Junii*
1711. R. P. D. meus Scottus Almæ Vrbis Gu-
bernatore, nimirum quod præter duplex Judi-
catum in Partibus ſuper legalitate ſemper ca-
nonizata prædicti libri Baptiſmatis favore Com.
Philippi Ferdinandi, Com. Vvinceſlaus ejus
filius neceſſarium ulterius reputavit pro haben-
da plena executione prædictorum Judicatorum
cæteroquin Imperialium, ac de quibus patebat
ex Summario Comitis Caroli Ferdinandi num. 1.
& 2. obtinere deſuper Cæſareas litteras horta-
torias, quæ practicantur pro mutua correſpon-
42 dentia de Principe ad Principem, de Provin-
cia ad Provinciam, & de quibus ex profeſſo
per-

pertractant *Cancer. var. reſolut. par. 2. ac litter.
requiſitor. cap.15. Parren. de Inſtrum. edit. tit. 2.
reſolut. 2.*, *Card. de Luca de Juriſdict. diſc. 98.
num. 16.*, & dixi *in annot. ad dec. 51. num. 17.
inter hactenus in Urbe impreſſas coram Me*.

Quamobrem conſequutive ad earum normam
extitit quoque ab initio propoſitum, diſputatumque
dubium -- *An, & cui danda eſſet immiſſio, ſeu potius forent exequenda hortatoria*,
ſicque ſequendo naturam earumdem litterarum
hortatoriarum aliquid profecto, (quatenus
oportuiſſet) aliquo modo relaxandum videbatur
de toto stricto rigore in penetratione
medullæ eorumdem Judicatorum canonizantium,
ut ſupra, legalitatem ejuſdem libri tamquam
immunis ab omni fraude, & dolo, cum
non deſint *Scribentes* jam relati, aliique, qui
regulariter aſſerant, quod ad effectum exequu-
43 tioni demandandi eaſdem litteras hortatorias
ſolet quandoque ſat eſſe ſummaria, & extrajudicialis
cognitio ſuper meritis, ex paſſim traditis
per *Cagnol. in l. cum quadam Puella n. 33.
§. Quinte colligitur de Iuriſd. omn. Judic. Merlin.
Pignatell. contr. forenſ. centur. 2. cap. 98. n.
43. Cancer. dicta par. 2. cap. 15. num. 2. & ſeq.
& part. 3. cap. 19. nu. 3. & 12. Theſaur. quæſt.
forenſ. lib. 3. quæſt. 2. n. 5. Manſ. conſultat. 671.
num. 1.* cum cæteris plene relatis *in deciſione R.
P. D. mei Scotti §. penult.*

Præmiſſa hac hypotheſi, ut fuit quoque animadverſum
*in prædicta deciſione R. P. D. mei
Scotti dicto §. penult.*, facilius viſum eſt, non
obſtantibus omnibus præmiſſis, ſufficienter
probatam remanſiſſe ætatem ex prædicto libro
Parochi reſultantem, quia eo ipſo, quod idem
liber non poterat dici revera ſuſpectus, ut mox
oſtendemus, certe probatio validior ætatis
exoptari non poterat, quam emergens ex libro
Baptiſmatis: Chriſtiana etenim pietas, ac Religio
cunctos obſtringit, ut Pueri nati ſtatim,
vel parum poſt regenerationem Spiritus accipiant
per ablutionem in Fonte Baptiſmali, &
proinde inſcriptio, quæ tunc fit per Parochum
baptizantem, efficitur certior, & tutior actus
ortum, ſive nativitatem comprobans, & oſten-
44 dens, & in hunc ſenſum convenit univerſa
Schola *Scribentium*, & ſignanter hoc argumento
originaliter utitur *Mandoſ. ad dictam reg. 18.
quæſt. 10. in fine*, ejuſque ſententiæ adhæſerunt
*Menoch. dicta præſ. 51. num. 56. Maſcard. de
probat. dicta concl. 671. nu. 3. Farinac. in fragm.
crimin. par. 1. verſ. ætas an probetur ex libr. publ.
num. 142.*, imo (ut ante præmittebat *idem
Mandoſ.*) ſi ex libro Parochi certo certius juſtificatur
alicujus *ex. gr.* mors, ſepultura, & communicatio,
quæ ſunt magis præjudicialia, &
plene comprobanda, dubio procul debebat etiam
ex eo probari nativitas, & Baptiſmus magis
favorabilis, & neminem ex ſe lædens, ut
præfatus *Author* hoc quoque argumentu utitur
in dicta reg. 18. quæſt. 10. num. 4., quod & procedere
in qualibet materia indifferenti extra li-

neam Spiritualitatis, non negat in rei veritate
Card. de Luca ubi ſupra, licet velit abeſſe ſuſpicionem
extrinſecam; & de facto in eiſdem
45 terminis indifferentibus concludunt quoque
*Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 20. in fin. Genua
de ſcript. priv. lib. 5. tit. de libr. Pleban. quæſt. 1.
num. 16. Rota coram Bichio deciſ. 200. nu. 1. &
coram Cæcin. dec 334. n. 2.*

Potiſſime, quia gemina ultra partitam libri
controverſi conſtipare *Domini* crediderunt adminicula,
alterum, quod eadem pro Patrino
adnotabat *clar. mem. Cardinalem de Harach*,
unde non erat certe veriſimile, quod Parochus
in actu adeo odibili, & criminoſo memoriam
46 tanti Viri auſus fuiſſet commiſcere, contra
ea, quæ ducto argumento *Textus in cap. quia
veriſimile de præſumpt.* tradunt *Bald. in l. 1. nu.
16. Cod. de ſerv. fugitiv. Decius conſ. 644. nu. 6.
Pariſ. conſ. 60. num. 27. lib. 4.*, *Menoch. de præſumpt.
lib. 1. quæſt. 30. num. 3.*, & pluribus relatis
ponderarunt *prææallegata deciſiones coram R.
P. D. meo Scotto §. Cæterum, & coram R. P. D.
meo Criſpo §. His additur*.

Et alterum, quod (quidquid ſi pra denegaretur
in objecto) conſtabat, quod baptizans
fuerit P. Matthęus Ferdinandus, & quod eadem
partita remanſerat conſcripta ab eodem P.
Matthęo Ferdinando, ut *in ſummario ejuſdemmet
Comitis Caroli Ferdinandi num. 17. & 18.*
diſtributo *coram R. P. D. meo Criſpo*, juncto hodierno
Summario Comitis Vvinceslai num. unico,
ubi præciſe dicebatur, quod eadem Scriptura
foret manus propria *P. Matthęi Ferdinandi
quondam Archiepiſcopi Pragen.*, unde poſtrema
hęc atteſtatio eo magis videbatur attendenda,
ex quo fuerat producta ex parte ejuſdem
47 Com. Caroli Ferdinandi, & proinde non poterat
ab eo impugnari, & controverti, ex congeſtis
per *DD. in cap. cum Venerabilis de except.
Surd. conſ. 151. num. 16. Veſtr. in prax. lib. 3.
cap. 1. num. 4. Rota coram Dunozett. Jun. deciſ.
545. num. 6. coram Burat. deciſ. 934. num. 4.
coram Celſo deciſ. 3. nu. 4. & in rec. deciſ. 793.
num. 10. par. 18. tom. 2.*, non obſtante, quod
facta fuerit hujuſmodi productio cum clauſulis
48 ſalutaribus *per compulſum in forma &c.*, ut ampliando
dixit *Adden. ad Gregor. deciſ. 238. nu.
15.*, *Rot. in recen. deciſ. 372. num. 12. par. 13.
deciſ. 18. num. 15. & deciſ. 580. num. 13. & ſeq.
par. 19. tom. 2. & in deciſ. 66. num. 17. inter
noviſs. in Urbe impreſſ. coram Me*.

Quin propterea adeo criminari meretur eadem
partita, ex eo, quod ob interruptionem
annorum 1656., & 1657. non poſſet illa tuto
adſcribi ad annum 1657., dum ſub oculis *Dominorum*
expoſita in exemplari, ſeu Tranſumpto
prorſus legali reperiebatur appoſita certitudinarie
ante prædictam interverſionem, ſub
anno nempe 1657., & non 1656. caſualiter intervertere
ordinem Scripturæ, immo, & regiſtrata
coruſcabat ſub altera adamuſſim partita
Baptiſmatis dici 4. *Februarii*, cum ligamine

ulterius, ſeu non diviſibili conneaione inſtan-
tanea hujus noſtræ controverſæ partitæ, me-
diante illa particula -- *Item 4. Februarii*, unde
nulla ratio, nullus diſcurſus ſuadebat, poſſe
ita alterari veram eſſentiam, & naturam ejuſ-
dem particulæ -- *Item* -- tali connexo modo ad-
hærentis, ut non poſſet, & deberet præſeferre
veram repetitionem, & continuationem, que-
madmodum, ultra exempla conſimilia circa
49 camdem particulam, *Item*, in eodem libro
comparſa, de Iure proſequitur *Bartol. in leg.
in repetendis n. 1. verſ. ſecundo caſu, ff. de legat.
3. Dec. conſ. 190. num. 1. Alexand. conſ. 37.
num. 10. lib. 3. Grat. diſcept. for. cap. 789. n. 53.
Rot. coram Cerro deciſ. 680. num. 3. & 4.* cæte-
rique relati *in prima deciſione hujus Cauſæ coram
R. P. D. meo Scotto* §. *Prout ſimiliter, & in alte-
ra coram R. P. D. meo* Criſpo §. *Ejuſdem*.

Vindicata in ſpecie ex his ſufficienter, & non
minus in præcedentibus *deciſionibus* prædicta
partita, leviorem ſcrupulum iniiciebant exce-
ptiones, quæ generaliter opponebantur adver-
ſus totum univerſum librum; non tantum quia
in primis advertendum videbatur, quod pro
parte Com. Caroli Ferdinandi nullus dabatur
fumus, vel alterius partitæ Baptiſmatis Com.
Philippi Ferdinandi ſequuti in alia Eccleſia, vel
quod extarent alii libri juridiei in eadem Eccle-
ſia S. Joannis de Rupe: Verum etiam, quia da-
to per hypotheſim, quod liber iſte non proba-
ret, & quæ in conſequentia ſtrage fieret om-
nium conſimilium partitarum in prædicto libro
contentarum tam in ordine ab Baptizatos,
quam ad collocatos in Matrimonio, quam reſ-
pectu Defunctorum? & tamen ſemper ſtragem
50 hanc facere Jura reſpuunt, & Judices formi-
dant, uti videre eſt penes *Aſ n. in prax. par. 1.
tom. 3. cap. 31. per tot. Graſſ. de except. in prælud.
num. 118. & except. 2. num. 14.* optime *Cancer.
var. reſol. part. 1. cap. 4. ſub num. 123. verſ. qui-
bus adſtipulatur, Cyriac. controv. 426. num. 66.
& ſeqq., Rot. coram Mohedan. deciſ. 5. de teſtam.
& in recen. deciſ. 729. num. 15. & ſeqq. par. 18.
& deciſ. 95. ex num. 8. uſque ad fin. par. 19.*

Nec ob id in propoſito, ſive reſpectu totius
libri criticanda videbantur tam inſignia teſti-
monia multifariam edita, & extradita, ſolemnis
nimirum recognitionis pluſquam iterato factæ
de eodem libro per Superiores Antiſtites Eccle-
ſiaſticos in faciem loci, ad differentiam caſus,
in quo ageretur de aliquo actu particulari, ut
ſunt termini, quos percutere videntur *doctrinæ*
ſuperius in oppoſitum laudatę, alias quippe ni-
mis male, vel temere præſumendum eſſet,
etiam præciſive ab eiſdem teſtimoniis, quod hęc
cæteroquin inſignis Abbatia, ſeu Parochialis
ferme per 30. annos caruiſſet libris omnino re-
tinendis ſuper hiſce tam importantibus materiis
Baptiſmatum, Matrimoniorum, & Sepulturæ,
quodque inſimul tot vigilantiſſimi interim Ar-
chiepiſcopi, & ſignanter ipſemet Mattheus Fer-
dinandus, poſtmodum hujuſmodi Dignitate in-
ſignitus, in ſua Paſtorali viſitatione neglexiſſent
51 certificari de eorum retentione atque cuſtodia
quod neutiquam præſumendum eſſe dixerunt
*Scribentes in cap. ad aures, de reſcript., & cap.
in præſentia, de renunciat. Menoch. conſ. 919.
num. 48. Rota coram Cerro deciſ. 128. num. 14.
& coram Bich. deciſ. 574. num. 7. & 8. & in rec.
dec. 30. num. 12. par. 6.*

Reliqua pariter, quæ clamoroſe obiiciebantur
tur circa ejuſdem libri inordinationem, & in
ſpecie contra ſancita per *Rituale*, & *Pragenſes
Ordinationes*, eſſe non poterant tanti ponderis,
ut adimerent fidem ipſi libro, ac contentis in
eo: Quoniam cum in eiſdem *Ordinationibus* ad-
ductis in *Summ.* Com. Caroli Ferdinandi *n. 7.*
nulla legeretur in caſu contrario clauſula annul-
lativa, ſeu decretum irritans, eædem propte-
rea Ordinationes efficere quidem poterant, quod
Parochus puniri poſſet, ſed non quod liber in
52 ſubſtantia non probaret, ut poſt *gloſſ. in Clement.
prima verbo inhibentes poſt med. de Iurepatron.* no-
tant *Ancaranus ibidem in 3. notab. & Abbas n. 1.
Alexand. in l. 1. num. 8. verſ. iſtis etiam, ff. de
liber. & poſth. Rota coram Puteo deciſ. 330. n. 6.
lib. 1. coram Duran. deciſ. 117. num. finali, &
deciſ. 206. num. 10. & in rec. deciſ. 74. num. 2.
par. 1.*

Quod vero ad alia argumenta ſuperius in op-
poſitum inſinuata, nempe circa diſformem de-
ſcriptionem ætatis Philippi Ferdinandi in Matri-
cula Scholarium, necnon reſpective in præſta-
tione Homagii facta ab ipſo Com. Philippo Fer-
dinando, & demum quoad Teſtes allatos ſuper
minori ætate ſupradicti Philippi Ferdinandi, ſa-
tius duxerunt *Domini* habere ſe remiſſive ad re-
ſponſiones hiſce objectationibus jam uſque ab
initio conſparſis attributas in *deciſionibus* antece-
dentibus, & ſignanter, *in ultima R. P. D. mei
Criſpi ſub* §. *Ejuſdem naturæ*, §. *Incidentes*, &
§. *Non diſſimile*, ubi hæc omnia objecta ſatis
enodabantur, prout ęque reſpondebatur ſub §.
In nulla conſideratione, quibuſcumque aliis defe-
ctibus connotatis in foliis ad partes impreſſis.

Eoque magis ſolide, & firmiter hæc omnia
exiſtimarunt *Domini* ſubſiſtere, quia totum, ſeu
revera integrale Cauſæ, ejuſque reſolutionis fun-
damentum minime ſtatuebant ſuper prædicta
ſola, ſive unica fide Baptiſmatis, adeout neque
hodierna audientia omnes de facto convenirent
in præſtanda tanta fide, & dependentia legalita-
ti ejuſdem libri, & reſpective partitæ; eſt vali-
dius, & maxime copulative præſidium deſume-
bant ſaltem unitim ob ſubſequtas literas, & ex-
preſſas confeſſiones ipſiuſmet Com. Sebaſtiani
ſuper hac illius minori ætate correlative ad
Com. Philippum Ferdinandum, unde quæ ma-
jor exoptari poterat juſtificatio ejuſdem minoris
ætatis in Sebaſtiano, quam ea, quæ provenie-
bat a confeſſione, & ipſius ore proprio, ea enim
de ſui quidditate prævalet cuicumque magis per-
ſtringenti probationi, ad monitum omnium
53 Scribentium *in leg. cum te C. de tranſact* & alio-
rum,

Digitized by Google

rum, quos refert *Menoch. de præſumpt. lib. 1.*
quæſt. 1. num. 37. Angel. de confeſſ. lib. 1. qu. 1.
n. 13. cum ſeq. & lib. 3. quæſt. 20. num. 2. Card.
de Luca de Iudic. diſc. 23. num. 1. Rot. dec. 335.
num. 1. par. 12. & alibi paſſim.

Robuſtius etiam, quia nec eadem confeſſio
annotata in *Summario* Com. Vviceslai diſtributo
coram R. P. D. meo Scotto ſub num. 7. ſiſtebat in
ſimplici confeſſione, ſed duplici conſtipabatur
circumſtantia, & reſpective importantia; in ea
namque directe tranſmiſſa eiſdem Judicibus, ſeu
Miniſtris Supremi Aulici Conſilii Imperialis
continebatur ulterius poſitiva, & incontrover-
tibilis acceptatio eorum Judicati ad favorem
Com. Philippi Ferdinandi ejus Adverſarii, ve-
luti undequaque juſti, & ſic etiam de per ſe hu-
juſmodi acceptatio deſeruiſſet pro claudendo
ore Com. Carolo Ferdinando, cum Sententia,
54 vel Laudum acceptata, ſeu emologatum a
vero Principali, nequeat amplius controverti, &
impugnari, ut uno ore inquiunt poſt *Text. in*
leg. cum antea, C. de arbitr. leg. ne in Arbitris,
Cod. eodem, Bartol. in leg. 1. num. 6. ff. de re
judic. Pariſ. conſ. 46. num. 13. lib. 1. Marcheſan.
de commiſſ. part. 3. §. 4. num. 104. fol. 151. Gra-
tian. diſceptat. for. cap. 755. num. 34. & ſeqq. &
in tract. de commerc. & mercat. diſc. 20. num. 26.
& 27. Rota coram Durano. deciſ. 136. num. 7.
dec. 588. num. 1. par. 2. rec. & poſt modern. Aſ-
culan. ad Stat. Urb. deciſ. 39. num. 13.

Ibidem continebatur quædam quærimonia,
quam idem Com. Sebaſtianus effundebat erga
Com. Carolum Ferdinandum ejus Fratrem, eo
quod ipſe contra ejus intentionem, & volunta-
tem appellaſſet ab ejuſdem Aulici Conſilii Judi-
55 cato, quodque plus erat, eidem Com. Carolo
Ferdinando quamcumque deſuper proſequendi
facultatem in poſterum evellebat. ibi - *E annullo*
ciò, che ha operato doppo ſeguita la Sentenza, e
gli levo ogni autorità datuli, ſia per Procura, o
altro preteſto: Unde etiam ex hoc capite videba-
tur idem Com. Carolus Ferdinandus nequaquam
poſſe aliquid agere in Cauſa Primogenituræ ad
eum non attinentis, aut ſaltem redarguere, &
impugnare confeſſionem ſui Conſtituentis, ad
tradita per *Rot. coram Coccin. deciſ. 927. n. 3.*
& 4.

Augebaturque vis ejuſdem confeſſionis Com.
Sebaſtiani cæteroquin prædictis circumſtantiis
adeo colligatæ; quoniam ſucceſſive, ut doce-
batur in *prędicto Summario num* 8. ipſemet Com.
Sebaſtianus inſtitit [pro evitanda condemnatio-
ne in expenſis, damnis, & intereſſe] ut decre-
tum indultæ remiſſionis ab eodem Conſilio re-
tractaretur, & caſſaretur, prout caſſatum re-
manſit; ideoque ſemper, ſemperque magis red-
debatur eadem confeſſio, toties verbo, & factis
56 ratificata, & geminata, & attendenda pro ju-
ſtificatione ejus minoris ætatis ſecundum cumu-
lata per *Alexandr. conſ. 45. num. 7. lib. 1. Simon.*
de Præt. conſ. 100. num. 11. Rot. coram Merlino
deciſ. 718. num. 16. deciſ. 27. num. 4. par. 17. rec.

cum aliis relatis *in Romana Quarti Detalis*, quæ
eſt *deciſ. 19. n. 3. inter hactenus in Urbe impreſſas*
coram Me.

Quid ultra? Dum poſt hujuſmodi geminatos,
& replicatos actus expletos a Com. Sebaſtiano
ſuperventa adhuc *in Sue. Auditorio* prima Sen-
tentia *coram R. P. D. meo Scotto* favorabili Com.
Vvinceslao, incontinenti, & rurſus Com. Se-
baſtianus, ratificando omnia geſta præterita,
devenit ad formalem tranſactionem cum ipſo
Com. Vvinceslao, in qua cedendo jura Primo-
genituræ, & acceptando Judicata contra ſe, in
excambium obtinuit ceſſionem Secundogenitu-
ræ, *ut in Summario additionali exhibito pro parte*
Com. Vvinceslai coram R. P. D. meo Criſpo n. 2.
quamobrem etiam ubi Com. Carolus Ferdinan-
dus ex quocumque alio capite Judicium impu-
gnativum prædictæ confeſſionis potuiſſet inſtrue-
re, vel proſequi, nihilominus poſt hanc tranſa-
ctionem impediebatur, nam cum eadem tran-
ſactio cum exuberanti bona fide fuerit inita, &
ſignanter præceteris ob præexiſtentiam tot Judi-
catorum in Partibus, & in *Aula Romana*, utique
57 notorii Juris eſt, quod illa valebat afficere om-
nes, & quoſcumque ſucceſſores independentes,
ad mentem *Textus in leg. Præſes, C. de tranſact.*
l. cum hereditas, ff. ad Trebell, Card de Luca de
Donat. diſc. 28. num. 13. Rot. poſt Urceol. de tran-
ſact. dec. 34. num. 13. cor. Celſo deciſ. 101. n. 15.
coram Peutinger, deciſ. 38. num. 4. & 11. & in
recent. dec. 278. num. 15. part. 10. & in Romana
Immiſſionis 26. Martii 1700. coram bon. mem. Pio,
quæ eſt *deciſ. in ordine la 87. num. 3. poſt modern.*
Aſculan. ad Statut. Urbis; licet agatur de fidei-
commiſſis quamcumque alienationem vetanti-
bus non enim idcirco impeditur tranſactio, & ſi
58 ea inter ſpecies alienationum comprehendatur
quando fit, & celebratur bona fide, quemad-
modum ſubdunt *Mantica de tacitis lib. 26. tit. 26.*
num. 2. Gratian. diſcept. foren. cap. 476. num. 1.
& 7. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 564. num. 2. Rot.
coram Royas deciſ. 437. num. 6. deciſ. 169. n. 16.
par. 15. rec. in Romana Prælaturæ de Vecchiarel-
lis 2. Iunii 1698. §. Omninque hæc, coram Me,
quæ eſt *inter impreſſas in ordine la 46. num. 20.*

Quibus omnibus nimium validis, & obſtrin-
gentibus actibus, & rationibus parum officiebant
reſponſiones, quas tribuere conabantur Scri-
bentes pro Com. Carolo Ferdinando; illa ete-
nim, quæ circumferebatur, quod omnia præ-
miſſa, quæ fuerant expleta per Com. Sebaſtia-
59 num, vel collabeſcerent ex capite erroris, ex
quo ipſe Com. Sebaſtianus putaret, Com. Phi-
lippum Ferdinandum extitiſſe majoris ætatis,
nimis ad evidentiam petebat principium, & con-
ſequenter in nulla penitus haberi merebatur
conſideratione, ad ſenſum *Rot. in Aſculana*
fideicommiſſi 25. Iunii 1694. §. Illum autem; coram
clar. mem. Card. Caprara, & in Romana, ſeu
Rentina fideicommiſſi 23. Ianuarii 1697. §. Sed
judicata, coram Eminentiſſimo D. Card. de la
Tremoille, & in altera Rentina fideicommiſſi 30.

Digitized by Google

Aprilis 1700. §. *Siquidem*, *coram bon. mem. Iacomotto*. Et altera, quod tranſactio officere
non poſſet eidem Com. Carolo Ferdinando tam-
quam jure proprio venienti ex nomine ejus lineæ
præventive ex ſupradictis apperebat interverſa,
dum ſtante memorata bona fide etiam ſucceſſo-
res ex propria perſona venientes ſtare tenentur
tranſactioni præcedenter exaratæ per hæredem
60 gravatum, ut præter mox allegatos unanimi-
ter dicunt * Actolin. reſolut.* 105. *num.* 4. *Vrceol.
de tranſact. quæſt.* 50. *num.* 74. *Rot. poſt eundem
deciſ.* 42. *num.* 15. *coram Celſo deciſ.* 127. *num.* 8.
deciſ. 110. *num.* 6. *par.* 13. *rec. deciſ.* 66. *n.* 15.
& dec. 67. *num.* 11. *inter in Vrbe impreſſas coram
Me*, & nuper firmatum extitit in *Romana Immiſ-
ſionis* 16. *Ianuarii proxime præteriti* §. *Et conſe-
quenter*, *coram R. P. D. meo Lancetta*.

Illa quoque, quod nuper, ſeu poſtmodum
Com. Sebaſtianus præfatos actus in contrarium
geſtos expreſſe revocaverit, & de novo tribue-
rit facultatem Com. Carolo Ferdinando ejus
fratri agendi, vindicandique Jus ſuum, cum
ipſe fuerit quodammodo diſtractus ob contingen-
tias militares, ac nullatenus informatus de vera
factorum ſerie, neutiquam merebatur attendi,
alias namque ſemper eſſet licitum ad ſui libitum
61 pænitere, & revocare quoſcumque actus a ſe
geſtos ſub quocumque titulo, ſeu prætextu,
quando tamen poſt Jus alteri quæſitum fieri non
poſſe, nemo eſt, qui non ſciat, ad *Textum in
leg. fin. ff. de pact. leg. id*, *quod noſtrum*, *ff. de
regul. Jur. Cephal. conſ.* 312. *num.* 13. *&* 14. *Cy-
riac. controv.* 90. *n.* 44. *cum ſeqq. & contr.* 312.
num. 92. cum reliquis notiſs.

Neque majoris ponderis poſtrema proculdu-
bio dicenda erat reſponſio præcipue feriens ipſam
poſteriorem tranſactionem; ſiquidem quod per
malam, ut dicebatur, ſuggeſtionem impulſus
extiterit Com. Sebaſtianus ad prædicta facienda,
tranſigendumque nullatenus videbatur reſponſio
hęc poſſe exaudiri tum in facto, tum in Jure; In
facto ſiquidem, quia probatio iſtarum ſuggeſtio-
num dependebat ex quadam ſimplici fide, quæ
dabatur in *Summ. Com. Caroli Ferdinandi n.* 15.
& in Jure, quia nequibat dari de ſuggeſtione in
actu geſto poſt tot judicata, & poſtquam abinde
etiam *Tribunal noſtrum* dijudicavit id ipſum,
quod fuerat præcedenter definitum in Partibus
contra ipſum Co. Carolum Ferdinandum non
obſtante eadem præcedenti prætenſa revocatio-
ne, ſignum evidens, quod jus majoris, ſeu mi-
noris ætatis, quod erat in controverſia tam a
parte ante, quam a parte poſt nequibat cenſeri
62 tam clarum, ut ſuper illo tranſigi non poſſet,
ad *Text. in leg.* 2. C. *de tranſactat. Faber. in ra-
tional. ad lib.* 2. *ff. de jurejur. Vrceol. de tranſact.
quæſt.* 6. *n.* 19. *&* 30. *Card. de Luca de fideicomm.
diſc.* 140. *num.* 5.

Et ita, utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 6. *Martii* 1713.

ARGUMENTUM.

Mandatum tributum Mercatori de cambiando, ac recambiando per Nundinas non tranſit ad illius hęredes, ſed morte evaneſcit. Onus cambiandi licet de Jure pertinet ad Creditorem cambii, ſi tamen Debitor hoc onus in ſe aſſumpſerit, & mercator præobierit, neque alius fuerit ab eodem debitore deputatus, tenetur eo caſu Debitor præſtare fructus loco damnorum, & intereſſe. Inter conſocios quando detur actio ſolidalis erga tertium Creditorem, & quid dicendum inter ipſos Conſocios.

SUMMARIUM.

1 *Inſtrumentum obligatione cammerali vallatum tribuit viam executivam*.

2 *In contractu a pluribus inito abſque clauſula in* ſolidum, *omnes tenentur pro virili*.

3 *Cambia quę vulgo dicuntur ſecca parere nequeunt fructus*, *vel legitimas uſuras*.

4 *Mandatum tributum Mercatori de cambiando*, *& recambiando per Nundinas*, *non tranſit ad hęredes*, *ſed expirat per illius mortem*.

5 *Et ſic ceſſat quilibet uſurarum*, *& fructuum decurſus*.

6 *Dans ad cambium pecunias ſibi imputare debet*, *ſi audita morte Mercatoris ad cambiandum electi*, *alterum deputare neglexerit*. Limit. n. 8.

7 *Onus cambiandi pertinet de Jure ad Creditorem* Cambii.

Limita ſi aliter inter Partes conventum fuerit nu. 8.

8 *Debitor Cambii in ſe onus aſſumens cambiandi*, *ſi Mercator præobierit*, *& alius non fuerit deputatus tenetur præſtare fructus ſaltem loco damnorum*, *& intereſſe*, & num. 10.

9 *Præſertim ſi Debitor promiſit conſignare Creditori Literas*, *& Spaccia*. *Conſequens qui vult*, *etiam antecedens*.

10 *Quod procedit etiam ſi* Creditori *data fuerit facultas eligiendi* Mercatorem, *quia per talem electionem non liberatur debitor*, & nu. ſeq.

11 *Creditori quandoque datur facultas cambiandi per ſe ipſum*, *ſi fortaſſe exiſtat Mercator*.

12 *Explicatur* deciſ. 353. part. 19. recen.

13 *Accollatio cambiandi quoties eſt indeterminata*, *indeterminata pariter eſt uſque ad reſtitutionem ſortis cambii perduratio*.

14 *Dictio ſeu ſtat alterando*, *& cumulando non deſtruenda*, *& tollenda*;

15 *Creditor cambii exigere nequit ſive ratione illius*, *ſive ratione damnorum*, *& intereſſe plusquam Feriæ*, *& Nundinę importent*. *Et quod pluris recipit tenetur excomputare in ſortem*. num. 16. Declara num. 17.

16 *Fru-*

16 *Fructus exceſſive ſoluti excomputandi veniunt in ſortem.*
18 *Jactare ſuam nemo præſumitur.*
19 *Repetens indebitum probare concludentiſſime debet ſe indebitum ſoluiſſe.*
20 *Factum ab allegante ſemper eſt comprobandum.*
21 *Quietantia ſemper ſtare præſumitur penes ipſum qui ſolvit.*
22 *Unuſquiſque ex Sociis erga tertium Creditorem citra aliam expreſſionem tenetur in ſolidum vigore mandati in re ſociali a Jure ſuppoſiti, quidquid ſit inter ipſoſmet ſocios.*
23 *Obligatio ſolidalis arctatur intra cancellos Capitalis immiſſi in ſocietatem.*
24 *Edictum Cardinalis S. Honuphrii jubens, quod Capitula, & Scripturæ ſociales exhibeantur in Archiviis declaratur.*
25 *Debitor excipiens ſit ſemper in ſua exceptione Actor.*
26 *Regulæ ſtandum eſt, donec de illius limitatione clare, & perſpicue non doceatur.*
27 *Statutum Agricultura Urbis in Cap. 39. quid diſponat.*

DECISIO DCXII.

SPolia dudum partæ Victoriç recolligere ſatagens Laurentius poſtquam obtinuerat relaxari Mandatum nedum contra Bona hæreditaria Bernardini originarii debitoris Cambii, de quo agebatur, ſed etiam contra Bona propria illius Fratrum, & reſpective hæredum, uti liquebat *ex Deciſionibus* uſque dum editis, nempe, ſub die 4. *Maii* 1705., 10. *Junii* 1709., & 2. *Junii* 1710. *cor. Eminentiſſ. Priolo*, & 11. *Januarii* 1712. *cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Inſtitit tandem deveniri ad effectivam ejuſdem Mandati executionem, quemadmodum etiam inquiri, Signatura Juſtitiæ demandaverat, idque facile effequutus eſt in hodierna Audientia mediante Oraculo Tribunalis *affirmativo*.

De ſorte ejuſdem Cambii conſiſtentis in ſcut. 250. in ſui creatione, nulla fuit, aut eſſe poterat in genere quæſtio, cum de hujuſmodi contractatione Cambii conſtaret ex publico Inſtrumento clara, & litterali obligatione in forma
1 Cameræ Vallato, & proinde tribuente viam undique executivam, juxta notiſſimas regulas, de quibus *Text. in l. per rem Iudicatam in fin. ff. de re jud. leg. 3. §. Ibidem, ff. ad exhiben. Angel. in leg. 4. §. Condemnatum num. 4. ff. de re jud. Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 2. n. 5. Ridolph. in prax. par. 1. cap. 1. num. 104. & ſeqq. Rot. cor. Cavaler. dec. 312. num. 1. & poſt Zacch. de obligat. Camer. dec. 253. n. 1., & 256. n. 1.*

Diſputatio igitur ad tres redacta fuit oppoſitionēs, & reſpective Articulos quorum duo reſpiciebant fructus ejuſdem Cambii, eorumque quantitatem, & alter tangebat ratam, ſeu quotam afflictivam præfatorum Fratrum: Cum enim non ſolus prænominatus Bernardinus, cujus perſonam, & Jura iidem Fratres repræſentabant, Cambium celebraſſet cum Lucido auctore Laurentii, ſed una ſimul cum altero Correo, nempe Fabiano de Fulviis citra ullam obligationem inter eos ſolidalem, videbatur certe, non potuiſſet Fratres teneri, niſi pro ea virili, quæ fuerat aſſumpta per memoratum Bernardinum, ſecundum ea, quæ in ſpecie ſuper hiſce Contractibus a pluribus initis, abſque
2 tamen obligatione, vel Clauſula *in ſolidum* paſſim tradiderunt poſt *Text. in leg. reos, §. Cum in tabulis, ff. de duob. reis, Surd. conſ. 150. nu. 34., & ſeqq. Grat. diſcept. forenſ. cap. 682. nu. 4., & 5. Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 28. num. 21. Card. de Luca de Dot. diſc. 86. num. 4. Rota deciſ. 298. num. 4. part. 4. tom. 1. recent., & deciſ. 79. num. 14., & 15. par. 6., & in Romana Argentorum 11. Junii 1708. §. Et quamvis, coram R. P. D. meo Aldrovando.*

Reaſſumentes igitur primum Articulum, dicebant prçlaudati Fratres, quod fructus prænominati Cambii ad ſummum decurrere potuerant uſque ad Annum 1673., & non uſque ad præſens, quemadmodum prætendebatur a Laurentio; nam cum in Inſtrumento illius creationis exarato ſub Anno 1654. fuerit facta concorditer electio publici Mercatoris, qui poſſet girare pecunias cambiatas per Nundinas, & Plateas, ſpaccia conficere, & recipere, ſine
3 quibus Cambia remanent ſicca, nec amplius parere poſſunt fructus, vel legitimas uſuras, ex plene collectis per *Amat. Panorm. reſolut. 27. num. 18. Rota coram Ninott. deciſ. 72. n. 2., coram Bich. deciſ. 191. num. 9., coram Celſo deciſ. 242. num. 6., in recent. deciſ. 69. num. 3. part. 9., deciſ. 775. nu. 9. part. 18. tom. 2., & Romana Cambii 26. Junii 1697., quæ eſt deciſ. 13. num. 1. inter in Urbe impreſſas cor. me, & in altera Romana Cambii 20. Januarii 1712. §. hujus Cambii, cor. R. P. D. meo Criſpo.*

Utique cum prædictus publicus Mercator, qui fuerat Aloyſius Greppius, fato ceſſerit de prædicto Anno 1673., & ſic defecerit organum prælectum ad faciendam prædictam transmiſſionem pecuniarum, cæteraque ut ſupra explendum, & mandatum illi attributum
4 non eſſet tranſitorium de ſui natura ad hæredes, ſed expiraret per illius mortem, ut ait *Card. de Luca de Camb. diſc. 32. num. 14. Scaiban. de Intereſſ. lib. 2. tit. 13. num. 65., & ſeqq., Rota deciſ. 479. num. 19. par. 13. rec., dec. 41. num. 12. dec. 173. num. 5. & dec. 251. n. 2. part. 14.*

In claram deſcendebat conſequentiam, quod dubio procul abinde citra ceſſaverit quilibet
5 uſurarum, & fructuum decurſus, ut in his terminis abſoluti Iuris, & praxis eſt, Teſte *eodem Card. de Luca de Camb. d. diſc. 32. num. 13. & diſc. 35. n. 4.*

Potiſſimè quia (ut iidem Fratres ſubdebant) vigore eiuſdem Inſtrumenti libere, & ad ſui placitum ſubrogare valebat Carolus ipſius Cambii creditor loco Greppi quemlibet alium ſibi

ſibi bene viſum, & idoneum Mercatorem, ut præſeferebant præciſa verba eiuſdem Inſtrumenti, ibi - *ſeu alium idoneum Mercatorem in ſimilibus negociari ſolitum, & ab ipſo Carolo eligendum, & deputandum*: qua propter ſibi pari-
6 ter idem. Carolus imputare debebat, quare, præaudita morte Greppi ab initio electi in Inſtrumento, alterum eligere, & deputare neglexerit, ſicuti in ſpecie, & optime reſpondit *Rota coram Cerro decíſ. 563. ſub n. 4., & 10., coram Ninot. decíſ. 72. num. 2., & cor. Emerix Junior decíſ. 569. num. 10., decíſ. 71. num. 10. par. 18. & decíſ. 353. num. 24. part. 19. tom. 1. rec.*

Aſt omnes iſti diſcurſus recte proceſſiſſent, quoties onus cambiandi per ſe ipſum, vel per alium pertinuiſſet ad Carolum Creditorem, & ad quem revera de Jure (præciſive a pacto contrario) ſpectare debuiſſet, ex unanimiter con-
7 notatis per *Card. de Luca de Camb. diſc. 9. ſub numer. 1. verſ. ſecus autem, Rota coram Cerr. decíſ. 563. num. 4.*

Verum in præſenti nimium clare littera præfati Inſtrumenti præſeferebat pactionem oppoſitam; Siquidem tale onus cambiandi directe in ſe ſuſceperant debitores recipientes pecuniam ad Cambium, per ea indubitata verba - *Ideo prædicti DD. Fabbianus, & Bernardinus aſſumpſerunt, & in ſe accollaverunt onus, & totalem Curam dd. ſcuta 250. una cum eorum Cambiis, & Recambiis expenſis, & intereſſe uſque ad illorum integram ſolutionem cambiandi, & recambiandi &c. prout cambiari, & recambiari facere promiſerunt &c. per D. Aloyſium Greppium*: unde ſtante tali tam explicito pacto, illud onus, quod de Jure incubuiſſet, ut ſupra, Creditori, tranſfuſum remanſit in debitores, ita & taliter, ut ſi iidem debitores quomodocumque deſiiſſent eligere Greppium, aut alium Mercatorem, ſeu perſonam idonem ad girandas, & cambiandas, & reſpective recambiandas pecunias, obſtricti ſaltem extitiſſent ad tantumdem ratione dam-
8 norum, & intereſſe reficiendi juxta conventionem Creditori, ex his quæ proſequuntur, *Card. de Luca de Camb. diſc. 4. ſub num. 6. §. In ſecunda, Rota poſt Salgad. in Labyrint. Credit. dec. 7. num. 14., & 15., coram Dunoz. dec. 519. n. 3. in rec. dec. 439. num. 2. part. 13., & in ſupra allegata dec. 13. num. 2. inter impreſſ. cor. Me.*

Addito, quod præmiſſi Debitores promiſerunt in manibus ejuſdem Caroli conſignare *probationes, & juſtificationes neceſſarias ſemel, ac pluries, ac toties quoties &c. litterarum, & ſpacciarum in dd. Feriis, & Nundiais tranſmiſſarum*; qua propter, ut dicebat *Rota d. dec. 353. n. 17., & ſeqq. part. 19. recent.*, eo ipſo, quod Debitor pecuniam recipiens ſpopondit conſignare Creditori præfatas litteras, & ſpaccia, neceſſario etiam voluerat, quod Mercator ab eo præeligendus cum effectu cambiaſſet, alias quod teneretur ad prædicta damna, & intereſſe, qui enim
9 vult conſequens, per neceſſe etiam vult antecedens, ut per *Text. in leg. illud, ff. de acquir. hæredit. Gratian. diſcept. 594. num. 19. Rota deciſ. 142. num. 17. part. 10. recent.*, ait eadem *Rota deciſ. 353. num. 18. part. 19.*

Neque per adnotata ſuperius verba (ut ſupponebant Fratres in contrarium) ulla emergebat contradictio, vel facta tranſfuſio hujus oneris in Carolum; quoniam ſtabilita ab initio ſempiterna accollatione, & aſſumptione ejuſdem oneris, & curæ ſuper humeris Debitorum, certe ſuperaddita verba ſonabant in meram facultatem attributam eidem Creditori, ut quoties mallet præeligere alium Mercatorem, præter Greppium, ſibi bene viſum, utique poſſet, ſed non, quod ipſe neceſſario habere deberet talem Curam, tale onus, quodque proinde, non facta ab eo electione alterius, eximeretur Debitor, qui penitus onus hoc, & curam hanc in ſe deſi-
10 gnaverat, & accollaverat, ut expreſſe huic met objecto reſponderunt relati per *Card. de Luca de Camb. diſc. 10. num. 3., & 4., & de fideicom. diſc. 135. num. 20. verſ. dabo in hoc, Rota coram Emerix Junior. deciſ. 596. num. 2., & 3., deciſ. 199. num. 3., & 4. part. 10. recent., & dicta deciſ 13. num. 8., & deciſ. 23. num. 6. inter noviſſ. in Urbe impreſſ. coram Me*; Stat enim bene cumulative facultas hæc attributa Creditori cum ſuſcepta obligatione poſitiva Debitoris, ut pariter a ſimili videmus, quando ulterius cumulatur Creditori facultas cambiandi etiam per
11 ſe ipſum, ſi forte exiſtat Mercator, prout videre eſt penes *Turr. de Camb. diſp. 1. quæſt. 15. num. 10. Gait. de Credit. cap. 2. tit. 7. n. 1393. Card. de Luca de Camb. diſc. 2. num. 2., & ſeqq.*

Atque hinc toto Cœlo aberrabant termini
12 *prædictæ dec. 353. part. 19., ubi ſub num. 23., & ſeqq.* cenſuit, Cambiorum decurſum ceſſaſſe, fructuſque non deberi poſt obitum primi Mercatoris a Debitore præelecti, & deputati, ad id allegando *Rota in altera Romana Cambii 30. Maii 1664. coram Ninot. inter ſuas la 72.*

Quoniam in eo caſu, uti liquet ex verbis explicitis ejuſdem *Deciſionis*, Conventum fuerat, quod in caſu mortis ejuſdem Mercatoris electi a Debitore, quin etiam quando idem Mercator ab Urbe diſceſſiſſet, liceret Creditori illico, & incontinenti, & ſine ulla intimatione deputare alium Mercatorem: Nos autem verſabamur in expreſſa conventione facta ab initio, quod per viam regulæ, ac perpetui oneris in ſe prædictus Bernardinus, una cum Fabiano, hujuſmodi curam cambiandi accollaverat, & incipiendo id adimplere *pro majori cauthela, & ſecuritate ipſius Caroli* præelegerat Aloyſium Greppium, ſed nullo modo terminando ſuam præcedentem obligationem, (ut erat in caſu *prædictæ deciſionis coram Ninot.*) quin potius augumentative, ſeu facultative concedendo Carolo Creditori facultatem continuandi girum pecuniarum, ſi mallet, abſolute ſe obſtrinxerat cambiare facere uſque ad integram ſortis ſatisfactionem, ibi -- *uſque ad illorum integram*

ſolu-

ſolutionem, *& reſtitutionem*, in quibus profecto
terminis ſicuti indeterminata erat ſuſcepta ac-
collatio, ſic & indeterminata, & in perpetuum
duratura uſque ad reſtitutionem ſortis perdura-
13 tio Cambiorum, ut millies diſtinxit *Rota*
coram Pentinger. deciſ. 264. num 13., & 14.,
coram Cerro deciſ. 737. num. 1., in recent. de-
ciſ. 274. num. 13. part. 5. tom. 1., deciſ. 229.
num. 2. part. 18. cum aliis legatis *in deciſ. 13.*
ſub nu. 3., & deciſ. 23. num. 1. inter hactenus in
Urbe impreſſas coram Me.

Eoque evidentius, quia non tantum ſuſcepta
ut diximus, per Debitores ſempiterna hac ac-
collatione in ſe ipſos, pro majori deinceps tan-
tummodo ſecuritate præelegerant Greppium,
ſed, quod plus erat, contemporanee tunc,
non autem poſt Greppi obitum conceſſerant hu-
juſmodi arbitrium Creditori, alium loco Grep-
pi, ſi vellet, eligendi, ut ibi, -- *Cambiari, &*
Recambiari facere promiſerunt &c. ab hodie in
poſterum &c. D. Aloyſium Greppium publicum
Negociatorem, ſeu alium idoneum Mercatorem ab
ipſomet D. Carolo eligendum, & deputandum &c.
continuare &c. uſque ad integram reſtitutionem
ſcutorum. 250., & illorum cambiorum: Sicque
nimis ad oculum hujuſmodi poteſtas, & arbi-
trium, quod elargiti fuerunt eidem Creditori,
non cauebat certam, & indefinitam obligatio-
nem ſuſceptam, & in ſe accollatam a Debitori-
bus a principio uſque ad prædictam ſortis reſti-
tutionem, ſed adiiciebat meram cauthelam, ut
ſi vellet Carolus, vivente Greppio, ejus fortaſ-
ſe loco præeligere etiam ulterius poſſet alium
idoneum Mercatorem, ut litteraliter quoque
ſignificat ea dictio *ſeu*, quæ ſtat alternando, &
14 cumulando, non deſtruendo, & tollendo, ut
inquit *Bartol. in l. ſi quis ita 32. princ. ff. de aur.*
& argent. legat. Roman. conſ. 363. n. 2. Rebuff.
in tract. nomin. qu. 14. n. 44. Bertazzol. de clauſ.
Inſtrum. clauſ. 26. gloſ. 6. n. 7. Episc. Rocca diſp.
jur. cap. 6. num. 23. Rot. dec. 316. nu. 5. par. 5.
recen.

Atque ex his ſtabilita duratione fructuum in
genere, & progrediendo ad ſecundum articu-
lum, nempe quantitatem, fruſtra conquere-
bantur prędicti Fratres de ſolutione facta ab
Anno 1654. uſque ad Annum 1664. ad ratio-
nem ſcut. 8. pro centenario, quando Cambia
effectiva tantum non conflaverant, & quando
abſolutum erat, exigi non poſſe per Creditorem
ſive ratione Cambii, ſive ratione damnorum,
& intereſſe pluſquam Feriæ, & Nundinæ in Rei
15 veritate importaſſent, ex firmatis ſive contra-
dictione per *Molfeſ. in Summ. tract. 12. cap. 7.*
n. 100. cum ſeq. Duard. de Camb. §. 2. qu. 9. per
tot. Straban. reſol. 64. nu. 20., Card. de Luca
de Camb. diſc. 1. nu. 20. & ſeq. Rot. poſt. Salgad.
in Labyr. Credit. dec. 4. n. 5. & alibi paſſim.

Adeout, poſita hac diminutione, ea deſle-
cteret, & imminueret quoque futuros fructus,
ipſamque ſortem mediante illa imputatione ea-
16 ceſſive ſoluti in eamdem ſortem, ad normam
Textus in l. ſi non ſortem. ff. de condict. indebit.
de quo *Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 45. nu. 8.*
Olea de ceſſ. Jur. tit. 6. quæſt. 10. ex n. 36. cum
ſeq. & in noſtris terminis *Rot. in deciſ. 281. in*
fin. par. 16. & deciſ. 63. num. 22. par. 18. tom. 1.
recen.

Siquidem, quidquid foret de hujuſmodi effe-
ctu prætenſæ diminutionis tam ſortis, quam
fructuum, quod utique non tranſibat ſine ama-
ritudine, quemadmodum apparet ex *Card. de*
17 *Luca in toties allegat. tract. de Camb. diſc. 23.*
n. 12. & in ſupplem. diſc. 31. per tot. & dixi *in*
diſc. 65. n. 29. & ſeq. de Commerc. & Mercat.

Ceſſabat in facto quelibet hæſitatio, non ſolum
quia omnis præſumptio militabat in contrarium
ex quo expreſſa Contrahentes pepigerant, quod
factis Calculis, detractis detrahendis juxta ſtylum
Mercatorum, quatenus dicta Cambia, & Recam-
bia excederent dicta ſc. 8. pro quolibet centenario,
& tunc dd. DD. Fabianus, & Bernardinus non
teneantur ſolvere ultra d. ſummam, & quatenus
minus, illud minus ſolvere debeant, & non ultra,
Unde credibile non erat, quod adverſus pa-
ctum tam clarum plus unquam ipſi Debitores
18 ſolviſſent, cum nemo præſumatur jactare ſu-
um, ad *Text. in l. cum de indebito, ff. de probat.*
Feder. de Senis conſ. 54. n. 2., Alex. conſ. 83. n.
1. Cyriac. contr. 263. nu. 8, cum cæteris, quos
in his terminis allegat *d. dec. 74. n. 10. cor Bich.*

Tum etiam, quia tota prætenſa juſtificatio
hujuſce ſolutionis eliciebatur ex præcedentibus
Deciſionibus Eminentiſſimi Prioli, prima nimi-
rum *diei 4. Maii 1705. §. Quod autem*, & ſe-
cunda 10. *Junii 1709. §. Minus relevat*, in qui-
bus occaſione inducendi qualitatem hæredita-
riam in Fratribus præfatæ *deciſiones* ſuppoſue-
rant, & diaerant, eoſdem Fratres ſoluiſſe hu-
juſmodi fructus: Sed fallacia ſtabat in applica-
tione, nam eedem *Deciſiones* non exprimebant
præciſam quantitatem fructuum ſolutorum,
itaut obſtaret ad infringendam proxime addu-
ctam præſumptionem probatio contraria, &
tamen illa debebat eſſe præciſa ſuper eo, quod
prætendebatur ad finem oſtendendi, quod
iidem Fratres eorum intentionem, vel excep-
19 tionem fundaſſent, ut neceſſe habebant, ex
juribus notiſſimis, de quibus *Gratian. diſcept.*
569. n. 27., & 28. Rot. cor. Bich. dec. 74. n. 10.
cor. Buratt. dec. 592. n. 3. cor. Coccin. dec. 331.
n. 1. & in rec. dec. 502. n. 6. & 7. par. 1., dec.
27. ſub n. 23. & ſeq. par. 5. maxime quia tracta-
batur de materia in facto conſiſtente, quod de-
20 bet ſemper comprobari ab allegante ex *Maſ-*
card. de probat. concl. 31. n. 45. & concl 343. n.
6. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 15. num. 7.
Mantic. *de conject. lib. 2. tit. 1. n. 4. & tit. 12. n. 22.*
Flamin. Pariſ. de reſignat. Benef. lib. 10. q. 8. n.
43. & 44. cum cæteris per, *Rot. cor. Pamphil.*
dec. 656. n. 5. & dec. 254. nu. 12. par. 15. rec.
facileque erat Fratribus hoc demonſtrare, cum
quietantiæ earumdem ſolutionum, que contro-
21 verſiam dirimerent, cenſerentur eatare penes
ip-

ipſos tamquam ſolventes, ſicuti proſequuntur *Bald. in l. unica §. Ille autem n. 3. C. de latin. libert. tollen. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 131. n. 7. & ſeq.*, *Rot. dec. 59. num. 5. par. 15. rec. & inter noviſſ. impreſſ. cor. Me dec. 89. n. 39. & in Romana ſeu Neapolitana Societatis Cymbæ 22. Aprilis Anni præteriti §. Incaſſum denique* pariter *cor. Me*.

Reſtabat tertius, & poſtremus articulus obligationis initæ per Bernardinum, & Fabianum, utrum illa reputanda foret ad mentem Juris, ut ſupra, contracta pro virili, vel potius inſolidum: Verum licet requireretur præfata clauſula *inſolidum*, nihilominus ipſa receptio pecuniarum de ſui natura impartiebatur, ſeu producebat hanc ſolidalem obligationem, quia cum prædicti Fabianus, & Bernardinus pecuniam ad Cambium accipientes, eam implicaverint, ſive implicare velle aſſeruerint *in ſolutionem pretii herbarum hyemalium emptarum pro ſervitio Ovium, & cæterorum Animalium inſimul in Societate retentorum*, ecce, quod debitum erat contractum ſuper negocio ſociali, & reſpective liquebat, pecunias fuiſſe creditas Societati per Carolum, unde in nitidam emanabat conſequentiam, quod vigore reciproci mandati in re ſociali ab Jure ſuppoſiti inter Socios, unuſquiſque erga tertium Creditorem citra aliam expreſſionem
22 tenetur in ſolidum, quidquid ſit inter ipſoſmet Socios, ex plene demonſtratis per *Ther. in Cod. rer. judic. par. 2. caſ. 60. n. 96., & 98. Michalor. de Fratr. par. 2. cap. 48. num. 9. Falic. de Societ. cap. 14. num. 12. & 13. Rot. Jannen. decif. 14. num. 14. & 18. Surd. dec. 213. num. 2. Rot. cor. Ludoviſ. dec. 302. num. 1. ibique Adden. n. 9. litt. A., coram Royas dec. 236. num. 18. coram Bich. 224. num. 2. & 3., coram Cerr. dec. 755. n. final. & in rec. dec. 246. num. 5. par. 6.*

Quin congruere poſſet caſui, de quo agebatur aſſueta limitatio, ſeu intelligentia, quod eadem ſolidalis obligatio reſultans etiam ex contractu exarato per alterutrum ex Sociis regulariter arctetur intra Cancellos Capitalis immiſſi in Tabernam, ſive in Societatem, non vero
23 ultra idem Capitale, & effectus Sociales, quemadmodum monuerunt *Gaſp. Ant. Theſaur. quæſt. for. lib. 4. quæſt. 30. num. 2. & 3. Fontanell. dec. 506. per tot.* & ſignanter *num. 11. Oſaſc. dec. 150. num. 8. in 3. quæſt.*, *Rot. Jannen. dec. 14. num. 111.* & alii quos retuli *in Tract. de Commerc. diſc. 98. num. 66. & ſeqq.*

Quoniam, ad rem applicando, minime liquebat, quod certum Capitale fuiſſet immiſſum in hac ſocietate concernente negociationẽ ſuper Animalibus in Agro Romano depaſcentibus, & quod plus erat neque fulgebat, quod inita fuiſſet deſuper aliqua ſcriptura, quæ id præſeferret, & potuiſſet, innoteſcere datori pecuniæ, juxta aſſuetas altercationes, & maxime ob ſervatam, vel non ſervatam formam Capitulorum ejuſdem Societatis, & Edictorum Cardinalis S. Honu-
24 phrii, de quibus *Cetua. conſ. 7. per tot.*, & late fuit per me diſputatum *in Tract. de Commerc., & Mercat. diſc. 46. a num. 30. ad 40.* & extitit quoque animadverſum *in Romana Pecuniaria, ſeu Tranſactionis 20. Januarii 1708. §. Adhuc corruebat, & §. Et ex his cum ſeq. cor. Me*, & in ejus confirmatoria 15. *Decembris ejuſdem anni §. Non relevante, cor. R. P. D. mea Scotto Urbis Gubernatore*.

Ac propterea poſita hac ſolidali obligatione ſociorum proveniente ex ipſa natura Societatis, quoties Fratres ſatagebant deſtruere regulam hujuſmodi, & convolare ad limitationem deductam ex tranſgreſſu prædicti Capitalis immiſſi, compellebantur id quodammodo per negativam coarctatam patefacere, cum hoc exiſtat proprium Debitorum excipientium, qui fiunt ſemper in eorum exceptione Actores, omniumque afferentium limitationem adverſus Regulam, eidem quippe Regulæ ſtandum eſt, donec perſpicue digito demonſtraretur limitatio per eoſdem
25 illam afferentes, per ea, quæ circa primam regulam paſſim diſerunt ex *Text. in l. 1. ff. de except. Manſ. conſult. 51. num. 48. & conſult. 53. num. 21. Car. de Luca de Credit. diſc. 57. n. 11. & diſc. 108. num. 13. & de Judic. diſc. 2. n. 19. Rot. cor. Mantic. dec. 251. num. 8. & cor. Cerr.*
26 *dec. 332. num. 3.* circa ſecundam *Mantic. de Conject. ult. vol. lib. 5. tit. 15. num. 31. Menoch. de recup. remed. 14. num. 32. & conſ. 90. n. 21., Maſcard. de probat. concl. 75. n. 3. & conc. 1261. num. 2. Faſar. de Subſtit. quæſt. 402. num. 19., Card. de Luca de alien. diſc. 46. num. 8. Surd. dec. 255. num. 2. Vic. dec. 67. num. 15. Rot. cor. Priolo dec. 436., & in rec. dec. 146.* utrobique *num. 13. par. 6.*

Accedebat etiam in quadam majorem præmiſſorum corroborationem, quod indiſtincte ipſum Statutum Agriculturæ Urbis *in cap. 39.* hanc inter ipſos ad invicem Socios in contractibus ſolidalem, & paſſivam obligationem inducit, ſecundum ea, quæ in ſuis terminis exami-
27 nantur, & firmantur apud *Pacion. de locato, & Conduct. cap. 32. num. 40. Rot. dec. 200. n. 15. poſt Paoif. de Salv. interd. & coram Ottbobono dec. 40. num. 39.*

Enodatis itaque ſigulariter, & in univerſum prædictis tribus Articulis, & reſpective objectationibus, reſponſum, ut ſupra fuit, *procedendum eſſe ad legitimam executionem Mandati*.

Utraque &c.

ANAGNINA IMMISSIONIS SUPER BONIS LIBERIS.

Luna 13. Martii 1713.

ARGUMENTUM.

Renunciatio emiſſa ab ingrediente in Monaſterium an dicatur abdicativa, & realis, ſive potius tranſlativa, & Perſonalis: & an ſit extendenda de caſu ad caſum, de Perſona ad Perſonam, & de

Digitized by Google

de hæreditate ad hæreditatem. Et quomodo ſint intelligenda verba generalia, & compræhenſiva quorumcumque Jurium.

SUMMARIUM.

1 *Jura vigilantibus, & non dormientibus ſuccurrunt.*

2 *Proximior in gradu ab inteſtato ſuccedit.*

3 *Monialis quidquid adquirit Monaſterio adquirit.*

4 *Ius repræſentationis facit ſuccedere in ſtirpes in concurſu cum aliis ejuſdem gradus repræſentantibus.*

5 *Repræſentatio non admittitur in Tranſverſalibus ultra primum gradum.*

6 *Monachus, ſive Monialis profeſſa in Religione incapaci ſive in privato, ſive in communi habetur pro civiliter demortuo.*

7 *Renunciatio quando eſt realis, ex Perſona renunciantis veniunt potius hæredes Renunciatarii, quam ipſa renuncians.*

8 *Præſertim ſi d. renunciatio fuit facta ab ingrediente in Monaſterium, tunc enim renunciatio dicitur abdicativa, & realis, non vero tranſlativa, & perſonalis.*

9 *Renunciatio emiſſa ſub illis verbis.* Et aliis quibuſcumque *comprahendit etiam alias Perſonas, & bona ab aliis Perſonis provenientia. Dictio* aliis *diverſitatem, & extenſionem reſpective Perſonarum præſefert.* Limita num. 12., & ſeqq.

10 *Idemque dicendum eſt ſi d. renunciatio fuerit concepta ſub illis aliis verbis* - Et futuris cujuſvis generis, & ſpeciei - Contrarium vide n. 12. & ſeqq.

11 *Et licet quandoque Sac. Rota voluerit in renunciatione verba ſignificativa veræ Cauſæ de futuro prout ſunt* nec re, nec ſpe, *id tamen accedit in renunciationibus factis a Nubentibus in ſæculo*, & num ſeq.

12 *Monaſterium habetur in Iure loco filii.*

13 *Renunciatio uti materia odioſa trahi nequit de re ad rem, de caſu ad caſum, ſive de Perſona ad Perſonam.*

14 *Neque de una hæreditate ad aliam.*

DECISIO DCXIII.

Vigilantia *Tribunalis* ſuppletiva quodammodo deſidiæ Monaſterii S. Claræ Civitatis Ferentini hodie triumphantis, ſuperexceſſit quodammodo Jura ipſa Sacroſancta, quæ vigilantibus, & non dormientibus ſuccurrunt, ut ajebat *Scae-*
1 *vola in l. Pupillus* 24. *in fine ff. quæ in fraud. Credit.*, dum in prima propoſitione hujus Cauſæ ſequuta *ſub die quarta Martii Anni elapſi*, licet inter tunc Litigantes ſuper conſequenda immiſſione in bonis liberis Joſephi nullatenus compareret idem Monaſterium ex perſona Sor. Mariæ Cæleſtis, & Sor. Mariæ Agnetis inibi Monialium, prout neque pariter comparuerat in primordiali Inſtantia cor. A. C., adhuc in eodem primo commiſſo conflictu per ſpeciem illuſtrationis, ſeu rimulæ coniicientes *Domini*, veriſimiliter illud poſſe ad præfatam immiſſionem pluſquam juridice adſpirare, demandavit, Cauſam quidem reponi, *ſed citato etiam prædicto Monaſterio*: Quamobrem reaſſumpta in præſenti Audientia colluctatione cum interventu quoque Defenſorum ejuſdem Monaſterii, tandem ex præfato Oraculo *Sac. Rota* expergefacti, nil mirum, ſi prodiit reſolutio - *Dandam eſſe immiſſionem Monaſterio ſuper medietate, & ſuper alia medietate iterum proponatur.*

Ratio primevæ partis reſcripti ſtetit in eo, quod cum mortuo Joſepho ab inteſtato, nullis poſt ſe relictis deſcendentibus, nulliſque pariter inſurgentibus aliis Conſanguineis, ſive Agnatis, ſive Cognatis, quæſtio reduceretur inter prædictum Monaſterium, ſive geminas Moniales, Mariam nempe Cœleſtem, & Mariam Agnetem ex una, & Alexandrum, aliaſque de eadem familia de Rodulphis, incontinenti apparebat, quod prædictæ Moniales erant in uno gradu proximiores ipſi defuncto, unde ſucceſſio indubitanter ſaltem in abſtracto tribuenda erat ipſi Monaſterio per quamdam, ut ita dicamus, ſpeciem adventitii peculii nanciſcenti omnia jura ſuccedendi delata Monialibus inibi profeſſis, ejuſque
2 poteſtati ſubmiſſis, per ea, quæ in propoſito primæ propoſitionis leguntur *Sancita in l.* 2. *§. Hac hæreditas ff. de ſuis, & legitim. hæred. l. Avunculo* 6. *Cod. Commun. de ſucc ff.*, *& §. Si plures, & Inſtit. de legi. Agnat. ſucceſſ.*, *M noch. conſ.* 215. *num.* 130. *Robleſ. de repræſent. lib.* 1. *cap.* 10. *in principio, Rot. deciſ.* 470. *num.* 1. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.* & in terminis ſecundæ
3 per celebrem cenſuram, *Textus in l. Deo nobis, §. Hoc etiam in fine, Cod. de Epiſcop., & Cleric., & Canon. quia ingredientibus, cauſa* 19. *quæſt.* 3. *Bartol. in l.* 1. *num.* 6. *verſic. Quid ſi eſt inſtitutus Monachus, ff. de vulgar., & pupill. Rot. coram Buratto dec.* 394. *n.* 2. cum aliis abunde relatis *in Romana Renunciationis* 11. *Jun.* 1712. *§. Nihilo tamen* (alias 38.) *coram Me.*

Minime præſenti caſui congruente alla imaginabili quæſtione ſolitæ repræſentationis, ex quo lis eſſet inter Amitas, & Nepotes, inter quos regulariter gradus deficiens in perſonis eorumdem Nepotum ſuppletur a Jure mediante prædicto beneficio repræſentationis proprii Parentis, qui, ſi vivus extitiſſet, reperiretur in
4 gradu coæquali, ſicuti regulariter præſcribitur *in Auth. ceſſante, & Auth. Poſt. Fratres, Cod. de legit. hæred. Robleſ. de repreſent. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 12. *Rot. coram Cerro dec.* 294. *num.* 17. *in Vrbeventana hæreditatis deciſ.* 204. *num.* 9. *poſt Conſtantin. ad ſtatut. Vrb.*, & in alia *Vrbevetana Immiſſionis* 20. *Aprilis* 1711. *§. Haud etiam, coram* Me.

Quoniam id fuiſſet utique applicabile, quoties vel tractaretur de ſuccedendo alicui prædefuncto Aſcendenti vel etiam in Collateralibus alicui Patruo, vel Avunculo, Amitæ, vel

Materteræ; ſeu quando, prout hic, agitur de ſuccedendo longe remotiori tranſverſali, prout erat Joſeph, cui conjungebantur ſolum col. litigantes per vinculum ejus Matris Mariæ filiæ Rodulphi, ut in Arbore diſtributa, & cui Patres concordabant, dubitabile non erat, faceſſere omnem diſcurſum repræſentationis, quæ non datur ultra caſus præmiſſos, quæmadmodum
5 proſequendo terminos tranſverſalium negative etiam jam allatis concordant *Pariſ. conſ.* 37. *d. num.* 1. *lib.* 2. *Decian. conſ.* 1. *num.* 398. *lib.* 1. *Covarr. practic. quæſt. cap.* 38. *num.* 4. *verſ. Ex his poterit*, *Bellon. de Iur. accreſc. cap.* 9. *quæſt.* 2. *num.* 9. *Robles de repræſ. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 25. *Peregrin. de fideicom. art.* 21. *nu.* 8. *Rot. coram Cerro dec.* 896. *n.* 12., *& in recent. deciſion.* 26. *numer.* 3. *par.* 18. *tom.* 1., *& in Annimana*, *ſeu Camerinen: fideicommiſſorum* 13. *Iunii* 1710. §. *Rurſus*, *coram Me*.

Cœterum quia revera abſtractive ſuper hac re, parva, vel nulla erat controverſia, ideo *Domini*, ut ſupra, in prima parte reſcripti adjecerunt illam particulam -- *pro medietate*, ex quo nimirum inquan u n att.nebat ad altaram ex prædictis Monialibus, de reliquo, ut diximus, proximiorem, nempe Sor: Mariam Cæleſtem, ejus profecto activam ſucceſſionem pro ſua quota nullum perturbabat, ſeu præpediebat obſtaculum, nimirum vel quod ipſa emiſerit profitendo ullam renunciationem, circa quam oporteret introſpicere de illius viribus, & compræhenſione, vel profeſſa extitiſſet in Religione, vel Monaſterio pœnitus incapaci ſive in privato, ſive in communi, in quibus circumſtantiis potuiſſet haberi, prout reſpective habetur tam Monachus, quam Mo-
6 nialis pro civiliter demortuis, ad tradita in propoſito profeſſionis in Religione incapaci per *Abbat. in cap. in præſentia num.* 58., *& ſeqq. de probat. Guttierez. Canon. quæſt. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 18., *&* 45. *cum ſeq. Gratian. diſcept. for. cap.* 102. *num.* 9. *Olea de ceſſ. Iur. titul.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 27. *Cardinal. de Luca de fideicomm. diſc.* 63. *num.* 7. *verſic. Anſit*, *Adden. ad Buratt. deciſ.* 461. *num.* 15., *Rot coram Cerro deciſ.* 28. *num.* 1., *&* 2.

Aſt non ſic eſſe compertum fuit reſpectu alterius medietatis cætero quin de Jure, ut ſupra, obtinere debentis etiam ad alteram Sor: Mariam Agnetem, non jam ex ulla incapacitate Religionis, vel Monaſterii, quod erat idem, ſed quia eadem Sor: Maria Agnes expreſſam renunciationem iniverat occaſione ingreſſus in prælaudatum Monaſterium -- *de ſingulis bonis hæreditariis quondam Tullii Patris*, *mobilibus*, *ſtabilibus*, *ſemoventibus*, *Iuribus actionibus*, *nominibus creditorum*, *& aliis quibuſcumque præſentibus*, *& futuris cujuſvis generis*, *& ſpeciei &c.* ad favorem -- *Franciſci*, *Marci Antonii*, *& Tullii germanorum fratrum præſentium &c. ſtante receptione ſuæ Dotis* (quæ erat ſcutorum 400.) *& ſcutorum* 15. *vita ejus tantum durante &c. Summario num.* 4. Quapropter *Domini* in diverſam inter ſe abiere ſententiam, aliis putantibus, varba prædictæ renunciationis, præſertim in concreto, præſeferre renunciationem omnino realem, itaut ea ejuſdem Renunciantis perſona, potius venirent hæredes Renuncia-
7 tarii, quam ipſa Renuncians, vel pro ea Monaſterium, juxta communiter in hoc caſu affirmata per *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 960. *n.* 4., *Card. de Luca de renunciat. diſcurſ.* 3. *n.* 5. *& diſcurſ.* 6., *ex num.* 12., *& ſeqq. Rot. coram Peutinger. dec.* 348. *n.* 1., *&* 2. *& in rec. deciſ.* 356. *n.* 22. *par.* 6., *& deciſ.* 185. *n.* 25., *&* 26. *par.* 15.

Idque quoniam tractabatur de renunciatione exarata per ingredientem in Monaſterium, & ejuſdem vitæ Religioſæ contemplatione, quemadmodum Renuncians expreſſerat in proœmio Inſtrumenti ibi -- *D. Iudici narravit*, *fuiſſe valde cupidam ſe monacbare in hoc Ven. Monaſterio S. Claræ Civitatis Ferentini*, *& in eo in profeſſione Monacali ſe emervare*; ſicque magis interpretanda in dubio erant præfata verba, ut ſaperent renunciationem abdicativam, & realem, quam pure translativam, ſeu perſonalem per ea, quæ diſtinguendo, ad differentiam Nu-
8 bentis in ſæculo, millies animadverſum fuit, & liquet *ex Donando de renunciat. cap.* 44. *num.* 137. *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 10., *Rota in Urbevetana Immiſſionis* 20. *Aprilis* 1711. §. *Quodque*, *in Faventina hæreditatis* 12. *Decembris* 1712. §. *Hiſce omnibus*, *coram* Me, & noviſſime dictum fuit *in Romana Renunciationis* 26. *Ianuarii* 1713. §. *Potiſſime*, pariter *coram Me*.

Abſque eo, quod obeſſe iidem exiſtimarent, quod de nulla alia perſona, cujus bonis, & Juribus renunciaretur, fuerit facta mentio, quam Tullii Patris, quodque verſaremur in ſucceſſione adaperta ex poſt, proindeque tunc nullatenus competente ipſi renuncianti, utpote eo temporis eventuali, & prorſus inveriſimili, & incerta, vel ſaltem pendente a cauſa de futuro, mortis nempe Joſephi ſine liberis, nec non ſine proximioribus conjunctis, ac denique ſine Teſtamento: Utrique enim difficultati videbatur eis occurrere eadem littera renunciationis, nam primæ, eo ipſo, quod Renuncians ultra bona hæreditaria Patris per omnia ſubalternantia genera, vel ſpecies, ut ſupra, enumerata, dixerat ulterius -- *& aliis quibuſcumque*, ecce quod compræhenſæ, & ſubincluſæ reſtabant et-
9 iam aliæ perſonæ, ſive bona provenientia ab aliis perſonis; cum illa dictio -- *aliis* -- diverſitatem, & extenſionem reſpective perſonarum præſeferat, Teſte *Natta conſ.* 546. *num.* 2. *Menoch. conſ.* 335. *numer.* 18. *Palma Nep. allegat.* 253. *num.* 92., *Rota deciſ.* 714. *num.* 5. *par.* 2., *& dec.* 54. *num.* 7., *&* 8. *par.* 10. *recen.*

Cumque fuerit ſuperadditum -- *Et futuris cujuſvis generis*, *& ſpeciei*, ſatis contineri apparebant etiam aliæ ſucceſſiones, ſive bona proma-

nan-

Digitized by Google

nantia ab aliis perſonis ultra Patrem jam expreſſum, & ultra ejus bona hæreditaria, quorum ſpecies, & genera ſuperabuude numeraverat, ſicuti perſpectis conſimilibus verbis renunciationis amplectentibus in littera etiam fu-
10 turum, & in amplitudine effrenatis ſepius dixerunt poſt *Bartol. in l. qui Romæ, §. Duo fratres quæſt. 6. in fin. ff. de verbor. oblig. Menoch. d. conſ. 335. num. 20., & 21., & conſ. 401. n. 119. Tondut. reſolut. civil. part. 2. cap. 200. num. 7., Rot. coram Baratta deciſ. 310. num. 8., & ibi Adden. lit. B., & deciſ. 390. num. 1. par. 9., & deciſ. 145. num. 10. part. 15. recent.* Itaut ſi quandoque *Tribunal.* exquiſivit in renunciatione verba ſignificativa verę cauſæ de futuro, vel quod jura renunciata competerent Renuncianti ex illo tunc *in re*, vel *in ſpe*, id acciderit in ſubiecto renunciationum initarum per Nubentes ſæculo, & non ſæculum ipſum, ut præmi-
11 ſimus, exuentes, uti ſignanter dictum apparebat in ſuperius allegata *Romana Renunciationis 23. Ianuarii 1708. §. Etiamſi coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, 30. Martii 1710. §. Neutrum, coram R. P. D. meo Criſpo* & latius *ſub die 11. Januarii 1712. §. Tranſeundo cum ſeq. cor. Me.*

Opinantibus è converſo aliis, quod omnino præmiſſa reuunciatio facta per Mariam Agnetem tranſgredi non poſſet cancellos Paternæ Hæreditatis, etiam millies admiſſa dictinctione inter Mulierem, quæ renunciat occaſione contrahendi nuptias temporales, & illam, quæ nubit in Domino; Licet namque facilius intrare poſſit præſumptio omnimodæ abdicationis, & realitatis in ingrediente Monaſterium, non tamen tanti exiſtimanda erat hæc adeo generica præſumptio, ut contorquere deberet regulas ipſius ſubſtantiæ renunciationis, dum etiam in propoſito ingredientium, ſive profitentium aliquam Religionem pleni ſunt caſus deciſi favore Monaſteriorum, nec enim ſemper abſtractive credibile eſt, quod Mulieres profeſſurę Religionem velint excludere ipſam Religionem, &
12 Monaſterium, quod in Iure habetur loco filii ut ad alium propoſitum quotidie firmatum videmus, & ſignanter *per Pelin. in cap. in præſentia 8. ſub. nu. 42. de probat. Io: Andr. ibidem num. 37.*, & latius *Fagnan. num. 23. cum ſequ. Iaſon. in Auth. ſi qua Mulier nu. 18., & ſequen. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Mantica de coniect. ultim. volunt. libr. 11. tit. 7. num. 2. Cald. de nominat. Emphyt. quæſt. 6. num. 10.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 83. nu. 28.* cum aliis quam plurimis cumulatis per *Barboſ. in collectan. ad ſupradictum cap. in præſentia ex num. 2., & ſequen.* & ſpecialiter in hoc ipſo propoſito connutatum fuit *meis Addit. ad deciſ. 15. num. 18. cum num. ſeqq. inter Romæ uſque adhuc impreſſ. cor.* Me.

Regulæ itaque Iuris eæ videbantur eſſe, quod renunciatio eſt adeo da ſui natura odioſa & ſterilis, ut niſi clara verba, vel fortes conjecturæ ad id compellant, trahi umquam non poſſit de re ad rem, de caſu ad caſum, & de
13 perſona ad perſonam, ex collectis poenes *Surd. conſ. 432. num. 32. Donad. de renunc. cap. 4. n. 7., & ſeq. Manſ. conſult. 3. num. 33., Rot. coram Royas deciſ. 66. num. 12., & in recent. deciſ. 253. num. 11. deciſ. 330. num. 12. par. 14.*, cum aliis in *deciſ. 57. num. 6. inter nuperrime in Vrbe impreſſ. coram* Me, *& in Peruſina Immiſſionis 15. Maii 1705. §. Abſque eo quod*, & in ejus confirmatoria 15. *Iannarii* 1706. *§. Renunciatio, cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore.*

Dum igitur Maria Agnes ſolius Tulli Patris prædefuncti nomen, perſonam explicaverat, & omnia, & ſingulaque ejus bona complexa erat, non poterat illius renunciatio citra neceſſitatem alterius taxativæ extorqueri ad capienda bona Hæreditaria aliarum diſtinctarum, diverſarumque perſonarum, prout ultra præmiſſos
14 deſcendendo ad terminos renunciationis nuſquam extendendæ de una Hæreditata ad aliam, videre eſt apud *Spad. conſil. 353 num. 3. lib. 2. Gratian. diſcept. foren. cap. 685. n. 2., Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 80. num. 5., Galerat. de renunciat. lib. 1. cap. 9., Donad. eodem tract. cap. 4. n. 5. Ciroac. diſceptat. 18. num. 45., Rot. deciſ. 66. num. 12. coram Royas, deciſ. 206. n. 1. coram Dunozett., deciſ. 539. in fin. coram Emerix Iunior., deciſ. 232. num. 8., & 9. par. 6. rec., & deciſ. 12. num. 2. inter in Vrbe impeſſ. coram Me.*

Quin officerent illa prædicta verba - *Et aliis quibuſcumque præteritis, & futuris cujuſvis generis, & ſpeciei*; Illa etenim ſemper concludebantur intra fines bonorum Patris, itaut præfata amplitudo etiam implicativa futuri facile intelligeretur etiam de bonis, quæ in futurum apparerent eſſe de hæreditate Patris, tuncque non eſſent diſcooperta, tamquam talia, maxime cum hæc verba eſſent a principio uſque ad ultimum inſimul conglobata, & dictio illa *aliis*
15 facilius forte referatur ad ſimilia, quam ad diverſa, ut in his fere punctualibus terminis favore alterius Monaſterii firmatum fuit in proxime allegata *Peruſina Immiſſionis 15. Maii* 1705. §. *Quod autem*, & in illius confirmatoria 15. *Ianuarii 1706. §. Abſque eo quod, cor. R. P. D. Scotto.*

Non concordantibus itaque *Dominis*, ſicuti facile, & abſolute fuit reſoluta portio Sor. Mariæ Cęleſtis, ita ad alterum examen dilata reſolutio portionis Mariæ Agnetis, ut jam præmiſimus Informantibus Rodulphis, intimatis vero Arduino, Gratiano, & Fratribus de Mattia, & comparere detractantibus.

Digitized by Google

FRISINGEN. JURIS DEPUTANDI CURATOS.

Veneris 24. Martii 1713.

ARGUMENTUM.

In Cappellis, & Eccleſiis quomodolibet unitis alicui Collegio, ſive Monaſterio ac Cœnobio Regularium, Cappellanus, ſive Vicarius debet eſſe Sæcularis, atque perpetuus; Idque procedit etiam ex diſpoſitione *Sacri Conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap. 7.* Aſſertur diſtinctio, ac diverſitas circa amovibilitatem quæ intercedit inter Beneficia manualia, ac ad nutum amovibilia, & Beneficia perpetua. Gratia Supremi Principis quoties eſt ſubreptitia, atque obreptitia eſt ipſo Jure nulla.

SUMMARIUM.

1 *Obſervantia longævo novitatem aliqua violari nequit citra ſcandalum & diſſentionem Populi.*

2 *In Cappellis, & Eccleſiis quomodolibet unitis alicui Collegio, ſive Monaſterio Regularium, Cappellanus, ſive Vicarius debet eſſe Sæcularis, atque perpetuus*, & num. ſeq.

3 *Idque procedit etiam ex diſpoſitione* Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 7. de Reform. cap. 7.

4 *Obſervantia etſi interpretativa operatur, ut ſicuti fuerat inconcuſſe antea ſervatum, ita obſervari, & practicari debeat in poſterum.*

5 *Obſervantia centenaria præbet meliorem titulum, ut noſtri dicunt, de Mundo.*

6 *Jus præſentandi, ſive nominandi dicitur, & eſt in fructu.*

7 *Conceſſiones generica numquam ampleCtuntur, quæ ſunt contra jus, & exigunt particularem, & præciſam expreſſionem.*

8 *In Beneficio temporali, ſive ad nutum amovibilitas practicari poteſt etiam ſine cauſa.*

9 *Secus in Beneficiis perpetuis in quibus dari nequit amotio niſi cum cauſa habili ad illam inducendam.*

10 *Privilegia, ac declarationes S. Sedis ſunt ad unguem ſervanda, ac cuſtodienda.*

11 *Literæ Apoſtolicæ ſunt ſubreptitiæ, & obreptitiæ, quando loco aſſuetæ clauſulæ* ex certa ſcientia, *legitur alia contraria.*

12 *Epiſcopus ex ſe nequit de ſtricto juris rigore ſupprimere Eccleſias ejuſque titulos, & alteri unire, & incorporare.*

13 *Labente ſuppoſito ſuper quo Gratia eſt innixa, decidit etiam ipſa Gratia.*

14 *Gratia obreptitia, ac ſubreptitia eſt ipſo Jure nulla.*

15 *Titulus ex lapſu temporis tunc præſumitur quando concurrit certa, & poſitiva obſervantia.*

16 *Producens titulum ab eo amplius diſcedere nequit, & alium allegare.*

17 *Dato titulo expreſſo ubi conſtat allegari nequit alter præſumptus [illegible] contrarius.*

18 *Prima Gratia attributa ſuper eadem re, ſeu Negocio ubi non fuit narrata, ſecunda deſuper conceſſa collabeſcit per defectum ſubreptionis.*

19 *Omne privilegium vel revocatum vel deperditum præſumitur deficiente, vel contraria exiſtente obſervantia.*

20 *Vicarios perpetuos in quibuſcumque Beneficiis Curatis, quæ unita reperiuntur Ordinarii deputare poſſunt ex* Conc. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 7.

DECISIO DCXIV.

PEr duo ferme ſæcula Antiſtites Eccleſiæ Friſingen. aſſueverant authorizabiliter instituere nominatos, ſeu præſentatos penitus Sæculares ad Eccleſiam Parochialem Sancti Stephani in *Greffelfing.*, & hoſce pariter in titulum, ſeu Rectoriam perpetuam, quando arrepta occaſione cuiuſdam Vicarii, ſeu Æconomi, ad prædictam Parochialem deputati ſub anno 1704.; Præpoſitus, & Conventus Sanctiſſimæ Deiparæ *in Rottembuech* Ordinis Regularis Divi Auguſtini, ad quos huiuſcemodi facultas nominandi, ſeu præſentandi prænominatum Vicarium, ſeu Rectorem pertinere noſcebatur, reaſſumpſere veterem prætenſionem præſentandi ad eorum libitum Regularem, vel Sæcularem amovibiliter, vel in perpetuum, ſed inutili Conatu, nam idem Ordinarius rejecit inſtantiam, & tandem de anno 1709. ſolemniter id in ſcriptis declaravit, prout in *Summario* ejuſdem Epiſcopi, ſeu Promotoris *Num.* 4. ne forſan (præciſive etiam a fundamentis, de quibus infra) tam longævi temporis incuſſa obſervantia violaretur contra
1 monitum Cœleſtini Tertii *in cap. quod dilectio 3. de Conſanguin., affinit.*, ibi - *Conſultius eſt multitudini, & obſervata conſuetudini deferre, quam aliud in diſſentionem, & ſcandalum Populi novitate quadam adhibita ſtatuere*; cui conſonat dictum *S. Auguſtini* relat. *per Gonzal. in cap. cum conſuetudinis de conſuetud. ſub num.* 3. ibi - *ipſa mutatio conſuetudinis etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat.*

Se ſe ab hac declaratione læſos exiſtimantes præfati Præpoſitus, & Conventus, recurſum habuere ad Tribunal A. C., ibique in vim litterarum *Pauli Secundi*, & *Alexandri Sexti* Summorum Pontificum reportarunt favorabiliter definiri, illis licere ad munus prædictæ Parochiæ nominare, nedum Regulares proprii Ordinis ad nutum amovibiles, ſed etiam, quatenus luberet, Sacerdotes Sæculares, vel pariformiter ad nutum amovibiles, vel in perpetuum; Sed ſupergreſſo certamine ad *Sacrum Auditorium* oppoſitum *Domini* reſolverunt nempe - *eſſe nominandum, vel præſentandum Sacerdotem Secularem in perpetuum, & litteras Apoſtolicas non ſuffragari.*

Baſis reſolutionis in quadruplici evaſit conſtabilita fundamento, omiſſo etenim pro nunc il-

illo memoratæ duorum fermæ Sæculorum obſervantiæ, certum procul dubio in primis erat, quod, ad trutinam Juris, ejuſque determinationem, in Capellis, & Eccleſiis quomodolibet unitis alicui Collegio, vel Monaſterio, ſeu Cænobio Regularium, Cappellanus, ſeu Vicarius 2 debet eſſe Sæcularis, atque perpetuus, ita ad litteram decernente *Textu in cap. primo de Capell. Monachor. Monachor, & in Cap. unic. eodem tit. in 6., & in cap. Extirpandæ §. Qui vero de præbend., Fagnan. in cap. ex parte num. 11. de Offic. Vicar., Lotter. de re Benefic. lib. primo quæſt. 33. ſub num. 93., Rot. deciſ. 758. num. 2., & ſeqq. par. prima diverſ., & late in deciſ. 368. num. 2., & deciſ. 382. num. primo coram Dunoz. Jun., & in Geruu. Hebdomadariç 5. Maii 1690. coram Vrſino impreſſ. ad ornat. Card. de Luc. de Benefic. deciſ. 27. n. 14., & in Brixien. Juriſdictionis 27. Junii 1710. §. Quin cum coram Rmo Kaunitz Epiſcopo Labacen.*

Iuri communi ſecundario conſpirabat, novumque præbebat fundamentum ſic, ut ſupra reſolvendi pçne uniformis Cenſura Sacroſancti *Concilii Tridentini* pariter in *ſeſſ. 7. de reform. cap. 7.* præſcribentis, quod hujuſmodi Eccleſię, quæ reperiuntur unitæ Monaſteriis debeant per Idoneos Vicarios, & arbitrio Epiſcopi perpetuos 3 adminiſtrari, quemadmodum cum eadem ſanctione *Concilii* procedentis concordi ore, ſeu calamo connotarunt *Tambur. de Jur. Abbat. part. 3. diſput. 9. quæſt. 18. & num. 2., Garz. de Benefic. part. 11. cap. 2. n. 4., & ſeqq., Ventigr. in praxi annot. 20. §. 2. num. 1., Barboſ. de Iur. Eccleſ. Vniverſ. lib. 3. cap. 6. num. 3., & Card. de Luca in Annot. ad prælaudat. Concil. Trident. diſc. 9. num. 6., Rot. deciſ. 368. num. 3. coram Dunoz. Iun. deciſ. 23. num. 34. coram Zarat.* & in præallegata *Brixien. Iuriſdictionis §. Hucuſque*.

Ac propterea diſpoſitioni Iuris, & inſimul *Sacri Concilii* tertio loco adjungendi ſupra memoratam obſervantiam, quæ fere per ſpatium biſcentum annorum practicata legebatur in *Summ. Epiſcopi Num. 2.* omnem ea ſubmovebat anſam dubitandi, accipiendo eamdem obſervantiam etiam ſimpliciter uti interpretativam, & declarativam cujuslibet facti, vel Iuris ambigui, cum enim ſemper nominati, & præſentati fuerint, & reſpective approbati, ac inſtituti in perpetuû Sacerdotes dumtaxat Sęculares abſque ulla vel minima interruptione, certe, prout fuerat inconcuſſe uſque dum practicatum, ita ſtabiliendum, & practicandum erat inpoſterum, ut ad 4 terminos ejuſdem obſervantiæ ſimpliciter interpretativæ quotidie habemus per *Text. in cap. cum dilectus de conſuetud., & in leg. ſi de interpretatione 37. ff. de legibus, & in leg. Quadam ff. de rebus dub.* cum concordan. plene cumulat. *in deciſ. 80. num. 37. Inter hactenus in Vrbe impreſſ. coram Me*, & in ſpecie unionis *Turicell. de Vnion. cap. 10. num. 18. cum tribus ſeqq., & cap. 11. n. 72. in fin., Rota deciſ. 61. num. 2. coram Dunozet. Junior., et in Recent. deciſ. 59. num. 12. part. 10. deciſ. 48. num. 23. par. 13.* cum aliis concordan. adductis *in deciſ. 218. num. 20. par. 18.*

Quin immo cum præfata obſervantia foret dupliciter centenaria, hinc non tantum operabatur in vim prædictæ interpretationis, & declarationis, ſed ad effectum quoque exuberabat allegandi quemcunque titulum meliorem, ut noſtri dicunt, de Mundo, nempe quod vel adeſſet, vel ſuperveniſſet etiam contra antiquum ſtatum, vel legem, aliqua concordia, vel aliqua nova lex, aut Conſtitutio præſcribens quod etiam ſi de Jure, vel alias mediante privilegio per antea valuiſſent nominari, atque præſentari Vicarii amoviles, & ad tempus, ac inſimul regulares, impoſterum tamen nominari, aut præſentari nequirent niſi veri Sacerdotes Sæculares, atque in titulum perpetuum, ſicuti in propoſito centenariæ paſſim in omnibu- 5 materiis affirmarunt cumulati per, *Card. de Luc. de Regal. diſc. 47. num. 8. et ſeq., et de Iurepatron. diſc. 65. n. 4., per Panimoll. deciſ. 91. num. 8., et per Rot. deciſ. 750. num. 2. par. 18. tom. 2. Recent.*, cum aliis late congeſtis in *Placentina Decimarum 16. Maii 1710. §. Poſtremo, et §. Certiat coram Me, et in Reatina Iuriſpiſcandi 13. Januarii ejuſdem anni pariter §. Quo vere coram Me*, & in ſpecie de qua agitur plene *Rota in deciſ. 218. n. 21. par. 18. in Tarraconen. Parochialis 2. Maii 1698. coram Reverendiſſimo dell' Olmo Epiſcopo Conchen.*, cum *aliis deciſionibus abunde relatis in Gerunden. Parochialis, ſeu Rectoria de Vilobi 6. Junii ejuſdem anni inter hactenus in Vrbe impreſſ. coram Me deciſ. 47. nu. 11., deciſ. 30. num. 10. ad ornat. Card. de Luc. ſuper materiis de Benefic., et in Tarraconen. Parochialis de Viumbundino 15. Ianuarii 1706. §. Efficaciam pariter coram Me.*

Complicato nexu triplicis hujus fundamenti, *Iuris, Concilii, et obſervantiæ ſupra centenariæ*, non oportuiſſet ulterius progredi, ſed & 6 in idem adſtipulabatur quarto loco ipſa met littera unionis, quæ de controverſa Parochiali extitit ab Othone Epiſcopo Friſingen. celebrata de anno 1206.; In quantum quippe obſervare fas erat in vera eſſentiali parte conceſſiva, nihil apparebat attributum per hanc unionem Monaſterio præter merum fructum, redditum, & proventum ejuſdem Parochialis, ut ibi -- *Nos igitur deſiderio, et ſpe tanta remunerationis, et intuitu Pietatis Divinæ Eccleſiæ Sanctę Mariæ de Rottembuech, & hominibus ibidem Deo ſervientibus in tantillo ſubvenimus, quod eis Eccleſiam in Greffelfingen. cum omnibus ſibi attinentibus plene Iure tradidimus poſſidendum, & ad prębendam ejuſdem Conventus, quantum exinde fieri poterit meliorandum* -- ac propterea cum præmiſſa verba nullatenus importarent, aut præſeferre poſſent de per ſe quidquam Spiritualitatis, vel Juris Eccleſiaſtici, ad ſummum includere valebant implicite Ius merum præſentan-

tandi, ſeu nominandi Parochum, ex quo tale
6 Ius nominandi, & præſentandi dicitur, & eſt
in fructu, ut ajunt *Gloſſ.*, *& Scribentes in cap.
cum Bertoldus de re judicat.*, *Lambertin. de Iure-
patronat. par. 2. quæſt. 10. art. 3.*, *Vivian. eo-
dem tractat. lib. 4. cap. 7. ſub num. 8. verſ. ſecun-
do quia*, *& num. 9.*, *Card. de Luc. pariter de
Iurepatronat. diſc. 41. num. 7.*, *Garz. de Benefic.
par. 5. cap. 9. num. 22. & ſeqq.*, *Caſtill. de uſu-
fruct. cap. 36. num. 35.*, *Rot. decis. 10. de Iure-
patronat. in nov.*, *& dec. 140. num. 5. coram
Card.* Mantio., *& decis. 104. num. 9. coram
Priol.*, *ac decis. 102. num. 15. part. 11. Recent.*

Aſt, quod poſſet per inoppoſitum prætenſam
interpretationem ſubextendi ad liberam pote-
ſtatem præſentandi Regularem, vel Sæcularem
ad nutum, id utique tanquam contrarium præ-
finitioni prædicti Juris Canonici, & Conciliaris
non erat unquam cogitandum, cum genericæ
7 conceſſiones nuſquam amplectantur, quæ ſunt
contra Jus, & exigunt particularem, & præ-
ciſam expreſſionem ad tradita per *Adden. ad
Buratt. decis. 704. num. 13.*, *Rot. decis. 386.
num. 34. coram Bich. decis. 95. num. 4. poſt Tam-
burin. de Jur. Abbat. decis. 201. nu. 3. par. 19.
Recent.*, *& in Placentina Decimarum 16. Maii
1710. §. Quodque coram Me.*

Evidentius autem, & præter omnem hæſita-
tionem perſpecta altera parte ejuſdem conceſ-
ſionis moderativa, ſeu quatenus opus manifeſta
reſtrictiva, ut ibi — *Ita tamen quod Presbyter
ibidem a Præpoſito Rottembuoch inſtitutus a nobis
inveſtiatur, & lege Diœceſana nobis, & Archi-
presbytero per omnia teneatur, & inveſtitus non
removeatur, niſi pro rationabili Cauſa coram No-
bis, vel Archipresbytero noſtro propoſita, & pro-
bata* —, Cum enim jam circa qualitatem Sæcu-
laris, vel Regularis nihil dictum fuerit vel hic,
vel in tota Vnionis carta, & de Iure, atque
perſpecta obſervantia ſupradicta nominandus
foret Presbyter Sæcularis, profecto in ordine
ad perpetuitatem nil magis prætenſæ manuali-
tati ex diametro repugnabat, quam præfata
apertiſſima reſtrictio ex prædictis verbis pluſ-
quam dilucide reſultans; quoties enim dixit, ut
inveſtitus *non removeatur*, *niſi pro rationabili
Cauſa coram nobis*, *vel Archipreſbitero noſtro
propoſita*, *& probata*, quonam modo poterat ex-
torqueri, & ſubintendi appoſitus terminus ma-
nualitatis, & amovibilitatis ad nutum? Hæc
enim eſt differentia inter beneficium perpetuum
& temporale, ſive ad nutum, ut quemadmo-
dum in caſu amovibilitatis ea practicari poteſt
etiam ſine cauſa, ità a contrario in caſu perpe-
tuitatis dari nequeat amotio niſi cum cauſa ha-
bili ad inducendam deſtitutionem per ea, quæ
8 circa primam propoſitionem habentur ex do-
ctrina *Cardinalis in Clementina prima §. Præmiſ-
ſa de ſupplend. negligent. Prælat. apud Gonzal. ad
regul. 8. Gloſſ. 5. §. 6. num. 46.*, *Card. de Luc.
de Benefic. diſcurſ. 97. num. 6.*, *Rot. coram Bu-
ratt. decis. 346. num. 4.*, *& decis. 382. pariter
num. 4. ibique plene Aſtern. decis. 15. num. 32.
cum plurib. ſeqq.*, *& decis. 52. n. 66. cum plurib.
9 ſeqq. coram Penting.* & quoad ſecundum præciſe
eſt *Text. in cap. unic. de cappell. Monach. in 6.
verſ. cum debeant eſſe perpetui*, *Gloſſ. in cap. 2.
§. Priores in verbo non mutentur de Stat. Mo-
nach. ibique Hoſtienſ. num. 2.*, *Butr. num. 20.*,
Joann. Andr. num. 22., *Barboſ. num. 6.*, *Lez-
zan. in ſumm. quæſt. Regular. tom. primo par. 2.
cap. 18. n. 20.*, *Rota dict. decis. 52. num. 65. co-
ram Penting.*

Prænoſcentes fortaſſe Defenſores Præpoſiti,
& Monaſterii efficaciam hujuſmodi fundamen-
torum revera inexpugnabilium acriorem vim
conſtituebant in memoratis litteris Apoſtolicis
Pauli Secundi, *& Alexandri Sexti*, per quas
indulgeri prætendebatur Abbati Monaſterii *Sta-
ingaden.*, quod licet per antecedentes Abbates,
ſeu Præpoſitos extitiſſent deputati, ſeu præſen-
tati Sæculares in perpetuum pro adminiſtratione
controverſæ Curæ, nihilominus id eidem Mo-
naſterio, ejuſque Superioribus nocere non de-
beret, quo minus inpoſterum Abbas, ſeu Præ-
poſitus valeret eamdem Eccleſiam regere, &
gubernari facere, tam per prædictos Sæculares,
quam per Regulares, ſive perpetuos, ſive amo-
vibiles, & temporales, *Summario Abbatis Præ-
poſiti num. 5. 6. & 7.*, ideoque poſita adeo licte-
rali conceſſione (etiam quatenus de jure dicen-
dum foret contrarium) ſervanda forent hæc
privilegia, & declarationes Supremæ Cathedræ
10 Apoſtolicæ ex uno ore merito affirmatis per
*relatos a Card. de Luc. Iurepatronat. diſcurſ. 60.
n. 19.*, *& diſcurſ. 65. num. 33.*, *& Rota dec. 78.
num. 37.*, *& decis. 82. num. 57. inter hactenus in
Vrbe impreſſ. coram Me* cum aliis congeſtis in illa
Nullius, *ſeu Fulden. Iuriſdictionis ſuper bono Iure
27. Ianuarii 1713. §. Ac propterea pariter coram
Me.*

Verum ex ſimplici lectura ſtatim enituit,
præfatas litteras ad normam *cap. ſuper Litteris
de reſcript.* manifeſtiſſime ſubreptas, & obreptas
extitiſſe, & conſequtivo etiam vitio ineffectua-
tionis ex parte poſt fore commaculatas, quando
tamen ipſi met Summi Pontifices, & ſignanter
Paulus Secundus (litteræ enim Alexandri Sexti
noſcebantur eſſe mere confirmatoriæ) jam
fuerat proteſtatus, quod ſuper ſibi præſuppoſitis
certam notitiam non habebat, ut ibi — *Nos igi-
tur de præmiſſis certam notitiam non habentes* —
unde multo magis locum ſibi vindicabat ſuſpicio
ſubreptionis, vel obreptionis, quando loco
11 aſſuetæ clauſulæ *ex certa ſcientia*; legebatur illa
in totum oppoſita, de qua mox diximus, per ea
quæ monuit *Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. Gloſſ.
36. num. 36.*, *Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ.
20. n. 8.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 36.
num. 19.*, *Rota decis. 247. num. 22. part. 11.
Recent.*, & conſonant ulterius deducta *in Voto
deciſivo per Me extenſo in illa Neapolitana Aſſi-
gnamenti*, *ſive commutationis voluntatis 23. Iulii
1712. §. Abſque eo quod*; *& in addit. ad dec. 82.*

nu.

num. 60. *&* 61. *inter hactenus in Vrbe impreſſ. coram Me*, & optime *in deciſ.* 148. *n.* 20. *par.* 19. *Recent.*

Diximus quod ex ſimplici lectura inevitabilis effulgebat obreptio, & ſubreptio, perſcrutando ſingulas partes, ejuſdem Brevis *Pauli Secundi*, cum quo cætera documenta, nempe exequtio eidem Brevi tradita, necnon confirmatio *Alexandri Sexti* ſucceſſive corruebant; Siquidem ante omnia præſuppoſitum apparebat, quod Eccleſia, de qua erat quæſtio ad ſenſum ſupplicationis porrectæ ex parte prædicti Præpoſiti, & Conventus ante 150. Annos Authoritate Apoſtolica extitiſſet eidem Conventui unita, & incorporata, & tamen hujuſmodi incorporatio nequaquam proveniebat a Sede Apoſtolica, ſed a mera traditione Othonis Epiſcopi Friſingen., ideoque ſolum hoc ipſum ſatis erat pro inferenda obreptione, dum neque de ſtricto Jure poteſt Epiſcopus ex ſe ſupprimere Eccleſias, ejuſque 12 titulos, & alteri unire, & incorporare, ut late fuit animadverſum in illa *Cracovien. Præpoſituræ, ſeu Parochialis* 28. *Junii* 1684. *coram Cardinali Matthæio, & in alia Cracovien. Parochialis* 4. *Februarii, &* 3. *Aprilis* 1705. *coram bon: me: Caffarello*, & tactum fuit in altera pariter *Cracovien., ſeu Sandomirien. Iuriſpatronatus ſuper Attentatis prima Julii* 1712. §. *Eoque cla-* 13 *rius coram* Me, ſicque labente hujuſmodi ſuppoſito, decidebat ipſa gratia eidem ſuppoſito innixa Teſte *Gloſſ. in leg. Mancipia verb. avocandam Cod. de ſerv. fugitiv.*, *Rota deciſ.* 193. *num.* 2. *coram Cardinali Cerr.*, *& coram Celſo deciſ.* 366. *num.* 7. *coram Bich. deciſ.* 255. *nu.* 2. *deciſ.* 811. *num.* 11. *coram Dunozet. Iun.*, *& in Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ* 6. *Aprilis* 1699. *coram* Me *inter hactenus impreſſ. dec.* 83. *num.* 6.

Eoque ineluctabilius, quia continuative idem Breve *Pauli ſecundi* exponit ſibi narratum extitiſſe, quod in ipſa conceſſione, ſive incorporatione attributa fuiſſet facultas Præpoſito in Caſu vacationis *deputandi Canonicos ejuſdem Monaſterii dumtaxat*, (ſunt verba præciſa), *& ad ejus nutum ad Clauſtra revocandos*, quando ad tenorem unionis præcitatæ factæ ab Othone, nihil tale immaginabiliter continetur, & quando [præciſive ab eadem conceſſione Othonis], nullam unionem, nedum Poteſtatem hanc, tribuerat Sedes Apoſtolica, ſicque expoſito contrario ejus, quod erat in rei veritate, dubitabile nullatenus amplius reddebatur, quin gratia prædicta *Pauli Secundi* cum omnibus conſe- 14 qutivis uti palam obrepta, labefactaretur, & caderet ad *Text. in cap. ſuper litteris, & cap. poſtulaſti de reſcript.*, *Gotofred. in leg. ſi quis obrepſerit* 29. *ad leg. Cornel. de falſ.* ubi illud Divi Auguſtini dictum refert. — *Iuris eſt, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi proſit, quod impetravit* — *Dec. conſ.* 148. *num.* 1. *verſic. ſecundo quia*, *Gratian. diſcept. forenſ.* 283. *num.* 20., *&* 21., *Roſ. de Exequt. Litter. Apoſtolic. part.* 1. *cap.* 6. *nu.* 13., *& ſeqq.*, *Rota deciſ.* 484. *nu.* 7. *coram Buratt. deciſ.* 523. *n.* 34. *part.* 19. *Tom.* 2. *Recent.*, *& in Majoricen. Beneficii* 6. *Decembris* 1709. §. *Principale coram* Me.

Abſque eo quod recurri forte valeret ad alium titulum præexiſtentem præter illum provenientem a conceſſione Othonis; quoniam, ultra quod nullibi demonſtrabatur, quomodo res ſe haberet de tempore antecedenti, itaut in his terminis nequeat præſumi ullus titulus mediante quovis lapſu temporis, cum iſte dumtaxat ſit præſumibilis quoties concurrat certa, & 15 poſitiva obſervantia ex collectis *Turricell. de rebus Eccleſ. non alienand. cap.* 14. *num.* 8., *& ſeqq.*, *Garz. de Benefic. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 179. cum aliis abunde cumulat. per *Rotam in deciſ.* 220. *num.* 22. *coram Ottbobon. deciſ.* 267. *nu.* 1. *coram Cavaler. deciſ.* 1169. *num.* 5. *coram Emerix Iun.*, *& in Forolivien. Commendæ* 5. *Maii* 1706. §. *Quin obicem coram R.P.D. Kaunitz Epiſcopo Labacen.*

Adhuc tamen cum ipſemet Præpoſitus, ejuſque Defenſores ſolummodo produxerint, & exhibuerint titulum conceſſionis Epiſcopi Othonis, ut in *Summario Num.* 3., nequaquam idcirco amplius fundari poterant in alio titulo præſumptio, qui nullatenus exhibebatur regulare etenim eſt, quod ubi conſtet de titulo expreſſo, non valet allegari alter titulus præſum- 16 ptus eidem expreſſo contrarius, prout in ordine ad primam concluſionem habetur apud *Rubeam in ſuis ſingular. de alien. rerum Eccleſ. obſervat.* 4. §. *Primo in fine, & obſerv.* 2. §. 2., *Garz. de Beneſ. dicto par.* 12. *dicto cap.* 2. *num.* 188., cum aliis late cumulat. per *Turricell. de rebus Eccleſ. non alienan. dicto cap.* 14. *num.* 26., *Rota deciſ.* 227. *nu.* 17., *& ſeqq.*, *& deciſ.* 262. *num.* 6. *coram Cerro, & deciſ.* 336. *num* 30. 17 *par.* 10. *Recent.*, & reſpectu ſecundæ docet *Gloſſ. in cap. veniens* 19. *verb. renunciaſſe de præſcript.*, *Bartol. in leg. pacta noviſſima numer. primo Cod. de pact.*, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 53. *n.* 57., *Rota dec.* 1204. *n.* 29., *& ſeqq. ſignanter num.* 32. *coram Emerix Iunior.*

Inanis vero erat illa vis, quæ fieri videbatur ſuper confirmatione generaliter facta Privilegiorum Monaſterii a celebri *Cardinali Beſſarione* qui admodum elaboravit pro reunione Eccleſiæ Latinæ cum Græca, tuncque potiebatur facultate Legationis a Latere; Quoniam eadem Littera confirmationis manifeſtabat, quod ipſa facta fuerat ad ſimplicem ſuppoſitionem, & Inſtantiam Præpoſiti, nec exhibitis, nec oſtenſis, multoque minus rimatis aſſertis Privilegiis præexiſtentibus, quin immo reticita ei fuerat vera unio proveniens a memorato Epiſcopo Othone prorſus adverſativa iis, quæ confirmabantur, & quam confirmationem probabiliter ſi inſpexiſſet inſignis ille Cardinalis abnuiſſet ultro ſubextendere, & tamen nemo ſcit, quod ubi enarrata non fuit præcedens gratia attributa ſuper eadem 18 re, ſeu Negotio, ſecunda deſuper conceſſa

col-

collabeſcit per defectum ſubreptionis, ut inquit *Corrad. in prax. diſpenſat. lib. 8. cap. 5. num. 42. & 43.*, *Tondut. reſolut. Beneſic. part. prima cap. 5. §. 4. n. 5.*, *Roſ. de Execut. Litter. Apoſtolic. part. prima cap. 5. num. 327., & 337.*, *Rota in Leodien. Canonicatus 4. Julii 1698. coram Me inter hactenus impreſſ. deciſ. 62. num. 13.*

Coronabantur hæc omnia duplici, eaqoe ulteriori ponderatione, una ſuperius tacta, quod nempe in omnem caſum deficiebat obſervantia, immo ex præmiſſis militabat in oppoſitum per duo ferme Secula, deficiente autem, vel contraria exiſtente obſervantia, vel ceſſat ex jam dictis omnis præſumptio Privilegii, aut ſaltem per non uſum potius præſumitur, vel revocatum, vel deperditum ex quotidie animadverſis
19 per *Bartol. in l. final. ff. de Conſtitut. Princip.*, *ibique cæteri Scribentes*, *Suar. de Legib. lib. 8. cap. 34. num. 15., & 16.*, *Noguerol. allegat. Jur. 39. n. 39.*, *Mandoſ. de Privil. ad inſtar Gloſſ. 11. num. 22. Tractat. diverſ.* cum aliis plena manu allegat. *per Rot. deciſ. 175. num. 8. & 9., & dec. 229. num. 3. & 4. coram ſan. mem. Alexandro Octavo*, & in noſtris terminis eadem *Rota in Brixin. Iuriſdictionis 27. Iunii 1710. §. Huc uſque verſ. nihilominus coram Rm̃o Kaunitz Epiſcopo Labacen.*

Et ſecunda, quod hæc privilegia, præciſive ab Ordinibus Mendicantibus in propoſito hujuſcemodi unionum, quoad amovibilitatem, & regularitatem, extiterant radicitus avulſa, atque ſublata per diſpoſitionem *Sac. Concilii Tri-*
20 *dentini* jam enunciatam *in d. cap. 7. Reform. ſeſſ. 7.*, ut teſtatur *Rot. coram Dunozett. Jun.*, & *coram Zarat. deciſ. 23. num. 34. verſ. ubi ait*, & *in prælaudata Brixien. Iuriſdictionis dicto §. Huc uſque ſub initio*, & *ita declaratum fuiſſe per Sac. Congregat. Concil.* docet *Barboſ. de Offic.*, & *Poteſt. Epiſcopi allegat. 27. num. 190.*, & *in ſuis Collectan. ad Concil. dicta ſeſſ. 7. cap. 7. num. 15.*

A primo itaque ad ultimum, exploſis prædictis aſſertis Privilegiis, tot in unum concurrere viſa ſunt fundamenta, ut non niſi Pro prædicta Secularitate, & perpetuitate reſpondendum eſſe Domini cenſuerit utraque.

FAVENTINA SPOLII.

Veneris 31. Martii 1713.

ARGUMENTUM.

Diverſa pertinentia alicujus fundi particularis & illius excloſio ſub aliqua generali denominatione ex quibus arguatur late fuſeque diſſeritur. Spoliato danda eſt manutentio, non vero reintegratio.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio debetur ſpoliato*, & num. 8.
2 *Poſſeſſio quando ſit manutenibilis.*
3 *Ex diverſitate confinium prædia quoque diverſa arguuntur.*
4 *Ex deficientia correſpondentiæ valoris arguitur diverſa pertinentia a prædio principali.*
5 *Ex quantitate pretii dignoſcitur quid, & quantum fuerit in venditione comprehenſum.*
6 *Diverſa pertinentia alicujus prædii arguitur ex diverſis Colonis illum colentibus.*
7 *Et etiam ex diverſa denominatione.*
9 *Tranſactio ad tramites Juris ſemper eſt intelligenda.*

DECISIO DCXV.

Reportata per Comitem Joannem de Naldis a noſtro *Tribunali* immiſſione in vim *l. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollen.* ad bona Primogenialia qu. Equitis Hieronymi Senioris de Naldis, quæ per Comitem Balaſium, & alios de Naldis detinebantur, devenerant ſucceſſive Partes ad concordiam, qua mediante Comes Balaſſius, eique Adherentes dimiſſerant eidem Comiti Joanni certa Corpora fideicommiſſaria, inter quę connumerabatur - *Il Molino detto la Torre poſto in Territorio di Briſighella Scola Angognano con ſue Terre anneſſe, & alla forma dell' Inſtromento d' acquiſizione fatto dal detto Signor Cavaglier Girolimo Naldi Seniore Teſtatore fideicommittente, confinante il Fiume, il Canale, il Rio &c.*

Quoniam vero prædictis Bonis, primogenialibus ſuperaddita, & unita fuerant decurſu temporis nonnulla alia bona ab Hæredibus gravatis ipſorum libera ſpeciali quoque pacto conventum extiterat, quod ad evitandas diſmembrationes, ac mutilationes utrique Parti Præiudiciales iſtorum quoque dominium, & poſſeſſio eidem Comiti Joanni relaxarentur, dummodo tamen de valore per Compromiſſarios communi conſenſu eligendos determinando idem Comes Balaſſus, & alii de Naldis, ſive in tot bonis ſive alio modo per eoſdem Compromiſſarios decernendo reintegraretur.

Nacta per Comitem Joannem in vim prædictę tranſactionis hujuſmodi bonorum poſſeſſione, conqueri illico cæpit Balaſſus, quod præter corpora in conventione expreſſa, duorum quoque Prædiorum libere ad eum pertinentium, & in diviſione non comprehenſorum poſſeſſionem, nempe, *del Caſone*, *e della Buſca* propria auctoritate, ipſiſque inſciis, ac invitis ſpoliatine idem Joannes apprehendiſſet; delataque propterea ad *R. P. D.*, *meum Cerrum* in ſubſelliis A. C. glorioſe ſedentem judiciali quærimonia non difficile Balaſſo fuerat manutentionem in utriuſque Prædii poſſeſſione reportare: A quo Judicato devoluta ad noſtrum *Tribunal* ulteriori cognitione, *Mihique per Signaturam Juſtitiæ* directa Commiſſione *cum facultate manutenendi, quem de Jure*, requiſiveram idcirco ſub die 11. Martii anni proxime præteriti, quinam ex Collitigantibus foret in eorumdem Prædiorum poſſeſſione manutenendus: ſed cum ex tunc per

Par-

Digitized by Google

Partes deductis plene *Dominis* facti veritas li-
quere non valeret, placuerat eiſdem demanda-
re Planctæ judicialis confectionem, quodque
probationes coadiuuarentur: quibus per Partes
expletis denuo hodie ſuper eodem dubio conſu-
lui *Dominos*, prodiitque reſcriptum - *dandam
eſſe manutentionem Balaſſo, & aliis de Naldis
quoad Prædium del Caſone, in reliquis iterum pro-
ponatur*.

Indebita enim prædicti Prędii *del Caſone* oc-
cupatio clare reſultare videbatur ex ipſo Tran-
ſactionis inſtrumento, in quo nulla legitur con-
ceſſa Joanni facultas apprehendendi hujuſce
Prædii poſſeſſionem, adeoque anteriori Balaſſi
poſſeſſione in dubium non revocata, & illa Jo-
annis nullo juſto titulo, ſive ex Judicis decreto,
ſive ex partium voluntate; ſed propria auctori-
tate ſubſecuta ad ejuſdem proinde reintegratio-
nis effectum nequibat Balaſſo denegari manuten-
tio, qua jura ſpoliatis ſuccurrere conſueverunt
ut adduct. *Text. in cap. de literis de reſtitutione
ſpoliat.* docent *Bonden. collect. legal. 26. num. 4.,
& 5. Poſth. de manut. obſerv. 57. num. 102.* & poſt
eum *Rota dec. 518. num. 3., & deciſ. 701. n. 7.
coram Merlin. dec. 517. & 776. utrobique num. 1.
coram Emerix Iun. nec non dec. 78. n. 2. par. 6.,
& dec. 94. num. 8. par. 7. rec.*

Agnoſcebant Scribentes pro Joanne littera-
lem, & expreſſam Prædii in tranſactione non
comprehenſionem, ideoque eam ſaltem impli-
citam deducere ſatagebant ea ſupra recenſito
Capitulo ejuſdem Conventionis, in quo fit ceſſio
Molendini, cum Terris eidem annexis ad for-
mam inſtrumenti acquiſitionis factæ a Hierony-
mo fideicommittente prætendentes, quod cum
idem Molendinum acquiſitum fuerit ab eodem
Hieronymo *cum ſingulis Campis* [ſunt verba
ejuſdem Inſtrumenti aquiſitionis] *& pretii Ter-
rarum &c. cujuſvis qualitatis conditionis, & gene-
ris, & manſii, & ſub qua forma, & nomine ſint,
& exiſtunt ſita in dicta Schola, & Comitatu, &
ad dictum Molendinum ſpectantibus*: dictum vero
Prædium *del Caſone*, tanquam ſitum in eadem
Schola veniat ſub annexis eidem Prædio *del Mo-
lino*, utique illius poſſeſſio dicenda ſit capta ex
promiſſione ipſius Balaſſi, aliorumque de Nal-
dis vigore concordiæ, non vero propria aucto-
2 ritate, atque ideo manutenibilis exiſtat ad tra-
dita per *Poſth. de manutention. obſervat. 71. n. 14
& ſeqq., Rota deciſ. 3. num. 7. inter addit. ad
Card. de Luca lib. 11. tom. 3. deciſ. 460. num. 5.
part. 3. Rec., & in Vicen. Penſionis 14. Junii
1702. §. Quod ee certius coram Emo de la Tre-
moille*.

Verum inſubſiſtentiam talis excuſationis pal-
pabilem reddebant plures circumſtantiæ ſedulo
per *Dominos* animadverſæ, quibus in claris po-
nebatur dictum Prædium *del Caſone* non fuiſſe
comprehenſum in emptione Prædii *del Molino*
facta a fideicommittente; In primis enim occur-
rebat diverſitas confinium quibus Bona a Hiero-
nymo acquiſita reſtringebantur: Ea enim erant:
*Sorores de Pugnano, il Prà de Macolini, Dionyſius
de Mazzettis, Ciconus, & flumen Amonis*. Econ-
tra autem pro confinibus Prædii *del Caſone* deſi-
gnabatur - *Dominus Capitaneus Franciſcus de
Naldis, a pluribus hæredes quondam D. Guerra
3 Galamini, Oliverii de Plano* Caſtelli, *& alii &c.*
Ex tali autem diverſitate confinium Prædia
quoque diverſa argui monet *Text. in l. forma
ibique gloſſ. in verb. vicinus ff. de cenſib., Bart. in
l. demonſtratio falſa num. 38. in fin. ff. de condit.,
& demonſtrat., Hieronymus de Mont. de finib.
cap. 22. num. 1., Rota deciſ. 120. part. 15. Re-
cent., & in Reatina Fideicommiſſi 11. Maii 1699.
§. Sed evidentius coram Reverendiſſimo Domino
Meo Molines Decano*.

Secundo loco eadem Prædia diverſificabantur
ex quantitate valoris ſingularis utriuſque; Præ-
dium enim *del Molino* cum Terris annexis pretio
librarum 4000. fuerat acquiſitum: Illud vero
del Caſone, quod ſub annexorum nomine venire
prætendebatur, ex ſe ſolo valoris apparebat li-
brarum 5000., & ultra, ut præſeferebat Inſtru-
mentum emptionis ejuſdem nuper exhibitum,
ideoque imperceptibile erat, quoad altera ex
dictis Terris, quæ annexa prætendebatur, va-
lorem ſuperaret totius Corporis, quod nedum
ex Prædio prædicto *del Molino*, aliiſque Terris,
ſed ex Prædio *del Caſone* conſtitui prętendebatur,
quodque integraliter ſumptum minoris valoris
foret, quam altera ex partibus dictum Corpus
integrantibus. Ex hac autem deficientia corre-
ſpondentiæ valoris validum inſurgere argumen-
tum pro arguenda diverſitate prætenſæ pertinen-
4 tiæ a Prædio principali notat *Rota in dicta Bonon.
Prædii 23. Januarii 1699. §. Quarto id ipſum in
fine coram* Me, quodque in Emptione facta per
fideicommittentem, ad quam Tranſigentes ſe
remiſerant, nullatenus ex illa pretii quantitate
comprehenſum dici valeat hujuſmodi Prædium
5 quod ſuperadditum augeret valorem ultra du-
plum, arguunt *Gloſſ. in d. l. 1. §. Superficiem,
ubi Bart. de ſuperfic., Surd. conſil. 13. num. 37.,
Gabr. conſil. 154. num. 13. lib. 1., Card. de Lu-
ca de regal. diſc. 31. num. 14., verſ. Omniſque
cum ſeqq., Capyc. Galeot. contr. 22. num. 27.
lib. 1., Rota coram Gregor. deciſ. 126. num. 9.,
coram Buratt. deciſ. 471. num. 4., coram Bich.
deciſ. 607. num. 17., & in Romana Affictus 6.
Junii 1701. §. Circumſtantiis coram Eminentiſſi-
mo de la Tremoille*.

Rurſus ſæpemoratum Prædium *del Caſone* ex-
colitur a ſuis particularibus Colonis diverſis, ac
diſtinctis ab iis, quibus commiſſa eſt cura Præ-
6 dii Molendini, Terrarumque eidem annexa-
rum, adeoque ſub illis minime comprehenſum
dici debere, in propoſito obſervat *Rota in Bono-
nien. Furni 5. Maii 1692. §. fin. coram Reve-
rendiſſimo Hervalut*, ſicut etiam ſuo particulari
nomine deſignatur, ex qua propria denomina-
7 tione indicari diverſitatem, innuit *Rota in Ro-
mana, ſeu Portuen. Tenutarum ſuper exceſſu quoad
Vicarell. 26. Mar. 1702. §. Eoque certius cor. me*.

Digitized by Google

Omnem vero ſubmovere difficultatem vitã ſunt bina loſtrumenta in hac propoſitione exhibitiva, quæ in aperto ponunt, prædictum Prędium *del Caſone* per Hieronymum ſideicommittentem non fuiſſe aequiſitum, cum illius emptionem factam præſeferant de annis 1614., & 1621. a Capitaneo Franciſco Naldo Comitis Balaſſi, ejuſque litis Conſortium auctore; Unde ſicuti ſub nomine Terrarum Molendino Adjacentium aequiſitum dici nequit a Hieronymo fideicommittente, ita neque in Tranſactione ad dictam acquiſitionem ſe referente dici conſequtive nequit in Ioanoem eum eodem Molendino, Terriſque eidem annexis tranſlatum, ideoque eum ex hoc eapite excuſari non poſſe ſpolium videretur, denegari etiam per conſequens non poterat prædictis Spoliatis manutentio
8 ut ultra ſuperius adductos *in §. In debita* tradit *Rota in decis. 200. num. 4., & 7. coram San. Mem. Gregorio XV., decis. 559. num. 9. coram Seraphin., & dec. 132., nec non dec. 551. utrobique num. 3. coram Pamphilio.*

Nil ad iotentum Joannis conducente reflexione, quod cum a pluribus lateribus iſtud prędium per Franeiſcum acquiſitum adhæreat ejus bonis, ipſeque eſſet hæres gravatus, dicendum per conſequens foret, quod in eodem fuodo, & ante illius acquiſitionem; ipſe hæres gravatus alias partes integrantes, & conſtitutivas totius dicti Prædii *del Caſone*, & quidem non alio jure, quam fideicommiſſario poſſideret, quoniam totus hic diſeurſus corroebat ſimul cum inſubſiſtenti ſuppoſito, cui nitebatur; Capitaneus enim Franciſcus nunquam fuit hæres gravatus Hieronymi, ut conſtat ex *Deciſione* in Cauſa *Faventina fideicommiſſi, ſeu Primogeniture 14. Ianuarii 1705. coram R. P. D. meo Scotta.*

Debili nimium præſidio ideatæ Emptionis, ſeu acquiſitionis prædicti Prædii, quæ per fideicommittentem facta præſupponebatur, niti ſpolii defenſionem, ſeu excuſationem animadvertens Ioannes, eamdem propterea poſſeſſionem a vitio ſpolii vindicare ſatagebat ſub alio æque erroneo ſuppoſito deducto pariter ex altero pacto in eadem tranſactione appoſito; Aiebat enim quod eum conventum extiterit, bona etiam libera Comitis Balaſſi, eique Adhærentium admixta, & commixta tamen boois fideicommiſſariis in tranſactiooe dimiſſis, venire ſub eadem dimiſſione favore Joannix, remanente dumtaxat actione eidem Balaſſio agendi pro conſequutinne, vel valoris eorumdem bonorum liberorum, vel totidem prædiorom, poſtquam vera eorumdem bonorum liberorum quantitas Arbitris innotuiſſet, manutentio per conſequens in eodem Prædio *del Caſone*, quatenus etiam libero, tamen Prędio *del Molino* annexo, & commixto, eidem Ioanni io vim prędictæ Concordiæ non valeat denegari.

Obiectum etenim ceſſare videbatur ex ipſo facto; cum dictum Prędium *del Caſone* nedum non doceatur commixtum, & annexum Prædio *del Molino*, ſed immo demonſtretur penitus diſtinctum in judieiali Planta oculari *Dominorum* inſpectioni ſuppoſita, & utrumque Prędium ſuos diverſos, & ſeparatos habeat Colonos, itaut unum Corpus inter ſe nullatenus facere videantur, & per conſequens prejudicium illud, quod ex mutilatione, & ſeperatione Terrarum inſimul conjunctarum oriri poſſe Partes in eadem Tranſactione animadverterant, nullatenus io ſeparatione horum Prædiorum inter ſe, ſive in ſitu, ſive in Dominis, & Colonis etiam in præteritum diſtinctorum valebat unquam verificari, alias contra mentem Partium quę de modica quantitate intellexerant, Prædium majoris valoris uniri deberet Prędio minoris prętii, adeoque dicta Tranſactionis verba ad hujuſmodi Prędium extendi non poſſe docet naturalis ratio, qua ſemper contractus regulari ſolent, nec tantam ampliationem in notabile Partium pręiudicium pati poteſt eadem Tranſactio, quę ad tramites Juris ſemper eſt
9 intelligenda, ut obſervat *Rota in decis. 119. n. 4. coram Bichio, & in Bononien. fideicommiſſi prima Martii 1697. §. Eatenus confirmata 9. Decembris ejuſdem anni coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano, & in Cavallicen. Vincenni 21. Junij 1697. §. Iterum nunque coram Eminentiſſimo Priolo.*

Et ita reſervata alteri examini diſcuſſione, cui debeatur manutent o in poſſeſſione Prędii *della Buſca*, ſuper quo hodie non fuerant Concordes; Domini reſponderunt.

Utraque &c.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEVERIS SUPER MELIORAMENTIS.

Lunę 15. Aprilis 1713.

ARGUMENTUM.

Melioramenta qooties ſunt in ſpecie, & in præciſa quantitate probata, tunc conceditur immiſſionem paſſuro retentio pro correſpondenti quantitate, & qualitate; Secus dicendum eſt ſi melioramenta ſint adhuc confuſa, & in genere tantum probata. Illorum probatio quomodo facienda ſit a Peritis edocetur in Deciſione.

SUMMARIUM.

1. *Melioramenta quoties ſunt in ſpecie probata, & in pręciſa quantitate, conceditur immiſſionem paſſuro retentio pro correſpondenti quantitate, & qualitate.*

   Secus ſi melioramenta ſint confuſa & in genere tantum probata num. 2.

2. *Melioramenta ut probentur, debet doceri quid impenſum, & quid melioratum, & ideo neceſſaria eſt probatio ſtatus antiqui*, & num. 3. 7. & 8.

4. *Quan-*

4 *Quando melioramenta ſunt penitus illiquida ſufficit petenti immiſſionem præſtare cautionem de illis reficiendis facto interim depoſito alicujus parvæ Summæ.*

5 *Immiſſio in genere conceditur ex cauſa detractionum, quando bonorum identitas non eſt in genere probata.*

6 *In liquidatione melioramentorum ſi primi Periti fuerint interſe diſcordes eligendus eſt tertius.*

7 *Peritus in liquidatione melioramentorum debet firmare, & comparare ſtatum antiquum cum præſenti*, & num: 8.

9 *Fructus prædiorum eſt varius juxta qualitates locorum, & differentias.*

10 *Arbores, & Vites ex integro plantatæ non ſimpliciter ſubrogatæ in locum demortuarum refici debent.*

11 *Ad probanda melioramenta quandoque admittuntur conſuetudinis, conjecturæ, & argumenta.*

12 *Periti munus eſt ſolum referre, & Judicum judicare.*

DECISIO DCXVI.

NOn immerito *Rota* quoties inter cæteras exceptiones, quæ ut plurimum conſueverunt
opponi adverſus expetentes Immiſsionem in
vim *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* obiicitur
etiam illa melioramentorum, quæ facta prætendantur à præcedentibus bonæ fidei poſſeſſoribus animadvertit, utrum eadem melioramenta revera in ſpecie, & præciſa quantitate demonſtrentur, vel ſolum in confuſo, & in genere; Primo etenim caſu facile concedit ipſi Reo
Immiſsionem paſſuro retentionem pro correſpondenti quantitate, & qualitate eorundem
1 melioramentorum, ut habetur poſt *Text. & DD. in l. Paulus, §. Domus ff. de pignor. & in l. Domus 61. ff. de legat. 1. apud Peregr. de fideic. artic. 50. num. 55. Rot. dec. 317. num. 1. par. 18, & dec. 380. nu. 38. & deciſ. 614. nu. 1. par. 19. Rec.*

Ubi autem afferatur generica dumtaxat, & ut ita dicamus, abſtracta juſtificatio ſimilium, melioramentorum, itaut Judex nequeat ambigere, quod illa res, ille fundus fuerit quidem melior effectus, ſed ignoret in qua qualitate, & quantitate cum omnibus ſuis aliis requiſitis, ac demonſtrationibus, & ſignanter habitis, ſemper ante oculos geminis reſpectibus, ac regulis, altera, ut certus exiſtat ſtatus antiquus ante initam meliorationem comparative
ad præſentem, ut exinde eluceſcat quid, quo-
2 modo, & quantum poſitive ſit melioratum. ut
monet *Angel. in l. pretia rerum 63. n. 3. ff. ad l. falcid. Peregrin. de fideic. d. art. 50. nu. 73. & 78., Card. de Luca de legit. diſc. 45. num. 30., Rot. dec. 137. nu. 28. poſt Merlin. de pignor., & cor. Ubazo dec. 74. n. 6. & 7. & dec. 237. nu. 1. & 3. par. 18. Rec. & in Aſculana fideicommiſſi, ſeu Domus ſuper melioramentis 11. Decembris*
1699. *§. Non enim, coram Me*, & recentius *in Beneventana Nullitatis Teſtamenti 23. Januarii* 1710. *§. Eademque turbiditas coram R. P. D. meo Lancetta.*

Et altera, quod præter quantitatem, & valorem melioramentorum a poſſeſſore oſtendatur, quid ille effective in eiſdem melioramentis expenderit, ad hoc, ut per judicare debentes, ſuumque Ius unicuique tribuere, valeat ordinari ea refectio, quæ ſit minor inter impenſum, & melioratum, ne ob id lucrum faciat, qui melioravit rem alienam, aut vero is,
qui rem melioratam citra ſtudium, & propriam
impenſam obtinere contendit, cum alienæ cru-
3 menæ jactura locupletetur, quemadmodum proſequitur ex regula *Text. in l. fundo 38. verſ. & ſi plus ff. de rei vindicat., Card. de Luca de emphyt. diſc. 72. n. 9. Rot. coram Emer. Jun. deciſ. 103. num. 10. & dec. 443. num. 2. & dec. 1290. num. 9. & in Recent. dec. 313. n. 23. par. 11 & dec. 614. num. 5. par. 19. & in mox allegata Aſculana fideicommiſſi, ſeu Domus 11. Decembris 1699. §. Ita quoties, & 13. Maii 1701. §. Ratio reiiciendi coram Me,*

Profecto inquam in hoc ſecundo caſu contrario retardari non ſolet interim Immiſſio, ſed exuberat, quod Immittendus, vel caveat, vel ſe obliget melioramenta poſtmodum liquidanda ſuo loco, & tempore uſque ad obulum reficere, facto interea depoſito alicujus parvæ ſummæ, quæ ſolet eſſe unius Julii per ſpeciem Arræ, ſicuti quotidie practicatum emicat. & præ-
4 ſertim *in deciſ. 940. num. 7. cor. Coccin. dec. 54. num. 1. cor. Cavaler. dec. 182. num. 6. cor. Emer. Jun. & d. dec. 297. nu. 10. par. 18.* & firmarunt quoque *Garzias de expenſ. & meliorat. cap. 6. n. 19. Valaſc. de jur. emphyt. quæſt. 25. n. 23. Cyriac. controv. 194. num. 7. & 8. Pacion. de locat. & conduct. cap. 30. §. 4. num. 21. aliique per eos relati.*

Hujus ſecundæ claſſis erant melioramenta, quæ hodie allegabantur a Vecchiarellis, eorumque Auctoribus fuiſſe confecta ſuper Prædio compellato *Selva Rotonda*, & proinde non ſolum impedire minime valuerunt Immiſſionem vigore Aviti fideicommiſſi deſuper jam canonizatam favore illorum de Severis, ſed nec hodie aſſequi, quod quidquam certi a *Dominis* reſponderi poſſet dubitationi propoſitæ, nimirum -- *An, & in qua ſumma ſint liquidanda melioramenta*, qui ob probationum ſingillarium deficientiam utique eodem tempore, qua fuit reſolutum, ut ſic *affirmative*, injunctus *mihi* quoque fuit modus, cum quo monerem Vecchiarellos, ut præciſius, & opportunius eadem melioramenta cum ſupradictis regulis, & requiſitis ponerent ſub oculis.

Atque idipſum quotidie non impari neceſſitate impellente neceſſe eſt Iudicibus obſervare, quod (non abſcendendo a terminis Immiſſionis) effulget ſane, quod ea debeat attribui, ſed ex cauſa detractionum, vel identitatis bonorum

5 non ſatis adhuc demonſtratarum reſolutio immiſſiva ſiſtit in reſcripto- *dudum eſſe immiſſionem in genere*, ſicuti patet ex *Card. de Luca de fideic. diſc. 39. n. 3. & de donat. diſc. 31. nu. 1., Rot. cor. Cavaler. dec. 573. n. 2. & in Rec. dec. 565. n. 5. par. 2. & dec. 335. nu. 19. par. 16. to. 2. & in Peruſina Tranſactionis* 8. *Junii* 1711. *coram Me*.

Et quidem theſes haſce ad hypotheſim applicando, certum, & indubitabile erat, quod Vecchiarellis ex titulo emptionis undique oneroſo acquiſiverant de anno 1617. a Severis, ſive illorum majoribus enunciatum Prædium *di Selva Rotonda*, quodque cum tunc illud exiſteret admodum Aquis obrutum, & quodammodo pro conſiderabili parte potius paludoſum, hodie autem, vel ope, ſeu propria induſtria, & expenſis eorundem de Vecchiarellis, vel potius Reatinæ Communitatis (ut prætendebatur a Severis) diviſis Aquis, ab Aquis ad aridam redactum, & effectum extiterit fructiferum cum uberi plantatione vitum, & arborum, nequaquam e converſo ſciri poterat, quid in hoc contribuerat publica ſollicitudo ejuſdem Communitatis, & ſignanter reſpectu fovearum, quarum una adhuc retinet nomen *Communitatis*, & altera *Clementinæ*, quidve unitim ratione aggerum, ſive excavationum, aut plantationum in hoc negocio ſuperexpender n Vecchiarellii, itaut de facto Periti ad hujuſmodi melioramentorum liquidationem utrinque prælecti profecto con venirent circa meliorationem factam ab eiſdem Vecchiarellis in abſtracto, ſed in calcutione, & deductione ſummæ, & importantiæ nimis inter ſe aberrabant, cum Peritus eorum de Vecchiarellis ſummam ſtatueret in ſcut. 5000. & alter electus a Severis non excederet miſerabilia ſcut. 100. quamobrem jam in comperto erat quod *Sac. Tribunal* aliud remedinm capeſſere in hac tam diſtanti diſcrepantia non poterat, quam adhibere conſuetum, demandandi electionem tertii Periti, qui inter utriuſque præcedentis anfractus, ſeriem veritatis, & legitimæ diſcretionis amplecteretur, & eidem
6 *Sac. Tribunali* referret, prout faciendum eſſe in his circumſtantiis conclamarunt *Falgin. de Iur. emphyt. tit. de meliorament. quæſt. 7. n. 14. Pacion. de locat. & conduct. cap. 35. §. 5. nu. 3. & 4. Rot. coram. Emer. Iun. dec. 185. num. 5.* & prius firmaverat *decif. 86. n. 1. cor. Cavaler. & in Rec. dec. 356. n. 3. par. 2.*

Iſtique tertio Perito ſuggerere non dedignata eſt *Rota* modnm, de quo ſupra loquuti ſumus, & cum quo rectius ipſe procedere queat; inprimis nempe firmando, & comparando ſtatum antiquum cum præſenti mediante opportuno Teſtium examine in faciem loci, vel alia æquipollenti probatione, ſecundum in his terminis
7 admiſſa pereumdem Pacion. *de locat. cap. 34. num. 18. cum plurib. ſeqq., Rot. dec. 898. nu. 6. coram Seraphin. dec. 86. in fin. coram Cavaler. & cor. Merlin. dec. 118. num. 14. et cor. Bich. dec. 129. num. 21. et coram Emerix Iun. decif. 229. num. 2.*

Atque id, quod revera baſis, & fundamentum erat totius peritiæ conficiendæ, Inmen fuiſſet impartitus ſecernendi tria genera, vel ſpecies terrarum, quibus efformabatur hujuſmodi Prædium, quænam ſcilicet de tempore venditionis eſſent arativæ, quæve prativæ; quæve demum ſtagnantes, & padnloſæ, & quæ modo reperirentur exſiccatæ, & ad meliorem ſtatum, & cum qua melioratione redactæ, ex
8 iis, quæ continuando terminos ſtatus antiqui comparendi cum novo in Iure noſtro obſervarunt poſt *Text. in l. utilis autem, ubi gloſ. in verbo novale, ff. de petit. hæred. & in Sylva §. Novalis ff. de verbor. ſignif.* Peregrin. *de fideicom. art. 50. nu. 7. & 8., Rot. coram Emer. Jun. dec. 182. nu. 2. & in Rec. dec. 237. num. 6. par. 18.*

Rebus ita dilucidatis, facile erat deſcendere ad ſpecies, & quodammodo individua melioratione, ſive reſpectu moderuioris differentiæ, ſive augumenti, vel decrementi unins ſpeciei terræ, vel arativæ, vel prativæ ad alteram, cum juxta locorum qualitates, & differentias majorem quandoque fructum reddat ſolus aratro vertendus, quam paſcuis deſtinatus, & e contra, ex
9 connotatis poſt *gloſſ. in cap. commiſſum verbo paſenis, de decimis* per *Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 16. num. 6. Car. de Luc. de regal. diſc. 59. ſub num. 6. verſic. quinimo, & de decim. diſc. 4. num. 12. verſic. multoties*, & innuit *Rota in Calarituna Decimarum 27. Iunii labentis anni* §. *Deficit quoque*, pendente extenſione hujus deciſionis ædita *R. P. D. Meo Aldrovando*.

Succedent in ſequelam plantationes arbuſtorum, & vitum retenta ſemper confrontatione ſtatus antecedentis eum hodierno; nam quandoqne minorem fructum proferunt vites, & arbores perantiquæ illarumque diverſæ ſpecies, & claſſes; quam novæ, prout e converſo: quin etiam earundem plantationum major, vel minor numerus, habita confrontatione unius temporis ad aliud, valet ad modum differre in capeſſenda æſtimatione, & præcipue in ordine ad prædictum numerum, quia quandoque dignoſcuntur perauctæ hæ plantationes, & quandoque ſimpliciter ſubrogatæ in locum, demortuarum unde in primis, & non in ſecundis terminis habendus venit reſpectus in efformanda æſtimatio-
10 ne melioramentorum, ut ait *Vulpian. in l. vel ſi vites ibiq. DD. communiter ff. de impenſis in rebus dotalibus fact. Urceol. conſult. 49. n. 38. Bocr. dec. 55. num. 13. Rot. coram Coccin. dec. 2087. num. 3. & 4. & coram Emerix Junior. dec. 182. num. 4. & dec. 443. num. 7. & 8. & in Recent. dec. 237. num 5. part. 18. & in Viterbien. Dotis 8. Martii 1697. §. fin. coram clar. mem. Card. Caprara.*

Hiſce adimpletis prone ſubintrabit, vel poſitiva juſtificatio? vel aliunde arguibilis in ordine ad expenſas, quæ vel in excavationibus, & abdu-

Digitized by Google

ductionibus aquarum, vel in conſtruendis Aggeribus, foveiſque efformandis, vel in ipſis plantationibus fuerint erogatæ, ut queat obſervari altera ex ſupra regulis inſinuatis inter impenſum, & melioratum, ſemper in ambiguis relinquendo locum illi probationi, quæ in carentia melioris, & magis tutæ conceditur in ſubſidium conſuetudini, conjecturis, & argumentis,
11 juxta alteram regulam, de qua *Gabr. conſ.* 168. *n.* 114. *lib.* 1. *Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 114. *num.* 13. *Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de melioram. quæſt.* 7. *num.* 4. *Cyriac. contr. for.* 452. *a n.* 69. *cum pluribus ſeqq. Rota coram Bich. deciſ.* 199. *num.* 15., & 16. *& in Recent. dec.* 455. *num.* 7. *par.* 19. *tom.* 2.

Cumque Juris prudentia verſetur in objecto nimium prægrandi, & quodammodo enciclopedico circa res, perſonas, & actiones univerſas, propterea iſta non piguit *Dominos* licet quodammodo manus ponentes in meſſe aliena, ſive in Officio non proprio, deſignare, ſucceſſive relinquentes locum, & idem Officium Periti noviter eligendo, ut poſtea valeret *Tribunal* tutius, & firmius judicare, cum de cætero Periti
12 munus exiſtat ſolummodo referre, & Iudicum judicare, ut ait *Cephal. conſ.* 104. *num.* 26. *Riminald. Iun. conſ.* 810. *num.* 31. *Escobar. de ratioc. cap.* 36. *num.* 6. *verſ. aut vero*, *Rot. coram Gregor. dec.* 204. *num.* 5. *cor. Coccin. dec.* 412. *num.* 7. *coram Amat. Dunoz. dec.* 826. *num.* 9., *& in Rec. dec.* 764. *num.* 6. *par.* 18. *tom.* 2.

Et ita pro nunc utraque &c.

CAMERINEN. IMMISSIONIS.

Ven. 28. *Aprilis* 1713.

ARGUMENTUM.

Identitas bonorum fideicommittentis ex quibus probetur, & late hac in re examinatur famigeratiſſimum conſilium Fulgoſii 145. Cataſtrum ne dum probat poſſeſſionem, ſed & dominium quando aliunde eſt adminiculatum.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio in vim* L. finalis *quando ſit concedenda, & reſpective deneganda.*
2 *Cataſtrum regulariter probat poſſeſſionem.*
3 *Bona quæ poſſidet filius in aliquo loco, quando non probatur ejus acquiſitio præſumitur habuiſſe a Patre.*
Præſertim ſi concurrat aliqua demonſtratio; num. 4., & num. 7.
4 *Pro confine deſignari nequit is niſi habeat Bona confinantia.*
5 *Poſſeſſio ad effectum obtinendæ manutentionis continuata præſumitur uſque ad mortem niſi contrarium probetur.*
6 *Potiſſimum ſi intercesſerit breve tempus, & a die mortis.*
7 *Expenditur* Conſ. 145. Fulgoſ., *& num.* 10., *&* 11.
8 *Fideicommiſſario quando ſit facienda fideicommiſſi reſtitutio.*
9 *Immiſſio tribuitur fideicommiſſario contra tertios detentores ſeu poſſeſſores bonorum fideicommiſſi.*
10 *Identitas bonorum fideicommiſſariorum probatur, ſi poſſeſſor ſit ſucceſſor illius, qui alias bona poſſidebat, ſi de nova acquiſitione non doceatur.*
12 *Fidei commiſſario onus incumbit plenè demonſtrare, quæ ſint illa præciſa bona ad quæ adſpirat immitti.*
13 *Cataſtrum nedum probat poſſeſſionem, ſed & dominium quando aliundè apparet adminiculatum.*
14 *Confuſione facta ab herede gravato de bonis fideicommiſſariis cum propriis, quomodo ſit conſulendum heredi fideicommiſſario.*
15 *Identitas quæ de recenti rigoroſas exigit probationes, facilius admittitur ſi longum tempus intercesſerit.*

DECISIO DCXVII.

OBſcuritas (ut ſæpe ſæpius contingit) in verbis adhibitis per Conſulem Bellioum occaſione fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ per eum ordinatę in ſuo Teſtamento, oculis obverſata adſpirantium ad idem Fideicommiſſum, ſeu Primogenituram, optimum in ipſorum præcordiis ſpiritum ſuſcitavit, ut neglecta utrinque contentione, ſatius duxerint concorditer, & directe jura cedere Inſigni Collegiatę S. Nicolai ultimo cęteroquin loco ſubſtitutę; Quamobrem, ut par erat, Capitulum Ceſſionarium acquiſita Iura rimando, diſtracta ſtatim agnovit bona fideicommiſſaria in plures detentores, contra quos promoto Iudicio ab initio in Partibus, illic inexpectate ſuccubuit mediante abſolutoria Reis attributa, non jam ex deficientia Iurium cedentium ex capite fideicommiſſi immediate per eos transfuſi in Capitulum, ſed ex prę̨ſuppoſita carentia alterius requiſiti voliti, & ſanciti *in l. fin. Cod. de Edict. D. Adrian. toll.* nempe identitatis Bonorum (quæ per Capitulum appetebantur) ut prę̨ter litteram ejuſdem *Teſtat.* quotidie
1 etiam prę̨notarunt *Alexand. conſ.* 87. *col.* 2. *vol.* 2. *Cravett. conſ.* 61. *num.* 6. *Petr. de fideicommiſſ. quæſt.* 12. *num.* 7., *ſeq. Surd. dec.* 339. *in princ. verſic. & in fideicommiſſo*, *Rota dec.* 452. *num.* 1. *par.* 19. *tom.* 2. *rec. in Reatina fideicommiſſi de Severis* 11. *Aprilis* 1707. §. *Exiſtentia*, *coram bo. me. Omanan Epiſcopo Giennen.*, *& in Firmana fideicommiſſi* 2. *Maii* 1712. §. *Patefacta coram Me.*

Verum provocante Capitulo ad Tribunal A. C., ſive illius Locumtenentem *R. P. D. meum Cerrum*, deinceps emeritum *noſtri Ordinis Auditorem*, fortuna, ſeu rectius Iuſtitia vices revoluit, atque variavit, nam idem *R. P. D. Cerrus* expetitam immiſſionem indulſit Capitulo

lo ad Cuppas pręfatorum Bonorum *quindecim*, & Cannas 49. *cum dimidio*; & aſcendente negotio *ad Sac. Auditorum*, ad ipſius præcedentis Iudieati normam prodiit uniformis *pro Immiſſione* reſolutio.

Iam enim, ut præmiſimus, nulla erat quæſtio ſuper fideicommiſſo, ejuſque purificatione in perſonis prædictorum eedentium: quamobrem redacta diſputatione, & indagine ad memoratum estremum identitatis, illa quoque viſa eſt in prædicta quantitate ſatis, ſuperque emergere, & juſtificari: Agebatur quippe de Bonis concluſis, ſeu exiſtentibus in regione, ſive vocabulo *le Portole*; cumque eadem Bona in Conſulem fideicommittentem proveniſſe prætenderet Capitulum partim ab hæreditate Jacobi ejuſdem Fideicommittentis genitoris, partim, velato quidem nomine, ſeu apparentia cujuſdam Boſſii, in rei tamen veritate coempta per eumdem Conſulem ſub Annis 1576., & 1577., reſiduum vero immediate comparatum de Anno 1585. ab ipſomet Conſule: Hine, quatenus attinebat ad primam ſpeciem, ſufficienter id evinci viſum eſt; quoniam, quod Jacobus Pater Conſulis fideicommittentis non nulla bona poſſideret in prædicto Loco, ſeu vocabulo *delle Portole*, liquebat ex partitis publiei Cataſtri, *Summ. num.* 11. unde quemadmodum Cataſtrum ſemper regulariter probat poſſeſſionem (quidquid ſit de dominio) ita omnis præſumptio perurgebat, ut quoties poſtea filius demonſtrabatur in eodem loco bona non minus poſſediſſe, ea derivarent ex Paterna hæreditate, non docto de
2 contrario, ſecundum ea, quæ in propoſito primæ propoſitionis frequenter habentur pænes *Soccin. conſ.* 89. *num.* 12. *verſ. Nam illud lib.* 1. *Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 570. *Genua de ſcript. privat. lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 13., & 14. *Adden. ad Buratt. dec.* 317. *num.* 9. *Rota coram Coccino dec.* 2090. *num.* 5., & *in recentior. dec.* 141. *num.* 2., & *ſeq.*, & *deciſ.* 270. *num.* 2. *par.* 19. *tom.* 1. *rec.*, & *dec.* 92. *num.* 2. *inter in*
3 *Urbe impreſſas coram me*, & circa ſecundam apud *Bartol. in l. nam oportet, C. de bon. quæ lib. Natt. conſ.* 235. *ſub num.* 17. *Peregrin. de fideic. art.* 34. *num.* 22. *verſic. Illud tamen*, *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 32. *gloſ.* 1. *num.* 91., & *ſeq. Rota cor. Buratto dec.* 834. *num.* 6.

Abſque eo, quod ambigi valeret de hac præexiſtente, & primordiali poſſeſſione, ſeu titulo, eiuſque continuatione ab obitu Patris uſque ad obitum filii fideicommittentis; diſtincte ſiquidem agendo, quatenus reſpieiebat ſucceſſivam poſſeſſionem filii poſt mortem Patris, illa clare reſultabat, ex quo in acquiſitione velato, ut diximus, nomine facta per Boſſium favore ejuſdem filii, enunciabantur pro Confine præcedentia bona poſſeſſa per eumdem Conſulem filium, non enim poterat pro Confine deſignari idem filius niſi haberet bona confinantia, provenientia, ut ſupra, ſaltem præſumptive ab
4 hæreditate Patris, ut præter adductos proſequuntur *Alexand. conſ.* 31. *num.* 8., ubi *Natt. in Addit. verſ. Etiam ſi non appareant lib.* 4. *Soccin. Sen. conſ.* 92. *n.* 5. *lib.* 1. *Natt. conſ.* 588. *n.* 8. *in fine verſ. Et idea*, *Gratian. diſcept. foren cap.* 788. *num.* 15. & *ſeq. Rot. decis.* 37. *n.* 9. *par.* 19. *recent.*

Quo verò ad ulteriorem poſſeſſionem ipſius Conſulis paritèr uſque ad ejus mortem, cùm ea cęteroquin levioribus probationibus comprobetur, ut ad præciſum finem obtinendæ Immiſ-
5 ſionis patet ex connotatis per *Natt. conſ.* 400. *n.* 6. *Peregrin. de fideic. artic.* 44. *n.* 16. *Rota coram Gregor. dec.* 575. *n.* 9. *coram Dunozzett. Jun. dec.* 558. *num.* 18., & *dec.* 401. *num.* 4. *par.* 6., *dec.* 630. *num.* 6. *par.* 18. *rec.*, *in Perusina Fideicommiſſi* 14. *Junii* 1700. §. *Verum revolato*, *coram bon. mem. Iacomette*, & *in Setina, ſeu Terracinen. Immiſſionis* 3. *Februarii* 1708. §. *Doctum namque*, *coram bon. mem. Omanna Epiſcopo Giennen.*

Utique præfatæ præſumptiones attingebant gradum, quodammodo manifeſtæ probationis, tam es facto ejuſdem fideicommittentis, quam ex facto ejus hæredis: Es facto quippe fideicommittentis id elucebat ex publieo Inſtrumento cujuſdam Compromiſſi, in quo idem Conſul fideicommittens, jurgia, quæ compromittebat, expreſſerat provenire ratione Confinium circa bona exiſtentia in prædicto Loco, ſeu vocabulo *Portole*: proindeque data vieinitate temporis, quæ intercedebat inter prædictum Compromiſſum, & ejus mortem, vix excedente duos
6 menſes, profecto perſeveratio poſſeſſionis in genere non poterat in dubium revocari, es iis, quæ tradiderunt poſt *Bald.*, & *alios in l. ſive poſſidetis*, *C. de probat. Natt. conſ.* 400. *num.* 6. *Peregrin. de fideicom. art.* 44. *num.* 16. *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 64. *num.* 31.

Potius vero, & uſque ad evidendam ex facto etiam hæredis; nam ſuperventa morte ejuſdem Conſulis, qui hæredem uſufructuariam inſtituerat quamdam Battaglinam, eique in proprietate ſubſtituerat Jo: Baptiſtam ex purifica Sorore Nepotem, Pater ejuſdem Jo: Baptiſtæ conſulere volens illius utilitati redemit ab eadem Battaglina ſervitutem ejuſdem uſus fructus, poſteaque dividens propria bona in ejus filios, memorato Jo: Baptiſtæ ſignanter aſſignavit quamdam Poſſeſſionem eum Domo, & Palumbaria ſitam in prædicta regione *delle Portole Summ. num.* 10. Ideoque nefas erat ambigere, quod iſta ſaltem poſſeſſio redempta ab hærede uſufructuaria Conſulis fideicommittentis non foret poſſeſſa uſque
7 ad obitum ab eodem Conſule, es iis, quæ in longe fortioribus terminis paſſim dieimus eum *Conſilio Fulgoſii* 145., & *Menoch. conſ.* 704. *n.* 8. & 9. *Epiſc. Rocca diſput. Iur. cap.* 10. *num.* 55. *per tot. Rota cor. Celſ. dec.* 173. *num.* 7., *coram Peutinger. dec.* 397. *in fin. coram Ottbobon. dec.* 143. *num.* 15., *coram Celſ. dec.* 246. *num.* 1., & *ſeq. decis.* 13. *num.* 30. *par.* 12. *rec.*, & *in meis Addit. ad dec.* 46. *n.* 37. *inter in Urbe impreſſas coram* Me.

Ad-

Addito, quod aſſignando hujuſmodi Poſſeſſionem Jo: Baptiſtæ, & non jam aliis filiis, præciſius palpabatur, quod eadem Poſſeſſio exiſtens il Loco *delle Portole*, & a dividente, ut præmiſimus, recuperata ab hærede uſufructuaria fideicommittentis, pertinebat ad eumdem Jo: Baptiſtam ex cauſa fideicommiſſi, ſeu ſubſtitutionis in proprietate vita functa Battaglina, & ceſſato titulo redemptionis initæ per redimentem, quemadmodum videmus in terminis conſimilis
8 præventivæ reſtitutionis factæ futuro fideicommiſſario in celebri *l. Poſt mortem C. de Fideicom.* ubi DD. communiter, & præcipue *Bartol. ſub num. 5. Peregr. de Fideicomm. art. 2. num. 51., Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 4. n. 25. Salgad. in labyrint. Credit. par. 2. cap. 15. nu. 7. Capyc. Latr. deciſ. 19. num. 47.* cum aliis *in Romana reintegrationis fideicommiſſi de Columna 25. Aprilis 1701., & 24. Martii 1702. cor. Me inter collectas per Balduec. dec. 59., & 60. ſub tit. de legat., & fideic.*

Et ex his omnibus, præcipue inſimul junctis, *Domini* non potuerunt dubitare, quod in genere ſaltem extarent bona dubio procul fideicommiſſaria in prędicto Territorio *delle Portole*, & hoc pariter in genere ſuffeciſſet ad concedendam abſtractam immiſſionem Capitulo; ſed neque ambigerunt, quin enunciata quantitas præ ceteris Cupparum 15. *cum dimidia* ſignanter devenisset in Reos conventos, proindeque juſte tollerare deberent immiſſionem, quam tribuunt Jura fideicommiſſario contra Tertios de-
9 tentores, ſeu poſſeſſores bonorum fideicommiſſi, ex collectis per *Peregrin. de fideicom. art. 48. n. 53., & ſeqq. Card. de Luca de fideic. diſc. 271. n. 12., Rota cor. Celſo dec. 181. num. 2. 6., coram Cerro dec. 614. num. 1., deciſ. 1362. n. 1. & ſeqq. cor. Emerix. Jun., & in Reatina fideicommiſſi de Severis 8. Martii 1709. in princip. cor. R.mo D. Molines Decano.*

Siquidem manifeſte coruſcabat ex *Sum. Capituli n. 31.*, quod præfatus Io: Baptiſta, qui per memoratam diviſſionem conquiſiverat, ſeu ſibi reſtitui a Jo: Bernardino obtinuerat præcitata bona fideicommiſſaria poſita in ſupradicto Territorio, illa in univerſum diſtraxerat in de Magiſtris, Roncam, & Petrizzam in menſura Cupparum 17., & Cannarum 68., cumque nullatenus controverteretur, quod ab iſtis provenerant in hodiernos Reos, ecce quod non oſtenſa alia extrinſeca acquiſitione, omnes eædem Cuppæ 17., & Cannæ 98. præſumendæ neceſſario erant fideicommiſſariæ, ut ſunt termini
10 magis proprii ejuſdem *Conſilii Fulgoſii*, de quo præter allatos fuſe agunt *Bald. conſ. 89. num. 4. in princ. lib. 1. Burſatt. conſ. 266. num. 6. lib. 3. Marzar. in Epit. de fideicomm. quæſt. 58. Rot. coram Merlin. dec. 327. num. 2., in rec. dec. 209. num. 40. par. 19. in Forolivien. fideicommiſſi de Torrellis 28. Junii 1702. §. Comprobata ex his, coram bo: me. Mato, in Senogallien. Bonorum. 1. Iulii 1709. §. Clarit, coram Me, & in Firmana Fideicommiſſi 2. Maii 1712. §. Verum* pariter *cor. Me.*

Diximus, niſi doceretur de alia extrinſeca acquiſitione; quamobrem cum revera juxta calculum recenſitum per Capitulum *d. Summ. num. 31.* ingenue appareret, quod inter prædicta bona diſtracta per Joannem Baptiſtam exiſterent quoque Cuppæ duę, Cannę 17., & *ped.* 26., quas Joannes Bernardinus illius Pater ad partes acquiſiverat, & extra cauſam fideicommiſſi, ſive poſſeſſionis recuperatę a ſuperius memorata Battaglina, certe illę erant delendæ, tamquam liberę, ab obligatione Reorum refundendi, ſeu reſtituendi ſolas Cuppas 15., & Cannas 49. *cum dimidia* fideicommiſſarias, juxta limitationem, ſeu caſtigationem *Conſilii*
11 *Fulgoſii*, de qua *Sard. conſ. 505. num. 10. Peregrin. de fideicom. art. 44. nu. 22. erga medium, Adden. ad Burat. dec. 575. num. 11. Rota coram Peutinger deciſ. 349. num. 1., coram Emerix Iunior. dec. 428. num. 5., in recent. deciſ. 42. num. 4. par. 5. deciſ. 228. num. 18. par. 15., & in ſuperius allegata Firmana Fideicommiſſi 2. Maii 1712. §. Ac propterea coram Me.*

Neque ad offuſcandam præmiſſorum claritatem in aliquo relevabat, quod prędicti de Magiſtris, Ronca, & Petrizza Auctores immediati illorum de Chriſtianis in eodem Territorio *delle Potuole* poſſiderent bona etiam propria, ideoque minime liceret inferre, quod cum iidem Chriſtiani cauſam haberent a prædictis, neceſſario illam haberent ſuper illis bonis, ad quę prętendebatur immiſſio, exuberante ſemper ad favorem Rei poſſibilitate in contrarium, immo exiſtente ſemper obligato fideicommiſſario digito demoſtrare, quæ ſint illa pręciſa bona, ad quæ adſpirat immitti, ex celebri Theo-
12 rica *Jo: Andreæ in cap. Auditis de præſcript.*, quam ſequuntur *Alex. conſ. 118. in fine lib. 1. Dec. conſ. 19. circa fin., Peregrin. de fideicom. artic. 44. nu. 43. Maſcard. de probat. concl. 778. num. 39. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 616. num. 20., Rota coram Emer. Jun. dec. 49. nu. 1., & deciſ. 232. n. 4.*, & alibi paſſim.

Quoniam cum liquido ex ſupra animadverſis conſtaret, quod a Ioanne Baptiſta hærede gravato deſcenderant in prænominatos de Magiſtris, Roncam, & Petrizzam Cuppæ etiam in majori quantitate, & non ſatageret Capitulum aliud unquam obtinere, quam illas, quæ vere obvenerant reſpectu quantitatis in eoſdem venditores, & primos acquiſitores a præfato hærede gravato, detracta etiam portione libera diſtrahentis, utique non poterant Rei non pati immiſſionem pro eadem certa quantitate, quam erant nacti, maxime dum eadem quantitas adamuſſim in Cataſtro deſcripta reperiebatur cum ordinato tranſitu a perſona Joannis Bernardini in illam Ioannis Baptiſtæ, & ſucceſſive præfatorum de Magiſtris, Roncæ, & petrizzæ, ac demum ipſorum de Chriſtianis; Cataſtrum enim nedum probat, ut ſupra, poſſeſſionem, ſed & dominium,

nium, quando abunde, prout hic ex jam dictis,
13 apparet adminiculatum, teſte *Soccin. Sen. conſ. 89. lib. 1.*, & prius *conſ. 46. ſub n. 2. verſic. Secundo limitatur lib. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 273. nu. 4., & 5. Carain. Tuſc. pract. Concluſ. Jur. Concl. 674. num. 5. litter. C. tom. 3., Card. de Luca de Judic. diſc. 30. num. 26. Rota dec. 227. num. 13. par. 8. rec. & in meis Addit. ad deciſ. 92. num. 24. inter in Urbe impreſſ. coram Me.*

Et in omnem caſum præter quam quod poſitivæ indigitationi ultra quantitatem ex præmiſſis evidentem, & certam, ſupplebat etiam Planta ad partes diſtributa, in qua quippe *ſub litt. C.* oſtendebatur recte, quod menſura præfata innegabilis quantitatis erat inchoanda a bonis Joſephi Poſſentis, non omittendo, quod cum bona forent ejuſdem qualitatis, ſi qua major, & ſcrupuloſior deſiderari poterat indigitatio, profecto id evenerat ex confuſione, & facto hæredis gravati diſtractoris aliorumque cauſam, licet particularem, ab eo deſumentium, ac propterea cum talis confuſio, vel immixtio proveniſſet ex illorum facto voluntario, intrat juſtum Judicis arbitrium, per quod ſuccurrere obſtringitur hæredi fideicommiſſario mediante menſuratione deſumenda ab illis Confinibus, quæ ſuperextent in ea parte, in qua veriſimilius redditur, quod extarent bona
14 fideicommiſſaria, ſicuti ſepiſſime, & juſtiſſime alias practicavit *Tribunal*, ut præcipue videre eſt *in deciſ. 51. n. 3., & ſeqq. par. 18., & dec. 360. a n. 6. ad 14. par. 19. rec., & in Romana Aſſociationis 5. Julii 1694. §. Abſque eo quod, & 7. Februarii 1695. §. Iterum coram bo: me:* Pio.

Conſpirante in eamdem juſtitiam, & æquitatem altera, & ſi generali ponderatione, quod agebatur de negocio ſupra ſeculum, intra quod fideicommiſſarii nil dicere poterant, & conſe-
15 quenter illa identitas, quæ de recenti rigidiores exigeret probationes facilius tanti, ob longevam temporis diuturnitatem, admitti digna erat, ut inquit *Soccin. Sen. conſ. 89. num. 3. lib. 1. Dec. conſ. 109. n. 2. verſic. Et licet., Maſcard. de probat. concl. 874. num. 10. vol. 2. Vrceol. conſult. for. 57. nu. 21. Rota coram Bichio deciſ. 61. num. 13., deciſ. 737. num. 7. coram Emerix Iun. & in rec. dec. 164. n. 38. par. 6. dec. 142. n. 45. par. 10., & dec. 735. num. 42. par. 18.*

Et ita &c. utraque &c.

FERRARIEN. BONORUM SUPER DONATIONE IN SOLUTUM.

Lunæ 8. Maii 1713.

ARGUMENTUM.

Contractus Minorum, ut valide, ac legitime fieri, queant neceſſe eſt ut in eis interveniant tutoris, vel Curatoris Authoritatis, omneſque aliæ Solemnitates a Jure præſcriptæ. Ratificatio facta a Pupillo effecto majore, an, & quando dicatur erronee, & falſo emiſſa, itaut locus ſit illius reſciſſioni.

SUMMARIUM.

1 *Earundem rerum repetitio, quo magis fieri poteſt evitanda eſt.*

2 *Contractus, ut plurimum, initi per minores ſolent vacillare defectu non obſervatæ ſolemnitatis, & deficientia cauſæ ejuſdem contractus.*

3 *Minor, ut poſſit legitime contrahere indiget intereſſentia, & auctoritate Curatoris.*

4 *Nulla eſt differentia an interveniat auctoritas Tutoris, & an perperam adhibeatur.*

5 *Tutor, vel Curator ad certum actum adſcitus non ſervans formam ſuæ deputationis non obligat Pupillum, vel Minorem.*

6 *Tutor, vel curator non debet immiſcere propria negocia ad removendam quomcumque ſuſpicionem ſui ipſius intereſſe.*

7 *Denominatio ſuper re non individua ſemper ſumitur a potiori, & præponderatiori.*

8 *Curatores eligendi, ac deputandi ſunt a Iudice Ordinario.*

9 *Conſenſus authorizantis aliquem contractum inducitur per illius interventum citra ullam reclamationem.*

10 *Ratio ſemel reddita reddi iterum debet ſi de errore doceatur.*

11 *Utile per inutile non vitiatur.*

12 *Ratificatio facta a majoribus quando præjudicet, & quando non.*

13. *Quando quis omnia in Laudo contenta approbavit, nequit poſtea controvertere omnia in eo contenta.*

14 *Ratificatio jurata, non probata nullitate, ſive errore proſterni nequit.*

15 *Quem de evictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.*

16 *Inventarii Beneficio adhoc, ut quis uti poſſit requiritur, quod ratio judicialis a re judicata roborata reddita ab eo fuerit, alias nihil differt ab herede ſimplici.*

17 *Pactum redimendi operatur, ut quis intra tempus præſcriptum poſſit ad propria Iura redire.*

DECISIO DCXVIII.

AD malleum iteratę probationis, & experimenti revocata ſubſiſtentia preteritæ Deciſionis diei 27. Aprilis anni 1711. coram Me, ea reperta, & manibus contrectata fuit adeo ſoli- 1
da, & firma, quod Domini non dubitaverint in hodierna repropoſitione illi inhęrere permanendo in *Deciſis*.

Cumque eadem pręterita Deciſio, & facti ſeriem, illiuſque circumſtantias, initium, & progreſſum, abunde quidem, ſed non inutiliter prenarraſſet, & oppoſita juxta ſepoſita fuſo, & ſingillari calamo ſub integra, & fideli objectorum

ctorum expanſione, & eorum pręcipua, & pręciſa diſſolutione oculis expoſuiſſet, non immerito idcirco ad illam *Domini* ſeſe remiſſive habentes in reliquis, ſolummodo rurſus, & ſemper maturius animadverterunt ad ea, & ſi eadem in medulla) fundamenta, quibus nitebantur, & ad quę magis mordicus in pręſenti reſtringebantur Scribentes pro Fratribus de Macchiavellis, ut appareret etiam lucidius, utrum e converſo reſponſiones attributę, ſive in ipſa pręterita *Deciſione*, ſive noviter conſideratę per *Dominos*, pręponderarent, & radicitus contraria, iterumque adducta evellerent objecta, ut ita ex una parte evitaretur faſtidium nimium oblongę repetitionis, & inſimul ſequeremur exemplum eorum, quę in propoſito hujus cor-
1 reptionis, ſeu reſtrictionis in ſimilibus faciendę, nos ſobrie, & eleganter docet *Divina Scriptura in Cap. 2. Macchabeor. ex n. 25. uſque ad finem lib. 2.*

Replicabant igitur præ reliquis memorati, Scribentes, quod Datio in ſolutum, de qua agebatur, claudicabat in eo utroque paſſu, ſive extremo; quo regulariter quicumque contractus initi per Minores ſub aliena poteſtate, vel adminiſtratione viventes ſolent vacillare, non obſervatæ ſcilicet ſolemnitatis, & deficientię Cauſę ejuſdem celebrari contractus ad tra-
2 dita communiter, & ſi in genere per *Bald. conſ. 75. n. 2. lib. 1. Dec. conſ. 403. n. 17. & 18. Maſcard. de probat. concl. 531. nu. 65. tom. 1. Pariſiacc. in repertor. de contract. quæſt. 14. nu. 4. & 5 cum aliis apud Altograd. lun. contr. 7. n. 36. & ſeq. Rot. deciſ. 230. num. 5. par. 14. deciſ. 57. num. 10. & ſeq. & deciſ. 365. n. 5. & 7. par. 15. rec. & in annotat. ad deciſ. 54. num. 34., & 39. inter in Urbe impreſſas coram Me.*

Et quidem reſpectu ſolemnitatis dicebatur, quod ea minus recte fuerit impleta, nam cum ipſi Fratres, tunc Minores, Curatoris intereſſentia, & auctoritate proculdubio indigerent,
3 ut poſſent contrahere legitime *ad Text. in l. 5. §. Pupillus una cum tot. titul., ſeu rubric. ff. de auctor., & conſenſ. Tutor. & Curator.* extiterit utique eo temporis ab Eminentiſs. Ferrariæ Legato in Curatorem pro eiſdem Fratribus deputatus Alexander Scannarola etiam præciſe ad ineundam hanc Dationem in ſolutum de bonis *Quinti* ſed non ſimpliciter, & abſolute pro quibuſcumque debitis eorumdem Minorum, quinimo reſtrictive pro certis Creditis contra ęos acquiſitis a Clar. mem. D. Cardinali Barberino S. R. E. Vice Cancellario, & ſignanter ex Cauſa dimiſſionis Senatoris Lezze, uti liquebat ex *præterita Summario n. 7. litt. F.*, & nihilominus hujuſmodi Curator fuerat prætergreſſus talem formam ſibi pręſcriptam, & peculiarem facultatem ſibi attributam, auctoritatem præſtando
4 eidem Dationi in ſolutum etiam pro aliis Creditis omnino diverſis: unde ſubintrabat Cenſura *Text. in l. nulla ff. eod. titul. de auctor., & conſenſ. Tutor.* ibi - *Nulla differentia eſt an interveniat auctoritas Tutoris, an perperam adhibeatur*, quoque Tutor, vel Curator ad Certum actum
5 adſcitus non ſervans formam ſuæ deputationis non obliget Pupillum, vel Minorem proſequuntur *Doctores in l. ſi Pupillor. §. ſi Prætor. ff. de reb. cor. Bartol. in l. hujus 47. §. Tutela ff. de adminiſtr. Tutor. Riminald. ſen. conſ. 435. n. 17. lib. 2. Bero conſ. 182. num. 9 & 10. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 6. num. 9. Sard. deciſ. 144. num. 27. Rot. coram Durun. deciſ. 83. nu 4.* cum aliis *in deciſ. 349. num. 15. & 16. coram Bich.*

Fortius vero perurgebat ad eorum ſenſum hæc oppoſitio, quoniam in ſubjecta materia, ſive in circumſtantiis Caſus qui evenit, illa alia diverſa Credita, pro quibus etiam exarata fuit Datio in ſolutum, duodecim reſpiciebant partitas conflantes in totum ſummam ſcutorum 4711., & reſpective 1500., Cumque ea derivarent a pecuniis traditis eidem Scannarolæ, & ab eo erogandis in neceſſitatem, vel utilitatem ipſorum Minorum, clare nimis reſultabat intereſſe præfati Scannarolæ Curatoris ſuper hoc contractu complicante ſuam bonam, vel malam antecedentem adminiſtrationem, & conſequenter vel non debebat ut ſupra excedere facultatem ſibi conceſſam, vel non debebat immiſcere propria negocia ad removendam
6 quamcumque ſuſpicionem ſui ipſius intereſſe, prout ultra ſuperius allegatos in ordine ad hanc ſecundam circumſtantiam requiri affirmarunt *Scribentes in l. magis puto §. In primis ff. de reb. cor. qui ſub tutel., vel Cur. Staiban. reſol. 30. n. 4., & 23. Montan. de Tutelis cap. 31. effect. 1. num. 10. & 11., Rot. Coram Cocein. deciſ. 1641. num. 1. & 3.* cæterique relati *in deciſ. 30. Jan. 1710. §. 12. coram R. P. D. meo Falconerio.*

Verum defectus iſte ſolemnitatis facile fuit interverſus, nam licet in memoriali porrecto Eminentiſſimo Ferrariæ Legato a Fratribus de Macchiavellis, eorumque nomine a Marchione Octavio Primogenito, conſtituto tunc in ętate minori quidem annorum viginti duorum, fuerit inſtitum pro deputatione Curatoris ad finem celebrandi Dationem in ſolutum bonorum *Quinti* favore prænominati Clar. mem. Cardinalis Barberini - *per ſodisfatione di denaro ſborſato da ſua Eminenza in eſtintione de debiti eſiſtenti, & intenti ſopra i beni ſudetti* - aliaque debita ultra exiſtentia in bonis *Quinti* non fuerint in ea ſupplicatione ullatenus expreſſa; nihilominus cum Tenuta danda in ſolutum importaret ſcuta 28238: 54., eademque Tenuta non facile caperet diviſionem, D. vero Cardinalis Barberinus pro dimittendo credito Senatoris de Lezze contracto ſuper memoratis bonis *Quinti*, coactus fuerit aſſumere ſub propria obligatione ſcuta 22905., idque in gratiam Fratrum de Macchiavellis, ad effugiendam ſcilicet ſubhaſtationem prædictorum bonorum imminentem ad inſtantiam præfati Senatoris Lezze, ecce quod verificabatur nimium de proximo expoſitio facta Eminentiſſimo Legato, dum in ordine ad valo-

rem Tenutæ ſcutorum, ut diximus, 28238.
debitum extinctum ſuper dictis bonis *Quinti* aſ-
cendebat ad ſcuta 22905. Cumque tunc datio
effectiva non celebraretur, ſatis profecto erat
verificari expoſita a majoritate ſummæ in tam
proxima quantitate correſpondente valori, cum
ad reliquum replendum non deeſſent debita
clara paſſiva ipſorum Fratrum erga D. Cardi-
7 nalem; Denominatio etenim, ſive quelibet ex-
poſitio minime ſuper re individua ſemper ſumi-
tur a potiori, & præponderatiori ex connotatis
per *Bartol. in l. 1. n. 7. verſ. videndum ff. de rer.
permutat. in l. in emptione in princ. ff. de contrab.
empt. & in l. Ariſto. num. 2. verſ. Tu dic ff. de
donat. Io: Andr. in Cap. ad quæſtiones de rer. per-
mutat. Alexand. conſ. 119. num. 6. verſ. & illud
lib. 5. Tiraquell. de retract. lignag. §. 30. gloſ. 1.
num. 9. & 10. Grat. diſcept. for. cap. 148. nu. 6.
Rot. coram Puteo deciſ. 374. num. 6. lib. 1.*

Cæterum potuiſſet etiam ex abundanti præ-
termitti, ut *Domini* conſiderabant, uſquedum
data reſponſio, ſine animadverſio, cum idem
Curator nempe Alexander Scannarola fuerit
cumulative, & ad partes, ſive ex integro citra
deputationem Eminentiſſimi Legati præelectus,
& approbatus in Curatorem ad hunc eumdem
actum a Judice Ordinario Civitatis Ferrariæ ſub
prævia, & concomitanti expoſitione omnium
adamuſſim debitorum, quæ erant ſatisfacienda
per Dationem in ſolutum Tenutæ bonorum
Quinti, prout de facto ſequuta eſt *Summ.* Do-
mini Cardinalis diſtributo *ſub die 27. Aprilis*
1711. *num.* 19. itaque poſthabita etiam prorſus
8 prima deputatione unice ſufficiebat hæc ſecun-
da poſterior demandata a Judice Ordinario, cu-
jus præcipue, & immediatæ Iuriſdictionis, &
muneris eſt hujuſmodi Curatores aſſignare, &
deputare ad *Text. in §. 1. Inſtit. de Curater., &
in l. Curatorem Cod. de negot. geſt. Gratian. diſc.
for. 225. num. 40. & ſeqq. Card. de Luca de alien.
diſc. 28. nu. 13.* Modern. *Aſculan. ad Stat. Urb.
de contract.* Minor. *annot. 44. tit, 2. numer.* 117.
& 131.

Neque huic diſcurſui in minimo officiebat,
immo ad oculum retorquebatur prætenſum in-
tereſſe Scannarolæ in Curatorem adſciti, unde
potuerit aliquo modo ejus auctoritas per ullam
ſuſpicionem immaginabiliter imminui; Præter-
quam enim jam de eo tempore, ſeu præcedenter
ter omne prædictum penitus ceſſaverat Intereſſe
ſtante liberatione, & abſolutione præceden-
ter ab eo reportata ab omni ſua admini-
ſtratione geſta pro Fratribus de Macchia-
vellis a publico Magiſtratu negociis Pupillorum
& Minorum præſidente, ut latius demonſtra-
tum fuit *in præcedenti Deciſione ex §. 31. & 32.*,
adhuc qualenam erat iſtud intereſſe, quod potius
non deflecteret in manifeſtum præjudicium ejuſ-
dem Curatoris, cum præſentiam, & authori-
tatem præſtaret aſſertionibus, quæ fiebant in In-
ſtrumento Dationis in ſolutum ſuper pecuniis ab
eo receptis ad finem erogandi in utilitatem eo-
rumdem Pupillorum, & reſpective Minorum
unde niſi de reliquo præſtitiſſet per antea memo-
ratam redditionem rationis, & reportaſſet an-
tedictam liberationem, & abſolutoriam, vel
etiamſi forte perperam eamdem rationem red-
didiſſet, utique per interventum celebrationi
ejuſdem Inſtrumenti potius remanebat ſaltem
tacite confeſſus, quod pecunias implicandas,
ut ſupra, pro DD. de Macchiavellis effective
receperat; Unde mavis ſubibat clarum diſcri-
men, ut iterato forſan poſſet deſuper inquietari
juxta ſupradictam tacitam confeſſionem, quæ
9 per interventum hiſce contractibus citra recla-
mationem indui ſolet adverſus auctorizantes
eoſdem contractus ex traditis *per Menoch. de
præſumpt. lib. 6. præſumpt. 99. per tot. Michalor.
de frat. par. 3. cap. 43. Montan. de Tutel. cap. 30.
num. 47. Jov. de contract. Minor. gloſ. 16. §. 15.
num. 17. verſ. Maxime* cum aliis relatis *in præce-
denti Deciſione §. Nec denique in fine* alias *il* 32.
coram Me.

Eoque ſemper evidentius, quoniam permit-
tendo, quod in prædicto Inſtrumento Dationis
in ſolutum enunciaretur tale ſuppoſitum rece-
ptionis pecuniarum, quinimo idem ſuppoſitum
deſcriveret pro replenda ſumma ſcutorum 6211.
deficiente a valore donationis in ſolutum in ſcu-
tis 28238. nonne poterat anſa deſumi illi de no-
vo revidendi computa, & corrigendi errores,
10 ob quos etiam ratio ſemel reddita, iterum red-
di debet ex collectis per *Doctores* communiter in
*l. unica C. de errore Calculi Roland. conſ. 49. nu.
62. Excobar. de ratiocin. adminiſtr. cap. 5. n. 10.
& cap. 40. num. 13. & 17. Gratian. diſc. for.
cap. 761. num. 4. Theſaur deciſ. 74. num. 6. & 7.,
Rot. coram Ottobon. dec. 25. num. 26. & ſeq. cor.
Cerr. deciſ. 1. num. 4. & 5. & deciſ. 111. n. 19.
part. 18. tom. 1. recent.*

Addito, quod tantum aberat, quod per hanc
deputationem Scannarolæ, cæteroquin exopta-
tam expreſſe, & in ſcriptis a Marchione Octa-
vio Majore (ut ſupra) 22. Annorum, tam co-
ram Eminentiſſimo Legato, quam coram Judi-
ce Ordinario, unquam Clar. mem. D. Cardi-
nalis Barberinus ullam indirectam intentionem
in præjudicium DD. Fratrum habuiſſet, ut etiam
ea poſt occaſione dimiſſæ Tutelæ tribuerit libe-
ram facultatem eiſdem Fratribus revidendi et-
iam de novo eidem computa, quemadmodum
opportune etiam advertebatur *in præterita
Deciſione ſub §. Addito quod* alias 33. *coram*
Me.

Reſpectu autem inſubſiſtentiæ Cauſæ fruſtra
præ cæteris repetebatur conquæſtio, quod in-
ter partitas: eidem Scannarolæ ſolutas a D.
Cardinali, numeraretur illa Scutorum 1049.
quæ fuerat exburſata non jam in beneficium
ipſorum Fratrum, ſed ad favorem Marchionis
Laurentii eorum Patris, quando illi jam ejus
hæreditatem repudiaverant, & proinde paternis
debitis minime alligabantur: Siquidem huic
identifico objecto fuerat in præcedenti *Deciſione*
mul-

multifarie reſponſum a §. 52. *uſque a. totum* §.
56. Et nihilominus ſtricte reſpondendo quid in-
tereat ad rei ſubſtantiam, ſive in ordine ad utili-
tatem, aut præjudicium Minorum, quod hęc
partita fuerit connumerata inter credita bon.
mem. D. Cardinalis etiam erronee, & pluſqoam
erronee, quando evidentiſſime, & incontinenti
conſtabat ex calculis, etiam tunc diſpunctis, ſive
patefactis, quod ſupererant diſſoluendæ, &
numquam poſtea remanſerunt a Fratribus diſſo-
lutæ, immo illis donatæ aliæ partitæ per D.
Cardinalem debiti indubitati ipſorum, uſque ad
ſummam ſcutorum 5000. & ultra; Etenim
profecto non ſolum ex hac magnanimitate do-
nationis beneficentiſſimi Domini Cardinalis ar-
guitur illius intentio minime gravandi in erro-
nea appoſitione iſtius partitæ ipſos Minores,
verum quod ſi idem Clar. mem. Cardinalis præ-
ſens adfuiſſet ſtipulationi contractus per alios ce-
lebrati in diſtantia Romæ, & Ferrariæ, & po-
tuiſſet illi, vel ejus Miniſtris innoteſcere, immo
per eos divinari talis error, & quis non videt,
quod illico ſubrogata remanſiſſet alia indiſputa-
bilis, & exuberans partita crediti, itaut quis
unquam recte dixerit, quod ex hac erronea
connumeratione talis partitæ promeruerit in
prædictis circumſtantiis infringi, & irritari Datio
in ſolutum ſucceſſive confirmata, & communi-
ta per ſilentium triginta, & ultra annorum, &
toties, ac toties roborata per plures ratificatio-
nes ab ipſis Minoribus, effectis poſtea Majori-
bus, quando præciſive a premiſſis tacitis, &
11 expreſſis ratificationibus trita nimis eſt regula,
quod utile per inutile non vitietur de qua *Text.*
in Cap. Utile de reg. Jur. in 6. Bald. conſ.26. n 6.
& 28. n. 2. verſ. Item in depoſito lib. 1. Ancarun.
conſ. 215. n. 6. Leotard. de Uſur. quæſt. 7. n. 10.
& ſeq. Rocc. diſp. Jur. ſelect. cap. 96. num. 9.,
Rot. coram Coccin. deciſ. 1539. *num.* 20., & ali-
bi paſſim.

Aſt quoniam meminimus de ratificationibus,
ſuper quibus late, & ad evidentiam diſſeruimus
in *præcedenti deciſ. ex* §. 19. *uſque ad* 21. *cum plur.*
ſeqq. & a §. 77. *uſq; ad fin.*, tota defenſio Scriben-
tium pro Fratribus rurſus hodie verſabatur in eo
quod eædem ratificationes illis prejudicare ne-
quiviſſent, ex quo non probatur in eis ſcientia
antecedens nullitatis facti, & Juris, quia prę-
terquam in facto illa erat innegabilis ex ipſamet
toties, ac toties iterata approbatione directa,
& indirecta ejuſdem donationis in ſolutom, &
in Iure cum ageretur de Viris majoribus, ne-
quaquam in ſuis rebus inconſultis ſubintrabant
ea, quę a fortioribus pro everſione hujoſcemet
12 objecti ponderata, atque firmata extiterunt
in Romana Cenſus 23. Iunii 1692. §. *Nilque re-*
fert coram clar. mem. Cardinali Caccia inter im-
preſſas ad ornatum Card. de Luc. de donat. dec.37.
n. 10. & in alia Romana Cenſus 26. Martii 1708.
§. *Et licet in medio coram R. P. D. meo Aldo-*
vrando, & in Piſauren. ſeu Fanen. Cenſus ſuper
reſervatis 16. Decembris 1712. §. *Atque hinc*
coram Me quę fuit etiam expedita *ſub die 9. Ia-*
nuarii currentis Anni.

Nihilominus cum pręcęteris eadem adamuſ-
ſim Datio in ſolutum, & pręciſe prędictus error
partitę ſcutorum 1049. nominatus, & expanſus
apertiſſime remanſerit in Laudo prolato per
Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Accia-
jolum, tunc ejuſdem Ducatus Ferrarię Lega-
tum, Fratres autem omnes prędicti certitudi-
naliter Majores illud emologaverint, & ab eo-
dem nequaquam reclamaverint, quomodo
non rupto, & infracto prius, ſaltem ex hoc ipſo
motivo non ſcientię Facti, & Iuris, eodem
13 Laudo, hactenus poterant controvertere in eo
contenta contra ea, quæ animadvertunt *Docto-*
res in l. ſi Servus 53. ff. de legat. 1. Bartol. in l. In
Criminali n. 2. & 3. C. de Iuriſd. omn. Iud. Abb.
in Cap. Cum cauſam 62. num. 8. de appellat. &
conſ. 17. in princ. par. 2. Oldrad. conſ. 126. ſub
num. 5. verſ. Sed hic Rot. poſt Centr. diſc. for.
dcciſ. 27. num. 2. poſt. Torr. de pact. futur. ſucceſſ.
deciſ. 81. num. 36. & ſeqq. cum aliis plene ad-
ductis in *deciſ. 253. num. 20. part. 18. tom. 1.*
recent.

Potiſſime quia tota hæc conclamatio vacilla-
bat in ſui ſuppoſito, cum ſingillariter in præce-
denti *Deciſione*, & quodammodo recompilative
etiam in præſenti demonſtraretur nullam inter-
fuiſſe nullitatem, aut in Facto, aut in jure,
14 unde adeo rigide proſterni mererentur tot, &
tot tacitæ, & expreſſæ ratificationes juratæ ad
regulam *Text. in l. ejus, qui in Provincia in fin.*
ff. ſi cert. pet. l. ſi ſervum ff. fin. ff. de action. empt.
Rub. de valid. legal. cap. 27. num. 42., *& ſeq.*,
Rot. deciſ. 68. num. 4. & deciſ. 89. num. 31. inter
in Urbe impreſſas coram Me.

Ulteriuſque poſtremo adiiciebatur, quod ex-
tra controverſiam erat, quod Marchio Octavi-
us indubitanter omnia hæc ſciebat tamquam
Auctor hujus Dationis in ſolutum, & illi præ-
ſens, & pro ea exaranda præcedenter inſiſtens
coram Eminentiſſimo Legato, & coram Judice
Ordinario de tempore, quo erat annorum 22.
& ultra, & adhuc ſucceſſive, ſeu etiam poſt
non ſolum ſingularem inivit ratificationem om-
nibus numeris abſolutam, verum expromiſit,
quod cæteri Fratres eamdem Dationem in ſolu-
tum ratificare tenerentur, & illam impugnare
non poſſent; Quamobrem ſicuti non liceret ei-
dem Octavio contra factum proprium aſſurgere
& hujuſmodi contractum impugnare, ita neque
licere valebat ejus hæredibus, quales erant præ-
dicti Fratres ad præſens Actores, alias locum
ſibi vindicaret propoſitio, ſeu regula *quem de*
evictione tenet &c. de qua plene *in Deciſione præ-*
15 *cedenti* §. 71. & in eiſdem terminis in ſupra
allegata *Piſauren.*, *ſeu Fanen. Cenſus ſuper re-*
ſervatis 16. Decembris 1712. §. *Eoque clarius co-*
ram Me.

Abſque eo, quod prodeſſe valeret ullatenus
illa replicatio, quod memorati Fratres exiſte-
rent hæredes Octavii cum *benef. leg. & Invent.*,

quodque pro hodierna audientia *Mihi* illud tamquam *Ponenti* extradiderint: quia ultra defectus in eo per nonnullos *Dominos* adnotatos, & præ cæteris quod in eodem Inventario dicebatur localia remanſiſſe poenes Vxorem, quando neſciebatur, quo Jure remanſerat, & in qua quantitate; Mobilia extitiſſe conſumpta in expenſis funeris, quando non apparebat de eorumdem Mobilium quantitate, ac valore, prout neque quid, & quantum impenſum fuerat in ipſo funere; Bona Ferrariæ ſupponebantur fideicommiſſaria, quando in prima *Deciſione coram R. P. D. meo Lancetta die* 11. *Maii* 1705. *ſub* §. 19. *cum ſeqq.* prorſus definiebatur oppoſitum, & præſertim quoad Villam *Cappari*, & quando bona in ſtatu Veneto fuerunt a Creditoribus occupata, quod fieri nequaquam potuiſſet, quoties fideicommiſſaria extitiſſent: Attamen corruebat a fundamentis eadem replicatio cum neceſſe fuiſſet ad effectum fruendi beneficio Inventarii quod
16 reddita extitiſſet ratio judicialis corroborata per rem Judicatam, alias hæres beneficiatus nihil differt a ſimplici, qui facta, & promiſſa obligatoria Defuncti obſervare tenetur ex collectis poſt *Bartol. in l. cum Vir ſub num.* 14. *verſ. ſed ſi ſuit ff. de uſur. per Gabr. conſ.* 125. *n.* 112. *lib.* 1. *Peregrin. de fideicom. art.* 52. *num.* 97., *Rot. coram Emerix Jun. deciſ.* 138. *num.* 13. *deciſ.* 157. *num.* 4. *& deciſ.* 277. *num.* 3., *& in rec. deciſ.* 197. *num.* 13. *par.* 1x. cum cæteris relatis in *deciſ.* 10. *num.* 4. *&* 43. *inter noviſſimas in Vrbe impreſſas coram Me*.

Non deerat pro coronide, qui retexeret, & ponderaret hiſtoriam hujus facti undique ſcatentem optimam fidem religioſe cuſtoditam, & practicatam in hoc contractu geſto a Clar., & recol. mem. Cardinali Barberino V. Cancellario tam eximio, & pleno æquitatis, & pietatis, nec non pluſquam optime merito de Domo Macchiavella, ſignanter reflectendo, quod ſi aliqua læſio per umbram cenſeri potuiſſet inſurgere, vel remanere inflicta ex Datione in ſolutum, nonne idem D. Cardinalis conceſſerat eiſdem Fratribus, proculdubio breviori tempore evaſuris minorem ætatem, ſpatium quindecim Annorum ad redimendum, nonne vice eos obſtringendi ad juridicam (quatenus liberet) redemptionem cum prompta, & integra reſtitutione pretii, eiſdem Fratribus indulſit, ut eam explere poſſent exolvendo ſcuta 3000; pro qualibet vice? Ac propterea ſine alio ſtrepitu valuiſſet nimium placide, & commode redire ad propria Jura, ac poſſeſſionem bonorum, ut eſt
17 effectus prædicti pacti, ſeu conceſſionis redimendi Teſte *Bald. in l.* 2. *in fin. & in l. ſi a te C. de pact. inter empt. & vend. Alexan. conſ.* 28. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 5. *& conſ.* 132. *num.* 1. *lib.* 6. *Deciſ. conſ.* 534. *num.* 1. *Tiraquell. de retract. convent. in præfata num.* 4. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 31. *num.* 1.

Et ita &c. Vtraque &c.

FERRARIEN. BONORUM SUPER LIBERATIONE A MOLESTIIS.

Lunæ 8. *Maii* 1713.

ARGUMENTUM.

Adverſus venditorem, qui promiſit liberationem a moleſtiis adveniente caſu evictionis relaxatur mandatum executivum pro reſtitutione pretii. Ceſſante principali contractu ſub quo evictio promiſſa fuit ceſſat etiam ipſa evictio ex regula notiſſima, quod ceſſante principali corruat etiam acceſſorium. In qualibet datione in ſolutum ſemper ſubintelligitur evictionis promiſſio etiamſi ea expreſſa non fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Contra venditorem, qui promiſit liberationem a moleſtiis relaxatur in caſu evictionis mandatum executivum pro reſtitutione pretii*, & num. 7.
2 *Clauſula*, ſine præjudicio rei judicatæ de cauſis reſtitutionis in integrum *quid importet*.
3 *Contrariorum, ceſſante diverſitate rationis eadem eſt diſciplina*.
4 *Ceſſante contractu ſub quo evictio promiſſa fuit, ceſſat etiam ipſa evictio*.
5 *Corruente principali corruit etiam acceſſorium*.
6 *Sublato principali contractu ruit etiam quodcumque pactum acceſſorium*.
7 *Promiſſa, & non obſervata liberatione a moleſtiis tenetur promittens pretium reſtituere*.
8 *Promiſſio qualibet evictionis intelligenda venit intra vires obligationis, vel aditæ hæreditatis*.
9 *Heres beneficiatus obligans ſe nomine proprio quando obſtringatur ultra vires*.
10 *In datione in ſolutum ſemper ſubincluditur promiſſio evictionis etiam citra ullam obligationem*.

DECISIO DCXIX.

PRout de ſole cum *Eccleſiaſte* dicimus, & experimur, nempe quod oriatur, & occidat, giret, per Meridiem, flectatur ad Aquilonem, luſtrans univerſa in circuitu, quodque tandem *in Circulos ſuos revertitur*; Ita cum in hac Cauſa ratione moleſtiarum, quas paſſi fuerant hæredes Clar. mem. Cardinalis Barberini S. R. E. Vicecancellarii ſuper Bonis *Quinti* ipſi D. Cardinali traditis in ſolutum a Fratribus de Macchiavellis, exorta fuiſſet ejuſdem hæredibus actio conſequendi promiſſam liberationem a moleſtiis ſub ulteriori effrenatiſſima obligatione evictionis, non immerito idcirco fuerat quoque ab initio illorum favore contra prædictos Fratres de Macchiavellis ſub anno 1697. relaxatum mandatum executivum pro pretii
1 præfatæ dationis in ſolutum reſtitutione, ad normam *Text. in l. ſi quis aliam, ff. de ſolut. in l. ſi Prædium, Cod. de evict. & in l. cum plures ff. eod.*

eod Mangil. de evict. q. 86. n. 4., & 25. Franc. Deciſ. 200. n. 13. cum aliis in prima Deciſione hujus Cauſæ diei 11. Maii 1705. §. Poſita autem coram R. P. D. meo Lancetta.

Cumque pariter non provocantibus memoratis Fratribus a præfata relaxatione mandati per ſpatium Annorum quinque tranſitum proculdubio feciſſet prædictum Judicatum in rem vere Judicatam, donec illis inſurgentibus placuerit Signaturæ Iuſtitiæ mediante commiſſione directa *R. P. D. meo Lancettæ* eorum præcibus reſcribere - *Sine præjudicio rei Iudicatæ de Cauſis reſtitutionis in integrum*, ob quem reſcribendi modum, & inſimul canonizatur, tribuiturque facultas exequendi ipſam rem Judicatam & conceditur ſolatium ſuccumbentibus recognoſcendi quodammodo in devolutivo Juſti-
3 tiam, & validitatem ejuſdem rei traditæ, ad tradita *per Marcheſan de Commiſſ. reſtit. in integr. part. 2. §. 1. num. 1. & 2. Scacc. de appellat. q. 12. lim. 6. membr. 7. num. 22. & ſeq. Rot. in Romana, ſeu Sabinen. Manutentionis coram Me*, quæ eſt *inter hactenus in Urbe impreſſas la 81. in princ. & in Romana Dotis de Salviatis 22. Januarii 1703. §. Neque contrarium* pariter *coram me*.

Et licet ſucceſſive ſub die 2. Iulii 1603. ipſis Fratribus ſolummodo comparentibus *Sac. Auditorium* in contumaciam alterius Partis conceſſiſſet reſtitutionem in integrum, & deinceps utraque Parte pugnam committente conſtanter *Domini coram eodem R. P. D. meo Lancetta* receſſerint *a Deciſis* reſpondendo - *conſtare de re Iudicata*, non autem *de Cauſis reſtitutionis in integrum* prout latius videre eſt *in Deciſionibus coram eodem R. P. D. meo Lancetta editis ſub diebus 11. Maii 1705. 21. Iunii 1706., & 26. Novembris ejuſdem anni*.

Adhuc, interim variata rerum forma, licet fons, & origo hujus conſequutivi Iudicii, nempe primordialis datio in ſolutum, de qua ſupra (& ſi de reliquo præcedenter ſub eiſdem ferme diebus firmiter approbata concomitantibus pariter totidem *Deciſionibus coram prælaudato R. P. D. meo Lancetta*) in vim novæ Commiſſionis iterum obtentæ per organum *Signaturæ Gratiæ* remanſerit infirmata *ſub die 31. Ianuarii 1710. coram R. P. D. meo Falconerio* cum ſucceſſiva expeditione *ſub die 13. Iunii anni 1710.* & in ſequelam conciderit prænominata canonizatio rei Iudicatæ ſuper hoc puncto liberationis a moleſtiis, uti liquet ex contemporanea *Deciſione coram R. P. D. meo Falconerio*.

Tandem ad inſtar, ut præmiſimus, Solis revertente Cauſa ad ſuos circulos ſuper præfata datione in ſolutum, ex quo fuit prima ſententia *R. P. D. mei Lancettæ* de novo, ſeu quaſi ex integro repercuſſa, & approbata cum revocatione intermediantis Sententiæ *R. P. D. mei Falconerii*, ut fuſe panditur *in Deciſione diei 27. Aprilis 1711. coram Me*, nil mirum, quod & ſi tunc nulla capta fuerit reſolutio reſpectu hujus controverſiæ liberationis a moleſtiis, nihilominus quia hodie *Deciſio* mox enunciata quo ad dationem in ſolutum extitit iterum roborata prævio reſcripto *in Deciſis* pariformiter idcirco irrita remanſerit ad partes altera ſententia deſuper, ac ſeorſim prolata per eumdem *R. P. D. meum Falconerium*, reſpondentibus *Dominis*, illius etiam in hoc ſententiam eſſe infirmandam.

Fundamentum ſic reſpondendi reſedit in ipſa natura contrariorum, quorum ſemper (ceſſante diverſitate rationis) eadem eſt diſciplina, ut oſtendit *Peripatet. lib. 7. topicor. cap. 1.* & noſtri quoque agnoverunt *Juris conſulti*, inter quos *Scevol. in l. final ff. de legat. 3. Celſ. in l. in fundo, ff. de rei vindicat; & Vulpian. in l. nihil tam naturale, ff. de reg. Jura* quemadmodum enim optime prius, ſive intermediè ad ſenſum *Dominorum* ſuffragantium *R. P. D. meo Falconerio* conſequebatur, quod nulla exiſtente, ſeu detecta datione in ſolutum, nulli amplius intrarent termini evictionis ſub ea contentæ, ac ex-
4 promiſſæ, juxta alteram regulam, quod corruente principali, is etiam in præceps acceſſorium, per notiſſimum *Text. in cap. acceſſorium,*
5 *de reg. Jur. in 6.* & in ſpecie, quod ſublato contractu principali ruat quodcumque pactum acceſſorium in eo appoſitum *Gratian. conſ. 28. n.*
6 *27. Roman. conſ. 42. num. 3. verſ. ſecundo, Gratian. diſc. for. 282. num. 35. Poſth. de manut. obſerv. 73. num. 128. Rot. coram Cerr. deciſ. 532. numer. 18. & dec. 709. num. 25. par. 18. tom. 2. recent.*

Pari modo ex oppoſito reſtabilita, ſuæque validitati, & Juſtitiæ reſtituta, & ab omnibus objectis vindicata præfata datione in ſolutum, firmabatur quoque pactum evictionis in ea conventum, & omne Ius, omnis æquitas expoſtu-
7 labat, quod promiſſa, & non obſervata liberatione a moleſtiis, tenerentur promittentes illius pretium refundere, ut præter adductos unanimiter firmarunt quoque *Canc. de conſ. q. 116. n. 1. Rot. coram Merlin. deciſ. 639. n. 1. & in Romana Evictionis 16. Februarii 1705. §. Poſito enim coram R. P. D. meo Lancetta & in Terracinen. Evictionis 3. Iun. anni præteriti §. Motivum coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Abſque eo, quod amplius locum ſibi uſurparet diſcurſus, quod etiam præciſive a validitate vel invaliditate memoratæ dationis in ſolutum non tenerentur DD. Fratres ad ullam evictionem, ex quo cum mediante datione in ſolutum fuerint diſſoluta debita Domus Thienæ, ipſi vero reddiderint rationem de prædicta hereditate, nequeant idcirco reſiſtente beneficio Inventarii in Bonis propriis inquietari, itaut qualibet promiſſio evictionis intelligenda veniat intra
8 vires ejuſdem aditæ hæreditatis, & non ultra, ex plene cumulatis per *Natt. conſ. 416. n. 2. Surd. conſ. 34. Mantic. de tacit. lib. 3. cap. 7. per tot. Conciol. de hæred. art. 2. n. 106. & 132. Ciroec. diſcept. 11. n. 29. & ſeq. Card. de Luc. de dot.*

uct. diſc. 154. n 28. cum plur. ſeq. Rot. poſt. Merlin. de pignor deciſ. 144. n. 30., & in recent. deciſ. 392. a num. 3. cum plur. ſeqq. part. 1.

Tripliciter enim evellebatur obiectum, & primo, quia minime ſubſiſtebat, quod iidem Fratres reddiderint rationem; fuit enim illi reſponſum, quod hujuſmodi prætenſa redditio rationis minime remanebat probata ex quadam Peritia, quæ prodierat in alia diverſa Cauſa, & inter diverſas perſonas, maxime nemine ſe opponente, ipſiſque ſolum Fratribus de Macchiavellis auditis, ut in *Deciſione poſtrema R. P. D. mei Lancetta ſuper liberatione a moleſtiis*, nempe 26. *Novembris* 1706. §. *Etiam omiſſo*, itaut tamquam ſimplices hæredes Domus Thienæ fuerint habiti per *Noſtrum Tribunal* in illa *Ferrarien. Fideicommiſſi coram Emerix Iun. deciſ.* 951. *n.* 5. confirmata *in deciſ.* 1045. *coram Eodem*.

Secundo, quod neutiquam directe ſolverunt debitum hæreditarium Domus Thienæ, ſed creditum Cardinalis, qui ad evitandam ſubhaſtationem de proprio ſub uſuris acceperat ſcuta 20000. ſoluta Senatori Lezze, qui inhiabat ſubhaſtationi eorumdem Bonorum *Quinti*, & retro acceperat præfata bona in ſolutum etiam pro Creditis in proprio debitis ab eiſdem Fratribus de tempore adminiſtrationis. Cumque pro-
9 pterea ſeſe obligaverint manutenere eamdem dationem in ſolutum ſub ampliſſima promiſſione evictionis nomine proprio, non intrant termini præfatæ quæſtionis, ſed bene illi, quod hæres etiam beneficiatus obligans ſe nomine proprio in contractu ſeparato a diſcurſu debiti hæreditarii obſtringitur ſemper etiam ultra vires, ad ea, quæ poſt *Angel. conſ.* 31. *n.* 8. tradiderunt *Dec. conſ.* 137. *n.* 7. & *conſ.* 300. *n.* 8. *Corn. conſ.* 31. *n.* 11. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 191. *n.* 26. *Criac. contr. for.* 225. *num.* 17. *Grat. diſcept. for.* 264. *n.* 7., 18. & *per tot. Vrceol. conſult. for. cap.* 95. *n.* 11. *Cancer. var. reſol. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 12. *Boer. deciſ.* 53. *in fin. Rot. deciſ.* 135. *n.* 6. *poſt. Merlin. de pignor.*, & *in rec. deciſ.* 545. *n.* 1. & 2. *par.* 5. *to.* 2. *recent.*, & *deciſ.* 135. *ex n.* 13. *uſque ad* 17. *part.* 9. & *deciſ.* 49. *n.* 3. *part.* 16., & *in Imolen. Premiaria* 22. *Iunii* 1699. §. *Nec mandatum cum plur. ſeqq. coram bo. mem. Pio.*

Tertio tandem radicitus proſternebatur quælibet hæſitatio, quia cum prædicti Fratres effecti maiores ratificaverint prædictam dationem in ſolutum, & ex hoc etiam capite ſubſtentata fuerit in contemporanea *mea deciſione*, & in aliis præcedentibus eadem datio in ſolutum, utique non poſſunt illam amplius impognare, & conſequenter nec etiam promiſſionē evictionis palàm in ea ſubincluſam, & quę etiam de ſui natura veniret citra aliam promiſſionem, quia cum dans in ſolutum æquiparetur Venditori, & accipiens Emptori, citra aliam promiſſionem ſemper ipſo Iure oritur actio ex empto, ut optime reſ-
10 pondit *Imperator. Antonin. in l. ſi Prædium* 4. *Cod. de evict. Caſtren. conſ.* 305. *num.* 2. *lib.* 1. *Cephal. conſ.* 89. *num.* 46. *Burgund. de Evict. cap.* 12. *num.* 2. *cum duob. ſeqq. Mangil. eod. tract. quæſt.* 23. *nu.* 9., *Card. de Luca de Credit. diſc.* 64. *num.* 6. *cum plur. ſeqq.*

Quarto etiam ad exuberantiam ſuper addi poſſet, quod cum præcæteris inuegabiliter Marchio Octavius eorumdem Fratrum Primogenitus ioivisſet hanc dationem in ſolutum, eamque per poſterius approbaſſet, illeque indubitanter foret hæres ſimplex Domus Thiene, ut firmat ſupponenda *Deciſ.* 951. *coram Emerix Iun.* ecce quod ipſi Fratres tamquam hæredes ejuſdem Octavii nequeunt etiam ſeorſim ab aliis fundamentis non implere promiſſa, nempe præſtare evictionem, & liberationem a moleſtiis, ſicuti dictum, firmatumque hodie fuit in contemporanea altera *Deciſione ſuper datione in ſolutum ſub* §. *Vlteriuſque cum ſeqq.*

Et ita &c. Utraque &c.

CRACOVIEN. PAROCHIALIS.

Veneris 12. *Maii* 1713.

ARGUMENTUM.

Patroni laici habent a Jure tempus quadrimeſtre ad præſentandum, intra quod ſi facta fuerit præſentatio eſt omnimode exequenda, neque impedimentum unius intra dicto tempus nocet aliis. Diffamatio, quæ ſit ſufficiens ad privandum aliquem ſuo Beneficio.

SUMMARIUM.

1 *Patroni laici habent a Iure quadrimeſtre ad præſentandum*, & num. 3.
2 *Inſtitutio ad Beneficium danda eſt præſentato a legitimis Patronis.*
4 *Præſentatio facta a Laicis intra quadrimeſtre eſt omnino exequenda.*
5 *Quadrimeſtre non expiratum favore unius Compatroni, nec minus eſpirat favore aliorum ob individuitatem Iuris.*
6 *Variatio pro ſedandis litibus inter præſentatos ex ortis a Iure commendatur.*
7 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
8 *Præſentatus a majore parte Patronorum ſemper eſt præferendus.*
9 *Præſentatio Symoniaca eſt nulla, nullamque Ius tribuit.*
10 *Ad excluſionem diffamati a Beneficio ſufficit ſola diffamatio.*
11 *Obiciens Symoniam debet eam pleniſſime, & concludentiſſime demonſtrare.*
12 *Diffamatio, ut ſit operativa oriri debet a Perſonis tantum honeſtis, & fide dignis.*
13 *Sententia, ſive actus afficere nequit eum, qui non fuerit citatus, neque auditus.*

DECISIO DCXX.

USque per ſententiam ſupra ſæculum prolatam ab Epiſcopo, & iuſimul Cardinali Marzieuzhi liquebat, quod Jus Patronatus Eccleſiæ Parochialis Niegoviecen. ſpectabat ad quatuorDominos totidem inibi adiacentium Villarum, ex quo forte ad ejus erectionem devenerant pro majori commodo, utilitate, vel neceſſitate eorundē locorum ſive Villarum, prout ultra cætera exempla ſimilium Eccleſiarum in Inclyto Sarmatico Regno paſſim conſparſa, ac examinata *in Sacro noſtro Auditorio*, habemus etiam frequenter in partibus Italiæ, in quibus vel ipſi Domini directi, vel utiles, vel Partiari tanquam Fundatores hoc Iure perfruuntur, ut præ-cæteris videre eſt in illa *Sulmonen. Beneficii* reſoluta pendente extenſione hujus *deciſionis ſub die 7. Maii anni 1714. cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Cum autem de anno 1705. ſub die 10. *Auguſti* per obitum Michaelis ultimi prædictæ Parochialis Poſſeſſoris factus fuiſſet locus novæ præſentationi, Petrus idcirco, & Andreas Poſſeſſores quartæ Villæ Kraſuaovich illam expleverant favore Canonici Ludovici, qui conſueta Edicta ſeu Cridas contra alios prætenſos Compatronos affigi curavit: In quorum termino cum comparuiſſet Staniſlaus Binoh uti Procurator Adami Subovichz Poſſeſſoris aliarum trium Villarum, exponenſque ejus Principalis abſentiam inſtetiſſet pro ſuſpenſione Inſtitutionis favore Ludovici, ad hoc, ut ipſe Adam ad ſibi debitam nominationem devenire poſſet, cum præſertim nondum effluxum eſſet tempus quadrimeſtre, quod Patronis elargiuntur *Sacri Canones*, ad hoc ut maturiori deliberatione ad virorum magis Idoneorum nominationem devenire valeant, juxta
1 ſancita *per Text. in cap. cum propter, & cap. cum te de Jur. patr., & ibi Pagnan. num. 19., & 20.* Attamen Ordinarius legitimam ſpernens Staniſlai proteſtationem, quinimo, & nihili pendens appellationem ab eodem interpoſitam ad Rm̃um Nuntium, Inſtitutionem eodem contextu conceſſit prædicto Ludovico ſub narrativa, quod eſſet à duobus Patronis Præſentatus, Adam verò unica voce perfrueretur *Summ. Canonici Jordani num. 7.*

Hæc tamen Inſtitutio parum profuit Ludovico. quoniam Reverendiſſimus Nuntius, ad quem fuerat per Adam, ſeù ejus Procuratorem legitime appellatum, omnia nulliter, & injuſta per ordinarium geſta ſub die 4. *Decembris ejuſdem anni* circumſcribere non dubitavit, appoſito etiam tam in temporalibus, quam in Spiritualibus Economo, cujus circumſcriptionis vigore Idem Capitaneus Adam ſub die 7. Januarii anni 1706. nominavit Canonicum Joſephum Jordanum, quem quoque ſub die 2. Maii ejuſdem anni præſentarunt ijdem Petrus, & Andreas poſſeſſores memoratæ quartæ Villæ recedentes, ſeù variantes à præſentatione per eoſdem antecedenter expleta favore prædicti Canonici Ludovici.

Non acquievit Judicio Reverendiſſimi Nuntii Ludovicus immo contra Canonicum Jordanum novum oppoſitorem totis ſeſe Viribus convertens, illum vocavit ad Tribunal Iudicis ſubdelegati Apoſtolici qui expreſſe reiiciens recuſationem, quam de eo, uti ſuſpecto fecerat Canonicus Iordanus primum Inſtitutionis Decretum favore Ludovici in prima Inſtantia laiuni approbavit, a quo ſubinde devoluto *ad hoc Sacrum Auditorium* per Iordanis appellationem negotio, interrogatiſque hodie Dominis *An, & cui ſit danda Inſtitutio* prodiit reſponſum, *dandam eſſe Inſtitutionem Jordano.*

Et quidem Iure merito cum enim de pertinentia Iuriſpatronatus ad Poſſeſſores Villarum nulla eſſet quæſtio, hique omnes ad vacantem Parochialem præſentaverint Iordanum, nulla propterea ſubeſſe poterat difficultas quin iſte foret ad eam conſequutive inſtituendus, ita
2 præcipiente *Concilio Lateranenſi in cap. quoniam de Jur. patr. Rot. in Romana Cappellania 8. Iunii 1707. §. Siquidem cor. R. P. D. meo Scotto, & in Mediolanen. Beneficij 2. Iulij. 1708. cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Abſque eo quod *Dominos* turbaret exageratio Ludovici, quod præſentationes favore Jordani fuerint omnes emiſſæ poſt lapſum quadrimeſtre, quod a die obitus ultimi Poſſeſſoris Patronis
3 laicis ad præſentandum præſcribitur, juxta claram litteram, *Text. in cap. unico de Iur. patr. in 6. Rot. in Hoſtuen. beneficij 27. Ianuarij 1710. §. Non enim in fine coram Me, & in Piſana Beneficii 19. Februarii 1712. coram R. P. D. Meo Criſpo.*

Etenim quoad Adam præſens illicò *Dominorum* oculis extitit Impedimentum, quod Ordinarius ipſe præſtiterat, ne ille beneficio ejuſdem quadrimeſtris perfrueretur, dum eo adhuc pendente rejectaque dilatione per Procuratorem Adam legitime petita, præcipitem Ludovico Inſtitutionem conceſſerat. Cumque ſolum de menſe Decembris ejuſdem anni 1705. repoſitus fuerit Adam in libertate præſentandi mediante ſententia Rm̃i Nuntij revocantis omnia nullitèr per Ordinarium geſta, & attentata, à quo tempore quadrimeſtre ſuum dimetiri initium favore Patroni reintegrati, firmavit, *Rot. in deciſ. 2085. num. 5., & 6. coram Coccin.* evidens apparuit, quod præſentatio facta per Adam in menſe Ianuarij ſubſequentis non egrediebatur terminum quatuor menſium, adeoque tanquam in tempore congruo expleta,
4 omnimodam merebatur exequutionem, ut in propoſito adducto memorato, *Text. in cap. cum Bertoldus ibique Abbas num. 9., & num. 12. de re Iudic.* docet *Lambertin. de Iur. patron. 3. par. lib. 2. quæſt. 2. artic. 2., & Rot. in Compoſtellana Parochialis de Pardaſſoa 2. Iulii 1710. §. Inſpexerunt coram R. P. D. meo Falconerio, & in Nolana Beneficii 2. Martii 1712. coram Eodem, &* in

Digitized by Google

in Melevitana Beneficiorum 10. *Iulii* 1712. §. *His in Iure coram R. P. D. meo Aldrovando, neenon in Vicen. Beneficii* 17. *Februarii* 1713. §. *Fundamentum coram eodem.*

Ea autem præſervatio temporis, quæ profuit
Adam, proficere etiam valuit Andreæ, & Pe-
tro aliis Campatronis, qui prius Ludovicum prę-
ſentaverant, ad hoc ut durante tempore præ-
ſentandi, variare poſſent ab eorum nominatio-
ne, & ad effectum extinguendę litis convenire
cum eodem Iordano ab Adam pariter pręſenta-
to; cauſa enim erat communis, & individua,
& ſicuti reſpectu Adam non computato impedi-
menti tempore durabat quadrimeſtre, Ita dici
non poterat expiratum reſpectu aliorum Com-
patronorum, ob individuitatem Iuris utrique
5 Parti communis, & ęqualis, ducto argumento
ex regula *l. eum qui edes ff. de uſucapion.*, quam
late exornant *Gonzal. ad reg.* 9. *Cancell.* §. 6.
Proœm. num. 64., & 69., & *ſequen.*, & ſignan-
ter *Pacion. alleg.* 177. *num.* 15.

Dictam autem variationem, quam pro ſe-
dandis litibus inter Pręſentatos jam exortis, ne-
dum Iura non improbant, ſed commendant Te-
6 ſte *Vivian. de Iur. patr. par.* 2. *lib.* 10. *cap.* 1.
num. 6., & *ſeqq.* & *lib.* 5. *cap.* 2. *par. eadem*
num. 33. impedire nullatenus poterat pręten-
ſum Ius quęſitum Lodovico ex ſententia Inſtitu-
tionis ad ejus favorem edita in prima Inſtantia
ab Ordinario, etenim cum ex notiſſimis nul-
litatis, & injuſtitię Capitibus, de quibus ſupra
fuiſſet penitus a Rmo Nuntio circumſcripta,
nullum propterea prębere poterat validum ti-
tulum Ludovico, quo variationem Patro-
norum ad extinctionem longę, & Criminoſæ
7 litis tendentem, ac permiſſam impedire poſ-
ſet; Non entis enim nullę ſunt qualitates jux-
ata ea, quę proſequuntur *ad Text. in l. ejus qui*
in Provincia verſ. Qoniam ff. ſi certum petatur
& *l.* 4. §. *Condemnatur ff. de re Iudic.*

Quatenus autem aliqua ſubeſſe potuiſſet diffi-
cultas in hujuſmodi variatione, quia a tempore
datę ſententię Reverendiſſimi Nuntii: ſcilicet
menſis Decembris anni 1705. quo quadrimeſtre
ad pręſentandum currere iterum cęperat ad
diem 8. Maii, qua variatio ſequuta eſt, novum
etiam lapſum jam fuiſſe quadrimeſtre, itaut no-
va pręſentatio Petri, & Andręe Compatrono-
rum favore Iordani dici deberet expleta tempo-
re incongruo, & non amplius habili, adhuc
animadvertebant *Domini* denegari non poſſe In-
ſtitutionem Iordano, uti ab Adam intra tempus
incontrovertibiliter legitimum pręſentato, qui
cum ſit poſſeſſor Trium Villarum ex quatuor,
nempe *Niegovich*, *Marzovich*, & *Chichaova*,
tribus per conſequens vocibus, & ita majori ea-
rum parte pollere dignoſcebatur, ut conſtabat
ex ſententia Vicarii Generalis Cracovien. lata
favore ejuſdem Adam de anno 1688., mentio-
nem etiam faciente de duobus aliis ſtatibus ante-
cedentibus; a qua ſententia cum non fuerit in-
terpoſita ulla appellatio, remanet per conſe-
quens canonizatum auctoritate rei Iudicatæ Ius
trium vocum in memorato Adam, itaut Iorda-
nus ab eo pręſentatus, tanquam majorem vo-
cum partem ad ſui favorem dinumerans, veniat
8 ſemper cuicumque in Inſtitutione controverſa
pręferendus, ad paſſim firmata adducto *Text.*
in cap. quoniam ibiq; Gloſſ. in verb. qui majoribus
de Iurepatron., & *Clement. plures eodem tit. per*
Rot. in dec. 280. *n.* 1. *par.* 7., & *dec.* 82. *num.* 2.
par. 15. *rec. coram Burrat. dec.* 90. *n.* 1., & *in Ro-*
mana Cappellaniæ 28. *Iunij* 1709. §. *Verum cor.*
Me, & *nuper in Bononien. Beneficiorum de Caſtello*
2. *Maij* 1712. §. *Ex quatuor, cor. R. P. D. Meo*
Criſpo.

Agnoſcens Ludovicus ſe in Civilem Arenam
imparibus munitum armis deſcendiſſe, Ideo-
que certam fore ejuſdem ſuccumbentiam, la-
befactare ex alio criminoſo capite cæpit Ius Ior-
dani, contendens præſentationem de eo factam
a Cap. Adam fore Symoniacam, tamquam ex-
pletam prævia conventione, & ſubſequuta ſo-
lutione mille Tynfonum a Michaele Iordano
Venatore Regni eidem Adam facta per manus
Hyacinthi, qui de hoc facto teſtatur; ſimiles
vero præſentationes Symoniaca labe infectas eſ-
ſe nullas, nullumque Ius tribuere taliter præ-
9 ſentatis certi Iuris eſſe, ut tradunt *Covarr. in*
cap. peccatum par. 2. §. 8. *ſub. n.* 8. *de reg. Iur. in*
6. *Iacobat. de Concil. lib.* 7. *art.* 2. *n.* 177. *Garz.*
de benefic. part. 8. *cap.* 1. *nu.* 3. *Lotter. de re be-*
nef. lib. 3. *cap.* 29. *nu.* 160. *Rot. in Pampilonen.*
Parochialis 6. *Martii* 1702. §. *Firmo itaque cor.*
Me, & alibi paſſim.

Præſertim quod prædictus Adam ſimili Ma-
cula ſe inquinare conſueverat in præcedentibus
vacationibus, Itaut nedum Iure præſentandi
privari meruerit, ſed etiam per binas ſenten-
tias in Judicatum tranſactas denunciatus extite-
rit excommunicatus; qua delinquendi facilita-
te præſuppoſita, minores exigi debeant proba-
tiones ad conſimilem poſterius crimen verifi-
candum, unde cum non agatur de privando Be-
neficiata ex capite hujus Symoniacæ labis, ſed
de præferendo altero concurrente in tempore
habili pariter a Patronis præſentato ad ejuſdem
10 diffamati excluſionem ſufficere debeat ſola
diffamatio *ad Text. expreſſoe in cap. accuſatum*
de Simon. ibique Barboſ. num. 2. *Rot. dec.* 1029.
cor. Seraph. dec. 445. *num.* 15. *cor. Duran. deciſ.*
238. *n.* 13. *cor. Ludoviſ.* cum cæteris per *Me*
allegat *in Pampilonen. Parochialis* 6. *Martii*
1702. §. *Detruſa.*

Verum animadvertentes *Domini* quod ageba-
tur de graviſſimo Crimine, de quo cæteroquin
concludentiſsimæ afferendæ forent probationes
11 ab illud obiciente Teſte *Gloſſ. in cap. inſinuatum*
de Symon. Barboſ. in cap. ſicut ſuis 33. *nu.* 4. *de*
Symon. Farinacc. conſ. 75. *nu.* 43. *Rot. dec.* 206.
n. 6. *par.* 17. *rec.*, & *in Roſſanen. Parochialis* 2.
Iunii 1710. *cor. R. P. D. meo Scotto*, & *in Bovi-*
nen. Archidiaconatus 27. *Iunii* 1712. §. *Nullum*
autem cor. eodem, ſtatim idcirco reiiciendam
exi-

exiſtimarunt prædictam oppoſitionem, quam videbant fulcitam ſolo dicto prædicti Hyacinthi viliſsimi famuli, nullam penitus fidem merentis, cujus depoſitio recepta fuit in Domo ejuſdem Ludovici Collitigantis, & in limine tantum propoſitionis producta; Præſertim, quod ac ſi de re omnino licita actum extitiſſet, profitetur ſe interveniſſe quibuſcumque congreſſibus, in quibus de hoc Symoniaco contractu agebatur, & inveriſimile omnino videtur, quod res adeo deteſtabilis voluerit tractari, & concludi opera tam vilis famuli, præſertim ſi verum extitiſſet, quod antecedenter ob conſimile Crimen fuiſſet Adam Cenſuris innodatus: vel enim in tale Crimen reincidere omiſiſſet, vel ſane cautius id egiſſet, nec veriſimiliter opera tam vilis famuli fuiſſet uſus, itaut ſimplici dicto hujuſmodi Teſtis, ſive uti ſingularis, ſive uti ſuſpecti, & Adam primo ejus Domino infenſi, ſicque uti inveriſimilia omnino deponentis prębere aures nullatenus *Domini* valuerint, exiſtimantes profecto, quod ex vili dicto nulla noſci poſſet contra Adam diffamatio, quę a Perſonis tantum honeſtis, & fide dignis, ad hoc
12 ut ſit operativa, oriri debet juxte monitum, *Fagnan. in cap. omnipotens num. 17., & 23. relat. per Rot. dec. 176. nu. 13. par. 17. rec. dec. 517. num. 22. cor. Ludoviſ. & dec. 663. n. 8., & 13. cor. Bich., & cor. Me in d. Pampilonen. Parochialis 6. Martii 1705. §. Ultimo.*

Parvi habita memorata ſententia contra Adam occaſione alterius vacationis in hac criminoſa materia edita, quoniam ea emanarat ſuper Proceſſu fabricato abſque citatione ejuſdem Adam, ſed citato ſolo præſentato: certi autem Juris eſt, quod nullus Proceſſus, nullus actus, nulla ſententia afficere valeat eum, qui ad omnes ſingulariter actus non fuerit legitime citatus, ne quiſpiam indefenſus contra omnia humana, & divina Jura ſuccumbere cogatur
13 ad paſſim tradita *per Hoſtien., & Jo: Andr. in cap. criminibus de accuſat. Murg. de benef. qu. 3. pag. 442. n. 777. Navar. conſ. 6. lib. 5. de accuſat. Card. de Luc. de benefic diſ. 70. num. 5. Rot. dec. 667. in collect. per Farinacc. n. 3.* Immo in ultima præſentatione, quæ hodiernam præceſſit nulla dicitur, aut ſupponitur commiſſa Symonia, ſignum evidens, quod data etiam per ſolum poſſibile veritate d. anteacti Criminis, ſi impoſterum ſe emendavit; amplius obiici eidem nequeat illud delictum, quod abhorrere jam cœperat, cum ad dimetiendam Perſonarum qualitatem circa aliquam actuum ſpeciem, noviſſimi, ſeu recentiores actus, non veteres inſpiciendi ſint, atque attendendi.

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA CENSUS.

Lunæ 15. Maii 1713.

ARGUMENTUM.

Leges in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Nova brevis Deciſio quando extendi ſolent a Sac. Rota.*

2 *Reſcriptum Sac. Rotæ* - In deciſis juxta modum *ſolet quandoque veteri reſolutioni aliquid addere, vel ab ea aliquid demere.*

3 *Debitori quidquid ſolvit eſt ei bonificandum, & ipſi credito contraponendum.*

4 *Una eademque partita bis appoſita in calculo non eſt bonificanda.*

5 *Clauſula* Sine præjudicio majoris, ſeu verioris Summæ *quid importet*, & num. ſeq.

DECISIO DCXXI.

QUoniam diuturnus uſus, & inconcuſſa Praxis inolevit, quod deſerente Rotam aliquo Auditore, aut perpetuo per obitum, vel aſſumptionem ad Cardinalatum, vel temporaliter ob abſentiam, Decanus, ſive antiquior ejuſdem Sacri Tribunalis (niſi velit eas pro ſe retinere) diſtribuat illius Cauſas alteri Auditori, cui maluerit, ad effectum, ut iſte in omnibus habeatur pro ſubrogato in locum ejuſdem abſentis, vel defuncti, vel promoti itaut non obſtante, quod in ſuis caſibus, data perpetua deficientia, veteris, ſignari ſoleat generalis Commiſſio per Sanctiſſimum in perſonam novi ſubintrantis Auditoris, adhuc præferatur ſemper quoad hanc, vel illam Cauſam jam diſtributam a prænominato Decano, ſeu antiquiore cuilibet poſtmodum effecto, ſeu ſupervenienti Commiſſario, quemadmodum ævo ſuo adnotaverat *Coccin. in ſuis annotationibus deciſivis*, & ſignanter *la 258. num. 9. & ſeqq., & num. 22.*

Contigit proinde, ut ego in locum Eminentiſſimi Prioli interim ad Sacram Purpuram merito evecti tali modo ſubrogatus ab R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, noſtroque nunc Prodecano, ſive antiquiore, extiterim incontinenti exoratus a Defenſoribus præſentis Cauſæ, ut ſcilicet extenſa jam per eumdem D. Cardinalem Deciſione ſub die 31. Januarii 1710. ad favorem D. Lucæ Minerbetti, ut verbum facerem pro expeditione; Aſt quia eadem ultima Deciſio decernebat quidem, relaxandum eſſe mandatum *pro fructibus decurſis, & non ſolutis*, verum ſupera dicerat *compenſatu ſumma ſcutorum* 600., quæ ſolverat ab initio Octavius Falcuccius Raphaeli Patri ejuſdem D. Lucæ, hinc iidem Defenſores exiſtimantes, talem compenſationem ſuperimpoſitam fuiſſe per æqui-

vocum, ſeu errorem Calculi, ſimultanee ex-
poſcebant, ot inſimul cum præfata expeditione
promulgaretur nova brevis deciſio correctoria
ejuſdem erroris, juxta ſtylom alias practicari
1 aſſuetam per noſtrum Auditorium, ut videre eſt
in Carpentoraten. fideicommiſſi 13. *Maii* 1712.
*coram Eminentiſſimo Priolo, in Novarien. Pecu-
niaria ſuper fructibus die primo Auguſti coram
R. P. D. meo Lancetta, & in Romana Heredi-
tatis* 11. *Decembris ejuſdem anni coram Me*, &
ſæpius alibi.

Quamobrem *Domini*, ſe ſe hoic expeditioni
acriter opponente D. Thoma Baccello, plura-
que commiſcente, rectius, ſeu ſecurius cenſue-
runt negocium iterum examinare, eidemque
propterea D. Thomæ concesserunt novam Au-
dientiam, donec hodie repropoſita Cauſa, ju-
ſtamque agnoſcentes inſtantiam Lucę, reſpon-
deruot *in deciſis juxta modum*.

Addiderunt igitur *juxta modum* cum enim Sa-
cri Tribunalis deceat Majeſtatem ſoa pandere
oracula, ſive reſcribere per verba ſolida, &
brevia, quoties idcirco vel a principio diſcepta-
tionis Cauſę illam reſolui contingat cum aliqua
moderatione, vel temperamento tranſgredien-
te dubium generale propoſitum, vice ſe ſe diſ-
fundendi in ipſo reſcripto ſuper hiſce moderatio-
nibus, & temperamentis, addi conſuevit eidem
reſolotioni (ex. gr. dandam eſſe Immiſſionem)
illa particula *juxta modum*: Quoties autem eve-
niat, quod emaoaverit generalis a principio,
reſolutio, ſive abſoluta, ſive cum aliquo mode-
ramine, illaque poſtea ad trutinam iterum ap-
pendatur ſub aſſueto Dubio - *An ſit ſtandum, vel
recedendum a deciſis*, eo ſane caſo, quoties va-
rietur non in ipſa ſubſtantia prȩteritȩ reſolutio-
nis, ſed in ordine ad aliquid plus, vel minus,
emanare ſolet conſimile reſcriptum - *In deciſis
juxta modum*, iſque ſane modus poteſt eſſe tam
citra, quam oltra, tam ſcilicet aliqoid demen-
do a veteri reſolutione, vel ei aliqoid addendo,
ut nos edocet continuata Praxis, & liqueret
2 etiam *in Romana Pecuniaria* 23. *Februarii* 1711.
coram Me, in Piſauren. Cenſus 16. *Martii ejuſdem
anni coram bon. mem. Caffarello, & in Ferrarien.
Alimentorum, & Dotium ſuper quantitate detra-
ctionum* 16. *Januarii proxime præteriti coram
R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Guberna-
tore*.

Modus itaqoe in præſenti fuit, quod deme-
rem a preterita deciſione Eminentiſſimi Prioli
illam particulam - *compenſata ſumma ſcutorum*
600., non quia illa non eſſet de lure compen-
ſanda, cum totum id, quod ſolvitur per debi-
torem, debeat ſolventi bonificari, & contraponi
3 ipſi Credito, ex paſſim firmatis poſt *Aimon.
conſ.* 158. *num.* 13., *Riminald. ſen. conſ.* 297.
num. 1., & alios per *Rot. dec.* 149. *num.* 3. *cor.
Cavaler., & coram Bich. dec.* 547. *num.* 2.,
deciſ. 301. *num.* 3. *par.* 1., *deciſ.* 175. *par.* 11.,
& dec. 663. *num.* 9. *par.* 18. *rec.*

Aſt quia bonificatio hæc ſatis, ſuperque fue-
fata ſcut. 600. cederent in extinctionem eorum-
rat jam præcedenter facta in extinctionem ſum-
mæ debitæ pro præteritis fructibus Cenſus, de
quo agebatur, facileque id apparebat, quia cum
idem Ceoſus in ſorte ſcutorum 2000. fuiſſet im-
poſitus die 26. Septembris Anni 1616. ad ratio-
nem ſcutorum ſex pro quolibet centenario, &
pro medietate attineret ad Raphaelem Miuer-
bettum, & pro altera ad Equitem Philippum
Nerlium uti Cohæredes Vincentii Creditoris,
& acquiſitoris ejuſdem Cenſus, profecto ſola
medietas prædictorum ſcutorum 2000. per ſpa-
tium 83. Anoorum, & ſex menſium, quot
effluxerant uſque ad diem 16. Aprilis 1700., ſub
quo hodiernalis extitit promota, præſeferebat
ſcuta 5010., cumque in idem computum ſo-
lummodo Thomas de eo tempore exburſaſſet
ſcu. 2600., ecce quod nec eadem ſcu. 600. longe
prius bonificata extinguebant eo tunc reſidua-
lem ſummam ſcut. 2010., ut beoe demonſtraba-
tur ex Calculo dato per Defenſores Lucæ in die
prædictȩ expeditionis *num.* 5., ac propterea nulla
a contrario æquitas, nulla Iuſtitia patiebatur,
quod una, eademqoe partita dupliciter eidem
ſolventi bonificaretur prout etiam viceverſa di-
cimus in propoſito nuſquam duplicandarum
partitarum, quoties ona, eademque partita bis
4 perperam apponitur pro efformando Credito,
uti tradunt poſt *Text., & DD. in l. Bona fides,
ff. de regul. Jur., Cephal. conſ.* 159. *num.* 24.,
Salgad. in labyr. Cred. par. 3. *cap.* 1. *num.* 136.,
Rot. coram Gregor. dec. 580. *num.* 4., *cor. Ninot.
dec.* 87. *num.* 7., *coram Emerix Jun. dec.* 328.
num. 6., *& in rec. deciſ.* 594. *num.* 5. *part.* 18.
tom. 2.

Eoque clarius veritas hæc emergebat, quia
D. Lucas de prædicto tempore motæ litis ſub
Anno 1700. occaſione ſpecificationis ſummæ ſo-
lutæ per D. Thomam, ſcutorum; nempe 3000.,
ſollicite appoſuit illam Claoſulam ſalutarem
præſervativam *S. P. majoris, ſeu verioris ſummæ*:
quemadmodum enim eadem præſervativa de-
monſtrat, aliquid plus poſſe deberi, ita relin-
quit in ſuo eſſe quidquid per antea plus debeba-
5 tor, & non fuerat ſolutum, ad *Text. in l. final.
ff. quod vi, aut clam, Gloſſ. in l. ſi ex pluribus in
princ. in verſ. reliquum, ff. de ſolut., ibique Ca-
ſtrenſ. ſub num.* 2. *verſic., & nota Alexand. conſ.*
216. *num.* 4. *lib.* 7., *Rot. Januen. deciſ.* 132.
num. 1., *Rot. deciſ.* 172. *num.* 4., *&* 5. *par.* 11.
recent.

Manifeſtiſſime demum, ex quo præfata pro-
teſtatio, ſeu præſervativa - *ſalvo Jure, & ſine
præjudicio majoris, ſeu verioris ſummæ* extitit
quoque clauſa iotra viſcera quietantiæ, quam
circa idem debitum præteritum reportavit præ-
fatus D. Thomas; quare cum ex ſupradicto Cal-
culo evidenter, ut præmiſimus, reſultaret, de
eo tempore pro ſolis præteritis fructibus decur-
ſis ante motum Iudicium, & ante ullam ſpeci-
ficationem deberi per Thomam Lucæ ſc. 5010.,
ecce iterum, qood non parum erat, quod prȩ-
fata

Digitized by Google

dem ſentorum 2010., idque ex conſtitutione, ſeu acceptatione ejuſdem D. Thomæ, qui præfatam
6 præſervativam abſque ulla contraria proteſtatione ſimpliciter acceptavit, ut optime in propoſitio poſt *Bald. in l. præcum ſub num. 1. verſic. aut non contradicis, C. de liber. cauſ. Franc. in cap. cum poſitionibus num. 6. de jure juran.* inquit *Angel. de Confes. lib 3. quæſt. 20. num. 83. Rot. poſt volum. 2. conſil. Farinac. deciſ. 352. nu-mer. 5.*

Emendato proinde, ut Juris erat, præfato errore Calculi, plurima D. Thomas congerebat circa ſubſtantiam præteritæ reſolutionis cor. Eminentiſſimo Priolo, in qua relaxatum fuerat Mandatum pro fructibus decurſis poſt motam litem, videlicet a die 16. Martii 1700. uſque ad 16. Septembris 1709. ſed nulla fuit habita difficultas, quod ea importarent ſcuta 570., & in hoc verſabatur prima pars reſcripti *in deciſis*, nam, & ſi ille refricare prætenderet, atque tentaret totum ante actum litigium ſub iiſdem pluries, atque pluries allatis, & reſpective repercuſſis, & quaſſatis objectionibus, *Domini* exiſtimarunt ſuperfluum deſuper amplius immorari, ſatiſque ſuperabundare ſe remiſſive habere ad præcedentes *Deciſiones*, & Judicata, eorumque iteratas Canonizationes Signaturæ Juſtitiæ cum Clauſula prius *S. P.*, nempe poſt alterum primum Judicatum ejuſdem Eminentiſſimi Prioli, ac demum cum altera proxime finali Clauſula rejective appellationis, ſcilicet - *Parita Judicata* edita poſt alteram ſucceſſivam Deciſionem *bo. me. Omanna Epiſcopi Giennen. 13. Junii* 1707. addita quoque deinceps poſt prædictum reſcriptum *Parite Judicate* ulteriori etiam in devolutivo confirmatione noviſſimæ deciſionis *coram Priolo*, quæ hodie revidebatur, & plenarie remanſit confirmata.

Et ita utraque &c.

ROMANA TREBELLIANICÆ.

Luna 15. Maii 1713.

ARGUMENTUM.

Late agitur quando trebellianica cenſeatur a Teſtatore prohibita, & quando non, & quando detrahenda ſit una cum legitima. & examinantur verba prohibitionem inducentia. & quo in loco ea appoſita legi debeant ad effectum, ut illa inducta dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Trebellianica quando detrahenda ſit per antipartem, ſive poſt detractionem legitimæ.*

2 *Heres ab inteſtato tenetur vigore clauſulæ Codicillaris reſtituere hereditatem heredi ſcripto in teſtamento, cum retentione pro ſe legitimæ, ac Trebellianicæ.*

3 *Fratres, vel ſorores conſuccedunt cum Patre, vel Matre Fratri ab inteſtato defuncto.*

4 *Qui pro ſe ipſis in reſtitutione hereditatis heredi ſcripto poſſunt pro ſe ipſis ad partes detrahere Trebellianicam.*

5 *Trebellianica ſemper detrahitur a primo herede gravato, non vero a ſecundo, ſeu fideicommiſſario.*

6 *Trebellianica ex quibus verbis dicatur prohibita, & ex quibus non.*

Verba trebellianicæ detractionem prohibentia quo loco ſtare debeant, & num: ſeqq: & nu: 24.

7 *Teſtator decedere non debet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

8 *Verba ut importent trebellianicæ prohibitionem debent ſtare vel ante, vel poſt injunctam reſtitutionem, vel gravamen fideicommiſſi.*

9 *Ad prohibendam trebellianicam non ſufficiunt verba dubia, & æquivoca, ſed clara, & univoca.*

10 *Trebellianica eſt debitum non ab Homine ſed ab ipſa lege, & Iure præſcriptum.*

11 *Clauſula* omni meliori modo *quid operatur in detractione Trebellianicæ.*

12 *Explicantur Authoritates ſuper eadem Clauſula loquentes*, & num. ſeq.

13 *Res judicata de ſtylo Sac. Rotæ venit omnino ſupponenda.*

14 *Trebellianica nedum detrahitur præter, ſed poſitive contra voluntatem Teſtatoris.*

Ad prohibitionem Trebellianicæ requiritur clara, & aperta mens Teſtatoris, & n. ſeq.

16 *Trebellianicæ prohibitio facta primo heredi, regulariter omnes ſucceſſores fideicommiſſarios afficit.*

Contrarium vide num. ſeq. *ubi affertur doctrina* Saliceti in L. ſancimus §. Cum Autem num: 8. ad Senat. Conſult. Trebell., & num: ſeqq.. *uſque* ad num. 22. *ubi refertur etiam altera Theorica* Marcatum ab Anguill. conſ. 81., *& optime enucleatur.*

23 *Voluntas nunquam trahitur ad incognita, & incogitata.*

24 *Trebellianica cenſetur prohibita ſi tota, & integra hereditas reſtitui demandatur.*

25 *Verbum* la proprietà -- *quando intelligatur de tota hereditate.*

26 *Verba adjectiva a ſuis ſubſtantivis ſeparari non poſſunt.*

27 *Exceptio* tua non inter eſt *opponi ſemper poteſt ei, qui agit, vel excipit circa id, quod illi non pertinet.*

28 *Legitima imputatur in Falcidiam, & Trebellianicam pure debitur. Filius pure fideicommiſſo univerſali gravatus unam tantum quartam detrahit.*

29 *Si per antipartem fiat detracti dotis unius Uxoris ex Sociis univerſalibus æqualis reſtat diviſio inter ſocios univerſales, ſed non æqualis perceptio.*

30 *In tranſactionibus ſolet hinc inde aliquid dari, vel remitti.*

31 *Detractioni Trebellianicæ quando renunciatum cenſeatur.*

DECISIO DCXXII.

CUraveram in extenſione prætetitæ *Deciſionet diei* 11. *Junii* 1712. ſuper hac controverſia, & reſpective materia in rei veritate apud *Scribentes* pręmaxime involuta, & quia etiam tractabatur juxta tenorem reſcripti tunc prodeuntis, quod infirmanda foret Sententia poſt decem & ultra annos prolata *coram bo. mem. Albergata Sac. Auditorii Decano* præviis tribus *Deciſionibus*, quæ ſunt *la* 51. 52., *&* 53. *poſt. Card. de Luca ſub tit. de Teſtam.* retexere non ſolum fundamenta earumdem *Deciſionibus Albergati*, ſed etiam afferre ſimilem adamuſſim conflictum habitum in applicatione propoſitionum Juris in eodem *Sac. Auditorio* in illa *Romana ſeu Legitimæ*, nec non lateraliter ſuper eadem collactatione Trebellanicæ in illa altera *Romana, ſeu Januen. Trebellianica*, ut latius ſub oculis appareret firmior opinio, cum qua, præciſive a prædicta unica Sententia *Albergati*, in Jure reſederat *Tribunal.* per pluſquam duplicem rem judicatam, & per innumeras propemodum *Deciſiones*, quæ anſam præbuerunt Impreſſoribus impinguandi *Mantiſſam*, *&* *Ornatum ad diſcurſ. Card. de Luca ſub tit. de Teſtam.*, ut ita mediante opportuna conciliatione ex variatione ejuſdem opinionis ſequuta in prædicta *Januen. Legitima*, præberi poſſet reſponſio, ſeu conciliatione *Deciſionibus Albergati*.

Et ſane finis illius totius controverſiæ in præfata altera *Romana, ſeu Januen. Legitimæ* extitit, quod contratabulato ex capite præteritionis Teſtamento Principis Nicolai Pallavicini per Ioannem Baptiſtam Centurionum illius Auum maternum, præexiſtentibus quoque tunc duabus ſororibus ejuſdem Principis Nicolai, inſimulque prætendentibus, tanquam æque gravatis vigore clauſulæ codicillaris reſtituere hæreditatem memorati Principis Cardinali Lazzaro Pallavicino hæredi ſcripto, Trebellianicam detrahere, & exinde præcognito, quod eadem Trebellianica verita eiſdem Sororibus non fuiſſet in Teſtamento Principis Nicolai, qui Auum præterierat.

Hinc proinde prænominatæ Sorores obtinuerunt, quod duæ unicæ totius hæreditatis eis aſſignarentur per antipartem ex integro aſſe, Auus vero præteritus conſequeretur plenum trientem ſuper reliquo remanente Aſſe, reſiduumque hæreditatis reſtitueretur prælaudato Card. Lazzaro Pallavicino hæredi per Principem inſtituto, ut latius habetur opportune, cum annotatione omnium *Deciſionum* in illa Cauſa editarum, prænarratum in prædicta mea *Deciſione a* §. *Agnoverunt uſque ad* §. *Sed conſilium*, ſub quo ulterius incidenter advertebatur quod conſilium eo tempore prudenter præſtitum in hac Cauſa per Inſignem Præceptorem meum *Card. de Luca*, utique ſpectato effectu, proficuum non fuit Domui Carbonianæ; Data enim paritate, quod neque in præſenti Cauſa prohibita eſſet fratribus Ducis Stephani Trebellianica uti rogatis reſtituere D. Duciſſæ per eamdem Clauſulam codicillarem, profecto ad ipſos quoque per antipartem ſpectaſſent duę uncię totius hęreditatis, illiſque detractis, plenum quoque triens adeptus fuiſſet Princeps Carboniani Ducis Stephani Pater pręteritus, & reſiduum hęreditatis reſtitui debuiſſet D. Duciſſę Hæredi ſcriptæ una cum gravaminibus illi in caſu obitus, & tranſitus ad ſecunda Vota per Maritum teſtatorem ſupradjectis.

Aſt quia *Domini* tunc in veteri propoſitione mihi ſuffragaotes exiſtimaverant, Trebellianicam hæredibus ab inteſtato per Clauſulam codicillarem gravatis fuiſſe interdictam in favorem D. Duciſſæ dilectiſſimæ ejus Vxoris, & hęredis ſcriptæ, facili negocio procedentes cum poſtremis judicatis in præfata *Romana, ſeu Ianuen. Legitimæ*, reſponderunt iidem, *Trebellianicam minime deberi*, ſed recte e converſo D. Duciſſa iterum gravatæ alio onere fideicommiſſi ad commodum unius ex filiis D. Comeſtabilis, ſive, quod idem erat ~ *Sententiam bo. mem. Albergati fore infirmandam*; caſura ſolum ſuo loco, & tempore difficultate circa modum poſtea detrahendi hanc Trebellianicam, an ſcilicet per antipartem, vel potius fuiſſet ante omnia deducenda legitima, quam ipſa Trebellianica, ex quo eadem D. Duciſſa non erat Soror, ſed Vxor defunctis Teſtatoris, & ideo in Jure conſiderata tanquam extranea nequiret illam prætendere per antipartem, ſed ex poſt, nempe detracta prius legitima, juxta diſtinctionem firmatam in toties, & neceſſario memora-
8 ta *Romana, ſeu Januen. legitimæ*, & ſignanter ſub *die* 15. *Iunii* 1685. *coram Matthæio*, *&* 17. *Iunii* 1686. *coram Benincaſa*, *&* 9. *Decembris ejuſdem Anni coram* Cardinali *Caccia* regiſtrata *in Mantiſſa poſt* Card. *de Luca ubi ſupra deciſ.* 28. nec non *die* 14. *Aprilis* 1687. *coram eodem*, quæ eſt in ordine *la* 30. *in eadem Mantiſſa*, & in illa altera *diei* 20 *Februarii* 1688. *coram Vrſino*, quæ pariter *ibidem* eſt in ordine *la* 32.

Hodie igitur validius reſtaurata pugna crediderunt *Domini*, in præſentibus facti circumſtantiis non omnino amplius congruere, ut infra, præfatas res judicatas *in Romana, ſeu Januen. Legitimæ*: quinimmo receſſerunt a præcedenti ſuffragio ſuper eo, quod Trebellianica ex Teſtamento Ducis Stephani cenſeri poſſet prohibita, quodque in omnem caſum ſi aliqua elici poſſet prohibitio, illa non jam in gratiam D. Duciſſæ, ſed in gratiam unius ex filiis Domini Comeſtabilis ultimo loco ſubſtituti foret applicanda, itaut reliquum totum, quod ad eamdem D. Duciſſam pervenit (dempta prius legitima jam de facto, ut ſupra, ſoluta Principi Carboniani (ſuo loco, & tempore reſtituendum foret a D. Duciſſa citra aliam diminutionem prælaudato filio Comeſtabilis, quemadmodum ſimiliter evenit in illa celebri Cauſa

Re-

Romana Hæreditatis, & reſpective *Trebellianicæ de Ruſpolis*, & ipſo quod. *Tribunal* reputavit, clar. mem. Marchioniſſam Ruſpolam gravatam reſtituere poſt ejus mortem D. Principi de Ruſpolis hæreditatem ſui Viri, nullam poſſe ex voluntate Teſtatoris deducere Trebellianicam, juxta *Deciſiones diei* 10. *Maii*, & 16. *Januarii* 1690. *coram Emerix Decano*, 15. *Januarii* 1691., & 11. *ejuſdem menſis Anni* 1692. *coram Eminentiſſimo Priolo*, & ſub *die* 19. *Iannarii* 1693. *coram bon. mem. Bcainaſa*, quæ referuntur in ſupradicta *Romana*, *ſeu Iannen. Trebellianica* 2. Martii 1693. *coram Pio*, quæ eſt in ordine *la* 61. *in Mantiſſa poſt*, *Card. de Luca ſuper materia de Teſtamen.*

Perpendendo itaque de novo ſubſtantiam præcedentis reſolutionis circa primam partem prohibitæ, necne Trebellianicæ; pro recedendo a deciſis *Domini* hactenus, ſeu iterum ſuffragantes pro ſolida baſe ſtabilivere, ac pro certo habuerunt illud fundamentum etiam admiſſum in præterita *Deciſione*, nimirum, quod ſequuta contratabulatione per aliquem Aſcendentem præteritum, is ad præſcriptum Juris efficiatur incontinenti directus, & legitimus hæres ab inteſtato, quamtumvis ad æque ſubſtinendam eo modo, quo poſſumus, voluntatem defuncti, idem præteritus ſtatim teneatur per Clauſulam Codicillarem reſtituere hæreditatem hæredi, qui legitur inſcriptus in Teſtamento, cum ulteriori, etiam jure retentionis pro ſe legitimæ,
2 vel Trebellianicæ, juxta *conſil. Alexandr.* 123. *num.* 10. *lib. primo Cephal. conſ.* 138. *nu.* 31. *lib. primo*, *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 32. *num.* 2., *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 2. *cum ſeq.*, *Rot. deciſ.* 579. *in fine par.* 5. *rec.* cum aliis, de quibus in antecedenti *Deciſione ſub* §. *Domini eo tempore*.

Cumque revera idem præteritus aſcendens, & rumpens ex capite ſuæ præteritionis Teſtamentum, effective non poſſit pro ſe, ut proſequitur anteacta *Deciſio* §. *Ut diximus*, ex capite puri fideicommiſſi, ſive incontinenti reſtituendi retinere inſimul ambas duas quartas, nempe legitimam, & Trebellianicam, ſed in ejus electione reſideat capeſſere alterutram, & & ſic facile legitimam tanquam (uti plerumque contingit) pinguiorem, prout quoque de facto contingit in præſenti Cauſa reſpectu Patris ſeu Principis Carboniani, non idcirco tamen ſemper exempta eſt hæreditas a ſolutione etiam alterius quartæ Trebellianicæ, quoties occaſio, vel caſus præbeant, quod inſimul cum Patre contratabulante ſuperexiſtant Defunctos fratres vel ſorores: annullato ſiquidem ob præfatam contratabulationem jam Teſtamento, & redeunte cauſa teſtati ad illam inteſtati, iidem Fratres, qui ex ſe de cætero contratabulare non poſſent, arrepta occaſione ſucceſſionis redactæ ab inteſtato, gaudent abſtractive beneficio illius conſucceſſionis, quam regulariter de cæ-
3 tero, Fratre ab inteſtato defuncto, habent quicumque Fratres, vel Sorores utrimque conjunctæ conſuccedendi cum Patre, vel Matre ejuſdem Defuncti, juxta ſancita in celebri *Authent. Defuncto, C. ad ſen. conſult. Tertallian.*, neve propterea in hiſce circumſtantiis reddatur hujuſmodi conſucceſſivo penitus inutilis eiſdem fratribus, & ſororibus conſuccedentibus, utpote ex abrupto, ſive cum eodem Patre vigore ejuſdem Clauſulæ codicillaris illico brevi manu reddere, ſive reſtituere obnoxiis hæreditatem ipſi hæredi ſcripto, Jura idcirco, & *Scibentes*,
4 nedum illis tribuunt ſolatium, ſed & burſale commodum, detrahendi ſcilicet in premium prædicti gravaminis ad partes Trebellianicam pro ſe ipſis, ad tradita per *Gabr. conſ.* 94. *num.* 19. *verſ. tertium lib. primo*, *Bellon. de jur. accreſcen. cap.* 6. *quæſt.* 16. *num.* 172., & *ſeq.*, *Rot. poſt. Merlin. de legitim. deciſ.* 69. *num. primo in Romana*, *ſeu Iannen. Legitima ſuper modo detrahendi Trebellianicam impreſſ. apud Card. de Luca de Teſtam. deciſ.* 28. *num. primo cum ſeq.*, & *in præterita mea Deciſione in* §. *Secundo fortius*.

Firmato itaque, quod Jus detrahendi hanc Trebellianicam competeret Fratribus Ducis Stephani ſimul cum Patre evaſis hæredibus directis, profecto conſequebatur, quod nullum Ius ſuper deductione ejuſdem Trebellianicæ ſpectare valeret ad D. Duciſſam, veluti inverſa figura effectam de hærede directa hæredem obliquam, ſive fideicommiſſariam, cum Trebellianica ſemper detrahatur a primo hærede gravato, & non a ſecundo, ſeu ſubſequente fidei-
5 commiſſario, ut pro regula pariter ſtabilitur ex *Textu*, & *DD. in* §. *Sed quia*, *Inſtit. de fideicomm. hæred.*, *Iaſon. in rubrica ff. eodem*, *Menoch. conſil.* 424. *num.* 16. & 434. *n.* 3. *Hondedconſil.* 59. *num.* 44. *lib. primo*, *Cephal. conſil.* 565. *num.* 39., *Peregrin. de fideicom. art.* 3. *num.* 4. & 5., cum aliis *in deciſ.* 397. *num. fin. coram Emerix Iun.*, & *deciſ.* 634. *num.* 2. *part.* 19. *tom. ſecunda Recent.*

Et licet ab hoc cæteroquin abſtractive ineluctabili fundamento declinatum extitiſſet in præcedenti *Deciſione* cum ſuppoſito, quod cum hujuſmodi Trebellianica tacite quoque prohiberi valeat, etiam primis hæredibus directis, quales ex præmiſſis evaſerant Fratres Ducis Stephani, de hac vero tacita, ſive virtuali prohibitione exiſtimatum fuiſſet in eadem præcedenti *Deciſione* ſufficientiſſime liquere ex verbis ipſius Teſtamenti Ducis Stephani inibi connotatis *ex* §. *Aſſumentes* una cum rationibus, ſeu ponderationibus ibidem deſuper adjunctis.

Nihilominus rurſus *Domini* rimantes præfata verba, quæ erant ſequentia -- *In tutta la mia Eredità inſtituiſco, faccio, e voglio, che ſia, e con la mia propria mano ſcrivo mia Erede univerſale la Signora Donna Lucretia Colonna mia dilettiſſima Conſorte liberamente, alla quale laſcio tutta la mia Eredità nel ſudetto, & in ogn' altro miglior modo*, in primis animadverterunt, quod eadem effre-

nata

nata verba non apparebant ullo modo appoſita
hæredibus gravatis, ſive in ipſo gravamine illis
injuncto reſtituendi, ut ponderare tantummo-
do ſolent *ſcribentes*, quoties examinant effica-
ciam prædictorum verborum ad tacite inducen-
dam ex conjecturata voluntate Teſtatoris pro-
hibitionem Trebellianicæ, quemadmodum præ-
6 ciſe in hac eadem Cauſa etiam diſtinxerant, &
conſideraverant præcedentes *Deciſiones coram*
Albergato nempe *decif. 51. poſt Card. de Luca in*
materia de Teſtament. ex numero 28. & decif. 52.
ex num. 3. cum pluribus ſeqq., & latius *in dec. 53.*
num. 1. & ſeqq. & ſignanter *num. 3.*

Reflectendo ulterius, quod alias neutiquam
daretur caſus etiam contra expreſſe judicata in
prædicta *Romana, ſeu Ianuen. Trebellianica*, in
quo non poſſet infallibiliter dici, Trebelliani-
cam ſemper eſſe prohibitam, quoties vellemus
verba tacitam prohibitionem inducentia, proot
hic, nimirum totalitatis, cum ſimilibus, etiamſi
ſolum appoſita in inſtitutione, talem effectum
operari, cum nulla legatur inſtitutio hæredis
directa, quæ initiative oon incipiat-- *In tutti gl'*
altri miei Beni ſtabili, o in tutta la mia Eredità
inſtituiſco &c. hæc enim quotidiana verba, quæ
leguntur per ſpeciem Formularii in omnibus,
& quibuſcumque Teſtamentis uſurpata, non iam
cenſentur per imaginationem adiecta ad prohi-
bendam Trebellianicam, de qoa neque tunc,
ceſſante hypotheſi, ſeu diſcurſu gravaminis,
aderat occaſio, ſed ſolummodo ioſcripta repu-
tantur ad finem explicandi, concipiendique
univerſalem inſtitutionem, & proinde ſimplici-
ter, ſeu dumtaxat pro evitando abſurdo, ne
ſcilicet; es quo verba inſtitutionis non caperent
7 totalitatem, ſeu univerſalitatem omnium, &
ſingularum rerum, quis decederet pro parte
teſtatus, & pro parte inteſtatus, ad *Tex. in l.*
Ius noſtrum, ff. de regul. Iur., *Gomez variar reſo-*
lut. tom. primo capit. 10. num. 10. verſic. ſecundo
quia, *Mantic. de conjectur. lib. 4. tit. 11. numero*
6., *Bellon. de Iur. accreſcen. cap. 10 quaſt. 16. poſt*
num. 21., *Rot. decif. 368. num. 6. par. 18. tom.*
primo Rec.

Et ob id, ut præmiſimus, uno ore iidem *Scriben-*
tes, ipſaque *Sacra Rota* convenerunt, quod ad hoc,
ut verba tota litatem hæreditatis importantia
apta ſint præſeferre hanc ſaltem tacitam prohi-
bitionem Trebellianicæ, coruſcare debeant
appoſita non jam io inſtitutione hæredis, cum
qua ſemper adſunt, ſed intra viſcera poſitiva
injunctæ reſtitutionis, & gravaminis reſtituendi,
purificata conditione, fideicommiſſum, que-
madmodum egregie explicant. *Fuſar. de ſubſtit.*
qu. 241. ſub num. 75., *Ciroce. diſcept. 3. nu. 19.*
Gratian. diſcept. for. 888. numero 10., *Rota de-*
8 *cif. 940. num. 9. coram Emerix Iun.*, & *in ſupra-*
dicta Romana, ſeu Iannen. Legitimæ 10. Martii
1684. coram clar. me Cardin. Mattheio, & *in*
Romana, ſeu Iannen. Trebellianica 7. Martii
1693 coram bo. mem. Pio impreſſ. poſt Conſtantin.
ad Statut. Vrb. decif. 6. ſub num. 20., & *21.*,
& *5. Iunii 1693. coram eodem Pio impreſſ. apud*
eumdem Conſtant. decif. 7. num. 19. & 20.

Sublata ex præmiſſis aptitudine hujuſmodi
verborum totalitatem importantium, nullius
profecto roboris effici viſa ſunt alia cumulative
ponderata in præcedenti *Deciſione*; Ultra enim,
quod, & eadem complicata verba imbibitam
ſemper habebant eamdem reſponſionem, quod
nempe ſtarent in primordiali inſtitutione hære-
dis, & non in ipſa ſucceſſive, ut requiritur, in-
juncta reſtitutione: adhuc tamen cum nemo non
ſciat, quod ad inducendam Trebellianicæ pro-
hibitionem minime ſufficiunt verba generalia
æquivoca, & quæ præciſe non inducant ex illa-
rum urgentia oſtenſionem, quod Teſtator intel-
leſerit omnino prohibere Trebellianicam,
9 quemadmodum de communiori opinione teſtan-
tur, *Eugen. conſil. 6. n. 61. lib. primo*, *Peregrin. de*
Fideicommiſſ. art. 3. num. 97., *Gratian. dicta*
diſcept. 888. num. 12. verſic. quia contraria opinio
Mangil. de imput. quæſt. 115. num. 42. & in ſupra
allegata Romana, ſeu Januen. Trebellianica ſe-
cunda Martii 1693. coram bon. mem. Pio impreſſ.
poſt Conſtantin. in ordine la ſentu num. 22.

Profecto verbum illud- *liberamente* - nequa-
quam præciſum hunc importabat intellectum,
ſed potius ſolummodo feriebat eam libertatem,
quæ reſpicit liberam utique poſſeſſionem, &
fruitionem hæreditatis uſque ad purificationem
reſtitutionis, aliarumque conventionum, quæ
a Teſtatore fuerint demandatæ, nuſquam vero
inferre dicitur ullam prohibitionem detrahendi
Trebellianicam, quæ eſt debitum non ab ho-
mine, ſed ab ipſa lege, & Iure præſcriptum,
10 ſicuti de hac veriori opinione teſtantur, *Alex.*
conſ. 214. lib. 6., *Eugen. d. conſil. 6. ſub n. 50.*
lib. primo, *Peregrin. conſil. 36. num. 4. §. Tertius*
eſt caſus lib. 2. & de fideicom. dicto artic. 3. n. 94.
& 96. per tot., *Mantic. de conject. lib. 7. tit. 12.*
num. 15. verſic. ſed tamen, & *num. 18. verſic. ſed*
diverſa Sententia, *Guidopap. quæſt. 537. ad fin.*
verſic. ſed contrarium, *Gratian. diſcept. foren.*
cap. 46. num. 16., & perſpicue firmat ipſamet
Rota coram Bich. decif. 294. ſub n. 27., quamvis
in contrarium laudata in præcedenti *Deciſione*
ſub §. Addito, quæve legitur repetita *decif. 42.*
par. 10. Rec.

Minuſque talem efficaciam ſortiri poterat
clauſula - *omni meliori modo* - Quoniam cum illa
adjaceret tantummodo per modum declaratio-
nis ipſi inſtutioni, & ſi de cætero præcedenter
pluſquam clare explicatæ, ſuperadiuncta idcir-
co ſolum cenſetur pro firmius ſtabilienda actus
validitate, aſt nequaquam pro ullatenus, vel
11 efficaciter ſaltem inferenda prohibitione Tre-
bellianicæ. Teſte *Eugen. in prædicto conſil. 6.*
num. 81. & ſeq., *Curt. Jun. conſ. 70. num. 11.*
lib. primo, *Menoch. conſil. 177. n. 26.*, *Honded.*
conſil. 45. num. 56. & ſeqq. lib. 2., *Mangil. de*
imput. quæſt. 115. num. 42., *Mantic. de tacit. &*
ambig. lib. 7. tit. 12. num. 28., *Gratian. diſcept.*
foren. dicto cap. 888. num. 12. verſic. quia, cum
aliis

aliis relatis in ſæpedicta *Romana*, *ſeu Jannen. Trebellianica 2. Martii* 1693. §. *Neque major*, & 5. *Iunii ejuſdem anni* §. *fin. coram bo. mem. Pio*, quæ impreſſæ reperiuntur poſt *ſupracitatum Conſtant. ad Stat. Vrb. deciſ.* 6. & 7.

Neque in hoc adverſari *Domini* agnoverunt *Authoritates* allegatas in præcedenti Deciſione nam *Cyriacus* minime figebat pedes ſuper prædicta Clauſula, ſed ſuper aliis longe urgentioribus, ut ex lectura: *Deciſio* 21. *poſt Merlin. de legitim.* eamdem Clauſula adduxit pro quodam
12 dumtaxat adminiculo, cæteroquin fundamentum reſolutionis capeſſendo ſuper præcepto, ne filiæ præteritæ aliud expetere poſſent de bonis Teſtatoris; Ac demum *Vrceolus conſult. for.* in adducto *cap. 6. ex num.* 35. baſim prohibitionis Trebellianicæ firmabat, quia aderat alia potentior, & evidentior Clauſula - *ſine ulla diminutione*.

Cæterum ſubjungebant *Domini*, quod inutiliter quodammodo tempus ſuper hiſce verbis, vel Clauſulis abſumebatur, dum non tantum *Cardinalis de Luca* Auctor conſilii, de quo meminimus in altera *Deciſione*, & connotavimus etiam ſupra, non ſolum abſolute credidit, ſive ſuppoſuit, fratribus Ducis Stephani infallanter competere Trebellianicam, ut in *dicto diſcurſ.* 40. *num* 8. *de legit.* verum etiam, quia haſce adamuſſim Clauſulas - *liberamente*, & *omni meliori modo* - jam *Rota* in enunciata Cauſa *Romana*, *ſeu Jannen. Trebellianica* definierat, minime præferre Trebellianicæ prohibitionem, ut videre eſt in prædictis ſuperadductis *Deciſionibus coram Mattheio*, & *coram Pio*; & conſequenter cum ſuper eadem Cauſa deinceps prodierit res
13 judicata, nihil ultra erat quærendum ſed eadem ea ſtylo *Tribunalis* hodie neceſſario erat ſupponenda, ut in fortioribus dixit *Rota coram Buratto dec.* 596. *n.* 1., *coram Merlino dec.* 707. *num.* 2., *coram Emerix jun. deciſ.* 1133. *in principio*, & *deciſ.* 1181. *num.* 18., & *in recentior. deciſ.* 604. *num.* 4. *par.* 5., *deciſ.* 189. *num.* 8. *par.* 11., & *deciſ.* 34. *num.* 2. *part.* 17. cum aliis allegatis in *Reatina Fideicommiſſi de Severiis ſuper fructibus* 21. *Iunii* 1712. §. *Ita nullatenus*, *coram Me*.

Corruentibus itaque verbis, & conjecturis erutis ab intrinſeco teſtamentariæ diſpoſitionis Ducis Stephani, in nihilo prorſus operativa reddebatur illa extrinſeca circumſtantia maxima dilectionis Teſtatoris erga Dominam Duciſſam: Siquidem, ultra quod ſemper Teſtatores inſtituendo aliquem in hæredem præcipuo eum amore proſequuntur, ut poterat dici etiam in caſu illo *Romanæ*, *ſeu Iannen. Trebellianicæ*, quando Princeps Nicolaus Pallavicinus inſtituit hæredem Cardinalem Lazzarum ejus Patruum amantiſſimum: Adhuc tamen vis in hac materia non ſtat in ſimplici intentione voluntatis, a qua Animæ potentia emanat effectus, & (ut dicunt *Phyloſophi*, & *Theologi*) concupiſcentia, ſed ſtat in explicatione adaperta, vel ex verbis valde explicata prohibendi, necne Trebellianicam, cum de reliquo in ipſo ſubjecto Trebellianicæ parum retenta in ſe voluntas inſpiciatur, ea quo Trebellianica nedum detrahitur præter,
14 ſed poſitive contra voluntatem Teſtatoris, juxta communiter teſtificata per *Bartol. in leg. nemo poteſt num.* 7. *ff. de legat.* 2. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *par.* 5. *num.* 112. & *ſeq. Peregrin. de fideicomm. art* 3. *num.* 86. *verſic. Sed contra*, *Cyriac. controverſ.* 11. *num.* 25. & *controverſ.* 263. *n.* 35. *Theſaur. quæſt. forenſ.* 30. *num.* 9. *lib.* 3. *Rota coram Emerix deciſ.* 940. *n.* 11., & *in Romana Fideicommiſſi de Matthiettis* 7. *Decembris* 1699. §. *Diximus*, & 29. *Aprilis* 1701. §. *Nec facit*, *coram Me*.

Certius autem neque poterat eadem potentia volendi in caſu noſtro ad actum vere volitum trahi, cum voluntas tranſgredi non poſſit cogitabile, vel cogitatum; quare quomodo valuit Dux Stephanus voluiſſe Trebellianicam Fratribus prohibere, ſi neque eos per ſomnium cogitavit potuiſſe eſſe hæredes; quinimmo a fortiori, ſi neque cogitavit, detrahi debere legitimam favore Patris, quod erat debitum de reliquo neceſſarium, & non poterat non velle ſolvere, qua nam ratione valuit cogitare, quod ex contratabulatione Teſtamenti Fratres ſibi fuiſſent ſucceſſuri, ut poſſet illis (ut revera potuit) prohibere Trebellianicam, quemadmo-
15 dum hoc ipſo argumento in his terminis perbelle uſa eſt *Rota in prædicta Romana*, *ſeu Iannen. Trebellianica* 5. *Junii* 1693. *impreſſ. penes Car. de Luca ad mater. de teſtam. in ordine la* 7. *num.* 19.

Atque ex his palam comperto, quod Trebellianica prohibita non fuerit in Teſtamento, de quo agitur, ſuperfluum *Dominis* videbatur deſcendere ad ſecundam inſpectionem exagitatam, atque diſcuſſam in *Deciſione* præcedenti, utrum ſcilicet dato, quod Trebellianica, etiam contratabulato Teſtamento, extitiſſet prohibita ſucceſſoribus ab inteſtato, adhuc hæc eadem prohibitio veſtiret totam diſpoſitionem in gratiam fideicommiſſarii, itaut non poſſet ſecundus, & obliquus hæres, qualis erat Domina Duciſſa, facere hanc detractionem, vel e converſo utrum potius prædicta prima prohibitio reputanda foret illius favore volita, ad incluſionem ſcilicet hujuſcemet Trebellianicæ commodo ipſius: ſed nihilominus ad opportunitatem deſcendere *Domini* non detrectantes etiam ad hunc ſecundum articulum, in hoc pariter, uti fecerant in primo, poſuere pro fundamento alteram
16 regulam promanantem a *Textu in leg. prima* §. *Denique*, *verſic. Inde Neratius*, *ff. ad Trebell.*, nempe quod prohibitio facta primo hæredi regulariter omnes ſucceſſores fideicommiſſarios afficiat, ut ibi - *Inde Neratius ſcribit*, *ſi hæres rogatus eſt reſtituere totam hæreditatem non deducta falcidia*, *rogato*, & *ipſo*, *ut alii reſtituat*, *non utique debere eum detrahere fideicommiſſario ſecundo quartam*, ibique *Gloſſ. in verbo* - *Secunda quar-*

quartam; & cum eo concordat tota Schola Scribentiam, nempe *Redenaſch. conſ.* 9. *n.* 138. *lib.* 1., *Marcian. conſ.* 1. *num.* 151., *Guidopap. quæſt.* 545., *&* 592. *ibique Adden verſic. Porrigitur*, *Simon. de Pret. interpret. ultim. volunt. fol.* 366. *num.* 24., *Urceol. conſult.* 38. *num.* 5., *de Luca ad Gratian. capit.* 245. *num.* 8., *Mell. obſervat. for.* 60. *num.* 4., *Rota coram Merlino deciſ.* 766. *num.* 13., & recte quoque obſervant *Deciſiones coram Albergato*, nempe *la* 51. *n.* 32. *& ſeqq.*, *& la* 53. *ſub num.* 11. 12., *& ſequen. ad ornat. Card. de Luca de Teſtament.*

Neque receſſum a prædicta regula ſuadere poterat doctrina *Salіceti in leg. Sancimus*, §. *Cum autem num.* 8. *ad Senat. Conſult. Trebell.*,
17 *& Mareabrun ab Anguill. conſ.* 81. *num.* 66. cum aliis collaudatis *in praecedenti Deciſione ſub* §. *Atque hinc*, per quos omnes affirmari videtur, quod quando primus hæres non detrahit Trebellianicam, ſeu fuit illa privatus, recte valet eam ſubducere ſecundus, ut præ cæteris ſtricte cum opinione, & judicato Catalani Senatus concludit *Cancer. variar. reſolut. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 31.

Quoniam in primis advertebatur, hujuſmodi doctrinam *Saliceti*, illiuſque ſequaciom non eſſe pacifice receptam, & quidem merito,
18 quia nimis de directo regulam ſupra relatam, eamque fundatam præſidio *Text. in d. l.* 1. §. *Denique. verſ. Inde Neratius*, *ff. ad Trebell.*, diametraliter infringeret, & redderet de vento; Et de facto contra eamdem *Doctrinam*, & ſignanter contra *conſilium Mareabruni* fuiſſe judicatum profitetor *Alciatus conſil.* 198. *num.* 56. *vol.* 9., & fuit quoque optime ponderatum in prima *Deciſione Albergati*, & generaliter propoſitionem robuſte impugnavit *Moneta de commut. ultim. volunt. capit.* 9. *num.* 290., cum cæteris relatis in antecedentibus *Deciſionibus hujus Cauſæ bo. me. Albergato* nempe *dec.* 51. *num.* 33., *& deciſ.* 53. *num.* 16. *inter impreſſ. poſt Cardinal. de Luca ad mater de Teſtament.*

De reliquo quoties eadem *Doctrina* recipi poſſet, ea (uti ſubiungebant Sribentes pro D. Magno Comeſtabile.) foret intelligenda intra ſuos limites, & cancellos, nimirum tantummodo in tribus caſibus, primo videlicet quotieſcumque perfecta forma Teſtamenti, illiuſque verborum, ille, qui apparebat ſubſtitutos
19 erat tamen adeo directe vocatus, ut veram figuram indueret directi hæredis, in his enim circumſtantiis applicari poterat Doctrina *Saliceti*, ſicuti illam intelleait *Mareabrun. ab Anguill. cod. conſil.* 81. *ex num.* 66. *& ſeqq.* ibi — *Quidquid enim ſit, quando primus hæres non poteſt, detrahere Trebellianicam propter naturam relictorum, ut Bartol. loquitur in leg.* 1. §. *Denique*, *ff. ad Trebell. dico, quod ubi hæres prohibitus eſt detrahere ſuo primo fideicommiſſario, ille primus poteſt detrahere a ſecundo, ita praeciſe tenet Saliect. in leg. penult. C. ad Trebell. & iſte eſt caſus noſter, quia non ex natura fideicommiſſi, ſed ex prohibitione facta per Teſtatorem propter verba directa, ſuper quibus vocat primum fideicommiſſarium, impediretur hæres detrahere primo fideicommiſſario.* & hanc explicationem amplexæ ſunt ſupramemoratæ *Deciſiones coram Albergato*, videlicet *la* 51. *nu.* 33. 34. *& la* 53. *ex num.* 16. *& ſeq. poſt Card. de Luca ad mater. de Teſtam.*

Secundus caſus (quem ſibi figurabant iidem Scribentes) ille erat, quando primus Hæres hæreditatem non adivit ſua ſponte, & voluntarie, ſed
20 coacte, cumque tunc beneficio deductionis Trebellanicæ privetur in *leg. Marcellus* §. *Quod ſi ſuſpecta*, *ff. ad Trebellian. gloſſ. in leg.* 1. §. *Denique ff. eodem*, *Peregrin. de fideicomm. artic.* 3. *num.* 6. *Moneta de commut. ultim. volunt. cap.* 9. *num* 291. nil mirum, ſi eamdem Trebellianicam abjure ea prædicto tantum capite prohibitam primo, detrahat ſecundus, & hoc ſolum intelligere voluiſſe profitebantur ijdem Scribentes *Cancer. variar. reſol. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 31. ſub illis verbis — *Quando hæres privatur Trebellianica.*

Tertium pariter memorati Scribentes ſupponebant caſum, in quo, vel ipſe Teſtator Trebellianicam prohibuerit, vel ipſe primus heres directus a detractione Trebellianicæ abſtinuerit in gratiam ſecundi hæredis, ſeu ſub-
21 ſtituti, ita liberalitatem aut unus, aut alter volens erga eumdem hæredem, ſeu ſubſtitutum exercere, & in hac ratione principaliter ſeſe de facto fundaverat *Mareabrun. ab Anguill. dicto conſ.* 81. *num.* 69.

Applicando itaque ad terminos præfatæ triplicis diſtinctionis, ſive caſuum, in quibus fortaſſe admitti potuiſſet *Doctrina Saliceti*, *& conſ. Mareabruni*, aliarumque ſequacium, certe palam erat, quod nuſquam congruere valebat primus, cum D. Duciſſa ex jam ab initio præmiſſis neque fuerit, neque potuerit eſſe hæres directa, ſed ſolum vigore legis, decidente Teſtamento, remanſerit, & extiterit per ſubſidium Juris in vim clauſulæ codicillaris effecta hæres obliqua: Minus aptari valebat ſecundus, cum utique non coacte, ſed omnino libere; & voluntarie tam Princeps Carboniani Pater, quam illius filii, & reſpective fratres Ducis Stephani, ejus adiverint hæreditatem: Non denique tertius, quia jam ex parte eorumdem fratrum ipſi vice ullius intentionis favendi D. Duciſſæ eorum jura renunciarunt, ſola contemplatione Patris, ne ei forte per concorſum præjudicium irrogaret receptum coſilium *a Cardinali de Luca dicto*
22 *diſc.* 40. occaſione detractionis legitimæ in ſenſu *Bartoli in leg. Pater filium num.* 8. *ff. de in offic. teſtam.*, quem ſub illo intermedio tempore ſequta fuerat *Rota in illa Romana*, *ſeu Iannen. legitimæ diei* 5. *Aprilis* 1683. *coram bon. mem. Matthæjo impreſſ. apud Torr. de Majorat. deciſ.* 48. & in ejus confirmatoria *ſub die* 10. *Martii* 1684. quæ pariter eſt impreſſa poſt *eumdem Torr. deciſ.* 58. Evi-

Evidentius autem ex parte Ducis Stephani Teſtatoris: non enim poterat unquam excogitari (reduente ad hunc effectum diſcurſu, de quo ſupra) quod ſi Teſtator non cogitavit per umbram potuiſſe ejus Teſtamentum interverti per preteritionem Patris, & aperiri coæqualem locum conſuccedendi ab inteſtato ejus. fratribus, quomodo dici valebat intendiſſe prohibere hanc detractionem prædictis fratribus, ſeu primis Hæredibus in gratiam D. Ducisse,
23 cum voluntas, ut innuimus nuſquam trahatur ad incognita, & incogitata, *Fagnan. in cap. ſignificatum num. 23. de Regular. Actolin. reſolut. forenſ. 111. num. 58. Gobb. conſult. 122. num. 42. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 1. tit. 3. num. 1. Rota coram Emer. Iun. deciſ. 952. num. 9. & dec. 34. num 26. inter in Vrbe impreſſas coram Me.*

Addebat aliquis ex *Dominis*, quod ex hoc inopinato caſu, qui evenit, inſurgebat etiam ſecundus non minus inexcogitabilis, ſed inveriſimilis, nempe quod idem Teſtator floridę ętatis non ſolum pręmori cogitaverit D. Duciſſę, ſed etiam ſine filiis, adhoc, ut præberi poſſet anſa diſputandi hodiernam quæſtionem certum quippe, erat quod relictis poſt ſe propriis liberis, Trebellianica, quando citra contradictionem directa remanſiſſet hæres D. Duciſſa, extitiſſet illi prohibita, cum ex ejuſdem Teſtatoris voto Primogenitus debuiſſet eſſe hæres: *Di tutto*, ut ipſe ait -- *La mia robba doppo però la morte della Signora Lucretia*, retenta ad hunc inevitabilem effectum natura illius verbi *tutto*, de qua diximus occaſione arguen-
24 di prohibitionem factam hæredibus ab inteſtato, & hoc, ut admiſſum quoque fuerat in antecedenti *Deciſione ſub §. Angebaturque*, & generaliter tradiderunt *Maſcard. de probat. concluſ. 1395. num. 7. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 12. num. 14. Ciroec. diſcept. 3. num. 19. Gratian. diſceptat. for., cap. 868. nu. 2. Adden. ad Burat. deciſ. 480. num. 19., Rota coram Emer. Iun. deciſ. 940. num. 8. & deciſ. 578. num. 12. par. 18. tom. 2. recen.*

Quin ullatenus ex hac dictione -- *tutta* -- repetita in primo gravamine D. Duciſſæ erga proprium filium Primogenitum poſſet ſubinde ob illius omiſſionem argui contrarium in propoſito poſtremę ſubſtitutionis unius ex filiis D. Comeſtabilis, cum vis non ſtaret in ſiccitate litteræ, dum etiam quando ſubſtituit proprium filium Teſtator non ſervaverat formam, & litteram præciſam inſtitutionis, a qua deduci pretendebatur Trebellianicæ prohibitio, nempe -- *In tutta la mia Eredità &c. alla quale laſcio tutta la mia Eredità* dum ſucceſſive dixerat ſimpliciter, ut vidimus -- *Voglio, che il primo figlio maſchio ſia Erede di tutta la mia robba*, & tamen ſicuti abſurdum fuiſſet cogitare, quod in caſu ſuperexiſtentiæ filii proprii Teſtatoriis D. Duciſſa rogata illi reſtituere prætendiſſet adverſus eum Trebellianicam detrahere, ita intro

ſpecta intrinſeca ſubſtantia univerſalitatis erat concludendum; quando enim poſtremo dixit -- *la proprietà*, etiam abſque repetitione -- *tutta*, perneceſſe hæc reputanda erat illa proprietas, & totalis ſubſtantia, quæ totaliter continebatur tam in prima inſtitutione, quam in ſecunda
25 ſubſtitutione, ad *Tex. in leg. Qui filiabus, ff. de legat. 1. Rota deciſ. 575. num. 1. part. 19. & in Eugubina Fideicomm. 3. Iunii 1709. §. Sed Teſtator, coram R̃mo Kaunitz Epiſc. Labacen.* illa quippe vocabula uſusfructus, & proprietatis, ut ibi -- *E volendoſi rimaritare. che non vi foſſero figli, ſia padrona ſua vita durante dell' uſufrutto, & a morte ſua la proprietà alli figlioli del Conteſtabile*, veluti mere adjectiva, ſive adiectiones, de per ſe ſtare non valent abſque appo-
26 dio ſubſtantiæ, ſeu bonorum, de quibus ſemper fuerat obloqutus, *Bartol. in leg. fin. §. Cui dulcia, ff. de Vin. Tritic. & Oleo leg. Ger. Spin. conſ. 8. nu. 10., Rota dec. 368. nu. 6. par. 1. diverſ. & dec. 46. num. 10. par. 14. recent.*

Agnitaque ob id identifica continuatione voluntatis, parum extolli merebatur judicatum in Curia Tholoſana, veluti conſtituens differentiam inter Uxorem, & Filium, & reſpective Patruum ultimum ſubſtitutum, per ea, quæ refert *Iacob. Ferrer. in ſuo tractatu ad Sen. Conſ. Trebel. cap. 14.* Cum enim ibi Teſtator prohibuiſſet, Vxorem ab initio inſtitutam detrahere Trebellianicam in reſtitutione filio facienda poſt ejus mortem, & quatenus hujuſmodi filius ſubſtitutus decederet ſine liberis, rogatus eſſet reſtituere Patruo hæreditatem citra repetitionem prohibitionis Trebellianicæ, optime quidem indicavit præfata *Curia*, licuiſſe nimirum filio detrahere Trebellianicam adverſus Patruum, quia filius, & non Vxor erat, qui contendebat Trebellianicam detrahere, proindeque, ut idem *Auctor* concludit, inter utrumque caſum diverſa militat ratio *cum Vxor extranea eſt perſona, non æque dilecta, ut filius.*

Iactis itaque a primo ad ultimum hiſce binis quodammodo lapidibus angularibus, nimirum quod Trebellianica non eſſet prohibita primis hæredibus, & quod, quatenus etiam fuiſſet, id nunquam tendere valebat in gratiam D. Duciſſæ, ſupervacaneum quodammodo reddebatur diſcurrere, quid ſaltem juxta primam partem dilemmatis, ſive ſuppoſiti agi deberet de Trebellianica, quæ fuit ad limites prædictæ cauſæ *Romana, ſeu Ianuen. Trebellianica* ſeorſim per ſorores Principis Nicolai detracta in præjudicium etiam primi hæredis Card. Lazzari Palla-
27 vicini inſtituti: Excluſa jam enim ſemper D. Duciſſæ, intrabat in ulteriori progreſſu de per ſe generale ad agium, ſeu reſponſum -- *Tua non intereſt*, de quo *in l. ille 13. §. Si de Teſtamento ff. ad Trebell. Caphal. conſ. 133. num 29. Gratian. diſcept. forenſ. 653. num. 28. & ſequ. Magon. deciſ. Florent. 1. num. 59. Rota coram Gregor. deciſ. 118. num. 5.* cum aliis quamplurimis *in*

deciſ. 21. in fine, & deciſ. 36. num. 5. inter in Urbe impreſſas coram me,

Sed adhuc evidens erat, quod eamdem Trebellianicam de conſenſu filiorum implicite detraxerat Princeps Carboniani; Statim enim ac prædicti ejus filii, mediante expreſſa tranſactione, de qua *Summario Domini Comeſtabilis numero unico*, remiſerant in gratiam Patris propria Jura, quæ alia non erant, niſi illa Trebellianicæ, vel abſtenſive ſe habuerant ab alia ejus petitione contemplatione ejuſdem Patris, ecce quod ea ipſo miniſterio juris, etiam citra explicitam mentionem Trebellianicæ, remanſit idem Princeps Carboniani unicus hęres, & cui debebatur utraque detractio Legitimæ, & Trebellianicæ, niſi quod utramque ſimul eodem tempore, & in eodem fideicommiſſo pure reſtituendo abſcindere in effectu non valebat, ſtante ad ejus arbitrium ſupradicta facultate alterutram ſubducendi, ut præter ſupra connotata animadverſum quoque fuerat in præcedenti
28 *Deciſione ſub §. Diximus*, & hic fuit *ſenſus Deciſionum bo. me. Albergati*, quando complicatam & ſatisfactam ſuppoſuerunt Trebellianicam cum Legitima, & ad hunc ipſum conferebant intellectum punctualiter *Iaſon. in l. filium num. 7. verſic. pone, quod iſte ff. famil. ereiſcund., Gaſp. Manz. de teſtam. tit. 12. de legitim. quæſt. 58. nu. 3., Gaill. pract. obſerv. lib. 2. cap. 121. num. 4., Marta de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 28. art. 6. nu. 12., Mangill. de imput. quæſt. 116. num. 62., Peregrin. de fideic. art. 3. nu. 49.*

Præciſius autem, & manifeſtius id apparebat, nempe, quod aliqua portio Trebellianicæ remanſerit incorporata, & incluſa in legitima; Quoniam nonne de facto Princeps Carboniani integras quatuor uncias retinuit ex toto univerſali Aſſe Ducis Stephani ſub titulo Legitimæ? Inde conſequens erat, quod detraxerit aliquid plus, quam importaret ſola legitima, quia procedendo cum terminis ejuſdem Cauſæ *Romana, ſeu Ianuen. Trebellianica*, illi ratione totius Legitimæ non competiviſſet, niſi in nudo numero, vel quota hereditatis, ſed non totius, cum fuiſſet prius per antipartem demenda Trebellianica, & As remanſiſſet in ſubſtantia diminutum, uti hoc ipſum practicatur quando per ſimilem antipartem fit detractio dotis propriæ Uxoris unius ex ſociis univerſalibus, æqualis ſiquidem reſtat diviſio inter ſocios univerſales, ſed non ęqualis perceptio, prout accidiſſet non data ablatione prædictæ dotis per antipartem, ſecun-
29 dum ponderata per *Michaler. de fratr. part. 2. cap. 28. num. 4. & 24., Roſſ. de Dote cap. 5. a num. 115. ad 126., Ciriac. diſcept. 67. num. 1., & ſeq.. Rota coram Cavaler. deciſ. 426. num. 2., coram Emerix Iun. deciſ. 563. num. 2. & ſeq. & in Sabinen. Diviſionis 28. Martii 1707. §. Labefacta coram Me*.

Et quia meminimus de tranſactione, adjungebat alter ex Dominis, quod ad normam ſubſtantiæ, & naturæ ejuſdem tranſactionis non erat ullo modo mirandum, ſi non fuit, niſi parva portio Trebellianicæ commixta per Principem Carboniani in ſua legitima, quia proprium eſt, & eſſentiale hujuſmodi tranſactionum, quæ fiunt ad lites diſſecandas, ut non totus rigor exigatur ſive ab uno, ſive ab altero ex tranſigentibus, ſed aliquid quandoque detur, vel remitta-
30 tur, ex mente *Text. in leg. Tranſactio, C. de tranſact., Alex. conſ. 40. num. 4. lib. 1., Roman. conſ. 244. num. 2., Mantica de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 1. n. 11., Andreol. controverſ. 288. n. 1. Card. de Luca de alienat. diſcurſ. 50. n. 3., Urceol. de tranſact. quæſt. 2. num. 8., Rota poſt eumdem deciſ. 3. num. 3. & coram Bich. dec. 192. num. 12. & in Recentior. deciſ. 447. num. 2. p. 2.*

Addito, quod cum in eadem tranſactione ſolemniter celebrata inter omnes de hac præclariſſima Familia Domus Columnæ ipſa D. Duciſſa generaliter renunciaverit omnibus, & quibuſcumque prætenſionibus etiam competituris, uſque ad illa verba - *& nullum Ius, nullaque actio remaneat ex teſtamento, donatione, aliiſque &c.* profecto conſequentiam veniebat, quod ſub eadem tranſactione fuerit, quatenus oporteret,
31 incluſa quoque, & comprehenſa ea parte D. Duciſſæ hæc prætenſio Trebellianicæ, ſicuti perſpectis ſimilibus verbis paſſim dici ſolet, & affirmari per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 568. num. 27., Copyc. deciſ. 159. num. 17., Gallerat. de renunc. lib. 4. cap. 2. num. 32.* cum aliis *in Romana Renunciationis 8. Iunii 1705. §. Accedebant, cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, confirmata *die 25. Iunii 1706. §. Quarto augebatur, coram eodem*.

Cumque præter hæc contenderent prælaudati Scribentes binos articulos promovere, an ſcilicet D. Duciſſa per tranſitum ad ſecunda vota effecta fuerit hæres mere uſufructuaria, incapax proinde detrahendi Trebellianicam, vel in omnem caſum, quod ei deberetur hæc Trebellianica, illa cenſeri poſſet conſumpta ex fructibus per eam perceptis a bonis hæreditariis Ducis Stephani ejus Viri, *Domini* reſolventes, ut ſupra, *pro receſſu a Deciſis*, nihil deſuper tetigerunt.

Et ita &c. Utraque &c.

BONONIEN. BENEFICIORUM DE CASTELLO.

Veneris 9. Iunii 1713.

ARGUMENTUM.

Inſtitutio ad Beneficium Iuris patronatus illi ſemper concedenda eſt, qui præſentatus reperitur a majori parte Patronorum; Et in hac materia multum attenditur ultimus ſtatus, & obſervantia præſentationum ſubſecuta.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes in Jure patronatus quoties probantur effectum ſortita per immemorabilem ceſſat præſumptio illius uſurpationis.*
2 *In jure præſentandi is ſemper eſt manutenendus, qui reperitur in poſſeſſione ultimi ſtatus.*
3 *Præſentationes ſingulorum ſicuti poſſunt fieri collegialiter, ita etiam expleri valent ad partes, & per acta diverſa.*
4 *In vacationibus Parochialium Patroni invitari debent per Edictum.*
5 *Et Patronus qui comparere detrectavit amittit Jus pro illa vacatione dumtaxat.*
6 *Sed præſervatur jus in aliis ſucceſſivis vacationibus.*
7 *In Iurepatronatus ſive gentilitio, ſive hæreditario quomodo facienda ſit præſentatio. In Iurepatronatus hæreditario vivo Patre præſentare nequit filius.*
8 *Iuſpatronatus quando in una linea remanere poteſt agnatitium, & familiare, & in altera hæreditarium.*
9 *Ius patronatus ex voluntate Patroni tranſire poteſt cum fideicommiſſo in volitum fideicommiſſarium.*
10 *Ad Beneficium is venit inſtituendus qui eſt præſentatus a majori parte Patronum exiſtentium in quaſi poſſeſſione.*
11 *In Iurepatronatus valent uno eodemque tempore ad præſentandum concurrere plures Patroni quorum unus unam alter duas habeat voces.*
12 *Admiſſus ſimpliciter, ſive indiſtincte ad præſentandum uti compatronus ſolis exiſtit pro æqua rata, ſeu virili.*
13 *Plures poſſeſſores unius fundi omnes in eadem poſſeſſione exiſtunt pro virili, & pro indiviſo.*
14 *Verbum* pro rata *præſumere facit actum fuiſſe geſtum a pluribus unuſquiſque pro ſua portione.*
15 *Præſervativa natura eſt nihil dare, vel tollere, ſed conſervare id, quod invenit in ſuo ſtatu.*
16 *Petitorium quoties fuerit præſervatum ſuper eo non eſt pronunciandum, ſed ſuper poſſeſſorio.*
17 *In judicio poſſeſſorio ſine repugnantia petitorii poteſt contrarium judicari.*
18 *Argumentum a fortiori deductum multum operatur.*
19 *Documenta quæ non ſunt de actis extare dicuntur extra Mundum.*
20 *Sententia in judicatam tranſacta eſt ſupponenda.*
21 *Extrema faciunt interpretari, & præſumere media.*
22 *Pro reſtrictiva inducenda requiritur ſemper dictio aliqua taxativa.*
23 *Præſentatio ab Ordinario admiſſa ſi*, & in quantum *nihil firmat, & ponit in eſſe.*
24 *Dataria Apoſtolica concedendo derogationem Iurispatronatus pro medietate ſemper intelligit reſpectu illorum qui exiſtunt in quaſi poſſeſſione ultima vice præſentandi.*
25 *Obſervantia in præſentationibus ad juſpatronatus eſt optima interpres.*
26 *Vltimus ſtatus quibus modis poſſit infringi.*

DECISIO DCXXIII.

Dicebam, etiam ita quotidie demonſtrante experientia, in illa *Vrbanien. Canonicatus inter impreſſas coram Me dec. 9. in princip.*, quod antiquitas, veluti Nylus, rerum humanarum initii caput abſcondens, plerumque præbet anſam forenſibus diſſidiis, & amaritudinibus ſed hæ procul dubio ex hoc capite frequentiores in dies audiuntur in frequentiſſima materia Jurium Patronatuum, quorum principium facile introſpici non poſſit ex fundationum tenore, itaut Eccleſia benigne agens, & nolens ob carentiam earumdem fundationum præjudicium inferre Patronis, eorumque ſucceſſoribus, qui exiſtant in poſſeſſione, ſeu quaſi præſentandi, coacta quodammodo fuerit hujuſmodi Jurapatronatuum admittere, & comprobare etiam reſpectu perſonarum præpotentiæ, & uſorpationis ſuſpicione non carentium: Licet enim agatur de Patronatibus prætenſis a Principibus, & Baronibus, vel Univerſitatibus habitis pro præpotentibus, nihilominus quotieſcumque liqueat, ultra immemorabilem, de ſimplici poſſeſſione, ſeu quaſi præſentandi per præſentationes effectum ſortitas per dimidium ſeculi quoad unam, vel alteram Familiam, vel Univerſitatem præpotentem, ceſſat præſumptio, vel ſuſpicio cujuslibet uſurpationis, & admittantur ſucceſſive ab eadem Eccleſia præſentationes quoque earumdem perſonarum, præpo-
1 tentium, quemadmodum finaliter ſtatuit, atque decrevit *Sac. ipſa Tridentina Synodus ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9.*, & connotarunt *Cardin. de Luc de Iurepatronat. diſcurſ. 5. num. 2. Adden. ad Baratt. deciſ.* 139. *num.* 17., & 18. *Rot. deciſ.* 609. *num.* 5. *coram. Cavaler.*, *deciſ.* 197. *num.* 41., & 42. *part.* 5. *Recent.*, & *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Et ob id*, *cor. Me.*

Ex hac ipſa vetuſtatis, rerumque intricatarum, & tranſactarum, caligine juncto Privilegio, ſeu beneficio, quod ſecum ſemper fert exiſtenti in poſſeſſione ipſamet poſſeſſio, eadem Eccleſia, quæ in ſe, & contra ſuam naturalem libertatem ab hac ſervitute Patronali paſſa eſt, ut vidimus, hujuſmodi onus, ſeu detrimentum, illud quoque prudentialiter, & rationabiliter ſufferri præcepit ipſiſmet Patronis etiam laicis, qui a ſola ipſius Eccleſiæ indulgentia, & benignitate conſequuti erant facultatem præſentandi Miniſtros ad Templa, Altaria, & ſacrificia, injungendo, quod quoties decernenda ſit ſimplex Inſtitutio de ſui natura, ubi differatur, ſemper damnoſa alterutri ex Præſentatis a diverſis Patronis inter ſe ſuper fundamentali jure ipſo præſentandi contendentibus, eadem Inſtitutio tribuatur illi, cujus Præſentantes fuerint in præcedenti ultima vacatione a Locorum

Ordinariis, cęteriſque Eccclesiaſticis ſuperioribus admiſſi, & conſtituti in quaſi poſſeſſione pręſentandi, relinquendo de cętero diſputationem ſuper proprietate ejuſdem Juris preſentandi pro futuris contingentiis, ſeu vacationibus examinandam, juxta notiſſima Decretalia
2 Summorum Pontificum pręſidentium toti Eccleſię univerſali, nimirum *Innocentii III.*, *&* *Alexandri* pariter *III. in Cap. Quærelam*, 24. *de elect.*, & reſpective *in Cap. Conſultationibus*, *de Iurepatron.* cum aliis late deductis *in prædicta Mediolanen. Beneficiis prima Aprilis* 1707. *§. Prima coram Me, in Matheranen. Parochialis* 11. *Ianuarii* 1712. *§. Quod autem*, *coram R. P. D. meo Falconerio*, *in Piſana Prioratus* 15. *Iunii* 1711. *§. Indubitabile & in ejus confirmatoria* 11. *Aprilis* 1712. *§. Et de facto*, pariter *coram Me*, *& in Caſſanen. Beneficii* 27. *Martii* 1713. *§. Dubitari*, *cor. R. P. D. meo Criſpo*.

Et ſane res diverſimode, & magis Sacroſancte ſtatui, & ſtabiliri non poterat: Non enim conſtito de certo initio, & fundatione, aut alias de certa conceſſione, & Indulto, in quibus profecto terminis ad ipſarum fundationum, ſeu conceſſionum tenorem, & ſenſum facile, & celeriter regulari poſſet, & definiri ipſa Inſtitutio, cum in conſequentiam neceſſariam recurrendum veniat ad aſylum factorum precedentium, iſta nunquam valent verſari in tanta ſoliditate, & claritate, ut non patiantur plures ambiguitates, & anfractus, exempli gratia, utrum illi, qui ab antiquiſſimo tempore præſentaverunt, ſeu præſentaſſe demonſtrantur, revera pręſentaverint ſoli, ſeu privative ad alios, qui poſſent extare ſimul veri Patroni, dum ſingulorum pręſentationes, ſicuti poſſunt
3 fieri collegialiter, ita etiam expleri valent ad partes, & per acta tempore, & re diverſa, ut appoſite obſervavit *Vivian. de Iurepatronat. part. 2. lib. 11. cap. 6. num. 25. cum ſeq.*, *Rota coram Emerix Iun. decis. 34. num. 10.*, *& in rec. dec. 463. in fin. par. 19. tom. 2.*

Fortius, quia quantumvis obtingente illa vacatione certo evincatur, nullos alios comparuiſſe, etiamſi fuerint invitati per Edictum, juxta cenſuram, & pręſcriptum in Parochiali-
4 bus per *Sac. Concil. Tri. ſeſſ. 24. cap. 18. de refor.*, & in beneficiis indifferentibus per *Text. in cap. final. de elect. in 6. Lambert. de Iurepa. part. 2. lib. 2. artic. 14. qu. 5. Garz. de Benefic. part. 19. cap. 4. nu. 3. Mar. Antonin. var. reſolut. lib. 3. reſol. 55. n. 1.*, *Vivian. de Iurepatron. part. 2. lib. 9. cap. 2.*, *Corrad. in prax. Benefic lib. 4. cap. 4. num. 28. & ſequen.*, & ob id veluti comparere detrectantes potuerint quidem labente interea tempore ad pręſentandum deperdere
5 eorum Jus pro illa vacatione dumtaxat ex *notat. per Innocent.*, *& alios in Cap. Quærelam*, *de elect.* cum reliquis per, *Rota decis. 3. nu. 24. coram ſan. mem: Alexandr.* VIII. attamen docto ſubinde, ſeu deinceps in aliis vacationibus de eorum Jure, ſemper poſſunt excipere, & replicare non ſolum cum regula familiari — *ſciebam Ius meum eſſe ſaluum*, ſed, & ulterius (quod eſt fortius) dicere tunc valebant, quod eorum Ius in
6 futurum pręſervabatur ab illiſmet Compatronis, qui actu pręſentarunt in anteacta vacatione, per ea, quæ paſſim firmata leguntur per *Abb. conſil. 54. ſub num. 3. part. 1. Calderin. conſ. 15. de Iurepatr. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 5. num. 115. Vivian. de Iurepatr. lib. 5. cap. 2. num. 37. Card. de Luc. de Iurepatr. diſc. 63. nu. 28. Adden. ad Gregor. decis. 417. num. 15. Rot. coram Alexandr.* VIII. *dicta decis. 3. num. 25.* cum aliis congeſtis in ſupradicta, *Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Secundus aſſurgit*, *cor. Me*.

Quin etiam proſequendo cum eodem ſuppoſito facti, nempe quod tempore pervetuſto hi, & illi præſentaverint, & non alii, adhuc vel raro continget, quod ſciatur, qua ratione, quo jure, quo titulo præſentaverint, ſcilicet an jure hęreditario jure ſanguinis, ſeu gentilitio, vel mixto, cum expreſſio ſola cognominum Pręſentantium quęve ſemper poteſt adeſſe, non efficiat ut per hoc Iuſpatronatus ſit familiare, cognominis etenim enunciativa exiſtit neceſſaria ad patefaciendum, quis fuerit ille Marcus, ille Antonius præſentans, alioquin ſine hujuſmodi cognomento id non appareret: proindeque fortior conjectura pro convincendo Iurepatronatus gentilitio, ſeu familiari e converſo exiſtat, quoties nempe Pater præſentat ſimultanee, ſive unacum filio, ſuaſque voces efformat, cum ſit tam Pater, , quam filius de eodem ſanguine, ad quem Ius pertinet æquo modo præſentandi, quod nequit contingere in Iurepatronatu expoſcente qualitatem Hęreditariam, quæ
7 vivo Patre ineſſe nequit in filio, ad plene tradita per *Spad. conſ. 12. num. 8.*, *& 19. tom. 2.*, *Gratian. diſcept. foren cap. 521. num 25. Vivian. de Iurepatr. lib. 14. cap. 2. num. 51. Rot. in Florentina Iuriſpatronatus de Ricaſolis coram Lancellotto impreſſa apud eumdem Vivianum part. 1. lib. 4. cap. 1. num. 71. §. De qua obſervantia*, *& coram Priol. decis. 159. num. 5.*, *& in recens. dec. 503. num. 14. part. 18. in Mediolanen. Prioratus 25. Iunii 1700. §. Superfluum*, *coram Me*, & ſucceſſive *in eadem ſuper qualitate agnatitia 18. Iunii 1703. §. Collimante*, *coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*, *& ſuper mixtura*, *& filius familias 15. Iunii 1705. §. Certius cor. Eminentiſsimo Priolo*, confirmata *die 29. Ianuarii 1706. §. Firmata*, *coram bon: mem: Caffarello*, *& in Romana Cappellania Sancti Nicolai 28. Iunii 1709. §. Ob id.*, *cor. Me*.

Quodque plus eſt, agnito quoque, & firmato quod Juſpatronatus de tempore per antiquo eſtiſteret penes unum, vel plures Columnellos, vel lineas in ſua vera, & propria qualitate gentilitia, & familiari, nihilominus (præciſive a cæteris contingentiis extrinſecis, in vim ſcilicet ſuppreſſionum, unionum, remiſſionum, & Tran-

Digitized by Google

Tranſactionum, eum ſimilibus) tortuitu, vel ea voluntate Pàtronorum pro tempore palam, & paſſim evenire poteſt, quod Juſpatronatus in
8 uno Columnello, in una linea remaneat in ſuo eſſe agnatitium, & familiare, & in altero efficiatur Hæreditarum per ea, quæ ſignanter ea *Cardin. de Luca de Iurepatron. diſc. 60. num. 29.* animadvertit *Rot. in dicta Mediolanen. Prioratus 25. Iunii 1700. ex §. Dicebat igitur eum ſeqq., & fere per tot. coram Me, & in d. Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Iunii 1709. §. Ad rem itaque* pariter *cor. Me*.

Rurſus ab effecto jam hæreditario poteſt iterum redire, & induere de novo qualitatem gentilitiam, ubi ſcilicet ille Patronus, qui poſſideat hujuſmodi Juſpatronatus in plena Hæreditaria qualitate diſponat, & ſignanter per ultimam voluntatem, ut idem Juſpatronatus ex ejuſdem Patroni expreſſa, vel etiam conjecturali ordinatione tranſeat cum fideicommiſſo, ſive in
9 volitum fideicommiſſarium, ſecundum ample connotata per *Cardin. de Luca de jurepatr. diſc. 18. num. 4. Vivian. eodem tract. part. 1. libr. 4. cap. 9. n. 28. cum pluribus ſeqq. Rot. poſt eamdem deciſ. 121. num. 4., & 6. & coram Zarat. deciſ. 114. num. 4., & in recen. deciſ. 136. num. 11. part. 13. in Barchinonen. Beneficii 25. Februarii 1701. §. Cum autem cor R. P D. meo Lancetta*, cum aliis plena manu ſuperadditis in *Tuden. Parochialis de Revertome 25. Iunii 1708. §. Caterum, coram Me*, confirmata *7. Decembris ejuſdem Anni §. Siquidem, coram R. P. D. meo Lancetta*.

Hiſce igitur rationibus, & fundamentis freti, & innixi in hodierna propoſitione *Domini*, cum quæſtio mediante reſcripto, & commiſſione Signaturæ Juſtitiæ *conſtite de duabus* rediviſſet *ad Noſtrum Tribunal* poſt Inſtitutionem decretam ab Ordinario Bononiæ ad Beneficium *SS. Mariæ, & Lucæ* in perſonam Antonii Galeatii præſentati a Co: Bartholomæo Patre de Caſtello, nec non Comite Balthaſare Patruo, & una ſimul a DD. de Aldrovandis, & Comite Ludovico Buccaferro cum ſubſecuta confirmatione ejuſdem Inſtitutionis *coram R. P. D. meo Criſpo*, præviis duabus *Deciſionibus* editis *coram eodem*, altera ſub *die 2. Maii 1712.*, & altera *ſub die 12. Decembris ejuſdem Anni*, nullatenus ambigere, quominus in hodierna quoque Audientia reſpondendum eſſe exiſtimaverint, -- *Conſtare de duabus*. —

Perſpicue ſiquidem dignoverunt, quod cum de Anno 1669 contigiſſet ultimo loco vacare hoc ipſummet Beneficium *SS. Mariæ, & Lucæ de Caſtello* per obitum Galeatii Comitis de Caſtello, pacifice inita, & admiſſa reſpective fuit per Eccleſiaſticum Superiorem præſentatio in perſonam Joannis Baptiſtæ pariter Comitis de Caſtello expleta per eoſdemmet Auctores modernorum hodie Præſentantium, nempe Com. Herculem Mariam de Aldrovandis, Antonium Co. de Caſtello, Co. Proſperum Philipum ejuſdem pariter Familiæ, & denique Blancam nuptam in Domo d. Buccaferris, uti liquebat ex effectiva Inſtitutione, & ſententia Ordinarii, de qua in *Summ. diſtributo coram R. P. D. meo Criſpo die 2. Maii 1712. num. 7.* hinc proinde conſequenter, licet in præſenti conflictata vacatione idem Co. Proſper Philippus a cæteris compatronis ſecedens abierit in perſonam Co. Catelani, adhuc utique ad terminos eiuſdem ultimi ſtatus, *Sacrorumque* reſpective *Canonum*, de quibus ſupra, inſtituendus erat Co. Antonius Galeatis veluti præſentatus a majori ſuperext ante parte eorumdem Patronum exiſtentium ex perſona ſuorum in noviſſima actuali quaſi poſſeſſione
10 ultimæ præſentationis, juxta celebrem cenſuram *Textus in cap. quoniam 3. ibique Gloſſ. verbo qui maioribus, de Iurepatr., Canon. decernimus, & Canon. Monaſterium 16. quæſt. 7. Capon. diſcept. for. 67. num. 5. tom. 2. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quaſt. 13. num. 19. Card. de Luca de Iuriſdict. diſc. 61. num 10., Rota deciſ. 363. num. 10. part. 19. in Romana Cappellania S. Nicolai 28. Iunii 1709. §. Verum his omnibus, coram Me, in Piſana Prioratus 15. Iunii 1711. §. Pro Informante*, pariter *coram Me, & in Melevitana Beneficiorum 10. Junii 1712. in principio, coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Sentientes profecto hujuſmodi vim promanantem ab hoc ultimo Statu, ſategerunt ſcribentes pro Co. Catelano, ut diximus, præſentato a ſolo Co. Proſpero Philippo controvertere, quod non idcirco valebant dicti præſentantes Antonium Galeatium ſecundum non præſuppoſita in re veritate plures, ſeu pro majori parte Compatroni, dum Ordinarius in eadem ſimplici Inſtitutione conceſſa ſub prædicto anno 1669. nullatenus diſtinxerat, aut canonizaverat ratam præciſam, ſeu portionem vocis uniuſcujuſque perſonæ, ſeu præſentantis, ſed ſolum expoſuerat in genere, ſibi *conſtare de Jurepatronatus mediante Decreto Curiæ Archiepiſcopalis Bononiæ* paulo ante edito, quando nemo non ſcit, quod in uno, eodemque Patronatu valent concurrere ad præſentandum Patroni, quorum ſimpliciter unus (uti prætendebat Proſper Philippus) habet duas tertias, vel medietatem, vel fere totum Patronatum, alii vero ſimplicem obtineant portionem etiam portionis, ex iis, quæ
11 habentur penes *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 61. n. 16., & 17. Rot. coram Dunozett. dec. 983. num. 2., & dec. 52. num. 23. inter in Urbe impreſſas coram Me, & in Melevitana Beneficiorum 10. Junii 1712. §. Quod autem, coram R. P. D. meo Aldrovanda*.

Aſt adamuſſim ex hoc ipſo, quod Ordinarius non diſtinxerat præciſe portiones uniuſcujuſque Præſentantis, ſed æque omnes admiſerat ad præſentandum, quodque plus eſt, ſtatim ac ipſe Proſper Philippus in eadem præcedenti vacatione inſimul cum aliis perſonis compræſentans non expreſſerat, pro qua voce, pro qua parte præ-

Digitized by Google

præſentabat, ſed æque pariter, & concorditer citra ullam proteſtationem admiſerat alios Compatronos ad præſentandum, & demum ab inſtitutione ita indefinite decreta per Ordinarium minime appellaverat, aut aliquam pariter proteſtationem emiſerat, profecto ſubintrabat de plano illa præſumptio naturalis, & juridica, quod quilibet admiſſus ſimpliciter, ſive indiſtincte ad præſentandum uti compatronus, exiſtat
12 talis pro æqua rata, ſeo virili, per ea, quæ in ſpecie connotavit *Lambertin de Jurepatr. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 25. ſub n. 15. Palm. ſen. conſ. 10. n. 5. verſ., & quot, Rot. coram Burat. dec. 633. n. 2., & in rec. dec. 268. n. 8. part. 15., & in Matiſſ. ad Card. de Luc. de Jurepatr. deciſ.* 19., & 20. utrobique *num.* 5., cum aliis relatis *in prima hujus Cauſæ Deciſione diei 2. Maii* 1712. §. *Negare, coram R. P. D. meo Criſpo*, & in illius confirmatoria *diei 12. Decembris ejuſdem anni*, pariter *coram eodem R. P. D. Criſpo*.

Id ipſum proſequendo noſtros in ſubſtantia terminos poſſeſſionis, ſeu quaſi videmus præſumptive, & inſimul de jure ſemper receptum, quod ſi dicatur, Titium, & Mævium, ſeu plures perſonas exiſtere in poſſeſſione talis fundi, talis rei, citra aliam expreſſionem quotæ, ſeu portionis, unuſquiſque in hoc caſu cenſeatur
13 eſſe in tali poſſeſſione pro æquali, & pro indiviſo, ut an *Gloſſ. in l. ſi quis fundum* 43. *verb. locus, & ibi Bart. ff. de acquir. poſſeſſ. Calcan. conſ.* 36. *num.* 18. *Gratian. diſcept. for.* 555. *n.* 1., *Coſta de ration. ratæ quæſt.* 71. *in fin. Maſcard. de probat. concl.* 1204. *num.* 7., & 8. *Rot. coram Seraphin. dec.* 1303. *num.* 10.

Atque hæc abſque ulteriori progreſſu forte ſuperabundaſſent ad terminos præcitatorum *Canonum*, ſeu expreſſarum *Decretalium*; verum robuſtius, atque geminate coadiuvativus, ac etiam de perſe validiſſimus inſurgebat alter Status anni 1656., in quo pariter vocato tunc hujuſmodi Beneficio per obitum Co. Scipionis de Caſtello, idem Proſper Philippus, ſeu ejus Tutrix cumulative præſentavit Co. Carolum de Bentivolis, nec non Co. Galeatium de Caſtello fratrem Antonii Compatroni, qui & ipſe unice præſentavit eumdem Galeatium fratrem, cumque Hercules de Aldrovandis ad partes nominaſſet Annibalem de Aringheriis, nihilominus Ordinarius inſtituendum cenſuit eumdem Galeatium, obtentiſque deſuper litteris Apoſtolicis, quæ nuncupantur *pro Præſentato*, in eumdem Co. Galeatium ſucceſſive conſentiit prænominata Blanex: quapropter ea omnia, quæ nominata fuere in ſtatu Anni 1669., ad unguem intereeſſerunt etiam in altera vacatione Anni 1656. abſque eo, quod pariter Tutrix Proſperi Philippi tunc, proteſtata fuerit de majoritate portionis ex perſona ejus filii quomodolibet prætenſa, quin potius ſupervenit notabilior eotemporis circumſtantia, quod toties memorata Blanca ſuperaddidit in ejus præſentatione, de qua *d. Summ. n.* 14. clariorem expreſſionem -*uti Domina, & Patrona pro ejus rata*, quod ſane vocabulum *rata* magis roborat præſumptionem Juris, de qua ſupra, quod nempe intelligatur
14 facta per quoslibet Patronos *pro virili*, ſeu *æquo Jure, & portione*, uti ſubnectere, & demonſtrare videntur in propoſito poſt *Text. in l. Inſula, verſ. prorata, ff. qui pot. in pign. habeant gloſſ. in cap. Rainaldus in verb. pro rata, de Teſtam. Alexand. conſ.* 72. *num.* 8. *lib.* 5. *Coſt. de ration. rat. præmiſſ.* 6. *num.* 4., & ponderatum extitit in præcedentibus *Deciſionibus*, nempe diei 2. *Maii* 1712. §. *Addito*, & diei, 2. *Decembris ejuſdem Anni* §. *Ponderando, coram R. P. D. meo Criſpo*, & in terminis *Rot. deciſ.* 65. *num.* 2. *poſt Vivian. de Jurepatr.*

Quin ullam involueret difficultatam, quod eo tempore Ordinarius admittens præſentationem Patronorum, & inſtituens Galeatium Præſentatum, in fine ejus Sententiæ, de qua *Summ. num.* 16. ſuperadiecerit eam reſervationem, ut ibi - *reſervata nobis cognitione, pro qua parte dictum Iuſpatronatus pertineat ad eoſdem Compatronos in Actas nominatos*, ac propterea evidentius appareat, & ſignanter in hac præſentatione anni 1656. quod nullatenus extiterunt in eo caſu diſcuſſæ, & definitæ veræ ratæ, veræ portiones
15 vocum Patronalium, juxta regulam, & naturam ſimilium reſervationum, de qua *Peregrin. conſ.* 36. *num.* 9., & *conſ.* 45. *num.* 10. *lib.* 6. *Cephal. conſ.* 441. *num.* 99. *lib.* 3. *Noguerol. allegat.* 25. *num.* 142. *Barboſ. tract. var. clauſ.* 135. *num.* 4. *Rocc. diſp. Jur. ſelect. cap.* 59. *num.* 10., *Rot. in rec. dec.* 228. *num.* 8., & *ſeqq. part.* 9., & in terminis dictum fuit in illa *Piſana Prioratus* ſuperius allegata *ſub die* 11. *Aprilis* 1712. §. *Quin ullatenus, coram Me*.

Quoniam hujuſmodi objectum, ſeo ponderatio jugulabatur incontinenti ab evidenti replicatione, nimirum, quod utique non fuerant eo temporis diſcuſſa, aut difinita prædicta, ſed nec difiniri ad normam Juris valuerunt, ſeu poterant, cum notoria ſit propoſito, quod in hiſce materiis concernentibus Inſtitutionem, velut unice pendentibus a quaſi poſſeſſione, poteſt quidem ad finem colorandi poſſeſſorium aliquid deguſtari de ipſo oppoſito bono Jure, ac proprietate, ſed de cætero præſervata illius cognitione ad petitorium, pronunciandum regulariter venit ſuper ſimplici poſſeſſorio, prout ſtatuendo judicarunt præfati ſupremi Iudices, &
16 reſpective Legiſlatores, & Summi Pontifices *Innocentius III.*, & *Alexander* III. in enunciatis *Decretalibus*, & de facto hoc ipſum etiam exiſtimavit *Sac. Auditorium* injungendo etiam de conſenſu Partium, quod ad partes proponeretur, ſeu diſcuteretur bonum Ius ſuper pertinentia inter Patronos contendentes ſuper ſimili Iurepatronatus, uti videre eſt *in Bovinen. Archipreſbyteratus* 27. *Februarii* 1711. §. *Quemadmodum, coram Rmo Molines Decano*.

Cæterum ex alio quoque capite prudenter undique Ordinarius hanc reſervationem appo-

fuit

fuit in prædicta ſua Sententia; quia cum Co.
Herculea de Aldrovandis, ſicuti coruſcat in
d. Summ. num. 15. prætendiſſet de eodem Anno
1656., quod nedum pars, ſeu portio ejuſdem
Iuriſpatronatus *S. Mariæ*, *& S. Lucæ de Caſtello*,
ſed totum, & integrum ipſum Iuſpatronatus ad
eum ſpectaret, neceſſe erat, quod ad normam
Decretalis Innocentii III. *in cap. Querelam* 24. *de
Elect.*, ut ibi - *Salva quæſtione proprietatis*, audita
hac expreſſa poteſtatione Com. Aldrovandi
illius examen remitteret ad ſuum Iudicium, ſibique
illud reſervaret, quando de reliquo tanta
eſt vis, ſeu privilegium Iudicii poſſeſſorii, ut
ſine deſtructione, & repugnantia primi, poſſit
17 contrarium judicari in ſecundo, *ex not. per Scapuc
de Salvian. Interdict. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 4.,
Scacc. de Sent., *& re Iudic. Gloſſ.* 14. *quæſt.* 19.
num. 97. *verſ. Primus caſus*, *Gratian. diſcept. For.
cap.* 569. *num.* 34., *& ſeq.*, *& cap.* 681. *ſub
num.* 27., *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38.
num. 74., *& n.* 223., *Poſt. de manut. obſerv.* 8.
num. 45. *cum pluribus ſeqq.*, *Rota poſt eumdem
dec.* 247. *num.* 20., *& coram Seraphin. deciſ.*
1405. *num.* 4., *& coram Coccin. dec.* 125. *n.* 1.,
& 4.

Quin etiam ulterius ex hac eadem reſervatione
cognitiones ſuper pertinentia proprietatis
facta per Ordinarium in Sententia, & ex
eadem cauſa illam faciendi, nempe proteſtationis
emiſſæ tunc per Com. Aldrovandum,
aliud junctim emergebat potentiſſimum argumentum
pro ſubſtentanda magis, atque magis
Inſtitutione hodie conceſſa Antonio Galeatio;
dum enim ipſe numerabat pro ſe præſentationem
quoque receptam a DD. de Aldrovandis
cauſam ſortientibus a præfato Com. Hercule,
qui fuerat proteſtatus, ſe eſſe unicum,
& ſolum Patronum, utique inferre quodammodo
neceſſe erat, ſeu probabiliter opinari,
quod ſaltem eadem Vox in proprietate pertinens
DD. Aldrovandis, cæteris tribus præſentationibus
adjuncta, foret pluſquam ſufficiens
ad conſtituendam majorem partem, maxime
in ſimplici concurſu unius, qualis erat Pro-
18 ſper Philippus deſtitutus hujuſmodi fulcimento
aliarum præſentationum, applicito ad hunc
effectum illo argumento, quod nuncupatur a
fortiori per *Auth. multo magis*, *C. de Sacroſ.
Eccleſ.*, *Rot. dec.* 89. *num.* 14. *inter impreſſas in
Urbe coram Me*, *& in Firmana Fideicommiſſi* 2.
Maii 1712. §. *Rurſus* pariter *coram Me*.

Hinc igitur nil mirum, ſi præcognita efficacia
hujuſce etiam Status Anni 1656. in antecedenti
colluctatione ſequuta *coram R. P. D.
meo Criſpo*, & ſignanter *ſub die* 12. *Decembris*
1712. per Defenſores Comitis Catelani impugnabatur
legalitas præcitatæ ſententiæ relatæ
in dicto Summario Num. 16., ex eo defectu,
quod non reperiretur in Actis, & ideo, ut di-
19 cunt noſtri Practici, foret extra Mundum,
& præſertim poſt *Caſtrenſ. in l. Ait Prætor*,
§. *Si Iudex*, *verſic.*, *& pro hoc*, *de re Iudic.*,
Rodolphin. in prax. iudic. par. 1. *cap.* 2. *num.* 119.,
Beltramin. ad Gregor. deciſ. 224. *num.* 6., *Rota
in recen. deciſion.* 404. *ſub num.* 2. *verſic. Nam
fuit reſponſum par.* 8. *rec.*

Veruntamen, ultra quod eadem *Deciſio prædicta
diei ſub* §. *Parum relevante*, hanc oppoſitionem
abunde divulſerat, ſub illa forti verificatione,
& comprobatione veritatis, præexiſtentiæ
præfatæ ſententiæ, ex quo Beneficium
poſtea vacaſſet per mortem ejuſdem Rectoris,
qui apparebat inſtitutus in eadem controverſa
ſententia; Nihilominus exceptio hæc merito
non fuit adducta, ſeu repetita in hodierna
Audientia *coram Me*, quoniam deinceps (licet
cum diſpendio, quod poterat evitari) tranſportatus
extitit legitimis Proceſſus omnium Actorum,
deficiente ſolum poſt expetitam expeditionem
ipſa materiali ſententia, quæ pluſquam
plene ſuppleta remanſit ex prædictis circumſtantiis
ponderatis *coram R. P. D. meo Criſpo*,
cum enim liqueret de legitimo præexiſtenti
Proceſſu pro habenda eadem ſententia efformato,
liqueret de poſtulatione expeditionis,
de effectiva prolatione ejuſdem ſententiæ, uti
teſtabatur Actuarius ſub eodem Proceſſu, liqueret,
denique de effectu ipſius ſententiæ ob
vocationem ſequuta per obitum illius, qui in
copia ejuſdem ſententiæ dicebatur fuiſſe inſti-
20 tutus, certe quod hæc ſententia uti medium
neceſſarium erat ſupponenda, ad regulam
Text. in l. ſicut, §. *Non videtur*, *ff. quib. mod.
pign. vel hypoth. ſolu. Barboſ. tract. var. axiom.*
145. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 33. *num.* 2. *apud Poſth.
de manut.*, *& coram Vbald. deciſ.* 20. *num.* 5.,
& in rec. deciſ. 661. *num.* 18. *par.* 18., *& in
Romana Pecuniaria* 28. *Iunii* 1702. §. *Et quidem*,
cor. Me.

Conſtabilitis itaque hiſce duobus limpidiſſimis
ſtatibus, eiſdemque hucuſque ad exuberantiam
ab omni objectatione poſſibili vindicatis; ſupervacaneum
reddebatur divagari ſuper quibuſdã
ſtatibus tria, vel quatuor ſęcula tranſcendentibus,
cum pręmiſſa *Decretalia* non ſtatus tam
antiquos, & facile per immutationem rerum
in tanto temporis decurſu alterabiles, ſed ultimum
dumtaxat (multoque magis geminos
eoſdemque uniformes, prout hic) ſtatuant fore
attendendum, præſertim dum etiam perſpicue
omnibus præmeſſis antiquiſſimis ſtatibus,
qui circumferrebantur pro parte Comitis Catelani,
ſolide, & accurate ſatisfecerunt prædictæ
binæ præcedentes *Deciſiones*, quæ emanarunt
coram R. P. D. meo Criſpo die 2. *Maii*, *&
die* 12. *Decembris Anni* 1712., citra faſtidioſum
laborem repetendi jam dicta; Addito quod
in eiſdem *deciſionibus* lucide ulterius demonſtratur,
quod tam ante quam poſt prætenſos
ſtatus in oppoſitum, aderant procul dubio alii
ſtatus contradictorie diſformes, & reſpective
militantes a favore Antonii Galeatii, non enim
media faciunt præſumere, vel tolli extrema,
21 ſed potius, & omnino in oppoſitum extrema
faci-

faciunt interpretari, & præſumere menia, ut inquit *Juris conſultus in L. Qui filialibus*, *& L. Si Servus plurium §. final. ff. de Legat. 1.*, *& L. 1. Cod. de liber præter Muſcard. de probat. lib. 3. conclſ. 202. num. 7.*, *Afflict. decif. 595. n. 5. Rot. decif. 111. n. 42.*, *& 43. par. 5. recent.*

Solumque ad clarius evertendos eoſdem prętenſos ſtatus intermedios, ſcilicet quoad Beneficium *S. Marię* de Anno 1385., & quoad alterum *S. Lucæ* de Anno 1416., *&* 1433. poterunt ſuperaddi genericæ, ſed tutæ, & abſolutæ propoſitiones ſupra ab initio etiam ex induſtria præmiſſæ, nam quod ex prædicta præſentatione expleta de Anno 1385. ſpectare liqueret [ut prætendebatur a Comite Catelano] Iuſpatronatus ad tres ſolos Familiæ de Caſtello, unde poſtea per genealogias, & deſcendentias involveretur, ſeù afferetur prætenſus deſcenſus omnium ferme iſtarum Vocum in Co. Proſperum Philippum, qui eumdem Com. Catelanum filium pręſentaverat, profecto ſiquidem
22 palam, ſive prorſus minime hoc in prædicto ſtatu Anni 1385.; legebatur, cum lectura *Summarii* exhibiti hodie *coram* Me ex parte Comitis Catelani *num.* 1. manifeſtaret, quod licet ſimpliciter poſt enumerationem trium in ſubſtantia præſentantium pronunciaretur *qui omnes ſunt Patroni*, de hoc tamen non conſtabat ex aliqua Sententia Judicis Inſtituentis ſed dumtaxat ex ſimplici, ſimulque inter prædictos tres Columnellos confecto extrajudiciali Inſtrumento præſentationis, in quo iidem Præſentantes ſupponere, & dicere poterant quidquid volebant: Coeterum nec aliquid in rei ver.tate dicebant, ſeu concludebant dicendo enim *Omnes ſunt Patroni*, nullatenus per hoc inferebatur -- *hi omnes ſunt Patroni* ad hunc etenim effectum reſtrictiuum requiritur ſemper dictio aliqua taxativa *ad Text. in L. Non ſolum. §. Quæritur, ff. de Procurat. cap. cum Eccleſia, de verbor. ſignific. Roman. conſ. 512. numer. 2.*, *Pariſ. conſ. 47. numer. 18. lib. 4.*, *Maſcard. de probat. concluſ. 1393. nu. 37. Barboſ. tract. var. dict. 97. num. 1.*, *& ſeqq.*, & hoc eſt, quod adductis etiam rationibus advertebatur ſuperius *ſub §. Et ſane, & §. Fortius.*

Lucidior erat reſponſio ad præſentationem ſequtam quoad alterum Beneficium *S. Lucæ* de Anno 1416. ac recenſitam in præterito *Summ. num.* 2. dum tres inibi præſentantes in conſimili extra judiciali actu, ſive Inſtrumento, non ſolum pariter expoſuerunt ad eorum libitum, quod unuſquiſque erat Patronus pro una voce, abſque eo, quod etiam excluderent, quod extarent alii, vel alii æque pro maiori parte Compatroni, ſed & talis præſentatio admiſſa dignoſcebatur per Ordinarium nimis generaliter, & cum Clauſula -*ſi*, *& in quantum*, quæ nihil firmat,
23 & ponit in eſſe, juxta connotata per *Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 413. num. 1*, *Marta de Clauſ. par. 1. clauſ. 362. num. 1.*, *& 3.*, *Vivian. de Jurepatron. par. 2. lib. 9. cap. 1. num. 3. Cavalcan. decij. 28. num. 17. par. 3. Adden. ad Baratt. deciſion. 633. num. 21.*, *Rot. decif. 454. num. 6. part. 18. tom 2. rec.*

In idem adamuſſim conſpirabat altera præſentatio facta de Anno 1433., quæ nec ulterius apparebat recepta per illam admittere debentem, *dicto Summario num.* 3., ſaltem ſub eadem Clauſula -*ſi*, *& in quantum*: unde recapilogando omnes prædictos ſtatus, ſuper quibus magis firmiter inſiſtebatur a Comite Catelano, pluſquam congrue ad rem applicabantur prenominatæ propoſitiones ab initio in hac materia præmiſſæ *ſub §. Et ſane, & §. ſeq. Fortius*, ubi extitit vive demonſtratum, quod per hujuſmodi Inſtrumenta præſentationum, raro nimis, vel nuſquam argui poteſt ulla reſtrictio, vel privativa ad ſolos eo tempore Præſentantes.

Eo autem evidentius aptabantur quoque aliæ propoſitiones ſubnexæ, ut ſupra ab initio *ex §. Quin etiam cum duobus ſeqq.* inſpectis aliis Præſentationibus, quæ regiſtrabantur in prædicto *Summario Comitis Catelani* poſt ſubſequutam, uti dicebatur, unionem Eccleſiarum *S. Mariæ, & S. Lucæ de Caſtello*, nempe de Anno 1503., 1522., 1585. *dicto Summ. ſub num. 4.*, *&* 10. reſpective: Prætermiſſo enim, quod & illæ laborabant eiſdem defectibus, de quibus & cæteræ præcedentes, nihilominus ex ipſo *Summario num.* 9. evincebatur verificari ſignanter, quod (ſicuti ſuperius commonuimus) facile potuerunt antiquæ Voces exiſtentes in Domo de Caſtello fortaſſe tunc iure primordiali hæreditario, vel deinceps effecto, juxta *prædictum Conſil. Ancarani 81. num. 2.* redire ad gentilitium, & de gentilitio noviter ad hæreditarium, quoniam de eodem Anno 1503., ut inibi legitur, prætendebant quoque præſentare Sebaſtianus de Aldrovandis, & alii de Familia de Caſtello, Capitulum, vero, & Canonici vicibus Ordinarii fungentes noluerunt admittere has præſentationes, ex quo uſque dum non conſtiterat de prætenſo per eos Iurepatronatus, unde dum poſtmodum indubitanter de prædictis Annis 1656., & 1669., & magis præcedenter proxime de Anno 1614. *ut in Summario* Antonii Galeati *num.* 17., non ſolum ii fuerunt admiſſi, ſed & alii extranei, clara exinde emicabat conſequentia, quod & in alios, licet Extraneo a Familia de Caſtello tranſiverat hoc Iuſpatronatus, ex quo nempe ſucceſſive remanſit illud verificatum coram Ordinario, ſi non fuerat de prædicto Anno 1503. comprobatum: Ac propterea magis, atque magis ſemper enitebat, quod recte Sacri Canones ſtatuerunt, ultimos in hac materia ſtatus, & non antiquos incertos & variabiles eſſe conſiderandos, ut præter jam collaudatos practicat etiam ipſa Dataria, ſeu Sancta Sedes, quæ concedendo paſſim derogationem Iuriſpatronatus pro medietate, ſemper intelligit reſpectu illorum, qui exiſtant in quaſi poſſeſſione ultima vice pręſentandi, de aliis
24 non curando, quemadmodum exapparet *Mandeſ. con.*

conſil. 7. nu. 16., *Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 4. num. 55.*, *& ſequen.*, *Garz. de Benefic. part. 5. cap. primo num. 585.*, *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 8. num. 102.*, *Vivian. de Iurepatronat. libr. 14. cap. 2. nu. 19.*, *Rota deciſ. 667. num. 19.*, *& 20. part. 18. tom. 2. recent.*, *& deciſ. 83. nu. 8.*, *& 9. inter impreſſas coram* Me, *& in Melphiten. Beneficii 26. Iunii 1711. in princip. coram Eminentiſſimo Priolo, confirmat. 21. Iunii 1712. coram R. P. D. meo Lancetta*.

Tetigimus mox de quadam ſoppoſita onione Sed de ejus tenore nullum exhibebatur documentum, nulla juſtificatio, itaut ſciri poſſet, quomodo, & qua lege, & ſub qua natura facta fuiſſet, imo, & eadem unio abſtractive ſuppoſita, & in ejus circumſtantiis ignorata, facile poterat ſuadere, quod de conſenſu omnium Patronorum facta fuerit ſub ea conditione, quod in præſentando ſimultanee ad hæc Beneficia unita admitterentur omnes qui poſtea detectis eorum Juribus fuiſſent legitime conſtituti in noviſſimis ſtatibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, deficiente ſiquidem in hac obſcuritate, quomodo illa valuerit fieri, conveniri, & ſtabiliri, rectius profecto dignoſci nequibat, quam ex ſubſequta obſervantia in pacifica admiſſione ad præſentandum, cum eadem obſervantia reputetur, & ſit omnium diſpoſitionum
25 interpres, immo omnium interpretationum Regina, ut, ommiſſis generalibus, in terminis Iuriſpatronatos paſſim dixerunt, *Cravett. conſ. 101. num. 5.*, *Lambertin. de Iurepatr. lib. 1. par. 1. quæſt. 3. artic. 7. num. 8.*, *Vivian. eodem tract. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 42.*, *Card. de Luc. eodem pariter tract. diſc. 28. num. 5.*, *& diſc. 60. num. 9.*, *Rot. dec. 218. num. 7.*, *& ſeqq. par. 6. rec.*, *& in deciſ. 37. num. 15. inter noviſſime in Urbe impreſſas cor. Me*.

Atque ex his a primo ad ultimum ad oculum elucebat, quod eo magis *Domini* in hac quodammodo, more Judicii ordinarii, examinata Inſtantia pro tertia vice denegare non poterant ullo modo Inſtitutionem Antonio Galeatio, quando poſſibile vix ex præmiſſis videbatur, quod etiam in petitorio valuiſſet diverſimode res procedere, & tamen ad præſentem effectum infringendi, ſeu non ſervandi; ultimum ſtatum in concedenda Inſtitutione opus fuiſſet, quod præcederet formiter aliqua res judicata, vel eidem rei judicatæ equipollens confeſſio Partis, ſive publicum fundationis Inſtrumentum, teſte *Abb. in cap. gravis*, *de reſtitution. Spoliat.*, *& in dicto cap. Conſultationibus num. 9.*, *Dec. conſ. 126. num. 3.*, *Ciarlin. controverſ. forenſ. lib. 1. cap. 107. num. 39.*, Carol. *Anton. de* Luca *in addit. ad diſcept. Gratian. 577. num. 2.*, *Roſa de executios. litter. Apoſtolic. par. 1. cap. 6. num. 99.*, *Rot. deciſ. 38. nu. 8. coram* Priolo, cum ceteris plene adductis in ſepius allegata Mediolanen. *Beneficii prima Aprilis* 1707. *§. Quod ſi*, *coram Me*.

Et ita &c. utraque &c.

Tom. VI.

BONONIEN. BENEFICIORUM DE CASTELLO SUPER EXECUTIONE LITTERARUM APOSTOLICARUM.

Veneris 9. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Liquet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Proficuum quandoque reputatum dividere defenſionis præſidia.*

2 *Literæ Apoſtolicæ* pro præſentato *cum derogatione medietatis vocum quando concedi ſoleant a Dataria.*

3 *Is ſemper eſt inſtituendus, qui eſt præſentatus a majori parte Patronorum.*

4 *In præſentantes tranſit Jus, & beneficium poſſeſſionis, licet non tranſeat factum poſitivum.*

5 *Ab inſtitutione ſemper concedit appellatio.*

6 *Quod non procedit in manutentione niſi docto de Injuſtitia.*

DECISIO DCXXIV.

PRovidum, & ſalubre conſilium eſt *pluribus* ſemper *munimentis inſiſtere*, ut in ordine *ad Auguſtum* dicebat *Tacitus*, aut, quod in idem ſonat, proficuum ſemper exiſtimatur bipartiri defenſionis præſidia, quemadmodum ſeſe in Divina Scriptura geſſiſſe legitur *Jacob* occaſione
1 pugnæ neceſſario inævitabilis cum *Eſau* ſubjungens - *Si venerit Eſau ad unam Turmam, & percuſſerit eam, alia Turma, quæ reliqua eſt, ſalvabitur* -

Quapropter non obſtante fulcimento, cui juridice, ac juſte poterat inniti Com. Antonius Galeatius de Caſtello, nempe *Sac. Canonum in cap. Querelam 24. de elect.*, *& elect. poteſtat.*, *& cap. Conſultationibus 19. de Iurepatron.* procuravit etiam poſt obtentam præſentationem a majori Patronorum parte in vacatione ſequuta de Anno 1708. Beneficii *SS. Mariæ*, *& Lucæ*, deſuper quoque reportare favorabiles Litteras, quas appellant *pro Præſentato*, cum derogatione medietatis vocum, & alias in hoc ipſo Beneficio
2 practicatum fuit de Anno 1656., & advertit, *Rota poſt Tendut. de Penſion. deciſ. 57. num. 16.*, *& 17. in* Celſonen, *Beneficii 25. Januarii* 1700. *§. Hinc non eſt*, *coram bon. mem. Iacometto*, *& in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis* 1707. *§. Ceſſante*, *& in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Iunii 1709. §. Lucidius*, *coram* Me, & in præcedentibus *Deciſionibus* hujus Cauſæ, nempe *die 12. Decembris §. Quinimo*, *& prius 2. Maii Anni præteriti cor. R. P. D. meo Criſpo*.

Speſque, & induſtria eum non fefellit; Nam exhibitis hujuſmodi litteris Apoſtolicis *R. P. D.*

meo Criſpo, utpote illi directis, & uni ſemper *Sac. Rotæ Auditori*, & Sanctiſſimi D. N. Cappellano, præexteris, dirigi aſſuetis, iiſdemque ad trutinam revocatis, prodiit incontinenti reſponſum, *Litteras Apoſtolicas eſſe exequendas*, prout liquet ſub præcitatis diebus 2. *Maii*, & 12. *Decembris* 1712., & hoc ipſum fuit in effectu hodie determinatum.

Jam enim circa ſubſtantiam ambigi non valebat, quod ſi ad normam præfatarum *Decretalium* promeruerat ſibi deferri Inſtitutionem, ut in altera contemporanea *Deciſione*, ex quo comprobavit, non ſolum ultimum ſtatum, ſed duos etiam antecedentes militare ad favorem eorum, qui ſub hac vice, ſeu vacatione eum præſentarunt, multa certius id ipſum erat decernendum reſpectu executionis hujuſmodi Litterarum, cum ſimilis Gratia derogatoria medietatis citra dubium operetur, & ſolidet collationem, quoties qui illam obtinuit, edocuit, ſe eſſe præſentatum a medietate, vel majori parte eorum, qui præcedenter exiſtebant in quaſi poſſeſſione præſentandi, ut, præter collaudatos in
3 altera Deciſione hujus diei *ſub §. Perſpicue ſiquidem*, citra Contradictorem affirmarunt, *Corrad. in prax. Benef. lib. 4. cap. 6. num. 3. Roſ. de Execut. litter. Apoſtolic. in addit. ad primam partem cap. 1. num. 47., Rota deciſion. 37. num. 17., & ſeqq. part. 17. recen., & in Pennen. Beneficii ſuper Executione Litterarum Apoſtolicarum 17. Maii 1710. coram R. P. D. meo Aldrovando, & in Materanen. Parochialis 11. Ianuarii 1712. §. Quod autem, cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Abſque eo, quod ad hunc effectum exquiratus, quod iſta quaſi poſſeſſio materialiter, & de facto fuerit occupata, & expleta identifice ab eiſdem Perſonis, quæ eam acquiſiverint, & poſtea ruſus præſentaverint; Satis ſiquidem exiſtit, quod noviſſime præſentantes habeant immediatam cauſam de Iure ab ijs, qui erant
4 in ipſa quaſi poſſeſſione, cum etſi in eos non tranſeat factum poſitivum, tranſit tamen Ius, & beneficium poſſeſſionis, quemadmodum explorati Iuris eſſe connotarunt *Vivian. de Iurepatron. lib. 11. cap. 5. num. 100., & 101., Lotter. de re Benefic. lib. 2. quaſt. 11. nu. 118., & ſeq. Rot. coram Gregor. deciſ. 452. num. 16. verſic. Quoad Cinnamot, coram Celſ. deciſ. 31. num. 8., coram Dunozzett. Iun. deciſ. 344. n. 4., in Mediolanen. Cappellaniæ 22. Iunii 1703. §. Minuſque relevat, coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano, in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. final. verſic. Et bene diſtinguendo, coram Me, & in dicta Materanen. Parochialis 11. Ianuarii 1712. §. Quod præcedit, cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Verùm præſidium hujuſmodi Litterarum aliũ quoque ſalutarem præſtabat, ac præſtare regulariter debebat auxilium & effectum, nimirum, quod licet ab Inſtitutione juxta frequentiorem ſtylum tribui ſoleat appellatio, & ſi forſan de Iure ob privilegium derivans a ſimilitudine manutentionis admitti non deberet ulla provocatio, niſi ex capite injuſtitiæ: ut de prima propoſitione habetur apud *Lancellott. de attentat.*
5 *par. 2. cap. 12. limit. 40. per tot., Garz. de Benefic. par. 9. cap. 4. a num. 17. ad plur. ſequen., Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 13. num. 80., & 81., Rot. coram Burat. deciſ. 685. num. 1., coram Bich. deciſ. 39. num. 5., & coram Emerix*
6 *Iun. deciſ. 433. num. 2.*, & in ordinem ad ſecundum *Bald. in l. Unica num. 5. verſic. Denuo quæro, Cod. Si momene. poſſeſſ. Abb. conſ. 55. in princip. lib. 2. Lancellott. par. 2. cap. 12 limit. 25. nu. 15. verſic. Secundo, Scacc. de appellat. quæſt. 12. limit. 6. membr. 7. num. 79., Poſtb. de manutention. 106. num. 83.*, & appoſite animadverit *Rota coram Bich. dicta deciſ. 39. n. 9.*

Nihilominus nemo dubitat; quod propter illam celerem executionem, & reſpective venerationem, quam ſibi promerentur ſemper, & ubique Litteræ Apoſtolicæ, competat vis etiam in hoc caſu executiva; & ita in concreto practicavit in hoc negocio Signatura Iuſtitiæ, quæ ſicuti reſcripſit in altera contextuali Cauſa, & reſpective *Deciſione -- Conſtito duabus --* adhuc in hac Commiſſionem relaxavit cum clauſula -- *Parito Litteris arbitrio*, quod non intrare *Domini*, ut ſupra, de plano autumarent.

Utraque &c.

EUGUBINA BONORUM.

Mercurii 14. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Fructus recompenſativi quando debeantur ab Emptore retinente rem, & prætium, & quando emptor licite poſſit eandem, rem, & pretium retinere abſque ulla fructuum ſolutione Inveſtimenta fieri regulariter demandantur tam a Summis Pontificibus: quam a Judicibus in Locis Montium uti magis tutis.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata inducitur ob non tranſportationem actorum intra biennium.*

2 *Fructus recompenſativi debentur ab eo, qui retinet rem, & pretium.*

3 *Etiamſi retinens alleget bona retenta obnoxia eſſe oneribus, & hypothecis.*

4 *Quid ſi emptor retinens rem, & prætium paЀtus fuerit poſſe prætium retinere,* & num. ſeq.

6 *Emptor poteſt vel agere pro liberatione a moleſtiis vel non ſimul retinere prætium quouſque res eximatur ab onere, vel hypotheca.*

7 *Vel inſiſtere pro reſciſſione contractus, ſeu reſtitutione prætii, ſi illud fuiſſet venditori ſolutum.*

8 *De adhuc non evicta poteſt competere actio ex empto, ſeu quanti minoris illa res empta fuiſſet unacum refectione damnorum, & intereſſe.*

Præ-

9 *Pratium retineri nequit per emptorem ſub prate-
xtu moleſtiarum.*

10 *Sed ſolum poteſt hoc caſu petere ſibi præſtari cau-
tionem indemnitatis.*

11 *Venditor alienius fundi ſuper quo propoſitæ fue-
runt moleſtiæ teneatur deponere pretium ab em-
ptore receptum penes aliquam ædem publicam.*

12 *Evictionis promiſſio eſt de natura cujuslibet em-
ptionis, & venditionis.*

13 *Promittens libertatem bonorum, ſi ea vera non
fuerit ſalvari nequit contractus a manifeſto dolo.*

14 *Et quid ad probandum de hac non libertate re-
quiratur.*

15 *Fructus, & dolus involuit ſemper errorem in
agente.*

16 *Loca montium ſubjacent quandoque extractioni-
bus, & diminutionibus.*

17 *Inveſtimenta quando fieri poſſint extra locum con-
tractus.*

18 *Inveſtimenta ut plurimum fieri demandatur in
Locis Montium.*

19 *Dominium rei venditæ translatum in Emptorem
non impedit, quin ipſius rei periculum ex pacto
pertineat ad venditorem.*

DECISIO DCXXV.

JOannis *Sicardi* cauthelam, quam ipſe a *Baldo*,
& *Angelo* deſumpſiſſe teſtatur in *l. Qui rem* 3.
num. 10. *Cod. de evict.*, nempe, ut Emptores
deſtituti promptitudine ſolvendi pretium rei
coemptæ, qooties ſubinde ad ſolutionem com-
pellantur in Iudicio, incontinenti excipiant,
ſive opponant de retentione ejuſdem pretii,
aliiſque coincidentibus remediis, ex quo res non
ſit libere tradita, ſed alteri reperiatur obligata.

Profecto adhibere tentavit cognomento ſimi-
lis, & affinis Piccardus Emptor duorum Præ-
diorum Victorii Roy, ſtatim ac Is illum pulſa-
vit pro ſolutione ſcutorum 725. unacum fructi-
bus recompenſativis ab eodem Piccardo expro-
miſſis ad formam Inſtrumenti venditionis, ſed
inutili conatu, quoniam A. C. relaxavit abſo-
lute mandatum pro eiſdem fructibus recompen-
ſativis, & circa pretiom prædictum mandavit
pariter illud exburſari, ad effectum tamen *inve-
ſtiendi in tot. locis Montium Vrbis, quæ ſtare de-
berent obligata ſpecialiter, & hypothecata pro evi-
ctione, & moleſtiis quomodolibet inferendis, &
ſuperveniendis.*

Parumque etiam juvit deinceps Piccardum
recurſus habitus per eumdem ad Signaturam
Iuſtitiæ, dum ex executionem præſervavit in-
continenti circa Mandatum relaxatum, ut ſu-
pra, pro fructibus, quo vero ad alterum reſcri-
pſit quidem cum Clauſula--*Si quid exequendum*
--ſed ipſo negligente per biennium, & ultra Cau-
ſam proſequi, illiuſque Acta tranſportare, ne-
gocium tranſivit in rem judicatam, unde *Domini*
ſuper ea perquiſiti, de eadem dixerunt *conſtare*
indubitanter.

Modum, ſeu neceſſitatem ita reſcribendi ſup-
peditavit prædicta negligentia juncta, & ſocia-
ta cum evidenti juſtitia utriuſque Mandati: po-
ſita namque inſimul cum validitate præfata ju-
ſtitia, non requiritur ad faciendum prædictum
tranſitum in rem judicatam; niſi pura, ſeu
paſſiva ſocordia in faciendo tranſportationem
1 Actorum intra biennium, *Iura*, & praxis deſi-
derant, ex paſſim connotatis per *Ridolphin. in
prax. judic. part. prima cap.* 13. *nu.* 551., *Scacc.
de appellat. quæſt.* 15. *num.* 3., *& ſequen.*, *Mo-
dern. Aſculan. ad ſtat. Vrb. de inſtant.*, *& fatal.
cauſ. annot.* 11. *art.* 2. *num.* 195. *&* 201., *Card.
de Luca de Iudic. diſc.* 37. *num.* 26. *& ſeqq.*,
Rot. in Melevitana Beneficii 19. *Iunii* 1702. §.
*Etenim, coram Me, & in Bononien. Bonorum
ſuper manutentione, & rejudicata* 22. *Iunii* 1712.
in §. *primo in fine, coram R. P. D. meo Scotto
Almæ Vrbis Gubernatore.*

Ac equidem perſtringendo punctum circa ju-
ſtitiam, (quia de aliis non erat quæſtio) ea in
primis coruſcavit ineluctabilis quoad Manda-
tum pro fructibus compenſativis ſtabilitis ad ra-
tionem quatuor cum dimidio pro centenario;
quia cum Piccardus uti Emptor prædictorum
Prædiorum, eorum e converſo fructus perce-
piſſet citra exburſationem pretii conventi, nulla
alia mora intercedente, compellendum eſſe ad
hos fructus reſtituendos, ſeu ſolvendos perſcri-
pſere Præſidibus *Imperatores Diocleſianus, & Ma-*
2 *ximianus* in notiſſima *leg. Curabit, C. de action.
empt.* cum cæteris facile ſuper hac certa propo-
ſitione recolligendis, de quibus ſignanter apud
Card. de Luc. de Vſur. diſc. 19. *num.* 4., *diſc.*
22. *num.* 4., *&* 16., *& diſc.* 23. *num.* 3., *&
de empt. diſc.* 47. *num.* 10., *Sperell. deciſ.* 118.
num. primo cum ſeqq., *Magon. deciſ. Lucen.* 17.
num. 28., *Rot. coram Duran. deciſ.* 34. *per tot.*,
coram Celſ. deciſ. 223. *num.* 3., *coram Bich. de-
ciſ.* 552. *num.* 9., *& deciſ.* 677. *num.* 2. *part.* 19.
Rec., *& in Romana, ſeu Sabinen. Bonorum* 3.
Iulii 1702. §. *Iuſtum pariter cor. bo. mem. Muto.*

Tantæque eſt juſtitiæ, roboris, & æquitatis
hujuſmodi obligatio præſtandi hos fructus re-
compenſativos, ut non ore conclamaverint
Scribentes, quod nedum minime juvet Empto-
rem allegare, quod bona vendita detegantur
3 obnoxia quibuſcumque nexibus oneribus, vel
hypothecis, ut videre eſt apud *Cagnol. ſuper di-
cta l. Curabit num.* 33., *Surd. conſ.* 101. *num.*
23., *Honded. conſ.* 44. *n.* 13. *& ſeq. lib. primo*,
Cephal. conſ. 609. *num.* 7., late *Merlin. Pigna-
tell. contr. forenſ. centr.* 2. *cap.* 50. *per tot.*, & ſi-
gnanter *ex num.* 30. *uſque ad fin.*, *Card. de Luca de
Vſur. diſc.* 22. *num.* 5. *verſ. Vnde propterea*, *Ro-
ta coram Gregor. deciſ.* 347. *num.* 10., *coram
Coccin. deciſ.* 1331. *num.* 51., *in Rec. deciſ.* 370.
num. 7. *p.* 3., & dixi *in diſc.* 58. *n.* 4. *&* 5. *de
Commerc. & Mercat.*

Verum quod etiamſi Empor in hoc caſu pe-
4 pigiſſet poſſe pretium retinere, & a qua ſane
pretii, & rei retentione ſolet exoriri prædicta
æquitas, & juſtitia, nihilominus quia ſemper
Em-

Emptor percipit eos fructus, quibus viduatus
eſt Venditor earense contra tam ipſa eadem re,
quam pretio, conveniunt onanimiter *Scriben-
tes*, quod adhuc ſolvendi veniant interim per
Emptorem hi fructus idcirconuncupati recom-
penſativi, ex traditis per *Cagnol. ubi proxime
num. 33. Hended. dicto conſ. 44. nu. 21. Gabriel.
conſ. 57. num. 4. lib. primo*, *Mangil. de evict.
quæſt. 87. num. 13.*, *Merlin. Pignatell. d. contr.
50. num. 32.*, *Card. de Luca de Vſur. in ſupracit.
diſc. 22. num 6.*, *Adden. ad* Ludoviſ. *deciſ. 297.
num. 10.*, *Sperell. deciſ. 118. num. 31.*, *Rota
deciſ. 397. num. primo verſ. Altera vera ſpecies*,
& num. 2. verſ. In *ſecundo vero caſu p. 3. Rec.*,
firmavi in præallegato *diſc. 58. num. 6. de* Com-
merc. & Mercat.

Neque minus evidens viſa eſt juſtitia alterius
Mandati, qnia dum A. C. illud relaxaverat
pro prædicto prætio ad effectum inveſtiendi pe-
cunias in tot locis Montium oon vacabilibus
Vrbis, ſicque ſecurus erat Piccardus ab omni
præjudicio futuræ evictionis, vel moleſtiarum,
nequibat profecto evitare ſolutionem ejuſdem
prætii, quando in fortioribus ſuperabundat,
quod Emptor valest illam reparare, vel ex
quo notorie dives exiſtat, vel ex quo offerat
5 præſtare cautionem, ut pro regula inevitabili
poſt *Text. in l. Si poſt perfectam*, *Cod. de evict.*,
Bald. in l. Ex his prædiis in fine, *C. eodem*, *Nat.
conſ. 267. num. 3.*, *Surd. conſ. 36. num. 13. &
14. deciſ. 295. num. 11. & 12.*, *Rot. coram Se-
raph. deciſ. 1243. num. 2. & 3.*, *& deciſ. 1275.
num. 2.*, demonſtrat, *Card. de Luca de empt.,
& vendit. diſc. 11. num. 2.*, & firmavit, *Rota
deciſ. 81. nu. 17. & 18. part. 17.*, *& deciſ. 592.
nu. 9. part. 18. tom. 2. Rec.* cum cæteris per *Me*
relatis io proxime relato *diſc. 58. num. 8. cum
trib ſeqq.*

Quin edverſaretur, quod io caſu moleſtia-
rum inter cætera remedia, quæ triboi ſolent,
& confrontari, ſeu recognoſci valent penes *Do-
ctores* mox, & inferius allegandos, concedatur
ex benignitate Iuris Emptori etiam illud, vel
agendi pro liberatione a moleſtiis, vel una ſi-
mul retinendi prætium, quouſque res exima-
6 tur ab illo onere, hypotheca, vel alio nexu
fideicommiſſi, aut cujuslibet alterius gravami-
nis, es *Gloſſ. in dicta l. Ex his prędiis*, *C. de
evict.* cum aliis cumulatis per *Vrreol. de Tran-
ſact. quæſt. 42. num. 11.*, *& Rota coram Put. de-
ciſ. 357. lib. 3.*, *coram Seraph. deciſ. 321. nu. 8.
poſt Zecch. de obligat. Camer. dec. 77. num. 3. &
ſeqq.*, *& deciſ. 161. num. 4. & in Rec. deciſ. 46.
num. 1. & ſeqq. p. 3.*

Ac denique, quod magis eſt, inſiſtendo
(prout in præſenti fecerat Piccardus) pro reſ-
ciſſione contractus, ac reſpective reſtitutione
7 prætii, ſi illud fuiſſet Venditori ſolutum, que-
madmodum plena manu proſequuntur, *Gra-
tian. diſput. forenſ. cap. 175. num. 23.*, *Tondut.
quæſt. civil. 97. num. 12. part. prima*, *Amat.
deciſ. March. 6. nu. 7.*, *Mangil. de evict. quæſt.
23. num. 46.*, *Rot. coram Merlin. deciſ. 856.
num. 3.*, *& in Recent. dec. 162. num. 17. part.
8.*, *& deciſ. 72. num. 7. part. 9. tom. primo*, cum
aliis per *Modern. Aſculan. ad Stat. Vrb. annot.
27. art. 1. n. 41.*

Quoniam, oltra quod nulla facta noſcebatur
promiſſio per Vincentium, quod Prædia coem-
pta per Riccardum libera forent, ſed ſimplici-
ter dictum, ſeu cautum legebatur pro futuris
incertis contingentiis de evictione generali, &
particulari, quæ ſolum operatur, ut re adhuc
non evicta poſſit competere actio ex empto, ſeu
quanti minoris empta illa tres fuiſſet, ſi ea gra-
vata non fuiſſet onere poſtea detecto, vel evi-
ctione ſecuta agi valeat ad reſtitutionem pretii,
8 unacum refectione damnorum & intereſſe, ot
in propoſito primæ propoſitionis tradideruot,
Surd. conſ. 452. num. 77., *Mengil. de evict.
quæſt. 23. num. 22.*, *& quæſt. 122. num. 25. &
ſeq.*, *Theſaur.*, *quæſt. for. quæſt. 115. num. 5.*,
Vrreol. dicta quæſt. 42. num. 16., *Afflict. deciſ.
72. num. 4.*, *Cavalcan. deciſ. 36. num. 5. lib. pri-
mo*, & circa ſecundam *Burſat. conſ. 184. nu. 29.
Surd. conſ. 13. num. 25.*, *Gabriel. conſ. 86. num.
8. & 9. lib. primo*, *Modern. Aſculan. ad Stat.
Vrb. annot. 27. art. 1. n. 32.*, *Rot. dec. 383. nu.
3. cor. Duran*, *& in Rec. deciſ. 173. num. 9.
part. 9.*

Nihilominus quaodo etiam verſati eſſemus
in terminis hujuſce promiſſionis palam factæ,
quod Prædia eſſent libera; quoties profecto hy-
potheca poſtmodum diſcooperta foret eventua-
lis, ſeu conditionalis, aliud enim vinculum,
ſeu hypotheca per Piccardum non allegabatur
quam quædam perantiqua obligatio evictionia
occaſionaliter factæ ſuper eiſdem Prædiis in alia
illorum diſtractione, abſque eo, quod uſquedum
contigerit aliqua moleſtia, & forte non ſit am-
plius eventura; tunc utique nequit ſub hoc præ-
textu per Emptorem pretium retineri, illiuſque
9 ſolutio retardari, ſicuti optime diſtinguentes
commonent *Aldobrandin. conſ. 19. num 12. &
ſeq. lib. primo* Cancer. *var. reſol. part. prima cap.
13. num 62.*, *Stayban reſol. 189. num. 13.*, *Scopp.
ad Merlin. Pignatell. in Schol. ad dict. cap. 45. n.
13. cum ſeq.* cum reliquis, quos late refert *Mo-
dern. Aſculan. dicta annot. 27. num. 47.*, & ad-
miſit *Rota* Lucana *in deciſ. 152. inter collectas per
Palm. Nep. num. 19. cum ſequen.*

Solumque queit ſimultanee Emptor pulſatus
ad hujuſmodi ſolutionem expetere, ut innuimus
a principio, ſibi præſtari cautionem indemnita-
tis, caſu quo illa incerta, conditionalis, ſeu
10 eventualis obligatio unquam contingat verifi-
cari pro ſui ſecuritate, prout ſubſtantialiter con-
cludunt per *Gloſſ.*, *& in leg. quod ſi in diem 18.
de petit. hæred.*, *& in leg. in omnibus ff. de judic.
Aldobrandin. d. conſ. 19. nu. 18.*, *& 19. Ola de
ceſſ. Iur. tit. 7. quæſt. 2. ſub nu. 12. verſ. ſecus ta-
men*, *Stayban. d. reſolut. 189. nu. 15. Scopp. ad
dict. cap. 45. contr. Merlin. Pignatell. nu. 15. cum
pluribus ſeqq.*

Cum

Cum itaque Piccardus non ſolum ſimplicem cantionem ad ſui favorem obtinuerit decerni ab A. C., ſed longe ei proviſum fuerit per effectivum inveſtimentum pretii exſolvendi in locis non vacabilibus Montium, quæ ſtare debeant ſpecialiter obligata, & hypothecata in ampliſſima forma pro evictione, & moleſtiis quomodolibet inferendis, ecce, quod pinguius aſſecutus eſt ſecuritatem Piccardus, quam quod *Iura*, & *Doctores* requirant; *Scribentes* ſiquidem in caſu, quo pretium ab Emptore exiſtat ſolutum, minus profecto exigunt, dum contentantur, quod compellatur Venditor ſimpliciter deponere pretium receptum pœnes aliquam Ædem publicam, ſeu Montem Pietatis, aut aliquem 11 idoneum Mercatorem, ſecundum ea, quæ videri poſſunt apud *Vrceol. dict. quæſt. 42. num. 7.* & poſt *Text.*, *ac DD. in d. leg. ex his Prædiis*, *Surd. conſ. 13. num. 15., 16. Mangil. de evict. quæſt. 122. num. 20. cum ſeqq.*, & alios dixit *Rota in altera Eugubina Prædii coram Cerr. impreſſ. apud. Salgad. in Labyr. Credit. decif. 32. n. 13., & 14.*, & practice ſervavit *in deciſ. 243. ſub n. 5. ex verſ. Non obſtat uſque ad fin. part. 12. rec.*

Atque hæc procederent, quando, ut præmiſimus, fuiſſet etiam promiſſa rei venditæ libertas; unde quanto magis reſtricta promiſſione ad ſimplicem naturalem evictionem, quæ 12 ineſt de natura eujuſlibet emptionis, & venditionis ex traditis poſt *Bald. in leg. cum dubitatur, Cod. de evict.*, *& in leg. pacta conventa*, *Cod. de contrahend. empt.* per *Mangil. de evict. quæſt. 23. nu. 50., & 51. Vrceol. conſult. for. cap. 25. num. 6. cum pluribus ſeqq.*, *& conſult. 26. num. 10.*

Hinc ſempera fortiori arguendo, ſi aliud non potuiſſet competere Piccardo, quam illa proviſio, quam exuberanter obtinnit etiam in præfato ſuppoſito caſu promiſſionis, & juramenti rei liberæ; quid dicendum de prædicta reſciſſione contractus ab eo perperam volita, quod & ſi eadem reſciſſio per aliquos admittatur in præfatis eiſdem terminis promiſſionis rei liberæ, itaut ſit in optione ejuſdem Emptoris etiam hujuſmodi remedium intentare, & expetere, Nihilominus de vera Iuris cenſura, de ſtricta ratione, de praxi, & juxta res judicatas talis reſciſſio non admittitur, niſi in uno caſu dumtaxat, quando nimirum Venditor certo ſciens, 13 rem eſſe ſubiugatam oneribus, & hypothecis, adhuc tamen falſo ſpopondiſſet, rem eſſe liberam ab omni onere, & hypotheca, adeont ſalvari non poſſet a manifeſta fraude, vel dolo, ita tandem conſtabilientibus *Alexand. conſ. 63. nu. 6. lib. 6. Card. de Luca de empt.*, *& vend. diſc. 11. num. 5. in fine*, *Modern. Aſculan. d. annot. 27. nu. 26. Surd. deciſ. 253. num. 18. in fin.*, *Rot. cor. Millin. deciſ. 210. nu. fin.*

Et ratio reſtringendi reſciſſionem ad hunc tantummodo caſum, donec res non fuerit effective evicta, vel ſit pluſquam evidens, & certa 14 evictio, ad ſummum volunt *Barſatt. conſ. 194. num. 41. lib. 2. Menoch. de arbitrar. Judic. caſ. 224. num. 2. Mangil. de evict. quæſt. 23. nu. 51. Oſaſc. deciſ. 24. nu. 4.*

Radicatur in eo, quod cum ſecuta venditione modo perfecto, videlicet cum omnibus ejus requiſitis, amplius non exiſtat locus pœnitentiæ, *ad Text. in leg. de contractu 3.*, *& in leg. ea conditione 14. Cod. de reſcinden. vendition.*, hinc ſub hoc prætextu oneris, vel hypothecæ diſcoopertæ Inſtitla non patitur, quod per reſciſſionem tribuatur locus prohibitæ pœnitentiæ, niſi quoties adſit poſitivus dolus, & fraus, ut ſupra, in qua circumſtantia non intrant termini pœnitentiæ, non intrant termini contractionis, ſed illi deceptionis, & doli talis, qui facit uſque ab initio præſumere, ſeu adimere conſenſum, ſeu reſpective diſſenſum ab illo contractu, ab illa emptione, ut eſt de natura fraudis, & doli 15 ſemper involventis errorem in agente quemadmodnm obſervat *Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 11. num. 5., 6.*, *Bottiglier. de ſucceſſ. Theorem. 45. in princip. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 28.* cum aliis *in annot. ad deciſ. 76. num. 48. inter noviſſ. in Vrbe impreſſ. coram Me*, & in propoſito animadverſum fuit (pendente extenſione hujus Deciſionis) late in *Avenionen. Concurſus 23. Junii 1713. coram Me.*

Dignoſcens forte Piccardus, quod temperamentum, ſeu proviſio capta per A. C. erat pluſquam exuberans, & juſta, conqueri procuravit de qualibet ejuſdem proviſionis circa inveſtimentum demandatum, ut ſupra, in locis Montium non vacabilibus Urbis, quaſi quod inveſtimentum faciendum eſſet in loco initi contractus, ſen in ſtabilibus inibi fructiferis cum 16 majori importantia fructuum, quam reddant loca Montium ſubjecta etiam extractionibus, & diminutionibus, itaut non ſemper proficuum ſit facere, talia inveſtimenta in prædictis locis Montium, *ex Cardin. de Luca de uſur. diſc. 29. num. 7.*

Aſt, quatenus attinebat ad locum contractus, utique dum verſebamur ſub eodem Principe, & non eſſemus in inveſtimento convento, ſed per Iuris proviſionem, & cauthelam demandato, neque ſit ita facile invenire ſtabilia tuta, & ſecuta, prout ſunt loca Montium, ab 17 omni periculo evictionis certæ, ex his omnibus fieri de Jure poteſt inveſtimentum etiam extra locum contractus, ut firmat *Jaſon. in leg. ſi Fidejuſſor.*, *§. Neceſſarium n. 8. ff. qui ſatiſdare cogant.*, *Bald. conſ. 312. num. 4., & 5. lib. 5. Gratian. diſcep. 229. num. 39., & diſcept. 230. num. 3., & ſeqq. Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 20. num. 6. in fin. Mangil. de evict. quæſt. 22. num. 28., & quæſt. 164. n. 22., & ſeqq.*, *Afflict. deciſ. 137. num. 4.* ibique *Urſil.* pariter *num. 4.* 18 & hac de canſa quotidie docet experientia, quod tam Summi Pontifices in eorum Chirographis, quam Judices præcipiunt fieri fere ſemper inveſtimenta in hujuſmodi locis Montium, quemadmodum apparet ex *Card. de Luca de Regal. diſc. 23.*, *& de fideicom. diſc. 14.*, *Rot.*

in

in Reatina Pecuniaria 10. Januarii 1712. coram R. P. D. meo Falconerio, & in Romana reintegrationis 6. Junii ejuſdem Anni coram Me.

Quo vero ad diminutiones, & extractiones eorumdem locorum Montium, & adiunctam difficultatem retinendi Procuratorem in Vrbe, plana, & inextricabilis erat retorſio; nam ſtabilia in primis e contra ſubiacet præmiſſo periculo omnimodæ evictionis, caſmatibus, tempeſtatibus, & inclementiæ acris, & Cœli, multoque minus quandoque reddunt, quam loca Montium, quæ idcirco exiſtunt magis in quotidiano commercio, durioremque fuiſſet imponere Venditori legem, ut in alio loco detineret particularem Procuratorem ad effectum exigendi ſingulos fructus: Sed quorſum hæc? Dum ipſi fructus, & hujuſmodi pericula non pertinebant, aut ſpectare poterant ad Emptorem, in cujus dominium tranſire debebant eadem loca Montium ſtare ſimpliciter debentia pro illius ſecuritate, unde Emptoris non intererat de hiſce omnibus inquirere, ſed ad Venditorem, in cujus
19 dominio cunctis periculis ſubjecto remanebant, ad tradita per *Bald. in leg. neceſſario octava ff. de pericul., & commod. rei vendit. Manſ. conſult. 5. num. 15. Gratian. diſcept. forenſ. 514. num. 18., in Tract. Commerc., & Mercat. diſc. 6. num. 13., & in Addit. ad decif. 68. num 57. inter in Vrbe impreſſas coram Me.*

Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA SUPER NOVITER RESERVATIS.

Lunæ 19. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Conficere debens inveſtimentum, ſive multiplicum tenetur reficere totum id, quod fuit deperditum in non faciendo multiplico, & etiam ſucceſſivos fructus fructuum non inveſtitorum, quia tali caſu fructus habentur pro ipſa ſorte; Et quando in hoc caſu concurrere debeant requiſita *Pauli de Caſtro*.

SUMMARIUM.

1 *Nulla voluntas, neque ulla cogitatio remittendi cadere poteſt in objecto ignorato.*

2 *Res judicata inter Partes nedum venit ſupponenda, ſed habenda pro ipſa veritate.*

3 *Conficere debens inveſtimentum refundere tenetur totum id quod intererat illius cujus favore illud faciendum erat.*

4 *Natura damnorum, & intereſſe id exigit, quod reficiatur totum id, quod deperditum fuit in non faciendo eo, quod fieri debebat.*

5 *Fructus fructuum abſque vitio anatociſmi nunquam debentur.*

6 *Inveſtimentum alienjus rei a Teſtatore demandatum, an, & quando dicatur creditum pecuniarium, ſive potius fructiferum.*

7 *Inveſtimentum ex fructibus efformandum ad effectum pariendi fructus ſucceſſivos habetur pro portione, & ſorte.*

8 *Dictio-Donec eſt ſemper reſtrictiva ad tempus cui reperitur adiecta.*

9 *Dictio* interim *eſt limitativa temporis intermedii, & idem ſignificat, quod medio tempore.*

10 *Multiplico non facto loco damnorum, & intereſſe debentur fructus, qui percepti extitiſſent, ſi multiplicum fuiſſet confectum.*

11 *Requiſita* Pauli de Caſtro *quando debeant concurrere in Inveſtimento faciendo.*

12 *In multiplico ſi fructus non fuerant inveſtiti, percipi poſſunt novi fructus conſecutivi tanquam ex re fructifera.*

13 *Fructus bis percipere licite nemo poteſt.*

DECISIO DCXXVI.

PRætendebat D. Ioannes Baptiſta Altuvita noviter, & alacrius reaſſumendo veterea diſcurſus, & ratiocinia, quod obligatio incumbens Iacobo ex præcepto R. P. D. Hieronymi de Avila fideicommittentis, vendendi ſcilicet Vineam una cum mobilibus poſitam in via, quæ veluti a ſan. mem. Pio IV. Strata, & aperta, Pia nuncupatur, & deinceps pretium reinueſtiendi, & ex eiſdem Inveſtimenti fructibus coemendi alia loca Montium vacabilia cum ſucceſſivo multiplico uſque ad completam ætatem Annorum viginti Didaci, & Hieronymi ipſius Iacobi filiorum: prætendebat inquam, quod hujuſmodi obligatio extitiſſet (ut ipſe ſibi blandiebatur) conjecturaliter etiam a principio, vel ſaltem ſucceſſive ab iiſdem filiis penitus remiſſa, ideoque non oporteret perpendere, utrum ſecuta de Anno 1669. morte Iacobi, qui plenarie defecerat in adimplendo ſancita per eundem fideicommittentem amplius perduraret memorata obligatio ad effectum, ut D. Lucæ Antonio Cicciaporcio, cauſam a Didaco habenti, refudendi forent fructus, ſeu damna, quæ tam ex neglecto integraliter prędicto Inveſtimento, quam ex multiplico non facto provenissent ipſi Didaco ejus Auctori; ſed *Domini* non dubitantes de inſubſiſtentia eorundem ratiocinorum, & in hac proinde reſolutione examinantes ſolummodo punctum prædictę durationis obligationis poſt mortem Iacobi, certo certius authumarunt *juxta modum* inferius exprimandum *affirmative* reſpondere, *recedendo a Deciſis coram R. P. D. meo Lancetta ſub die* 10. *Februarii* 1710., per quæ memoratus D. Ioannes Baptiſta remanſerat abſolutus.

Diximus, *non dubitantes* de inſubſiſtentia prędictæ prætenſionis; quoniam prætermiſſa diſcuſſione ſingulorum argumentorum, quæ ſtudioſe non minus, quam acriter promovebantur in contrarium, ſat erat generalis, & ineluctabilis reſponſio, quod nec Auctor D. Lucæ Antonii, nec ipſemet D. Lucas Antonius ullam habuerant unquam ſcientiam Teſtamenti R. P. D.

Hie

Hieronymi præcipientis memoratum Inveſti-
mentum, & multiplicum, & conſequenter po-
ſita illius ignorantia, impoſſibile reddebatur
inducere ullam imaginabile remiſſionem, quæ
cum depromi neceſſario debeat a voluntate re-
1 mittentium Ius ſuum, utique neque voluntas.
Imo nec cogitatio ullam remittendi poteſt ca-
dere in obiecto ignorato, ot ſine contradictore
connotarunt poteſt Textum in cap. concertation
in verb. ſcriverit de appell. lib. 6. Alexand.
conſ. 114. num. 4. verſic. accedit lib. 1. Tiraquell.
de retract. Lignager. §. 36. gloſſ. 2. num. 30.,
Rota cor. Ottebon. deciſ. 159. num. 15., in re-
cent. deciſ. 75. num. 24. par. 11., deciſ. 146.
num. 3. par. 17., & deciſ. 564. nu. 12. par. 19.
in Illerden. Hæreditatis de Gomar. 4. Iunii 1703.
§. Firmis itaque in fin. coram Me, & in Anagni-
na Immiſſionis ſuper Bonis liberis 13. Martii 1703.
§. Regale pariter coram Me.

Maxime cum adverſus hanc prætenſionem,
cæteroquin ex præmiſſis omnino inſubſiſtentem,
cacleret res Iudicata inter partes, unde illa pro-
2 culdubio ſuper imponebat lapidem inconcuſſum
ea namque nedum venit ſupponeda, ſed ex vul-
gatis habenda pro ipſa veritate, ex traditis poſt
Text. in l. Iudicata 208. ff. de reg. Iur. l. inge-
nuum 25. ff. de Stat. homin. per Card. de Luc.
de credit. diſ. 92. num. 8., Rota coram Celſe de-
ciſ. 240. num. 8., & deciſ. 283. num. 6. coram
Priolo deciſ. 414. num. 5. 6., & 7., in recent.
deciſ. 465. num. 5. cum aliis in deciſ. 76. nu. 4.
inter in Vrbe impreſſas cor. Me, & in Deciſione
hujus Cauſæ ſuper fructibus 16. Maii 1707. §. Quo
enim, coram R. P. D. meo Lancetta.

Redeundo itaque ad pondus hodiernæ diſce-
ptationis, facile viſum fuit recedere a deciſis, ut
ſupra, coram R. P. D. meo Lancetta; Diſtincte
ſiquidem agando, quatenus attinebat ad Inveſti-
mentum, profecto ſi Jacobus illud explevisſet,
prout tenebatur, illo jam facto gaviſus fuiſſat
Didacus pro ſua directa medietate, necnon pro
altera medietate medietatis ex perſona Hiero-
nymi fratris præmortui, cojus ipſe fuit hæres
unacum Petro Paulo Auctore D. Joannis Bapti-
ſtæ, & ſic pro novem ex duodecim unciis, ſeu
partibus; quamobram cum non ſecuto Inveſti-
mento ex facto, & culpa memorati Jacobi, illo
Didacus remanſerit pro prædictis novem ex duo-
decim unciis deorbatus, de plano ſuccedebat,
quod hæreditas ipſius Jacobi foret obligata ad
froctus etiam ex poſt, quos ipſe percipere ex
facto Inveſtimento potuiſſet, indubitati etenim
Juris eſt, quod negligens, ſeu deficiens inveſti-
mentum ſibi demandatum conficere, obſtringi-
tur refundere totum id, quod intererat illius,
cujus favore faciendum erat, & ſic tenetur in-
dubitanter ad fructus ex eo proventuros, ad ea,
3 quæ paſſim comprobarunt Honded. conſ. 39. n. 4.
& 5. lib. 2. Cardin. de Luca de ſervit. diſc. 57.
num. 3., & de Vſur. diſc. 12. ſub num. 35., Rota
coram Pentinger. deciſ. 369. num. 3., in recent.
deciſ. 168. num. 2., par. 18., in Romana Inveſti-
menti, ſeu Alimentorum 28. Iunii 1688. §. Quia
nova executio, coram bon. me. Rondinino, in Ra-
mana, ſeu Crotonen. Pecuniaria ſuper fructibus
10. Decembris 1703. §. Et ratia, & 18. Aprilis
1704. §. Fundamentum, coram R. P. D. meo
Scotto Almæ Vrbis Gubernatore & in Baren. Cen-
ſuam, ſeu Legati 20. Iannar. 1710. §. fin. coram
Eminentiſſimo Priolo, & in deciſ. 93. num. 41.
inter in Vrbe impreſſas, coram Me.

Atque ex hac ipſa ratione deſcendebant fru-
ctus, ſeu damna promanantia ex altera æque
principali obligatione conficiendi multiplicum:
ſiquidem pariter quemadmodum ſi ad formam
præcepti Teſtatoris Iacobus illud expleviſſet,
emendo nimirum loca Montium vacabilia, illo-
rum utique fructus valuiſſet Didacus indubitan-
ter percipere, & ad ſui libitum deinceps ea reven-
dere, & reinveſtire, quoties eidem Didaco,
ejuſdem Fratri (de hac obligatione cæteroquin
penitus, ut ſupra, ignaris) fuiſſet tradita ſum-
ma multiplicanda, vel multiplicata, ita a con-
4 trario hoc eſt, quod exigit natura damnorum,
& Intereſſe, ſcilicet quod ea reficiantor, quan-
do non fuit factum, quod fieri debebat per
Text. in l. ſi mandavero 22. §. Julianus, ff. man-
dati, Gratian. diſcept. foren. cap. 540. num. 49.,
& ſeq., & num. 74., ibique Carol. Anton. de
Luca num. 4. Car. de Luca de fideicom. diſc. 189.
num. 5., Rota coram Emerix Jun. deciſ. 641.
num. 1., in recent. deciſ. 207. num. 1. 2., & 10.
par. 19., & late Deciſionibus in hac Cauſa ema-
natis coram bo. me. Pio 13. Februarii 1696. §.
Ratio, & 2. Maii 1698. §. Iterum quippe, & co-
ram clar. me. Card. Caprara 9. Decembris 1701.
§. Prætermiſſo.

Abſque eo, quod in aliquo viſum fuerit ob-
ſtare reſpectu utriuſque, ut diximus, æque
Principalis obligationis, quod cum ob non fa-
ctum inſtromentum, & multiplicum reſpecti-
ve, ad ſummum ex præmiſſis deberentur dam-
na, & Intereſſe, hæc non poterant liquidari,
ſeu educi, niſi ad purum creditum pecunia-
rum, ac propterea admittendo alios ulteriores
ſeu progreſſivos fructus ejuſdem Inveſtimenti,
& multiplici, foret admittere ſpeciem quam-
dam prohibiti anatociſmi, & tamen notorium
5 eſt, hoſce fructus fructuum abſque præfato vi-
tio anatociſmi undequaque vetiti, dari nequa-
quam, aot permitti poſſe, ex traditis poſt
Text. in l. nulla modo Cod. de uſur. Azzor. Inſtit.
moral. lib. 5. tit de uſur. cap. 2. quæſt. 3. Scacc.
de commerc., & Camb. §. 7. gloſſ. 2. num. 39.,
& ſeq. Leotard. de uſur. quæſt. 61. num. 23. Card.
de Luca de Cenſ. diſc. 2. per tot., in tract. de Com-
merc., & Mercat. diſc. 67. num. 30. Rot. Ge-
nuenſ. deciſ. 87. ſub num. 8. verſic. dubitatum,
& Sacra noſtra in recent. deciſ. 315. n. 8. par. 2.,
deciſ. 301. num. 12. par. 5., & in Romana Cam-
biorum 21. Junii 1697. §. Quoniam, cor. clar. me.
Cardinali Caprara.

Dilucide namque animadvertebant Domini,
ceſſare incontinenti ſuppoſitum hujus ſubtilis
ſeu

ſeu emendicatæ argumentationis, & illationis;
ſiquidem obligatio injuncta Iacobo conficiendi
Inveſtimentum, & multiplicum reſpective in
ſe non importabat creditum pecuniarum, ſed
creditum ſpeciei conſignandæ; in odium quip-
pe negligentis iam ex mente Juris habetur (ad
6 finem pariendi fructus) Inveſtimentum, &
multiplicum, uti factum, ſubſecutus in ipſa
ſpecie, in qua fieri debebant, & iis, quæ opti-
me conſiderat, & reſpondet etiam *Gratian.*
diſcept. 540. *num.* 22., *Cardin. de Luca de fidei-*
com. diſc. 189. *num.* 6., *Rota deciſ.* 682. *num.* 7.,
& 8. *part.* 2. *recent.*, & *in Lauretana Legati* 26.
Junii 1711. §. *Concurrente*, *coram R. P. D.*
meo Lancetta. & *in Annot. ad deciſ.* 65. *n.* 32.,
& 33. *inter in Vrbe impreſſas coram Me*.

Quodque in ſubſtantia hæc formula loquen-
di, videlicet fructus fructuum, in hiſce ter-
minis exiſtat mere verbalis, & non ſolida, &
vera, punctualiter (proſequebantur *Domini*)
dictum, & deciſum apparebat *in dicta deciſ.* 682.
num. 8. *part.* 2. *recent.* ubi quod ipſum inveſti-
mentum, ſeu capitale efformandum, ad ef-
fectum gignendi fructus ſucceſſivos, habetur
7 pro portione, ſeu ſorte, ac conſequenter ſpe-
cie, & hoc idem notatum quoque fuit *in Romana*
ſeu Crotonen. Pecuniaria ſuper fructibus 10. *De-*
cembris 1703. §. *Et ratio cum ſeqq.*, & 18. *Apri-*
lis 1704. §. *Fundamentum cor. R. P. D. meo*
Scotto Almæ Vrbis Gubernatore.

Minuſque proinde refragari in minimo com-
perta extitit animadverſio, quod ad terminis
præcepti Teſtatoris non foret demandata ulte-
rior obligatio applicandi fructus inveſtimenti
pro faciendo multiplico completis Annis vigin-
ti, ſed ea potius reſtricta coruſcaret intra can-
cellos eorumdem Annorum, 20., ut ibi -- *non*
poſſint fructus dd. locorum Montium aliquo pacto
exigere, donec ad ætatem 20. *Annorum pervene-*
rint, & *interim fructus decurrendi inveſtiantur*
in aliis locis Montium *vacabilium in eorum Perſo-*
nis -- ut eſt de natura utriuſque dictionis -- *do-*
nec, quæ ſemper eſt reſtrictiva ad tempus, cui
8 reperitur adjecta, ex *Bartol. in l.* 1. *col.* 6. *ff. de*
condit. & *demonſtrat.*, *Grat. conſ.* 91. *num.* 27.
lib. 2., *Soccin. Iun. conſ.* 78. *num.* 113. *lib.* 1.
Surd. conſ. 186. *num.* 15., *Dec. conſ.* 621. *n.* 7.
& *conſ.* 637. *num.* 12. *Rota coram Coccino deciſ.*
2235. *num.* 8., & *coram Bich. deciſ.* 581. *nu.* 7.,
& *in recent. deciſ.* 150. *num.* 6. *par.* 16. *deciſ.* 5.
num. 4., & *deciſ.* 265. *num.* 10. *par.* 19. necnon
alterius -- *interim*, quę pariter eſt limitativa
temporis intermedii, & præſefert idem, quod
9 medio tempore, quemadmodum habetur ex
Text in l. qui ad certum ff. locati l. ſi chorus in fin.
ff. de legat. 3. *Cephal. conſ.* 450. *num.* 27. *lib.* 3.
Riminald. Jun. conſ. 244. *num.* 48. & 71. *lib.* 3.,
Surd. conſ. 460. *num.* 68., *Menoch. deciſ. Bonon.*
59. *num.* 20., *Rota coram Emerix Iun. deciſ.* 154.
num. 6., repetita *in recent. deciſ.* 119. *num.* 9.
part. 18., & *in Firmana Salviani* 16. *Decembr.*
1707. §. *Comprobatur*, *coram Reverendiſſimo D.*
Molines Decano.

Siquidem optime perſpectum, & occurſum
fuit, quod juxta uſque dum præmiſſa, novi fru-
ctus, in quibus condemnabatur hæreditas Ja-
cobi; nequaquam proveniebant ex mandato;
& præcepto Teſtatoris, ſed ex vi legis, quæ ju-
bet ut non facto multiplico, & conſequenter
non tradito, in loco damnorum, & intereſſe
debeantur fructus, qui percepti extitiſſent, ſi
ipſum multiplicum fuiſſet confectum, & con-
ſignatum, ut præſuppoſuit Teſtator, ſicuti pro-
10 ſequuntur *ſcribentes* communiter *in l. ſi fundum*
ff. de verbor. oblig. Menoch. *conſ.* 7. *n.* 16. *lib.* 1.
Gratian. diſcept. for. cap. 240. *num.* 35. *Card. de*
Luca de Regal. diſc. 23. *nu.* 23. & *de Vſur. diſc.*
38. *n.* 4., & 5., *Rota dec.* 391. *n.* 1. *par.* 17.,
& *dec.* 207. *num.* 3. *cum plur. ſeqq. par.* 19. *re-*
cent., & *in Camerinen. Reinveſtimenti* 16. *Iunii*
1710. §. *Debentur quidem coram Rmo Kaunitz*
Epiſcopo Labacen.

Et ob id de plano, & de per ſe, ſive in ſe-
quelam corruebat poſtremum præſidium, ad
quod recurrebant ſcribentes pro D. Altovita,
videlicet, quod ſaltem ad pariendos fructus hu-
juſce multiplici, præterlapſis Annis viginti, re-
quireretur aliqua interpellatio, Quoniam obje-
ctum forte proceſſiſſet, quotieſcumque fructus
prænominati multiplici provaniſſent a mora
ſimpliciter commiſſa per Jacobum ſuper aliqua
pecunia ab eo præſtanda, quo caſu non ſolum
eadem interpellatio, ſed etiam cætera requiſita
11 *Pauli de Caſtro* intervenire debuiſſent, ex paſ-
ſim connotatis per *Camill. medic. conſ.* 26., &
27. *Staiban. de Intereſſe lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 20., &
ſeqq., Leotard. *de Vſur. quæſt.* 35. *n.* 6. *Epiſcop.*
Rocc. diſput. Iur. ſelect. cap. 101. *nu.* 32., *Rota*
coram Bichic dec. 16. *n.* 14., & *poſt Conſtantin.*
ad Statut. Vrb. dec. 23. *n.* 2., & *in Romana præ-*
tenſorum fructuum 11. *Ianuarii* 1704. §. *Viſum*
quippe, *coram Me*.

Aſt in noſtra hypotheſi fructus proveniebant
ex non facto illo multiplico, ex quo percipi qui-
viſſent tanquam ex re fructifera novi fructus
conſecutivi, ſicuti de obligato ad tradendam
12 rem fructiferam abſolute monuerunt poſt *Text.*
in l. ſi Procuratorem, §. *Mandati actio*. *ff. man-*
dati, *Hended. conſ.* 39. *nu.* 3. *lib.* 1., *Bero. conſ.*
128. *nu.* 15. *lib.* 3., Leotard. *de Vſur. quæſt.* 20.
nu. 10., & 11. *Gratian. diſcept. for.* 920. *num.*
27., & *ſeq.*, *Rota dec.* 479. *num.* 1. *poſt. Cenc. de*
Conſ., & *poſt. Merlin. de legitim. dec.* 29. *nu.* 6.,
& *ſeq.*. & *in* Camerinen. *Reinveſtimenti ſuper*
fructibus 4. *Decembris* 1711. §. *Quod autem*, *in*
fine, *coram R. P. D. meo Falconerio*.

Cæterum, ex quo Didacus defuncto Patre Ja-
cobo de enunciato Anno 1669. medietatem
conſequutus eſt Vineæ, & perantea fato etiam
ceſſo Hieronymo altero Fratre, in rei veritate
tota Vinea pervenit ad Dominum de Cicclapor-
cis, propterea *Domini*, ut Juſtitiæ æquitatem
copularent, hodiernæ reſolutioni modum adje-
cere, per quem dixerunt, eſſe excomputandos
in fructibus inveſtimenti, & multiplici eos fru-
ctus,

by Google

ctus, quos vel ipſe Didacus Auctor, vel D. Cicciaporcius ejus Donatarius ex eadem ipſa Vinea
13 fuiſſet aſſequutus, non enim Juſtitiæ æquitas poterat indulgere, quod duplices fructus idem D. Cicciaporcius reciperet, ex imbibita epycheja *Textus in leg. curabit Cod. de action. empt.* ac etiam ex bene connutatis per *Rot. coram Duran. dec. 441. num. 2., & inter impreſſ. per Balduen. in collect. dec., & rer. judic. tit. 2. dec. 3. num. 4. in fin., & apud Torr. var. quæſt. Iur. tom. 2. tit. 7. dec. 2. num. 16.*

Et ita &c. utraque &c.

AVENIONEN. CONCVRSVS SVPER RESERVATIS.

Veneris 23. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Donatio facta pro conſervatione Domus, familiæ & agnationis ipſius donantis non eget inſinuatione non obſtante qualibet contrario ſtatuto: Preſertim ſi donans ſit Clericus cui pro inſinuatione ſufficit de Iure juramentum; Neque idem Clericus laicorum ſtatutis ligatur, etiamſi Laicale ſtatutum fuerit conditum a Laicis cum aſſenſu totius Cleri Provincialis, dummodo non fuerit poſtea a Papa ad probatum. Votum captandę mortis ex quibus excludatur. Tranſactio erronea ex ſe met ipſa abſque alio remedio reſcinditur, & quando dicatur erronea, & enormiſſimæ Læſionis labe infecta.

SUMMARIUM.

1 *Ponent Sac. Rota non ſe ingerit in præſtatione ſuffragii proprii, ſed in prolatione ſententiæ.*

2 *Non facta nominatione a Teſtatore volita de certo genere Perſonarum ſemper nominatus intelligitur major natu, & Primogenitus illorum, qui nominari debebant.*

3 *Legitima, quæ requirit ſpecialem mentionem, an comprehendatur verbis generalitatem donationis importantibus.*

4 *Legitima per præmorientiam filii ad Patrem donatorem revertit.*

5 *Donatio corruit ex defectu inſinuationis a Statuto demandatæ.*

6 *Votum captandæ mortis ipſo Jure contractum inficit.*

7 *Donatio æquipollet rei judicatæ, donec in Judicio Ordinario non reſcinditur.*

8 *Sententia collaſiva, & ſimulata in nihilum eſt attendenda.* Limita num. 21.

9 *Actio hypothecaria, vel perſonalis quæ competat in conditione indebiti.*

10 *Ratificatio contractus operatur, ut iſte de tempore ratificationis tunc de novo cenſeatur initus.*

11 *Donatio facta pro conſervatione, & ſplendore domus, & familiæ ipſius Donantis non requirit inſinuationem non obſtante quolibet ſtatuto in oppoſitum.*

12 *Et de ratione. Pro conſervatione ſplendoris, & decoris familię, & Agnationis ſupplentur in plurimum ſolemnitates, fœminæ a paterna ſucceſſione excluduntur, & fideicommiſſa extenduntur.*

13 *Iuramentum vice inſinuationis de Jure ſufficit in Clerico.*

14 *Clericus, nec ejus contractus ligantur ſtatutis Laicorum.*

15 *Clerus in pleriſque Regnis, & ſignanter Gallicanum repræſentat unum ex tribus Ordinibus illius ſtatus.*

16 *Clerus unum corpus efformat, & efficit diſtinctum a Laicis.*

17 *Clerus unacum Epiſcopo abſque Papa ſe ſubmittere nequit Legibus ſæcularis poteſtatis. Clerus Provincialis præjudicare nequit abſque expreſſa Papæ approbatione univerſo Ordini Clericatus:*

18 *Votum captandæ mortis excluditur ſi ille de cujus hæreditate pactum eſt ſuum illi conſenſum accomodaverit.*

Idque procedit licet Dictus aſſenſus non fuerit contemporaneo preſtitus huic ipſi donationi, ſed longe poſt prodierit num. 19.

19 *Conſenſus quoties in aliquo actu requiritur pro ſolo præjudicio conſentire debentis, & non pro integranda Perſona facientis, nihil intereſt ſi conſenſus fuerit præſtitus ante, in, vel poſt celebrationem actus approbandi.*

20 *Votum captandæ mortis ex quibus excludatur.*

21 *Sententia non dicitur collaſiva, & ſimulata ſi fuerit juſta, & bene fundata.*

22 *Tranſactio ſcatens vitio erroris manifeſti ſine alia reſciſſione ſtatim ipſo Iuris miniſterio infringitur* & num. 26.

23 *Error adimit conſenſum ab actu. Tranſactio non eſt impeditiva remedii executivi, ſive immiſſivi quoties de illius errore docetur.*

24 *Læſio enormiſſima facit ſupponere errorem, & carentiam conſenſus in tranſigente, ſive contrahente.*

25 *Error ille dicitur, qui oritur ex ignorantia, & ex toto contrario ejus, quod fuit expoſitum, & veritas exigebat.*

26 *Qualibet tranſactio doloſa, ac fraudolenta ex ſemetipſa collabeſcit.*

27 *In tranſactionibus aliquid ſemper hinc inde datur vel remittitur inter tranſigentes.*

28 *Tranſactio quando in totum, & quando in parte corruat.*

29 *Tranſactio erronea eſt nulla, quamvis in parte tantum erratum ſit.*

30 *Hypotheca quando exoriatur ex conditione indebiti.*

31 *Creditor poſterior ſuff. das 'n Iuribus Creditoris anterioris exteros {o lerici s Creditores excludit.*

32 *Creditores poſteriores nullum Ius habent ſuper bonis anterius donatis, & in alium ab ipſo donationis momento tranſlatis.*

33 *Contra Adminiſtratorem agi poteſt actione tutelę.*

34 *Actio hypothecaria dari nequit ſine actione perſo-*

nali, ſeu ſine creato, quod ſemper ſupponit ipſa hypothecaria.

35 *Legatum factum* pro omni, & toto eo *proportionabiliter comprehendit omnia credita, & prætenſiones.*

36 *Donatio extendi nequit de Perſona ad Perſonam, de caſu ad caſum, & de re ad rem.*

37 *Dos materna ſi in quantitate conſtiterit, filia valet illam conſequi ſuper bonis paternis, ad differentiam conſtitutæ in fundo.*

38 *Generalitas verborum donationis efficit, ut cenſeatur quoque donatum quodlibet Ius competens adverſus bona donata.*

DECISIO DCXXVII.

INter plures articulos *in noſtro Sac: Auditorio* diſceptatos occaſione Concurſus Creditorum, jam pridem in Partibus efformati ſuper Patrimonio Guillelmi Abbatis de Caderoſſia, ille præcæteris aderat, utrum D. Dux ejuſdem denominationis de Caderoſſia Nepos prænominati Abbatis dici mereretur illius Creditor annuarum præſtationum ſcutorum 500. pro quolibet Anno, quæ perperam, uti prætendebatur, extiterant ſolutæ, ſeu bonificatæ prædicto Abbati; & *Rota* prima vice comparentibus, & Informantibus dumtaxat aliis Creditoribus ſubcenſuit, vel nullum Creditum in hac parte competiiſſe Domino Duci, vel eſſe in omnem caſum reliquis poſterius, tamquam deſumere vix valens hypothecam ab Anno 1664. cujuſdam initæ tranſactionis, de qua infra, vel ad ſummum ab Anno 1658., de quo tempore prænominatus Abbas adminiſtrationem aſſumpſerat, ſibique de præfatis annuis præſtationibus gradatim ſatisfecerat, quemadmodum videre eſt ex contumaciali, tunc *Deciſione* edita *ſub die* 27. *Iunii* 1704. *coram Eminentiſſimo Priolo*, qui vice *bon: mem:* *Mati* Cauſam propoſuerat.

Aſt in ſcœnam poſtea prodeunte pro ſuis Juribus aſſerendis præfato Domino Duce, & in conflictu de in ſequuto *coram eodem Eminentiſſimo Priolo* Collitigantibus auditis *ſub die* 6. *Iunii* 1707., nulla capta fuit reſolutio reſcribentibus Dominis -- *Iterum proponatur* reſervatoque hujuſmodi articulo ad ſingulare certamen, ſicuti eluceſcit ex altera *Deciſione diei* 6. *Iunii* 1707. *in §. Reſervato coram prælaudato Eminentiſſimo Priolo*; Quamobrem reaſſumpta aggreſſione ſub die 23. *Februarii* 1713. *coram R. P. D. meo Aldrovando*, adhuc neque pariter obtruncata remanſit controverſia, adſcito ſolum auxilio, *Quinti*, & *ſexti ſuffragii* per aſſuetum in hoc caſu reſcriptum -- *Iterum proponatur, & videant Quintus, & Sextus.*

Cumque tandem in hoc ſtatu ad effugiendum periculum alterius ſciſſuræ ſuffragiorum, & conſequenter novæ inutilis propoſitionis, ſupplicatum fuerit Sanctiſſimo, ut benigne juberet, ſeu indulgeret, quod Ponens, ſeu Relator (qualis Ego eram veluti interim ſuffectus prædicto *R. P. D. meo Aldrovando* pro ſervitio Sanctæ Sedis Alpes tranſcenſo) etſi de reliquo juxta conſuetudinem, & præſcriptum Apoſtolicarum Conſtitutionem prædictus Relator, ſeu Ponens in pluribus quidem ſe ingerat, & ſignanter in
1 prolatione Sententiæ, ſed non in præſtatione proprii Suffragii numerabilis in capeſſenda reſolutione, ut etiam teſtatur *Cardin. de Luca in relatione Romanæ Curiæ diſc.* 32. *ſub num.* 34. *verſic. ipſe autem*; hinc placuit Sanctiſſimo Domino Noſtro per Organum ſpecialis Commiſſionis hujuſmodi precibus annuere, unde in hodierna audientia per Me relatorem inſimul, & effectum Votantem propoſito, & tandem poſt conceſſam Creditoribus dilationem, utrinque diſputato, ut par erat, Dubio -- *An ſtandum foret, vel recedendum a deciſis*, non ſtetit admodum anceps Victoria, quo minus *pro receſſu* fuerit illico reſolutum.

Theſis enim ferebat, quod ſub die 17. Februarii 1642. prælaudatus Abbas Guillelmus ſolemnem iniverat Donationem pro conſervatione *Splendoris, & Decoris ſuæ Domus* uni ex filiis maſculis Ducis Roſtani ejus fratris ab eodem Duce nominandi, & in defectum, & deficientiam ejuſdem nominationis uni ex illius maſculis ex eorum Primogenito, ut ibi -- *Omnia, & ſingula Bona, Mobilia*, non ſolum quæ Donator habebat *de præſenti*, ſed, & *quæ poteſt habere, & prætendere, & ipſi poſſunt competere, & pertinere de præſenti, & in futurum ſuper Bonis præſentibus, & futuris ejus Patris, & aliorum dependentium &c.* legitimis ſucceſſionibus, nempe ſive *ex Donatione, Legato, Inſtitutione hæreditaria, parte, & portione, ſucceſſione legitima, Iure legitimæ ejuſque ſupplementa*: ac propterea cum poſtmodum eidem Donatori, nulla facta nominatione, prædeceſſiſſet Roſtanus frater, relicto poſt ſe Domino Joſepho Duce Caderoſſiæ ejus filio, dubitabile parum non erat, quod idem D. Dux uti filius, & Primogenitus memorati Roſtani recta via conquiſiverit omne Jus, quod in præfata ampliſſima Donatione continebatur, idque ex propria perſona, ſive ad terminos *leg. unum ex familia ff. de legat.* 2., ſive ad caſum non ſequutæ nominationis faciendæ de certo genere Perſonarum, quo caſu ſemper
2 præelectus, & nominatus intelligitur Majoratu, vel Primogenitus inter illos, qui poterant nominari, ad clare tradita *per Surd. conſ.* 376. *fere per tot.*, & ſignanter *a num.* 24. *uſque ad fin. Gabr. conſ.* 85. *num.* 7. *vol.* 2., *Molina de Hyſpan. Primogenit. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 42., *Angul. de Meliorat. leg.* 3. *gloſ.* 7. *nu.* 3., *Cyriac. contr.* 56. *numer.* 6., *Tondut. quæſt. Civil. cap.* 51. *numero* 9., *Guidopap. quæſt.* 467., ibique *Ranchin. in annotat.*, *Rot. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. deciſ.* 150. *num.* 6., & *coram Coccin. deciſione* 2297. *nu.* 4. & *coram Peutinger. deciſ.* 326. *numero* 8., & 9.

Minuſque ad terminos ejuſdem Donationis ambigi valebat, quod cum Joannes Vincentius

Ge-

Genitor ejuſdem Abbatis eidem legaſſet - *La ſomma di lire 30. mila, che ſono ſcudi* 10000. *&c. con li frutti a cinque per cento &c. per tutti li dritti di legitima, e ſupplemento d' eſſa parte, e porzione, e per tutte le pretenſioni, che egli poteſſe avere, e pretendere, e gli potrebbero competere ſopra li Beni, & Eredità d' eſſo Signor Teſtatore*, tale legatum citra ſcrupulum compræhenderetur ſub eadem Donatione, dum ea litteraliter amplectebatur etiam Bona, & Jura futura obventura Donanti ea Cauſa quoque legitimæ ejuſque ſupplementi, unde differendum foret, utrum legitima contineatur, tamquam ſpeciali nota digna, verbis generalitatem Donationis
3 importantibus, ex connotatis *per Bald. in leg. Si quando, §. Et generaliter, Cod. de inoffic. Teſtam., ibique Jaſon. num. 5., Pariſ. conſil. 43. num. 36. lib. 3., Natta conſ. 255. num. 3., Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 2. num. 18. cum ſeq., Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 9. num. 32., Gallerat. de renunc. part. 2. centur. 1. renunc. 47. num. 6., Cyriac. contr. 367. num. 14., Gratian. diſcept. for. cap. 684. num. 2., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 18. num. 30., Rot. poſt eundem deciſ. 177. num. 12., coram Gregor. deciſ. 539. num. 11., & in recent. deciſ. 420. ſub num. 2. parte 4. tom. 1., & deciſ. 269. num. 13. part. 11., & deciſione 181. num. 16. part. 14.*

Rurſus ex quo tractabatur de legitima a Patre in filium defluenda ſecundum naturalem ordinem naturæ, non erat aptabilis quæſtio contraria, nimirum legitimę e converſo per præmorientiam filii ad Patrem Donatorem deflectendæ, prout contigit controverti, & ex inopina-
4 tione caſus definiri favore Patris in illa celebri *Romana Donationis coram Cardinali Vicecomite*, quæ eſt *deciſ. 559. inter impreſſas par. 19. tom. 2. recent.*, & in confirmatoria *deciſ. 564. ejuſdem partis*, & de qua *in Romana prætenſæ reintegrationis 6. Januarii 1712. §. Evidentius quia, coram Me.*

Fundata igitur, & roborata ea prędictis intentione D. Ducis, tota hodierna quæſtio reducebatur ad propoſitiones, quæ promovebantur per Creditores, eæque partiebantur in tres, quarum prima fuerat, quod hujuſmodi Donatio foret invalida, ex quo duplici vitio ea laboraret, altero defectus Inſinuationis ea cenſura *Statuti Avenionen.* præſcriptę, & requiſitæ; & altero, quod eadem Donatio ſubjaceret Sanctioni *Text. in leg. fin. Cod. de pactis*, quia citra aſſenſum Jo. Vincentii Patris conventum apparebat de hæreditate viventis, ſicque ea ſubintraret infectio,
5 quæ ea hoc capite venit, nempe voti captandæ mortis, ſicuti in ordine ad primam propoſitionem habetur *poſt Text. in leg. Sancimus, §. Alias vero, Cod. de Donat.* apud *Modern. Aſculan. ſub tit. de Donat. inſinuan. annot. 43. n. 133., Card. de Luca de Donat. diſc. 60. n. 17., Rota dec. 46. num. 2., & ſeq. part. 4. deciſione 241. & 294. per tot. par. 13. recent., & in Avenionen. Donationis 24. Aprilis 1682. §. 1. per tot. coram bon. mem. Urſino*, & in ejus confirmatoria *15. Maii*
6 *1683. coram eodem*; & quoad alteram proſequitur *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 15. num. 17., & ſeq., Urceol. conſult. 98. num. 24., Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 40. num. 3. & ſeq., Capon. de pact. quæſt. 29. num. 2., Card. de Luca de Donat. diſc. 27. n. 4., & de fideicom. diſc. 141. num. 34., Rota coram Cerro deciſ. 88. num. 2., & deciſ. 636. num. 13. part. 19. tom. 3. Recent.*

Secunda exceptio, ſeu oppoſitio radicabatur in eo, quod etiamſi forte non recte ſibi ſatisfecerat Abbas ſuper Bonis D. Ducis per eum adminiſtratis de hiſce fructibus legitimæ præſeferentibus, ut ſupra, annua ſcut. 500., vel ſe illorum Creditorem perperam ſuppoſuerat in ipſa geſta adminiſtratione, & in ſubſequuta redditione rationis; erat tamen Creditor D. Ducis ea aliis Cauſis, etiam in majori ſumma, ut innuerat *primo Deciſio 7. Junii 1704. §. Immo, coram Eminentiſſimo Priolo*; quodque in omnem caſum fuerat pluſquam approbatum, & admiſſum prædictum creditum legitimæ in Tranſactione, ut diximus, ſequuta de Anno 1664., *Summario creditorum num. 2. & 3.*, ſub qua confuſa, immiata, & transfuſa erant alia credita abſorbentia ea parte Abbatis illud legitimę Donatæ, itaut ad omne pejus hic, & nunc ſtandum eſſet eidem Tranſactioni, quæ rei judicatæ æquipollet, donec omnibus utrinque denuo diſpunctis eadem Tranſactio per Dominum Ducem in
7 ſuo Ordinario Judicio reſcinderetur, ut eſt de quidditate ipſius Tranſactionis, ea cumulatis per *Urceol. de Tranſact. quæſt. 70. num. 32. cum pluribus ſequentibus, Cardin. de Luca de Donat. diſc. 59. num. 16., & de renunc. diſc. 14. nu. 2., Rota coram Pentinger. deciſ. 304. num. 11., & deciſ. 332. num. 1., & coram Merlin. deciſ. 854. num. 1., & ſeq., & in recent. deciſ. 473. num. 1. par. 14., deciſ. 49. num. 33., & deciſ. 83. n. 35. inter in Urbe impreſſas coram Me.*

Parum refragante, quod omnia præcedentia eamdem Tranſactiones, ut erat tam Peritia, quam Sententia canonizatoria crediti prędicti Abbatis, imo ipſamet eadem Tranſactio fuerit irritata, ſive ſublata de medio per poſteriorem Sententiam anni 1675. *Summario D. Ducis coram Eminentiſſimo Priolo num. 9.*: Quoniam illa, ut reſponderat *Rota in prædicta deciſione ſub §. Neque obſtat*, apertam reddebat colluſionem inter Patruum, & Nepotem ex cauſa fraudandi Creditores, qui actu divexabant Abbatem, præſertim junctis ſolutionibus etiam poſt eamdem Sententiam, ex parte memorati D. Ducis ad formam ſupradictæ tranſactionis expletis, ideoque tantum aberat quod eadem ſententia poſſet æquipollere tribus conformibus pro reſcindenda tranſactione, ut ſu-
8 pra, requiſitis, quin potius veluti colluſiva, & ſimulata, in nihilum erat ettendenda, ut unanimiter conclamant *Bart. & DD.* communiter *in l. ſi Servus plurium, ff. de legat. primo, Dec.*

conſ. 445. *num.* 32. *Menoch. conſ.* 311. *num.* 25.,
Merlin. Pignatell. contr. for. 61. *num.* 7. & 8.
Peregrin. de fideicom. art. 63. *num.* 58. *Rota co-
ram Seraphin. deciſ.* 1200. *num.* 4. *coram Bich.
deciſ.* 112. *nu.* 29. *coram Emerix Iun. deciſ.* 126.
num. 5., & *Recentior. deciſ.* 525. *nu.* 5. *par.* 13.
& *deciſ.* 155. *a n.* 6. *uſque ad* 12. *par.* 19. *tom.* 1.
& *in deciſ. quę revidetur* 27. *Iunii* 1704. §. *Ne-
que obſtat*.

Tertia demum exceptio erat, quod data etiã
per hypotheſim invaliditate hujuſce Traſactio-
nis, & reſpective conceſſa validitate donatio-
nis juxta præcedentes animadverſiones, nihi-
lominus ad effectum obtinendi graduationem,
vel nulla competere hypotheca D. Duci, cum
ille agere non poſſet, niſi per viam condictio-
nis iodebiti, de qua *in l. interdum* 29. *in fin.
ff. de condict. indebit* ubi etiam *gloſſ.* vel ex alte-
ra æquitate *l. ſi me*, & *Titiam*, *ff. ſi certe petat.*
cum ęquitativa remedia nullatenus tribuant hy-
pothecariam, ſed dumtaxat impartiantur actio-
9 nem mere perſonalem, *Rot. coram Cavaler. de-
ciſ.* 26. *n.* 4. quæ nec poſtea incipere potuiſſet,
niſi ab anno 1658. vel ab aliis male ſibi factæ ap-
propriationis, vel ſolutionis per Abbatem aut
denique ſubſequutæ approbationis de Anno 1664.
mediante memorata Tranſactione, ſicuti de præ-
miſſa incompetentia actioni hypothecariæ ex
prædictis remediis communiter tradunt *Scriben-
tes in l. cum de indebito*, & ſignanter *Bart.
num.* 4. *ff. de probat*.

Nullum tamen ex prædictis obiectionum
Capitibus viſus eſt *Dominis* habere vim, ſeu ſub-
ſiſtentiam, quoniam reſpectu primi, nempe
defectus inſinuationis hujuſce donationis, illud
incontinenti jugulabatur, & mero facto; licet
enim Abbas Guillelmus hujuſmodi donationem
exaraverit, ut præmiſimus, ſub die 17. Februa-
rii 1642., & abinde defluxi noſcerentur tres, &
ultra Menſes cæteroquin conſtabiliti pro explen-
dis hiſce inſinuationibus, nihilominus ſub die
27. Iunii ejuſdem Anni 1642. denuo in præſen-
tia Teſtiom, & Notarii idemmet Abbas ſolem-
niter ratificavit antecedentem donationem,
deputavitque ſub ea Procuratorem ad inſinuan-
dum, qui effective *ſub die* 13. *Septembris ſequen-
tis*, & conſequenter intra tres Menſes volitos
a Statutos ad hanc inſinuationem devenit, *Sum.
diſtributa co. Eminentiſs. Priolo per totum numerum
primum*; Ac propterea non poterat amplius am-
bigi de prædicta iuſinuatione ſequuta intra tem-
10 pus Statuarium, com ratificatio donationis,
prout & alterius cujuſcumque contractus, qua-
tenus opus ſit, cenſeatur initus tunc de novo,
ut inquit *Bertrand. conſ.* 30. *ſub num.* 1. *in fin.
§. Mihi tamen*, *Decius conſ.* 216. *ad fin. verſ. &
præſertim. Gratian. diſcept. foren. cap.* 631. *n.* 31.
Card. de Luca de donat diſc. 33. *num.* 9. & *diſc.*
60. *n.* 38. *Rot. coram Burat. deciſ.* 940. *n.* 8.

Atque ex his otique non oportuiſſet convola-
re ad cęteras etiam juridicas replicationes iſtiuſ-
met obiecti eradicativas, nempe quod hujuſ-
modi donatio ad limitis verborum, de quibus
ſupra, fuerat exarata pro conſervatione, &
ſplendore Domus, & familiæ ipſius Donato-
11 ris, in quibus ſane terminis aliam non requiri
inſinuationem non obſtante quolibet Statuto in
oppoſitum, ſolide comprobarunt *Antunez de
donat. lib.* 1. *prælud.* 2. *num.* 53. *Rocca diſput.
Iur. ſelect. cap.* 10. *num.* 43. *Modern. Aſculan.
ad Statut. Urbis annot.* 43. *num.* 103. *tom.* 2.
Card. de Luca de donat. diſc. 60. *num.* 42., *Rot.
deciſ.* 94. *num.* 18. & *ſeqq. coram Dunozzet. Iun.*
& *deciſ.* 182. *num.* 17. & 24. *coram Otthobon.* &
in Romana Domus 13. *Februarii* 1708. §. *Non
attenta coram R. P. D. meo Lancetta*.

Eſtque tam potens, naturalis juſta, & Rei-
publicæ favorabilis Cauſa hæc, ut propterea
non deceat ſub hoc prætextu deficientiæ inſi-
nuationis anſam tribuere alicui emendicatæ
nullitati, vel pęnitentię; addito maxime,
quod etiam hęc eadem cauſa immunis eſt de
ſui natura a qualibet ſuſpicione fraudis, ut nun-
quam valerent profecto hujuſmodi donationes
comprehendi ſub regulamento Anni 1694.
mandante fieri omnium donationum inſinua-
tionem, non obſtante qualibet expreſſa cauſa
donandi, nunquam quippe ſub hac generalita-
te intelligitur ſubincluſa illa conſervandi ſplen-
dorem, & decus Agnationis, & familię, pro-
pter quam etiam in propoſito videmus nedum
ſuppleri has, vel illas ſolemnitates, ſed & ex-
cludi fœminas a Paterna ſucceſſione, fidei-
commiſſa extendi, cum ſimilibus, per ea, quę
12 ad rem noſtram ampliando proſequuntur *Mo-
der. Aſculan. ad Statut. Vrb. annot.* 36. *n.* 180.
Sperell. deciſ. 551. *num.* 7. *verſ. ubi id maxime*,
Rota coram Cerro deciſ. 126. *num.* 3. & 4. *habe-
tur in annot. ad deciſ.* 46. *num.* 29. §. *Quando*, &
in annot. ad deciſ. 84. *ſub num.* 42. §. *Prodiit in-
ter in Vrbe impreſſas coram Me*.

Neque deerat ulterius altera ęque valida
replicatio nimirum, quod Abbas Donator erat
Clericus, & conſequenter cum Juramentum,
13 cęteroquin de Jure ſufficiat vice Inſinuationis,
per *Text. in cap. cum contingat*, *de Jurejuran.* ob-
ſtringi nequaquam idcirco poterat vinculis per
Statutum injectis, utpote non idoneum, & capax
ex notorio defectu poteſtatis comprehendere
14 contractus, & geſta Clericorum, ex abunde
collectis *Modern. Aſculan. ad Statut. Vrb. an-
not.* 44. *num.* 668. *Rocca diſput. Iur. ſelect. cap.*
58. *num.* 50. *verſ. parumque*, *Card. de Luca de
credit. diſc.* 10. *num.* 27. & *de hæred. diſc.* 33.
num. 2. *Rot. coram Celſ. deciſ.* 258. *num.* 11. &
in Recent. deciſ. 256. *num.* 13. & *ſeqq. par.* 11.
in Romana, ſeu Firmana Succeſſionis 10. *Decem-
bris* 1698. §. *Siquidem*, *coram Me impreſſ. ad
ornat.*, *Card. de Luca in Mantiſſ. ad tit. de Sta-
tut. ſucceſſ. deciſ.* 8. & *in annot. ad deciſ.* 67. *ſub
num.* 28. *verſ. circa concluſionem inter noviſſime
in Vrbe impreſſ. coram Me*.

Quin relevaret, quod prælaudatum regula-
mento foret expetitum, & reſpective ſubſequu-
tum

Digitized by Google

tum ad petitionem etiam Cleri; Siquidem, ut
legebatur *in hodierno Summar. Creditorum nu. 6.*
Clerus ibidem enunciatus erat quidem in ſe
Clerus, & repræſentabat unum ex tribus Ordi-
15 nibus illius ſtatus, ut etiam aſſervatur in ple-
riſque Regnis, & ſignanter Galliarum in figura
ſolummodo temporali, ut videre eſt apud *Boe-
rium in tract. de auctorit. Magn. Conſil. & Par-
lement. Gall. a num. 173. ad 179.* Verum non
induebat hujuſmodi tunc Clerus in illo actu re-
præſentationem, & figuram Iuriſdictionis ſpi-
ritualis, quæ nunquam ſe immiſcent, ut ibi,
cum Laicis, Vaſſallis, & cum Dominis Secu-
laribus Tertii Status, cum his quippe ad effe-
ctus tantummodo prophanos, & indifferentes,
uti ſimplices Cives Ordinis inter eos diſtincti
16 unum Corpus efformant, & efficiunt, ad ea
quæ optime in propoſito obſervarunt *Chaſſan.
ad conſuetud. Burgundia rubr. 13. §. 5. verbo ha-
bitans num. 2. uſque ad 5. fol. mihi 371. Navarr.
in manual cap. 23. num. 88. Mart. de juriſdict.
par. 4. caſ. 1. numer. 33. & 38. & caſ. 2. per tot.
Antonell. de jur., & onerib. Clericor. lib. 1. par.
3. cap. 1. num. 14.*

Quin etiam arguendo a defectu poteſtatis ad
alterum quoque voluntatis, neque potuiſſet,
ſi maluiſſet, univerſus Clerus una cum Epiſco-
pis abſque Papa ſe ſubmittere legibus ſæcularis
poteſtatis, cum nequeat hic, vel particu-
laris, vel etiam Provincialis Clerus toti,
& univerſo Ordini Clericatus præjudicare abſ-
que expreſſa Supremi Antiſtitis Eccleſiæ Uni-
verſalis approbatione, quemadmodum paſſim
17 tradiderunt ex *Text. in cap. ſi diligenti, de foro
competen.* ibique *Doctores* communiter *Abbas in
cap. adverſus num. 5. verſ. quarto requiritur, de
Immunit. Eccleſ. Graſſ. de effect. Clericat. effect.
3. num. 287., Sanchez in opuſc. moral. tom. 1.
lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 27. & 36. Tambur.
de Iur. Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 20. nu.
14. Fagnan. in cap. non minus num. 32. & nu. 52.
cum ſeqq. de Immun. Eccleſ. del Bene de Immunit.
cap. 5. dub. 18. ſect. 1. num. 5. Card. de Luca de
regal. diſc. 58. ſub num. 14.*

Tranſeundo autem ad alterum caput hujuſ-
met Capitis ita effecti bicipitis, nempe votum
captandæ mortis, manifeſte etiam illud rema-
nebat obtruncatum ex poſitivo ejuſdem Joannis
18 Vincentii Patris aſſenſu, *Summar. hodierno D.
Ducis num. 8.* prout expreſſe limitat idem *Impe-
rator in eadem l. fin.* ibi — *niſi ipſe forte, de cujus
hereditate pactum eſt, voluntatem ſuam eis accom-
modaverit*, & firmant *Doctores* relati per *Bellon.
Iun. conſ. 40. ex num. 1. & conſ. 4. ex num. 5. n.
58. & 72. vol. 2. Molin. de Primogen. lib. 2. cap.
3. num. 44. Capon. de pact. quæſt. 48. in princip.
Card. de Luca de fideicom. diſc. 141. num. 28.
Adden. ad Buratt. deciſ. 894. num. 30. Rot. de-
ciſ. 119. num. 12. coram Bich. & deciſ. 33. nu. 1.
par. 6. Recent.*

Idque ſane procedit, licet hujuſmodi aſſenſus
non fuerit contemporanee præſtitus huic ipſi do-
nationi, ſed prodierit longe poſt: ubicumque
enim voluntas, vel conſenſus alicujus approba-
tivus requiritur, ex quo tunc agitur de ſolo præ-
judicio conſentire debentis, & non de integran-
da perſona facientis, nihil inter eſt, ſeu differt,
19 ſi conſenſus fuerit, præſtitus ante, in, vel poſt
celebrationem actus approbandi, teſte *Alto-
grad. conſ. 33. num. 4. lib. 2., Theſaur quæſt. for.
lib. 2. quæſt. 37., Merlin. Pignatel. contr. cap.
39. num. 38. cent. prima, Gratian. diſcept. for.
cap. 140. num. 19., Torr. de pact. futur. ſucceſ.
lib. 1. cap. 29. num. 27. 28., Rota deciſ. 269.
part. 9. rec.* cum aliis *in deciſ. 18. num. 34. inter
in Urbe impreſſas coram Me.*

De reliquo, & quodnam votum captandæ
mortis poterat ſomniari, & impingi, quando
donatio memoratæ legitimæ, facta erat D. Du-
ci nondum exiſtenti in rerum natura, quive
propterea certe nequibat ullum votum conci-
pere, & efformare, nedum inhiare ullius præ-
morientiam, quando & ad generaliorem finem
evitandi prædictum votum ſatisfuiſſet, quod ea-
dem donatio progrederetur ad univerſalitatem
omnium deſcendentium a Donatario; dato enim
tali complexu perſonarum, ex quo certe non
omnes conſpirare poſſunt & maxime non adhuc
nati, in idem votum, & ex alia parte unicui-
que ex eiſdem etiam non natis; ſed futuris deſ-
cendentibus acquiritur Ius ejuſdem donationis,
impoſſibile eſt, quod in talibus circumſtantiis
20 reddatur applicabilis præfata *l. fin.* diſpoſitio,
ſive votum captandæ mortis, de quo *in cap. nul-
la, & cap. ex tenore de conceſſ. Præbend.*, que-
madmodum animadvertunt *Roſental. de Feud.
concluſ. 25. litt. D., Mart. de Succeſ. legal. part.
4. quæſt. 25. art. 4. num. 3., Petr. Gregor. Tolo-
ſan. Syntagm. jur. lib. 41. cap. 7. per tot., Gui-
dopap. deciſ. 267. in fin., & deciſ. 505. circa me-
dium.*

Atque hinc deſcendendo ad ſecundum caput
initæ Tranſactionis, profecto non erat diſcur-
rendum, quod pro illius reſciſſione tres Senten-
tiæ conformes, ſeu res judicata deſiderarentur,
quia præciſive etiam a prædicta Sententia Anni
1675., quæ per caput ſeparatum poſitive reſci-
dit, & irritavit eamdem Tranſactionem ex cau-
ſa prædictæ illicitæ ſatisfactionis fructuum legi-
timæ, ut in *dicto Summario num. 9. §. Item dici-
mus prædictam Tranſactionem*, & quæ ob id forte
ſuffeciſſet, ex quo objecta colluſio per generi-
cas, vagaſque nimium conjecturas penitus de-
cidebat, atque deſtruebatur ex ineluctabili Ju-
ſtitia, & fundamento ejuſdem Sententiæ, ut
21 mox apparebit, quo caſu non intrat amplius
talis objectio ſimulationis, ut ad rem ait, *Rota
coram Seraphin. deciſ. 444. num. 4. in fin., apud
Poſth. de Subaſt. deciſ. 191. num. 10. & in Rec.
deciſ. 613. num. 6. par. 18. tom. 2.*

Adhuc etiam abſque alia Sententia hodie non
poterat efflagitari talis res judicata: Conſtito ſi-
quidem de errore manifeſto, ſub quo ea cele-
brata fuit, utique quælibet Tranſactio, ſine
alia

22 alia reſciſſione, ſtatim ipſo Iuris miniſterio in-
fringitur, & reſcinditur, ex uno ore diſſertis
per *Andreol. controv. 186. num. 103., Card. de
Luca de Fideicomm. diſc. 39. num. 2. 3., Rot.
deciſ. 755. num. 5. par. 2. Rec. deciſ. 350. n. 10.,
& 166. num. 1. poſt Modern. Aſculan. ad Statut.
Vrb., & in Vercellen. Reintegrationis 2. Junii
1712. §. Ex quibus cum ſeq. coram R. P. D. meo
Lancetta.*

Ita ut in longe fortioribus terminis quotidie
habeamus, quod neque ulla Tranſactio impedi-
tiva eſt cujuslibet remedii exequutivi, vel im-
miſſivi, perinde ac ſi minime emanaſſet, quan-
do idem error, per quem adimitur conſenſus,
23 ad *Text. in leg. cum falſis 42. Cod. de tranſact. leg.
cum putarem 36. ff. famil. Erciſcund.* implicite
evincitur, ſeu demonſtratur ineſſe eidem Tran-
ſactioni, ſicuti contingit occurrente, ſeu dete-
cta læſione enormiſſima, quæ ob ſui enormita-
tem facit ſupponere errorem, & carentiam
24 conſenſus in Tranſigente, ut paſſim habetur,
& ſignanter apud *Vrceol. de Tranſact. quaſt. 70.
num. 46. 52. 53., Rot. poſt eumdem deciſ. 7. n. 4.
in Bononien., ſeu Imolen. Bonorum 18. Martii
1686. §. Verum, coram bonæ memoriæ Albergu-
to, & 12. Junii 1693. §. Reſolutioni, coram
bo. me. Vrſino, in Carpentoractien. Hæreditatis
26. Junii 1699. §. Et Tertio, coram R. P. D.
dell' Olmo, & dec. 67. ſub num. 12. inter in Vrbe
impreſſas coram Me.*

Quod autem de errore materiali, & palpabili,
cum quo fuit proceſſum in Tranſactione, abunde
liqueret, exuberabat legere eamdem Tranſa-
ctionem datam in *hodierno Summario num. 2.*,
ubi nedum bonificabantur de præterito quinque
annualitates, utpote decurſæ, & jam compen-
ſatæ ad ſui favorem per Abbatem, ut in Peritia,
Summario coram Eminentiſſimo Priolo num. 4., ad
quam fuit habita relatio in prædicta Tranſactio-
ne, *dicto Summario num. 2.*, ſed inpoſterum
quoque per caput ſeparatum ab omni alio capite
Tranſactionis ſtatuebatur eadem continuatio ſo-
lutionis ſcutorum 500., proveniens ab eodem
legato legitimæ, ejuſque fructibus jam donatis,
imo, & eadem ſcuta 500. inibi elevabantur ad
alia centum annua ex cauſa aliarum prætenſio-
num, ſeu creditorum Abbatis; Quamobrem
cum nulla fuerit per umbram in præfata Tran-
ſactione habita mentio donationis factæ ad favo-
rem Domini Ducis, ſed potius a contrario adje-
cta extiterit ex induſtria ſolum relatio Teſta-
menti Joannis Vincentii Patris, a quo Creditum
annualitatum proveniebat, & de cætero agere-
tur de re indubitanter ignorata per Dominum
Ducem tamquam de tempore donationis non
natum, & tamquam non jactaturum profecto
alias hanc ſummam, & importantiam, & qui
major error unquam, magiſque clarus valebat
25 exoptari, quam ille, qui oriebatur ex ignoran-
tia, & ex toto contrario ejus, quod fuit expoſi-
tum, & veritas exigebat, & ſe habebat, ex con-
geſtis per *Bald. in leg. ſed etſi me putem num. 2. ff.
de condict. indebit., Burſatt. conſ. 339. num. 24.,
Alexand. conſ. 168. ſub num. 1. verſ. & de errore
lib. 1., Poſth. reſolut. 126. num. 2., Palm. Nep.
allegat. 57. num. 9. & 10., Rot. coram Pamphil.
deciſ. 454. n. 12., & deciſ. 60. num. 20. par. 19.
Rec., & in addit. ad deciſ. 72. num. 41. inter im-
preſſas in Vrbe coram Me.*

Quid plus? dum in præſenti verſabamur etiam
extra ſimplices terminos erroris ademptivi con-
ſenſus ingrediebamur illos fraudis, & doli ine-
vitabilis; quomodo enim potuit Abbas ſibi face-
re a Domino Duce bonificare de præterito, &
promittere in futurum illas annualitates, quas
ſciebat ſe donaſſe eidem Domino Duci ejus
Nepoti? Et quomodo ex induſtria, ut diximus,
expoſuit Teſtamentum Joannis Vincentii Patris,
& tacuit geminum Inſtrumentum donationis,
ejuſque ratificationis! Unde etiam ex hac cauſa
non erat de re judicata ad effectum reſcindendi
26 hanc Tranſactionem inquirendum, cum quæ-
cumque Tranſactio doloſa, aut fraudolenta ex
ſemetipſa collabeſcat, ut firmant *Dec. conſ.
479. num. 12., Bero conſ. fin. num. 34. & 35.
lib. 2., Petra de Fideicom. quæſt. 8. num. 73.,
Andreol. controv. 286. n. 76., Gratian. diſcept.
691. n. 1. & ſeqq., Card. de Luca de Fideicom.
diſcurſ. 39. n. 3., Vrceol. de Tranſact. quaſt. 43.
num. 43., Rota coram Merlino deciſ. 490. n. 7.,
& dec. 34. num. 1. par. 8. Rec., & poſt Modern.
Aſculan. ad Statut. Vrb. dec. 144. num. 13., &
in Vercellen. Reintegrationis 3. Julii 1711. §.
Hinc miſeram, in medio, coram R. P. D. meo
Falconerio.*

Abſque eo, quod idcirco adduci mereretur in
contrarium prætenſa mixtura, ſeu compenſato
aliarum Partitarum adminiſtrationis cum hoc
erroneo, & fraudolento ſuppoſito Credito legi-
timæ, ejuſque fructuum, unde citra examen,
& ponderationem totius Tranſactionis non poſ-
ſet claudicare contractus forte ſubſtentabilis per
compenſationem unius partitæ cum altera, cum
in Tranſactionibus adamuſſim fieri ſoleant hu-
juſmodi compenſationes, & proinde ſemper hic
27 inde per Tranſigentes aliquid remittatur, ad
*Textum in leg. 1. ff. de Tranſact. leg. Tranſactio,
Cod. eodem tit., Bellon. Jun. conſ. 79. num. 5.
Vrceol. de Tranſact. quaſt. 8. num. 19., Rot. cor.
Carillo deciſ. 279. num. 1., deciſ. 479. num. 18.
par. 19. Rec., & deciſ. 67. num. 3. inter in Vrbe
impreſſas coram Me.*

Lectura ſiquidem ejuſdem Tranſactionis pate-
faciebat expreſſe, quod poſt diſpunctas, & con-
cordatas ſeorſim cæteras partitas ejuſdem admi-
niſtrationis, in Capitulo dein ſeparato fuit ſup-
poſitum, & firmatum Creditum ad partes legi-
timæ, ejuſque fructuum etiam inpoſterum, in
quantitate prædictorum annuorum ſcut. 500.,
adiecto ulterius augumento aliorum ſcut. 100.
pro aliis ulterioribus contradiſtinctis prætenſio-
nibus extra cauſam prædictæ adminiſtrationis,
ut melius ex verbis regiſtratis in *dicto Summario
num. 2. litt. B.*, ac propterea ad diſrumpendam
eam-

eamdem Tranſactionem abſque alia reſciſſione
per rem judicatam, ut ſupra, ſuperabundabat
falſitas, & error hujus Crediti non immixti, ac
compenſati cum cæteris partitis, & capitibus
adminiſtrationis, quinimo, data etiam hac mix-
tura, Tranſactio ſemper corruebat in totum,
28 ex his, quæ diſtinguendo inter capitula Tran-
ſactionis ſeparata, vel non ſeparata, monuerunt
Ruin. conſ. 160. *num.* 27. *lib.* 2., *Pariſ. conſ.* 89.
num. 60. *lib.* 1., *Cyriac. controv. for.* 257. *n.* 18.,
Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. *cap.* 36. *n.* 59.,
Vrecol. de Tranſact. quæſt. 97. *num.* 20., *Manſ.
conſult.* 578. *num.* 828., *Surd. deciſ.* 7. *num.* 35.
& ſeq., *Modern. Aſculan. ad Statut. Vrbis annot.*
44. *art.* 3. *num.* 199., *Rot. deciſ.* 171. *num.* 10.
& ſeq. par. 11. *Rec.* cum aliis cumulatis *in Peru-
ſina Tranſactionis* 8. *Junii* 1711. §. *Cæterum*,
29 *coram Me*: Addito, quod regulare eſt, quod
Tranſactio erronea exiſtit nulla, quamvis in
parte tantum ſit erratum, ut cum *Rota apud
Cæſarem de Graſſis dec.* 14. alias *dec.* 1. *ſub titul.
de Tranſact.* oſtendit *Cyriac. controv.* 586. *n.* 5.,
& per *Text. in leg. ſi non fortem*, §. *Si centum*, *ff.
de condict. indebit.*, *& leg. ſi quis alium*, *ff. de
ſolution.* dixit *Soccin. Jun. conſ.* 129. *num.* 39.
lib. 1., *Handed. conſ.* 82. *num.* 56. *vol.* 1., *Torr.
de pact. futur. ſucceſſ. d. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 60.,
Rota coram Merlin. deciſ. 603. *num.* 13.

Progrediendo tandem ad tertium Caput hu-
jus oppoſiti Cerberi, ut ſupra, remanebat un-
dique perſpicuum, quod minime eſſemus in ter-
minis repetitionis indebiti, quodque conſecuti-
ve deficiente auxilio hypothecariæ procedendum
perneceſſe foret in mera actione perſonali; quia
præterquam D. Dux nihil effective ſolverat, ſed
per meram Tranſactionem dumtaxat approba-
verat ſolutiones ſibimet ipſi factas per Abbatem
& conſequenter tuente prædicta approbatione
contenta in Tranſactione, & deficiente facto ſo-
lutionis, reſtabat vividum, & in ſuo eſſe iſtud
creditum favore D. Ducis, utpote ei donatum
uſque de Anno 1642. per publicum Inſtrumen-
tum hypothecaria actione, & ſubjugatione val-
latum pro obſervatione ejuſdem Donationis,
ſicque dubitari nequibat, quin exuendo termi-
nos condictionis indebiti ab eo tempore exaratæ
Donationis, & promiſſæ obſervantiæ ſuperabun-
30 dans oriretur hypotheca, ad tradita poſt *Text.
in leg. potior.* 11. *ff. Qui pot. in pign. hab.* per *Al-
tograd. conſ.* 33. *num.* 18. *Negusant. de Pignor.
part. prima*, *memb.* 2. *n.* 16. *Pacific. de Salviam.
inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 508. *Merlin. de pignor.
lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 7., *Rota deciſ.* 174.
num. 35., 36., *par.* 6. *rec.*, *& in Romana Pecu-
niaria* 20. *Martii*, 1713. §. *Hinc ambigi*, *coram
R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gub.*

Attamen altera non deerat reſponſio, quod
quemadmodum quoties Abbas effective perce-
piſſet a paterno Patrimonio, prout implicite
exegerat ex ſe citra ullum mandatum haſce an-
nualitates, effectus fuiſſet Debitor vigore præ-
fatæ Donationis reſtituendi tantundem D. Duci,
ita profecto valebat eidem D. Dux in hoc caſu
agere vel executive contra ipſum, vel hypo-
thecarie etiam contra Tertium ab eo cauſam
habentem poſteriorem, non minus utique hodie
poſſet agere directo ſuper ejus hæreditate, &
excludere poſteriores ejus Creditores, qui non
poſſunt non repræſentare pro eorum Credito
31 ipſum Abbatem, & ex hac ratione habemus
in omnibus Concurſibus, *Teſte Caſtald. conſult.
foren. cap.* 185. *num.* 1., *& ſequen. Modern.
Aſculan. ad Statut. Vrb. de prælat. credit. in
concurſu annot.* 30. *artic.* 3. *num.* 287. *Rota dec.*
174. *num.* 3. *par.* 6. *recen.*, *& in Romana Fru-
ctuum Ceſſat* 9. *Maii* 1712., §. *Quod autem*,
coram R. P. D. meo Lancetta.

Non omiſſo, quod ſi quomodolibet indirecte
præſumerent Creditores poſteriores obicem
efformare D. Ducis quoad exactionem hujuſmo-
di annualitatum actu ex præmiſſis exiſtentium
ſub Concurſu, nequaquam procul dubio poſſent
cum ſuper eis, tamquam ſuper re donata, & in
alterum uſque a die Donationis tranſlata, nul-
lum profecto Jus acquireret valuiſſent, ſecun-
dum ea quæ in propoſito Creditorum, & rei
32 alteri donatæ, dixerunt *DD. in leg. Æris alie-
ni Cod. de Donation. Abb. conſ.* 102. *per tot.
part.* 2. *Ranchin. ad quæſt. Guidopap.* 105. *Boer.
deciſ.* 204. *num.* 43. *Cipyc. deciſ.* 128. *num.* 4.,
Rot. coram Duran. deciſ. 348. *num.* 2.

Oſtenſo itaque, D. Dux non indigeret agere
condictione *ex lege* ex Cauſa repetitionis Indebi-
ti, quodque anterioritas ejus hypothecæ pro
hoc credito proveniret indubitanter ab Anno
1642.; ſuperfluum erat diſcurrere de hypothe-
ca incipiente vel ab Anno 1658. ſuſceptæ Ad-
miniſtrationis, vel ab altero redditæ rationis,
nempe 1664.; quin potius nullum ex parte ejuſ-
dem D. Ducis poteſt conſtitui fundamentum
ſuper hiſce temporibus poſterioribus, quoniam
illud ſuſceptæ Adminiſtrationis nimirum Anni
33 1658., ſeriebat alteram actionem, quæ nun-
cupatur *Tutelæ*, & non donationis ad *Tex.*, ſi-
ve *Rubric. ff. de adminiſtrat.*, *& peric.*, *Tutel.
& Cod. de adminiſtr. Tutor.*

Poſtremum vero quoad hypothecam, quæ
poſſet emergere ex Tranſactione, locum ſibi
vindicaſſet, ubicumque idem D. Dux eadem
Tranſactione mediante acquiſiviſſet aliquam
rem, vel promiſſionem; Verum ex oppoſito
Abbas erat ille, qui acquirebat, etſi per erro-
rem, vel fraudem, liberationem ſibi factam
a D. Duce, ulteriuſque promiſſionem in futu-
rum, ut ſupra, unde non exiſtente ex præmiſ-
ſis ullo credito originali in perſona D. Ducis
contra Patruum vigore utriuſque temporis,
Anni ſcilicet 1658., & 1664., ceſſabat quæli-
bet hypotecaria, quam impoſſibile eſt dari ſine
primordiali actione perſonali, ſeu ſine credito,
quod ſemper ſupponit ipſa hypothecaria, ex
34 connotatis per *Doctores in leg. prima*, *ff. de
ſalv. interdict.*, *& in l. C. de præcar. Rip. in ru-
br. de pignor. num.* 4. *Molin. de Juſtit.*, *& Jur.
tom.*

Digitized by Google

tom. 2. diſput. 528. num. 1. verſ. hypotheca vero, Geit. de Credit. cap. 4. num. 33. 34. 45. *Merlin. de pignor. lib. tit. 1. quæſt. 2. num. 1. & 2., Rot. poſt eumdem decif.* 103. *num.* 5.

Oblitus eram refellere illam talem qualem objectionem, quæ ſubnectebatur per Informantes pro Creditoribus nimirum, quod in omnem caſum in prædicta Donatione Anni 1642. minime poterat compræhendi importantia librarum 4500., quę in ipſum Abbatem Donantem deſcenderat ex Teſtamento, & reſpective Dote Dianæ ejus Matris ſub præcedenti Anno 1641. *Summ.* Creditorum *num.* 9. Cum enim Joannes Vincentius Pater ejuſdem Abbatis, & reſpective Dianæ Vir legaſſet eidem Abbati libras 30. m. etiam ex titulo, ſeu Iure, quod poſſet adverſus ejus hæreditatem prætendere, & ſignanter occaſione Bonorum, ſeu hæreditati *della quondam Madama Diana di Cruſſol ſua Madre* in claram conſequentiam promanabat, quod eſſet appretiatum, & compræhenſum ſub Legato librar. 30. m. etiam prædictum Legatum, ſeu Creditum Dotis libr. 4500. ſpectans ad eumdem Abbatem, ut eſt de natura legati facti *pro omni & toto eo*, quod pro portionabiliter com-
35 prændit omnia Credita, & prætenſiones ex animadverſis per *Altograd. conſ. 68. num. 21., & ſeqq. Mantic. de Conject. ultim. volun. lib. 10. tit. 2. num. 17. Sperell. dec. 176. per tot. Rot. in Aſſiſeu Pecuniaria 4. Junii 1698. §. Dignoverant*, quæ eſt *decif. 58. num. 8. inter in Urbe impreſſas coram me*.

Sicuti igitur in paterno legato librarum 30. mil. erat dubio procul comprænhenſum Ius Dotis, ſeu prædicti legati librarum 4500., ità e converſo tale Ius, tale Creditum, tale Legatum (ad ſenſum eorumdem Defenſorum) nequibat comprænhendi ſub prædicta Donatione Anni 1642. dum eadem Donatio ſonabat dumtaxat de Bonis, Iuribus, & actionibus, quæ Abbas poterat habere, & prætendere *de præſenti, & in futurum ſuper Bonis præſentibus, & futurum dicta D. Caderoſſiæ ejus Patris, & aliorum dependentium de Domo, & Cognomine de Anceſune*, inter quæ minimè continerentur in littera Jura, & Actiones diverſæ Domus de Cruſſol,
36 nèc etiam proindè de Iure poteſt extorqueri eadem Donatio ad illa intercludenda, ex cumulatis per *Alograd. conſ. 66. num. 44. lib. primo, Rota coram Renes decif. 66., num. 12., & poſt Merlin. de legitim. dec. 47. n. 6., & dec. 48. num. primo, & in recen. decif. 375. num. 11. p. 17., & in Peruſina Immiſſionis 15. Maii 1705., §. Abſquè eo, quod, & 15. Januarii 1706., §. Renunciatio, coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Obvia namquè objectationi affulgebat replicatio, quod cùm idem Jus, ſivè legatum proveniret Juribus Matris, ejuſque Dote, quæ conſtituta fuerat in quantitate, *ut in Summario D. Ducis num.* 6. certum proindè erat, quod eſſet idem legatum, ſeù Dos conſequenda, li-
37 cèt poſt obitum, ſuper Bonis, & hæreditate Patris, per ea, quæ in terminis Dotis quantitativæ, ad differentiam conſtitutæ in fundo Dotali, advertunt *Mantic. de tacit., & ambig. lib. 12. tit. 28. num. 5. & 7., Boſſ. de Dot. cap. 8. ſub num. 70., §. Quarè, Card. de Luca eodem tract. diſc. 158. nu. 9., Rota coram Coccin. decif. 1969., num. primo, & ſeqq. in recen. dec. 481. num. 22. part. 19.*, cùm alijs *in decif 80. nu. 77. inter in Urbe impreſſas coram me*.

Et eccè quod etiam in littera verificabantur, & adamuſſim concludebant verba Donationis mox recenſita, ut in ſpecie optime *Rota in Tyburtina* Caſtrorum 20. *Decembris 1698. §. Etenim verò, coràm Reverendiſſimo meo Molines Decano, & in ejus confirmatoria 12. Junij 1699., § Juſtitia, coram bon. mem. Mute*: Undè vix oportebat quoquè animadvertere prægnantiam, & generalitatem verborum, quæ efficiebat, ut retroceſſum, ſeù donatum cenſeatur quodlibet Jus competens adverſus Bona donata, vel renunciata, licet ex quacumque Cauſa, & quo-
38 cumque excogitabili titulo, juxtà formulam, ſivè exemplum ad hunc effectum allatum egregiè, per *Bartol. lib. 1. num. 10. Cod. pact. Roman. ibidem num. 14., & 15., Menoch. conſ. 335. num. 16. cum ſeq., Rota in Romana Renunciationis 25. Junij 1706. §. His tamen in fine cor. R̃mo Molines, & 11. Januarij 1711. §. 26., & §. 40. coram me*.

Atque ita in ordine ad hunc articulum Donationis, ſeù eunctarum annualitatum perperàm exactarum ab Abbate, concluſum, & ſtabilitum fuit in hodierna Audientia.

Utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 23. Junij 1713.

ARGUMENTUM.

Dotis aſſecutio, ſive retentio an, & quando impediri poſſit per exceptionem non redditæ rationis bonorum à Muliere adminiſtratorum, quæ exceptio decidenda eſt in Judicio Ordinario tres conformes, præſertim ſi dos fuerit conſtituta in publico inſtrumento.

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrator ſi rationem non reddiderit præſumitur ex bonis adminiſtratis de ſuo credito ſatisfactus.*

2 *Redditio rationis ſi noſcitur turbida, & intricata deputari ſolet Peritus pro illa enucleanda.*

3 *Exceptio redditionis rationis in via ordinaria per tres conformes decidenda impedire nequit immiſſionem, & rem judicatam.*

4 *Judicium executivum retardari nequit per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

5 *Creditum dotale fundatum in publico inſtrumento im-*

Digitized by Google

impediri nequit exceptione non reddita rationis; Limita num. 7.

6 *Præſertim ſi idem creditum dotale non promovetur per viam actionis, ſed de eo exipitur ad finem retinendi*. Limita ut ſupra.

8 *Judicium redditionis rationis ſemper eſt de ſui natura Ordinarium*.

9 *Decretum, vel ſententia ſemel acceptata, & nunquam per longum tempus impugnata tranſit in rem judicatam*.

10 *Detractiones impedire nequeunt immiſſionem, quoties illæ deleguntur turbidæ, & illiquidæ*.

DECISIO DCXXVIII.

AGamemnon, & alii de Mareſcottis ex Dominis Montis Albani expetiere in noſtro *Sacro Auditorio* executionem rei judicatæ, & è converſo Carolus ex Comitibus de Marſcianis opponebant Clypeum detractionum etiam poſito fideicommiſſo, de quo infra, ſibi competentium, unde ad conſulendum utriuſque Patris indemnitati bipartitum dubium *Dominis* propoſui, *An vigore rei judicatæ Rotalis foret relaxandum Mandatum de immittendo ad bona hæreditaria Joannis Angeli, vel potius competerent detractiones in caſu, & ad effectum, de quo agebatur &c.*, & *affirmative* in ordine ad primam partem prodiit reſponſio, *negative* autem quoad ſecundam.

Facilis, & plana extitit reſolutio ſuper prima, nam quod Ioannes Angelus fideicommiſſum ordinaverit progreſſivum ad Franciſcam Juſtinam Actorum Matrem, ejuſque deſcendentes, ſatis declaraverat littera ipſa Teſtamenti per eum confecti, & præventive quoque Judicaverat A. C., & denique *Sacra Rota* in geminis *Decisionibus coram clar. mem. Cardinali Caprara* ſub die 26. *Novembris* 1696., & 20. *Junii* 1698. confirmaverat, quinimò erga prædicta gemina judicata reſcribente Signatura Iuſtitiæ ad formam ſtatuti Urbis -- *Conſtito de duabus*, etiam de illis conſtare fuit dictum in altera ſuperventa *Deciſione die* 9. *Maii* 1701. *coram Reverendiſſimo D. mea Molines Decano*, itaut in hoc ſtatu ſatius duxerit Carolus, ſive Anna Maria Victoria ejus Mater cujus fuit poſtea hæres, liti renunciare, unde ſuborta de per ſe re judicata, junctim cum hujuſmodi renunciatione, aliæ non ſupererant partes Judicis, quam exequi, prout fuit reſcriptum, ipſammet rem judicatam, ipſiuſque emologationem.

Aliqua fortaſſe abſtractive amaritudo ſtetiſſet in ſecunda parte præfati Dubii circa ſupradictas oppoſitas detractiones, ſed cum eæ te ducerentur ad reſiduale creditum dotis ſcutorum 3723. Annæ Mariæ Victoriæ Genitricis Caroli, objecta ſtatim fuit ad illius everſionem, ſeu ſuffocationem per prænominatos Actores illa potentiſſima exceptio, quod cum eadem Anna Maria Victoria adminiſtraſſet valde conſiderabile patrimonium Teſtatoris necnon Alexandri illius filii, & reſpective ſui Viri, uti Mater, & Tutrix Franciſcæ Iuſtinæ ejus, & prædicti Alexandri Conjugis filiæ, atque hæredis, utique quouſque de eadem adminiſtratione congruam reddebat ratio-
1 nem præſumi poterat, & debebat abunde ſatisfacta ſuper bonis per ipſam adminiſtratis, juxta unanimiter affirmata per *Sard. conſ.* 290. *numer.* 33., *Noguerol. allegat.* 40. *num.* 29. *cum ſeq. Rota coram Pamphil. dec.* 569. *num.* 4., *coram Royas deciſ.* 120. *num.* 7., & 8., *coram Cerro, deciſ.* 86. *num.* 7., & *ſeq.*, & *in recent. deciſ.* 391. *num.* 8. *par.* 5., *deciſ.* 166. *num.* 22., & 23. & *deciſ.* 192. *num.* 4.. & 5. *par.* 10., & *dec.* 345. *num.* 43., & *ſeq. par.* 15. & *inter hactenus impreſſas in Urbe coram Me deciſ.* 26. *num.* 7.

Tentaverat quidem exiſtens tunc in humanis prænominata Anna Maria Victoria ad hanc devenire oppoſitionem detractionum eodemmet tempore, quo coram prelaudato *clar. mem. Cardinal Caprara* diſſerebatur lis ſuper fideicommiſſo, ac de facto ſub die 30. *Aprilis ſeculi inchoantis*, ſeorſim proponi ſategis duo formaria Dubia -- *utrum conſtaret de legitima redditione rationis*, & reſpective, *An Mandatum A. C. ſuper aſſerto reſiduo dotali eſſet exequendum*, emanavitque Reſcriptum in utroque -- *Dilata, & eligatur Peritus*, quemadmodum practicari ſolet, quoties eadem redditio rationis dignoſcitur turbida, & intricata, itaut ſit opus
2 ad alleviandum improbum laborem *Dominorum*, enucleatione, & diſcuſſione Periti, uti videre eſt in *deciſ.* 1812. *num.* 12. *coram Coccino*, & *deciſ.* 780. *in princ. coram Emerix Iun.* & *in Recent. deciſ.* 455. *par.* 14. *deciſ.* 183. *numer.* 3. *par.* 15., & *deciſ.* 194. *num.* 2. *par.* 18.

Cum igitur uſquedum non fuerint diſpunctæ partitæ ejuſdem reddendæ rationis, quinimo pendeat ad partes prædictum dubium ſeparatum -- *An conſtet de legitima redditione rationis*, & hujuſmodi Iudicium veniat diſcutiendum, & terminandum in via ordinaria per tres conformes, utique hic, & nunc non poterat fieri ulla præpeditio retardativa nedum immiſſionis, ſed etiam rei judicatæ per ipſam-
3 met Patrem acceptatæ, ut optime dixit, *Rota in Romana Cumbiorum* 8. *Februarii* 1711. *coram R. P. D. meo Aldovrando*, & in præciſis terminis dotis *eadem Rota coram* Coccino *dec.* 1836. *num.* 7.. & *in Recent. deciſ.* 30. *num.* 14., & 15. *par.* 8.. *deciſ.* 411. *num.* 5., & 6. *par.* 16.. & *dec.* 220. *num.* 9.. & 10. *par.* 19. *tom.* 1. & generaliter, quod Iudicium executivum retardari nequeat per exceptiones requirentes Iudicium
4 ordinarium, uno ore conclamant *Paſtb. de mant. obſer.* 56. *num.* 13., *Card. de Luca de Donat. diſc.* 14. *num.* 5. *in fin.*, *Rota coram Ludoviſ. deciſ.* 549. *num.* 6., *coram Buratto deciſ.* 49., & *coram Priolo deciſ.* 107. *utrobique n.* 9.. *coram Cerro deciſ.* 815. *in fine*, & *in Recen. dec.* 216.

num. 9. part. 14. & deciſ. 405. num. 12. part.
18. tom. 2.

Et ob id nullibi applicabantur genericæ *Au-*
thoritates, quæ è converſo dicere videntur,
ſeù dicunt, quod creditum dotale fundatum in
publico Inſtrumento non poſſit ſiſti per hanc
5 exceptionem non redditæ rationis, ut habetur
per *Text. in l. unica*, *§. Exactio*, *& §. Taceat.*
Cod. de rei Uxor. action. apud *Negnſan. de pigno-*
rib. memb. primo par. 5. num. 36. Amat. reſol. 49.
num. 103. Card. de Luca de Dot. diſc. 94. per tot.
Urceol. conſult. 89. num. 11., *Rota coram Seraph;*
dec. 1455. per tot., *coram* Cerro, *dec. 664. n. 12.*
coram Bich. dec. 173. num. 7. & 13. cum reliquis
in dec. 101. num. 17. inter impreſſas poſt Modern.
Aſcalan. ad Statut. Urb. tom. 3. & in Aſculana
Dotis 21. Iunii 1706. *§. Reſpectu enim*, *coram*
bo. mem. *Caſſarello*, & præſertim, quoties idem
creditum dotale non promovetur per viam
actionis, ſed de eo dumtaxat excipitur ad finem
6 retinendi, juxta animadverſa per *Merlin. de*
pignor. lib. 1. quæſt. 25. num. 5. Giurba ad conſue-
tud. Meſſan. cap. 10. gloſſ. 7. num. 5., *coram Bich.*
dec. 658 num. 28. & in Romana Dominus 27. Ia-
nuarii 1707. *§. Et maximè*, *coram Eminentiſſimo*
Priolo.

Siquidem hæc omnia fortaſſe locum ſibi
uſurpaſſent, quoties a principio intentatæ im-
miſſionis per Actores viſum juridice fuiſſet *Do-*
minis agi de adminiſtratione pauperiis Regni,
vel quod in promptu claræ, & limpidæ exhibi-
tæ extitiſſent juſtificationes ſuper eadem exer-
cita adminiſtratione; aſt cum valde pinguia
patrimonia Anna Maria Victoria adminiſtra-
verit, & per quadraginta annos a die obitus fi-
deicommittentis perceperit omnes fructus di-
midiæ illius hereditatis, necnon ulterius alios
fructus legitimæ ſuper eadem medietate de-
bitæ Alexandro eius Viro, alteriuſque pari-
ter legitimæ competentis Juſtinæ ſuper bonis li-
beris ejuſdem Alexandri, cum cæteris pro par-
te Actorum creditis prætenſis, ac dilucidandis
ex Peritia, profecto in his terminis, ut præmiſi-
mus, præſumitur, quodcumque dotale credi-
tum exuberanter ſatisfactum, ſicuti præter ſu-
7 pra relatos, diſtinguendo ad rem noſtram
præciſam, optime tradiderunt *Mareſcott. va-*
riar. reſolut. lib. 2. cap. 121. num. 68., *Paſcal. de*
patr. poteſt. 3. par. cap. 10. num. 43. cum ſeq. Zacch.
de Oblig. Camer. quæſt. 17. num. 36. & 37. No-
guerol. alleg. 40. num. 29. Rota coram Buratt. de-
ciſ. 541. num. 3. & in Recent. dec. 14. num. 8., *&*
9. par. 5, & admittit *Seraphin.* in prædicta ex
adverſo allegata *dec. 1455. in fin.*

Fortius itaque, & citra difficultatem, dum
propoſito, ut ſupra innuimus prædicta die 30.
Aprilis utroque Dubio tam ſuper redditione
rationis, quam ſuper credito dotali, ſuperve-
nit præcitatum reſcriptum — *Dilata*, *& eliga-*
tur Peritus — fuitque pro parte Caroli (ut ſup-
ponebant pro eo ſcribentes) confecta Peritia,
ita mandante *Sac. Tribunali*, cum acceptatione
ejus Auctoris, & ſui ipſius; Quamobrem ex
proprio facto agnovit, prædictam ſuam exce-
ptionem crediti Dotalis eſſe diſcutiendam, ut
8 innuimus, in via Ordinaria nuſquam contra
ponibili executivæ, cum nemo non ſciat, Judi-
cium redditionis rationis, a qua dependet ex-
tinctio, vel ſuffocatio crediti dotalis, eſſe ſem-
per de ſui natura ordinarium, Teſte *Salgad. de*
regia protect. part. 2. cap. 11. num. 6., *& num.*
23. Rota deciſ. 343. num. 1. part. 18. recentior.,
& in Romana redditione rationis 16. *Januarii*
1711. *§. Attamen*, *coram R. P. D. meo Falcone-*
rio, & dixi *in Tractatu de Commerc.*, *& Merca-*
tur. diſcurſ. 37. ſub num. 32. in fin.

Et eo ſemper fortius, quia nedum Carolus,
ſive ejus Mater tolleravit diſputari ad partes
Dubium — *An conſtet de legitima redditione ra-*
tionis, ſed etiam illius Reſcriptum — *Dilata*, *&*
eligatur Peritus — acceptavit, conſentiendo in
deputationem ejuſdem Periti, illumque, ut
veriſimile eſt, informando, & coram eo jura
ſua deducendo; quapropter nequit amplius ab
eadem acceptatione reſilire, nam ultra acquie-
ſcentiam prædictum memoratum Reſcriptum
9 tranſivit in rem judicatam, ex firmatis in *Ro-*
mana fideicommiſſi de Avila 9. *Decembris* 1701.
§. Prætermiſſa, *coram clar. mem. Cardin. Capra-*
ra, & ſucceſſive *in eadem ſuper reſtitutione in in-*
tegrum 15. *Maii* 1711. *§. Procedentes*, *coram*
R. P. D. meo Lucetta.

Superius præſuppoſuimus, detractiones omnes
oppoſitas pro parte Caroli reſtringi ad creditum
dotale Annæ Mariæ Victoriæ ejus Genitricis,
cum profecto nullum fuerit datum Judicium
competentiæ aliarum detractionum, quæ nun-
cupantur quantitativæ, ſeu accidentales; quo-
vero ad quotitativas, ſive legales difficile ſer-
mo haberi poterat, cum neque Carolus, ne-
que ejus Mater, quæ illum ex ſecundo thalamo
procreavit, eſſent filiæ, vel deſcendentes à
Fideicommittente, vel Alexandro ejus filio,
prout erat Franciſca Juſtina de Trebellianica
autem loqui ſupervacaneum erat, quia ultra
verba, per quę opinabantur ſcribentes, pro
Actoribus prohibitionem tacite inflictam, ſive
injunctam a Fideicommittente erga Annam
Mariam Victoriam, hæredem gravatam in ſua
medietate, adhuc cum, ut jam manifeſtavi-
mus, ipſa per 40. annorum decurſum percepe-
rit fructus ejuſdem procul dubio medietatis, in-
dubitanter remanſit pluſquam immo quadupli-
citer ad minus ſatisfacta, per ea, quæ late cun-
ctis opinionibus allatis, atque perſpectis reſolu-
tum, ac oſtenſum fuit in *Romana fideicommiſſi de*
Matthiettis 29. *Aprilis* 1701. *§. Diximus coram*
Me.

Pro coronide tandem *Domini* mihi injunxe-
runt, quod explicarem aperte Reſcriptum,
quare extitit reſolutum, *non competere detractio-*
nes, quando adhuc ad terminos Dubii uſquedum
pendentis ſuper redditione rationis poterat for-
taſſe apparere de aliquali competentia earum-
dem

dem detractionum; nequaquam etenim intellexerunt denegare abſolute, ſive in perpetuum competentiam detractionum, ſed illas tantummodo (uti proponebatur in dubio non ſina accuratione deſuper extenſo, nimirum - *in caſu, & ad effectum, de quo agebatur*) ex huc uſque præmiſſis in præſenti non poſſe opponi, ſeu, quod idem eſt, in effectu hic, & nunc competere detractiones, quæ poſſent retardare Immiſſionem, & rem Iudicatam, etiam ab ipſamet Parte acceptatam, quando generale eſt, quod abſque tali quoque re judicata, abſque tali acceptatione, detractiones ſimplicem Immiſſionem nequeunt impedire, quoties detegantur
10 quomodolibet turbidæ, & illiquidæ, ex paſſim cumulatis apud *Card. de Luca de legitim. diſc.* 25. *num.* 76., *Urceol. conſult. for.* 71. *in fin.*, *Manſ. conſult.* 396. *num.* 5., *Rota coram Celſo deciſ.* 167. *num.* 6., *& coram Cavaler. deciſ.* 573. *num.* 3., *& in Recentior. deciſ.* 517. *num.* 2., *&* 16. *par.* 14., *deciſ.* 145. *num.* 18. *par.* 16., *deciſ.* 155. *num.* 8. *part.* 17., *& deciſ.* 547. *num.* 13. *par.* 19. *tom.* 2.

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA SUPER RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

Veneris 23. *Iunii* 1713.

ARGUMENTUM.

Scientia generalis, & præſumpta non ſatis eſt probetur ut inde inducatur proprii juris remiſſio, ſed ſpecifica opus eſt concludatur: & quando alterutra interveniſſe dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Plus volens cenſetur voluiſſe quod eſt minus.*

2 *Sylus S. Rotæ proponendi dubium an ſit ſtandum vel recedendum a deciſis denegantibus reſtitutionem in integrum, quando Signatura reſcripſit de cauſis.*

3 *Scientia in præjudicialibus & importantibus ſui juris remiſſionem individuo requiritur.*

4 *Proteſtatio contraria maxime repugnat ſui juris remiſſioni, & ſpecifica ſcientiæ.*

5 *Scientia non præſumitur in aliqua cohabitatione, & taciturnitate poſt probabilem ſcientiam teſtamenti, quando tempore teſtamenti iſte erat infans.*

6 *Scientia præciſa adamuſſim contentorum in teſtamento probanda eſt ad effectum, ut quis ſuo juri renunciaſſe dicatur, & non ſufficit generalis notitia.*

DECISIO DCXXIX.

QUIA Signatura Juſtitiæ ad inſtantiam D. Altovitæ adſcita pro commiſſione reſtitutionis in integrum reportanda adverſus rem Iudicatam, in qua per *Sacrum Auditorium* fuerat præſuppoſitum, & definitum, hæreditatem Jacobi de Avila obligatam aſſe refundere damna, & intereſſe ex perſona Didaci Domino Cicciaporcio, quæve obvenerant ob omiſſum Inveſtimentum, & reſpective neglectum multiplicum volitum, & ordinatum ab R. P. D. Hieronymo de Avila, reſcripſerat- *De cauſis reſtitutionis in integrum poſt viginti Annos tantum.*

Hinc quamvis in altero præcedenti Dubio diſceptato in præterita Audientia extitiſſet reſolutum, prædictam Iacobi hæreditatem, ſive ejus hæredem teneri, in conſequentiam eorundem damnorum, & intereſſe, fructus utriuſque, ſcilicet inveſtimenti, & multiplici non ſolum uſque ad obitum Iacobi, ſed etiam ex poſt refundere, & exburſare, & ob id quodammodo videretur ſupervacanea altera hodierna inſpectio, utpote jam a fortiori deciſa, dum qui vult plus,
1 vult etiam per neceſſe minus, quod ſub eodem pluri continetur, Teſte *Baldo in conſ.* 307. *verſic. In contrarium lib.* 1., *Toſch. practicar. concluſ. tom.* 7. *litt. S. concluſ.* 885. *per tot. Rota coram Seraphin. deciſ.* 167. *num.* 4., *& coram Buratto, deciſ.* 368. *num.* 13., *& in Bononien. Primogeniture de Paleottis prima Januarii* 1700. *§. Confirmitas, coram R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Nihilominus ad obtemperandum eidem Signaturæ Juſtitiæ reſcripto, ulteriuſque quia jam conceſſa extiterat nova Audientia adver-
2 ſus primam *Deciſionem* editam ſuper eadem reſtitutione in integrum denegata *cor. R.P.D. Lancetta ſub die* 15. *Maii* 1711., & *Ego*, ad quem devoluta remanſerat tota maſſa negocii, ſubrogatus apparebam in locum ejuſdem *R. P. D. mei Lancettæ*, idcirco Dubium propoſui etiam in præſenti Audientia - *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis*, & facile audivi reſponderi ferme citra contradictionem, *pro omnimoda perſiſtentia.*

Non retexam ea, quæ extiterunt in eadem præcedenti *Deciſione R. P. D. mei Lancettæ* ſatis diſſerte in hoc propoſito enucleata, atque firmata, neque pariter ea, quæ propter identificam connexionem articuli fuerunt ſub extenſa in prefata altera *Deciſione* antecedentis Audientiæ *coram Me ſub §. Diximus enim ſequenti*: ſolumque ſpicas quaſi poſt terga Meſſorum recolligendo adiiciam id, quod non fuerat in ipſa ante acta *Deciſione* latius diſſolutum, vel ſolidius demonſtratum, & ſignanter in ordine ad ſcientiam, vel non ſcientiam Didaci reſpectu multiplici, & Inveſtimenti conficiendi per Iacobum; ulterius quippe ignitum fuit, quod circa hujuſmodi præceptum ab R.P. D. Hieronymo demandatum Iacobo de conficiendo inveſtimento, & de efformando multiplico, tantum aberat, quod de hujuſmodi ſcientia do-
3 ceretur, prout individue doceri debet in præjudicialibus, & importantibus remiſſionem pro-

prii Juris ad paſſim coacervata per *Natt. conſ. 363. num. 4. Peregrin. conſ. 92. num. 16. lib. 2., Soccin. Jun. conſ. 24. num. 23. lib. 4. Menoc. conſ. 835. num. 11., Mareſcott. var. reſol. lib. primo cap. 41. num. 86., Cyriac. controv. 128. nu. 21., & ſeqq., Capyc. Latr. decis. 2. num. 44., Rota coram Bich. decis.* 119. *num.* 5., cum aliis relatis in ante acta *Deciſione* hujus Cauſæ *diei* 15. *Maii* 1711. *§. Ulterius, & ſequenti coram R.P.D. meo Lancetta.*

Quinimo totum erat in oppoſitum, dum
Didacus medietatem Vineæ controverſæ, alio-
rumque bonorum, defuncto Jacobo Patre,
dividendo cum Petro Paulo ejus fratre, ex-
preſſam in oppoſitum ſaltem in genere proteſta-
tionem emiſerat, ut ibi -- *quatenus adeſſet ali-
quod fideicommiſſum purificatum, vel purifican-
dum, ſeu Primogenitura non cenſeatur per præ-
ſentem diviſionem, vel quaſcunque clauſulas, &
pacta in ea contenta renunciatam*, *Summario* D.
Cieciaporei *Num.* 6., & ſucceſſive in eodem
Inſtrumento (ſunt verba præciſa acceptantes
ambo portionem ſibi per ſortem obventam, &
approbantes diviſionem ſubjunxerunt -- *decla-
rationibus ſuperius enunciatis, & expreſſis*; nil
4 enim magis ex diametro repugnat ſcientiæ, &
conſecutivæ remiſſioni, ſeu renunciationi, quæ
ab eadem ſcientia potuiſſet emergere, quam
explicita, & cubitalis proteſtatio in contrarium,
ex paſſim congeſtis ex *l. ſi ſtipuletur §. ultim. ff.
de fidejuſſor.* per *Mantic. de tacit, & ambig. lib.
15. tit. 5. numer. 4., Carleval de Judic. lib. 1.
diſput. 2. quæſt. 8. ſect. 2. num.* 995 *Benden. col-
lect. legal. 8. num.* 160. *vol. 2. Capyc. Latr. dec.
206. num. 20, & 21., Rot. dec. 228. num. 20.
par. 15., & deciſ. 368. num. 10. par. 19. tom. 1.
recent.*

Et ſane ſecluſa tali ſcientia, imo data con-
traria proteſtatione, & præſervatione, frigidæ
nimium apparebat illæ animadverſiones, &
conjecturæ nimis vagę, quæ ad inferendam
eandem ſcientiam, & remiſſionem adduce-
bantur, de lapſu nimirum temporis, necnon
coabitatione, & de veriſimili notitia Teſta-
menti tanquam concernentis rem familiarem,
& domeſticam omnibus regulariter notoriam:
Quoniam cum Didacus in infantili ætate re-
5 periretur de tempore obitus prænominati
R. P. D. Hieronymi, a quo promanabat onus,
& præceptum inveſtiendi, & multiplicandi
& ſic foret prorſus incapax ullius poſitivæ ſcien-
tiæ, in nihilo faciebat ſucceſſiva taciturnitas
una cum cohabitatione, & tali quali proba-
bili notorietate Teſtamenti ejuſdem R. P. D.
Hieronymi, dum pręter ignorantiam reſul-
tantem ex prædicta proteſtatione in contrarium
6 habemus longe in durioribus, quod neque ad
effectum inducendæ renunciationis, ſeu remiſ-
ſionis proprii Juris, ſibique prejudicandi, ſat
eſt notitia generica Teſtamenti, niſi etiam
juſtificetur præciſa ſcientia contentorum ada-
muſſim in eo, ad luculenter tradita per *Ja-
ſon. in l. qui Romæ §. Duo Fratres num. 105. ff. de verb. oblig., Vrceol de tranſact quæſt. 47. num. 17. Peregrin de fideic. art. 52. num. 21., Rota coram Buratto decis. 889. num. 7., & ſeqq. coram Bich. dec. 7. num. 21., & ſeqq. coram Dunan. dec. 426. num. 17., & ſeq., in Bononien. fideicommiſſi prima Martii 1697. §. Nec magis, coram Reverendiſſimo Molines Decano, & in Romana fideicommiſſi de Colleonibus 23. Martii* 1708. *§. fin. coram R. P. D. meo* Lancetta.

Et ita etiam in hac parte reſolutum fuit, utraque &c.

SPOLETANA CAUTHELÆ ANGELI SUPER IMPUTATIONE FRUCTUUM.

Lunæ 26. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Fructus non lucratur creditor retinens rem ſui debitoris majoris valoris, quam ſuum creditum ſed imputare debet: Item nec titulo dotis quantitativæ ſoluto Matrimonio; nec ex bona fide reſultante ex ſententia in fraudem creditorum obtenta.

SUMMARIUM.

1 *Pigneris cauſa in creditore continuat cum creditum pigneris valorem non æquat, & quando ſecus diſtinguntur remiſſive, & tunc fructus ſunt imputando a creditore* num. 10.

2 *Auditor antiquior nullo ſubrogato expedit cauſam pendentem coram alio Auditore qui a Rota exierit.*

3 *Sententia a deciſione difformis eſt nulla.*

4 *Dictum ex abundanti in deciſione non eſt trahendum ad contrarietatem.*

5 *Cauthela ſi exuberet non tamen nocet.*

6 *In deciſionibus rotalibus attenditur diſpoſitionis ſubſtantia non id quod habet ſe per evidens.*

7 *Pretium ſub haſta oblatum juſtum rei valorem non probat, & cur.*

8 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatum.*

9 *Confeſſio contra confitentem plene probat.*

11 *Fides lite pendente expiſcatæ nihil probant.*

12 *Cataſtrum per ſe non probat rei valorem.*

13 *Sensſia a præponderantibus teſtibus ſulciatur.*

14 *Fructus dotis quantitative ſoluta matrimonio mulieri debentur, vel poſt interpellatione, vel ita mandante ſtatuto.*

15 *Fructus dotis quantitativæ ſoluto matrimonio favore heredum mulieris non currunt.*

16 *Sententia exorta in fraudem creditorum non conſtituit bonam fidem ad effectum lucrandi fructus.*

DECI-

DECISIO DCXXX.

EVERSIS cœteris exterioribus munitionibus, ſeu munimentis, quæ per allegationem Cauthelæ *Angeli* excitata fuerant a Hieronymo, aliiſque de Syllanis, ultimum præſidium, ad quod confugerunt pro retenſione bonorum, eorum Authori colluſive donatorum, extitit creditum dotale Læliæ conjugis Franciſci, conſcendens ad ſcuta 1125., & de facto hujuſmodi creditum extitit a *Sacra Rota* approbatum pro concedenda eiſdem de Syllanis proportionabili retentione, ut latius de hiſce omnibus eluceſcit ex *Deciſionibus* uſque de Anno 1701., & reſpective 1702. editis *coram Eminentiſſimo de la Tremoille*, ſcilicet ſub die 27. *Junii*, & conſecutive 13. *Martii*, ut uberius in mea *Deciſione* poſtremo promulgata ſub eodem titulo *Spoletana Cauthelæ Angeli 26. Februarii* 1703.

Verum Creditores prænominati Franciſci, in quo bona, de quibus eſt quæſtio, per antea obnoxia fideicommiſſo, libera evaſerunt, ad hoc, ut Syllanos etiam a prædicto noviſſimo tutamine arcerent, eu aginarunt prætenſionem, quod enunciatum creditum dotale longe extitiſſet abſorptum a fructibus, mala fide per ipſos de Syllanis perceptis uſque ab Anno 1669., & adeo prævalide impetum fecerunt, ut Triumphatores extiterint; nam diſceptato Dubio *coram Eminentiſſimo Priolo* in locum *Reverendiſſimi Molines* ſufecto ſub die 13. Maii 1712. *An hi fructus eſſent imputandi in ſatisfactionem dotis Læliæ*, prodiit reſolutio *affirmativa*, ad cujus normam pronunciata *per R. P. D. meum Scottum* Sententia, illa quoque robur confirmationis obtinuit coram *R. P. D. meo Falconerio*, prævia *Deciſione diei* 23 *Januarii* 1713.

In hoc ſtatu iterum provocaotibus Syllanis, & oblique præſumentibus decretam imputationem evitare, non ſolum reaſſumpſere vetus objectum jam eliſum coram prælaudato *Eminentiſſimo Priolo*, & *R. P. D. meo Falconerio* ſuper prætenſa ex Legis miniſterio appropriatione bonorum detentorum ex cauſa præfati crediti dotalis, & ob quam fructus ab eis, tanquam percepti jure dominii, non fuiſſent imputabiles; Aſt ulterius agnoſcentes, quod hujuſmodi appropriatio congruere non poterat, quando creditum prædictum non æquabat, vel ſuperabat
1 valorem ipſorum bonorum, ex quo Lex perdurante in his terminis penes debitorem antiquo dominio, & ſpe recuperationis, ſeu reluitionis, ſupponit cauſam pignoris in detentore, ſecundum ea, quæ optime diſtinguuntur ad mentem *Textus in l. qui habebat §. Suaviſſime*, ubi *gloſ. in verbo ceſſare ff. de legat.* 3. per *Neguſant. de pignor. par.* 3. *memb.* 1. *num.* 29. & 30., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 143. *num.* 34. *cap.* 422. *num.* 13. *Gait. de credit. cap.* 4. *num.* 1097. *Merlin. de pignor. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 45. *num.* 73. *Rota deciſ.* 165. *num.* 22. *par.* 14. *tom.* 2. *rec. in Nullius, ſeu Terræ Pontiani Cenſus* 19. *Aprilis* 1706. §. *Ann unice*, *coram Reverendiſſ. Kaunitz. Epiſc. Labacen.*, & *in Romana Immiſſionis* 9. *labentis menſis in fine*, *coram R. P. D. meo Criſpo*.

Hodie propterea ipſi conati ſunt impugnare valorem aſſertum in ſupradictis Deciſionibus *D. Cardinalis Prioli*, & *R. P. D. Falconerii*, ſed adeo in vanum laboraverunt, ut repropoſito per Me negocio, unanimiter *Domini* reſcripſerint pro unius, & alterius Præcedentis Sententiæ confirmatione.

Neque eos prima fronte retraxit exagerata nullitas prioris Sententiæ ſub prætextu, quod cum *Deciſio Eminentiſſimi Prioli* nullum ſtabiliviſſent valorem bonorum detentorum a Syllanis, videlicet, num aſcenderet ad ſcuta 3700., adhuc ſubſecuta elevatione ipſius *R. P. D. Prioli* ad gradum Cardinalatus, abſolute ſuppoſuerit, ſeu dixerit *R. P. D. meus Scottus* (qui de
2 more tanquam antiquior, nullo alio exiſtente ſubrogato. Sententiam illius loco protulerat) valorem poſitive, ſeu certitudinaliter aſcendere ad prædicta ſcuta 3700., unde data hac difformitate Sententiæ cum præcedenti Deciſione,
3 utique eadem Sententia redderetur nulla, quemadmodum ſanxerunt Apoſtolicæ Conſtitutiones latæ quoad regimen *Sacri Tribunalis*, & illis obſequendo, profeſſa ſemper eſt *Rota*, & ſignanter *in deciſ.* 151. *num.* 2. *par.* 16., *deciſ.* 163. *num.* 2. *par.* 18. *rec.*, & *deciſ.* 37. *num.* 1. *inter hactenus in Urbe impreſſ. coram Me*, & *in Peruſina fideicommiſſi* 3. *Aprilis* 1702. §. *Fundamentum*, *coram R. P. D. meo Lancetta*.

Siquidem in primis nequaquam in rei veritate ſubſiſtebat in ſemetipſo præſuppoſitum, quod *Deciſio Eminentiſſimi Prioli* non aſſeruiſſet valorem bonorum controverſorum in ſcutis 3700., dum ita legebatur expreſſe ſub §. *Verum ceſſare*; quod ſi poſtea reſpondendo objectis excitatis contra Teſtes hunc valorem ſcut. 3700. concludentes, ulterius adjecit, quod nec erat neceſſe parare aliam defenſionem, dum ſuperabundabat ad excluſionem prætenſæ appropriationis, quod incontrovertibiliter valor eorundem bonorum aſcenderet ad ſcuta 1550., hinc proinde
4 non erat trahendum ad contrarietatem, quod dictum apparebat ex abundanti, ſicuti dicimus
5 de cauthela, quæ ſi exuberet, non tamen nocet, *l. Teſtamentum C. de Teſtament. l. penultima C. de evict.*, *Roman. conſ.* 343. *num.* 7., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 141. *num.* 12. *Sard. deciſ.* 13. *num.* 14., *Rot. deciſ.* 319. *num.* 9. *par.* 1. *rec.*, *deciſ.* 338. *nu.* 5., *deciſ.* 1139. *num.* 11., & *deciſ.* 1272. *num.* 3. *coram Emer. jun.*

Cœterum nec in Jure, & ad normam Pontificiarum ſanctionum urgebat objectum: Quoniam cum ſubſtantia definitionis in prima Sententia reſideret in eo, quod fructus eſſent imputandi, ex quo valor bonorum ſuperexcedebat
6 ſcuta 1125., non erat curandum, ſi idem ſuperexceſſus extabat in pluri, vel minori, cum id ſe haberet tanquam accidens, ut in ſpecie

con-

Digitized by Google

commilis objecti concernentis majorem, vel
minorem quantitatem adamuſſim reſponſum
fuit *in Romana reſciſſionis Contractus* 14. *Decembris* 1711. §. *Verum coram Eminentiſſ. Priolo*, &
in ejus confirmatoria 20. *Januarii* 1713. §. *Et
quidem, coram R. P. D. meo Lancetta*.

Quo vero ad Juſtitiam, retento ſupradicto
principio, quod ad effectum, de quo agebatur,
ſat eſſet, quod valor bonorum exiſtentium penes illos de Syllanis ſaltem aſcenderet ad ſcuta
1550., id utique de plano, & ferme innegabiliter evincebatur; Quoniam licet illi de Syllanis
ſatagerent oſtendere, quod valor bonorum ſub
haſta per eos emptorum, & reſpective detentorum, minime excederet ſcuta 850., ut apparebat etiam ex *Summario* Actorum *num.* 16.; nihilominus, ultra quod cum tale apprettium eliceretur ab ipſa oblatione inita per Syllanos,
quodve proinde apprettium de ſui natura nullatenus concludit verum valorem, utpote quia
7 illud plus, vel minus juſti pretii ſolet non ab
intrinſeca Juſtitia, ſed ab ipſius haſtæ calore provenire, ex traditis per *Doctores in l. pretia rerum ff. ad leg. falcid., Rebuff. de reſciſſ. contract.
art. 1. gloſ.* 15. *num.* 38., *Mangil. de ſubbaſt. q.*
178. *num.* 1. *Poſtb. eodem tract. inſpect.* 49. *nu.* 3.
Card. de Luca de Judic. diſc. 40. *num.* 65. *Vincent. de Franc. deciſ.* 54. *num.* 10. *cum plurib.
ſeqq.*

Adhuc tamen bona, quæ fuerunt comparata
ſub haſta pro prædicta ſumma ſcutorum 850.,
non excedebant duodecim corpora, ut apparebat *ex prædicto Summario num.* 16. Quamobrem
eidem quantitati ſuperaddendo aliud Prædium,
ſeu Caſale ſitum in Territorio Spoletano, &
minime comprehenſum in prædictis duodecim
corporibus valoris indubitabilis ſcutorum 700.,
prout confeſſi fuerunt ipſimet Hieronymus,
aliique de Syllanis, *eodem Summario num.* 10.,
iſtudque pariter Prædium detentum fuerit, atque detineretur una cum cæteris duodecim corporibus per Syllanos, clare coruſcabat, quod
inſimul unitæ præfatæ quantitates ſcutorum
850., & ſcutor. 700. conflabant enunciatam
ſummam ſcutorum 1550.; Cumque de utraque
veritate liqueret ex publico documento deliberationis, & reſpective ex ipſamet confeſſione
eorundem de Syllanis, non erat profecto ultra
8 inquirendum, quemadmodum reſpectu publici Inſtrumenti, quod faciat probationem probatam, habetur per *Bartol. in l.* 1. *num.* 8. *ff. de
oper. non. nunciat, Bald. in l. quoties in fin. Cod.
de Judic., & in l. interest num.* 2. *Cod. de ſolut.
Natta conſ.* 569. *num.* 3. *Rota coram Dunozett.
jun. deciſ.* 658. *num.* 3. *coram Bich. deciſ.* 50. *nu.*
16. *coram Celſo deciſ.* 283. *num.* 5. *in deciſ.* 38. *n.*
6. *& in addit. ad deciſ.* 40. *nu.* 12. *inter in Urbe
impreſſas coram Me*, & circa confeſſionem proſequuntur poſt *Tentam in l. generaliter Cod. de
9 non numerat. pecun. Angel. de confeſſ. lib.* 3.
quæſt. 11. *num.* 75. *Rot. deciſ.* 48. *num.* 12. *&
deciſ.* 53. *nu.* 3. *coram Celſo deciſ.* 115. *nu.* 31. *&*
32. *coram Priolo deciſ.* 14. *num.* 7. *deciſ.* 63. *num.*
4. *inter in Urbe impreſſas coram Me, & in Romana Pecuniaria* 6. *Februarii* 1713. §. *Nec refert
coram R. P. D. meo Falconerio.*

Summæ uſquedum certo certius firmatæ in
ſcutis 1550., quæve de per ſe ſola exuberabat ad finem excludendi prætenſam appropria-
10 tionem. & conſecutive inferendi neceſſitatem
imputationis fructuum exinde perceptorum in
creditum Hieronymi, cæterorumque de Syllanis, ſuperaddere ulteriorem valorem prædictorum bonorum retentorum a Syllanis, ſupervacaneum, & ferme ſuperfluum Domini
reputabant: Aſt non idcircò merebantur contemni ad abundantiorem demonſtrationem
probationes, quæ oſtendebant valorem eorundem bonorum etiam attingere ſcuta 3700., ut
fuerat quoque tactum *in prædicta deciſione* 13.
Maii 1712. §. *Haud coram Eminentiſſimo Priolo*
nam hujuſmodi juſtificationes tam largè excedentes neceſſitatem Cauſæ, & aſſumpti, non
parum enitebant reſultare ex partitis publici
Cataſtri, dicto quoque Teſtium adminiculatis
ut videre erat *in præcitato Summario à num.* 7.
uſque ad 13., licet enim conflictari prætenderetur à Hieronymo, ejuſque fratribus hujuſmodi aſſumptum cum quadam prætenſa enarrativa contrariorum Teſtium, attamen ſpreta etiam replicatione, quod prædicti contrarii Teſtes reſolvebantur in ſimplices fides, atteſtationeſque pendente lite mendicatas, quæ
regulariter nihil faciunt in Iudiciis, ex collectis poſt *Teſt. in cap.* 2. *de Teſtib., & l. ſi quando* §. *Sed cum oporteat ff. eodem*, per *Epiſcop.
Roec. diſput. jur. ſelect. cap.* 175. *num.* 24. *Rot.
deciſ.* 323. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* cum aliis relatis *in Camerinen. Bonorum* 6. *Februarii* 1713.
§. *Parique coram R. P. D. meo Lancetta*.

Semper profecto efficiebatur manifeſtum,
quod ultra iam exuberantia ſcuta 1550. aderat, quatenus oportuiſſet, pro attingenda quantitate ſcut. 3700 aliquid, & longe plus, itaut
ſemper procederet argumentum à fortiori; Etſi
enim valoris probatio non ſoleat emergere ex
12 ſimplici Cataſtro, adhuc juncto fulcimento
Teſtium præponderantium, prout hic, nemo
13 ire poterat inficias, quod ipſum Cataſtrum
plenius probaret, teſte *Aretin. in l. decem n.* 4.
ff. de verb. obligat. Ruin. conſ. 40. *num.* 8. *lib.*
4. *Genua de ſcript. privat. lib.* 1. *quæſt.* 1. *nu.* 12.
& 14., & firmavit, *Rota coram Seraphin. dec.*
1077. *num.* 2. *in fin. Coccin. deciſ.* 2090. *num.* 5.
Bich. dec. 27. *num.* 13. *& in rec. dec.* 227. *num.* 13.
par. 8. *dec.* 353. *nu.* 2. *par.* 18. *& dec.* 151. *n.* 4.
& dec. 270. *par.* 19. *tom.* 1.

Sentiebant Fratres de Syllanis hanc hodie
mathematicam ſive arimeticam numerationem, ſed illorum creditum è converſo ſcut.
1125. impinguare conabantur cum adiunctione fructuum, ex quo idem creditum proveniebant ex dote, ut diximus, Læliæ: Sed nemo non ſcit, quod cum ageretur de fructibus
ſolu-

14 ſoluto matrimonio prætenſis non iam ab ipſa muliere, quo etiam caſu opus fuiſſet opportuna interpellatione, vel præſidio alicuius Statuti; Certe quod quando res agitur cum eius hæredibus, nulli citra labem uſuræ poſſunt am-
15 plius prætendi fructuus dotales, quemadmodum præter adductos in præfata *deciſione* 13. *Maii* 1712. §. *Fruſtra coram Eminentiſſimo Priolo*, paſſim habetur ex congeſtis per *Bartol. in l. in Inſulam* §. *Vſuras ff. ſolut. matrim.*, *&* *in l. ſi pater in princip. ff. de dol. except. Iaſ. in l. de diviſione num. 2. poſt princip. ff. ſolut. matrim. Ruin. conſ.* 162. *num.* 3. *lib.* 4. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 427. *num.* 4. *lib.* 3. *Scac. de commerc.*, *&* *camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 176. *poſt med. verſ. extende ſecundo*, *Card. de Luc. de credit. diſc.* 131. *num.* 6. *Rot. dec.* 87. §. *Circa impreſſ. poſt Fenzon. ad Stat. Vrb.*, *&* *dec.* 98. *num.* 10., *&* *dec.* 99. *num.* 2. *impreſſ. poſt Conſtant.* pariter *ad Stat. Vrb.*, & alibi paſſim.

Reſricabant iterum, ſed incaſſum, motivum bonæ fidei, ſub cuius palliamento hoſce fructus cumulare intendebant illi de Syllanis. præſertim ex quo fomentum eadem bona fides reciperet à ſententia immiſſiva per Franciſcum illorum Avum, & Authorem, obtenta uſque de anno 1669., ſed tale palliamentum detorquebatur in malam fidem evidenter in oppoſitum, cum eadem ſententia noſceretur palam exorta in fraudem Creditorum. ſicuti plene fuerat demonſtratum in ſupra relata *deciſione ſuper cautela Angeli ſub die* 27. *Iunii* 1701. §. *Neque hoc allegari poſſe*, *&* *ſeqq.* *&* 13. *Maii* 1702. §. *Opitulari coram Eminentiſſimo de la Tremoille*, & in illius confirmatoria 26. *Februarii* 1703. §. *Eaque robuſtius coram Me*.

Et ita utraque &c.

FIRMANA COMMENDÆ.

Lunæ 3. *Iulii* 1713.

ARGUMENTUM.

Commenda poſt finitam Lineam vocatorum devolvuntur ad Religiones vel Hieroſolymitanam, vel S. Stephani. Conſtitutio S. M. Sixti V. in ordine la 3. an compræhendat fundationes Commendarum, & quæ Conſtitutio eas compræhendat. Commenda ex ſuper quibus, & ex quibus bonis debeat erigi.

SUMMARIUM.

1 *Fundationes Commendarum titulo dotis factæ ab admittendo in Religionem D. Stephani ſubſtantialiter reſolvuntur in donationes.*
2 *Et à Religione permittitur, ut dotans, & deinde alii gratificati bonis iſtis fruantur.*
3 *Clauſula conſtituti transfert in conſtitutarium civiliter, & naturaliter poſſeſſionem.*
4 *Æques S. Stephani ſi ob exceſſum habitu exuatur, Commenda præſervatur ex Religionis.*
5 *Delictum unius alteri innocenti non præjudicat.*
6 *Commendæ poſt finitam lineam vocatorum devolvuntur ad S. Religionem D. Stephani.*
7 *Conſtitutio Sixti V.* 3. *in ordine prohibens alienationes in forenſes non comprehendit fundationes Commendarum S. Stephani. comprahendit tamen eas conſt.* 78. *Clem. VIII.* num. 8. & 19.
9 *Commenda erigi nequit ſuper fideicommiſſariis bonis, & cur.*
10 *Revalidatio quæ dat totum eſſe rei ſubjacet legi intermedia inter primum actum, & dictam revalidationem. Secus ſi revalidatio non ſit nova, ſed facta ad majorem cautelam* nu. 12.
11 *Commenda erigi poteſt in detractionibus erigenti ſuper fideicommiſſo competentibus.*
13 *Tranſactio non transfert de novo dominium.*
14 *Retineas vigore tranſactionis id agit Iure, & dominio primevo.*
15 *Animus agentis, ſeu confidentis ex ejus facto judiciali explicatur.*

DECISIO DCXXXI.

VT ſpiritualia non ſolum Indulgentiarum ſtipendia, ſed & temporales, ac prophanas promereri poſſat prærogativas. quas ſolet adipiſci receptus in Equitem à Sacra, & præclara Religione Divi Stephani, donaverat Attilius eidem Religioni ſub titulo dotis, ſeu commendæ bona valoris ſcut. 9000., quemadmodum in hujuſmodi titulum donationis ſubſtantialiter reſolui conſimiles fundationes com-
1 mendarum ſæpius demonſtrat, *Anſald.*, & ſignanter *in conſ.* 14. *num.* 119. *conſ.* 15. *n.* 29., *&* 38., *&* *conſ.* 22. *num.* 39.

Cumque eadem Religio donataria, ſive Sereniſſimus illius Magnus Magiſter ad normam Stabilimentorum in ſimilibus caſibus Fundationum, ſeu Donationum præmittere quoque
2 conſueverit, quod ipſe donans durante ejus vita, aliique ſucceſſivè, qui ex uniformi indulgentia gratificati remaneat, perfruantur iiſdemmet bonis, & effectibus aſſignatis in ipſa fundatione, ſeu donatione interim donec caſus conventæ devolutionis eveniat, idemmet donans apponit in Inſtrumento deſuper celebrari aſſueto Clauſulam *Conſtituti*, quæ ex notoriis incontinenti transfert in donatarium, ſeu
3 alterum Conſtitutarium poſſeſſionem nedum civiliter, ſed etiam naturaliter, ex traditis per *Tex. in l. quædam Mulier*, *ibique Gloſs. in verb. poſſeſſionem. ff. de re judicat.*, *l. quod meo ff. de acquir. poſſeſſ. Cero conſ.* 41. *num.* 12. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 171. *ſub num.* 17. *in fin. verſ. Idem reſpondeo lib.* 2. *Tiraquell. de Iur. conſtit. par.* 1. *n.* 2. *Rota coram Ludoviſ. deciſ.* 437. *num.* 1. *ibique Adden. num.* 6., *dec.* 128., *&* 251. *utrobique num.* 2. *impreſſ. apud Poſth. de manut.* cum aliis relatis *in præcedenti Deciſione hujus Cauſæ*

29. Februarii 1712. §. Nulla ſiquidem, coram R. P. D. meo Lancetta.

Hinc igitur prænominatus Attilius, poſtquam preces porrexerat Sereniſſimo Magno Magiſtro pro obtinenda reſervatione fruitionis, ſeu Juriſpatronatus ejuſdem Commendæ durante ejus linea maſculina, nec non ulterius Primogenito ejus filiæ majoris, inſimul per extenſum ſuperadiecit præfatam *Conſtituti* Clauſulam, cumque paulo poſt contigerit, quod propter nonnullos exceſſus remanſerit Attilius a duodecim Equitibus componentibus Conſilium
4 Ordinarium Sacræ Religionis Equeſtri Habitu exutus, non tamen id accidit conſecutive bonis in Commendam aſſignatis, ex quo per ſpeciale beneficium eorumdem Stabilimentorum præſervantur Succeſſoribus in fundatione vocatis, ut in prædicto libro Statutorum, ex ea nimirum æquitate, ne per delictum unius alteri innocuo inferatur injuria, & pœna infligatur, quemadmodum animadvertunt *Caſtrenſ. conſ. 424. num. 6., & 7. lib. 1. Roman. conſ. 487. in princ. Jul. Clar. in prax. in §. final. ibique Bajard. in Addit. num. 1., & 2. Farinacc. in prax. criminal. part. 1. quæſt. 24. num. 1. cum ſeqq. Rota coram Dunozett. Jun. decif. 611. num. 7. 8., & 9., & decif. 531. num. 21. part. 19. recen. tom 2., & in Romana prætenſarum Societatum Officiorum 3. Julii 1712. §. Et altera, coram Me.*

Vindex quodammodo Divina Iuſtitia conſpiravit, & effecit, quod Attilius ſobole Maſculina deorbatus, non multum deinceps occubuerit, quare ſubito procuravit, ut par erat, Religio poſſeſſionem præfatorum bonorum Commendæ nanciſci; ſed ſeſe opponente Doralice filia cum ſuppoſito, quod huiuſmodi bona obnoxia Commendæ, ſubjacerent antecedenti fideicommiſſo Antonii Vincentii Patris Attilii, ad quæ ipſa ex propria vocata reperiebatur, hinc vel ad effugiendam litem, & controverſiam, quæ adhuc ſupereſſe poterat, admiſſa etiam præexiſtentia prædicti fideicommiſſi ex capite Detractionum Attilio Fundatori competentium, vel quia flagrantiſſime concupiverat, quod Vincentius ejus filius Sacrum Religionis Habitum correſpective indueret devenit ad tranſactionem cum eadem Sacra Religione, qua mediante renunciavit ſupradicto fideicommiſſo, aliiſque Iuribus, ratificando, voti compos effecta ex benignitate Sereniſſimi Magni Magiſtri, ſub Anno 1620. originariam fundationem Commendæ, atque id ipſum extitit mediante ſimili Gratia obtentum, & reſpective confirmatum de Anno 1659. a Lucretia Nepte ejuſdem Doralicis, donec, & quouſque purificato quoque caſu extinctionis lineæ maſculinæ ejuſdem Lucretiæ, ipſaque tandem una cum Antonio Vincentio Viro ab humanis prærepta, devoluta plenarie remanſit Commenda Sacræ Religioni,
6 ſecundum ea, quæ in proximis tradunt *DD. in §. Emphyteuſim, Auth. de non alienan. reb. Eccleſ. Caſtrenſ. conſ. 263. ſub num. 3. lib. 1. Cephal. conſ. 345. num. 12. & ſeqq. lib. 3. Dec. conſ. 318. in princ. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 23. num. 15. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 144. n. 17., Rocc. diſput. Iur. ſelect. cap. 65. num. 1. Rota coram Ludoviſ. dec. 567. num. 1. & in recen. dec. 36. num. 1. par. 7. dec. 618. num. 15. par. 19. tom. 2. & dec. 50. ſub num. 9. §. Ceterum, inter in Urbe impreſſas coram Me.*

Verum ex quo eadem Lucretia ultima detentrix geminos ſibi hæredes inſcripſit, hi poſſeſſionem incontinenti eorumdem bonorum Commendæ præoccuparunt, eaque tueri ſatagerunt cum gemino munimento, altero nempe, quod erectio Commendæ etiam in ſui exordio evidenti nullitate laboraret propter notiſſimam *Conſtitutionem Sixti V. la 3. in ordine inter eius impreſſas* prohibitivam alienationis in Forenſes: Et altero, ex quo reviviſceret, & ſubſiſteret memorata exceptio fideicommiſſi, quo gravabatur Attilius ergà Doraliceem ejus filiam: Qua propter ſub eiſdem fundamentis in agonali Judicii palæſtra commiſſo certamine, prima vice iidem hæredes remanſerunt abſoluti, ac etiam aſcendente Cauſa ad *Sacrum Auditorium* in eumdem ſenſum convenerat *Rota cor. Eminentiſſ. Priolo ſub die 16. Januarii 1697.*, donec maturiori cribramento diſcuſſo diſſidio, extitit revocata eadem Deciſio ſub die 17. *Aprilis 1711. coram prædicto Emo Priolo* cum ſucceſſiva huius confirmatione ſequuta *ſub die 19. Februarii 1712. coram R. P. D. Lancetta*, & deinde cum expeditione ſententiæ, in qua conceſſa fuit Sacræ Religioni ſive illius moderno Commendatario Marchioni Philippo de Niccolinis expetita per eos reintegratio.

Quamobrem ab hac provocantibus prælaudatis hæredibus, nova Mihi per Signaturam Iuſtitiæ delegata cognitione, aſſuetum Dubium etiam à Patribus de more concordatum *Dominis* propoſui, *An præfata ſententia R.P.D. mei Lancettæ confirmanda foret, vel infirmanda* — & unanimi voce audivi reſponderi; — *confirmandam* —

Quatenus enim attinebat ad primum munimen *Sixtinæ Conſtitutionis* via fuit in ultimis *Deciſionibus Eminentiſſimi Prioli, & R.P.D. mei Lancettæ* deſuper amplius diſceptatus, quin etiam in hodierna Audientia nil amplius coruſcabat deſuper oppoſitum per Defenſores hæredum, ex quo tempore intermedio in altera celebri *Forolivien. Commendæ coram R.P.D. meo Scotto A mo Urbis Gubernatore*, ſuffragantibus etiam omnibus *Domini* agnitum, & reſo-
7 lutum fuerat, eamdem *Sixti V. Conſtitutionem*, nullatenus eſſe comprehenſivam fundationum hujuſmodi Commendarum in hac ipſa Religione Divi Stephani, ex rationibus plene, & robuſte diſſertis *in Deciſionibus editis coram eodem R. P. D. meo Scotto*, nempe *ſub die 31. Januarii 1709.*, & *1. Julii ejuſdem Anni*, cum ſucceſſiva acquieſcientia Patris, & renunciatione litigio.

Ne-

Digitized by Google

Neque in ejuſdem Conſtitutionis tu cimentum ſubrogabilis erat, ut tamen hodie prætendebatur, altera poſteriore Conſtitutio *Clementis VIII. la 78. inter ejus impreſſas ſub* §. 10.
8 indubie compræhenſiva quoque fundationis earomdem Commendarum, ſuh eo prætextu, quod exiſtente nulla prima fundatione Anni 1589. ex prædicto altero capite fideicommiſſi impeditivi, ne Attilius valeret bona ſub illo contenta alienare, ſeu ſubjugare Commendæ,
9 per ea, quæ paſſim ratione præcedentis fideicommiſſi annotarunt *Scribentes in l. final* §. *Sed quia, C. commun. de legat. Negus. de pign. par.* 2. *membr.* 2. *num.* 53. *Scaptec. de Salvian. lib.* 2. *quaſt.* 9. *num.* 1. *P ſar. de ſubſtit. quaſt.* 703. *nu.* 8. *Rot. coram Seraphin. decif.* 257. *numer.* 2, *Cavaler. decif.* 433. *numer.* 4. *Baratt. decif.* 523, *numer.* 7., *&* *decif.* 153. *numer.* 2. *part.* 9. *recent.*

De plano ad eorum ſenſum ſequebatur, quod cum ſuperacceſſerit ejuſdem fundationis revalidatio inita per Doralicem de Anno 1620., hæc profecto, quæ dedit totom eſſe eidem Commendæ, ſubjaceret Cenſuræ ejuſdem *Clementina*
10 *Conſtitutionis*, jam longe prius publicatæ, & vigentis, ad tradita per *Pagnan. in cap. Non amplius num.* 30. *de Conſtitut.*, *& in cap. Cum olim num.* 37., *&* 54. *de major.*, *& obedient. Card. de Luca de Iur ſ. ſt. diſc.* 25. *num.* 9. cum aliis late congeſtis *in Foroliviea. Commenda* 5. *Maii* 1706. §. *Bonum I s*, *&* 6. *Iulii* 1707. §. *Commenda namque, cor. Rm̃o Kauaitz Epiſcopo Laboeen.*

Siquidem denuo pro totali everſione hujus ſubalterni monimenti ſatis forte fuiſſet animadvertere, quod admiſſo etiam, quod eadem transactio, ſeu ratificatio facta per Doralicem de prædicto Anno 1620., uti novus actus penitus corrueret, & inficiaretur a prohibitione Bullæ *Clementina*, non tamen tenebat conſequentia, ergo prima fundatio expleta per Attilium erat nulla, & non erat devoluta ad Religionem; Firmo quippe remanente: quod Attilius fundaverit eamdem Commendam antequam ſuperveniſſet Conſtitutio *Clementis*, ſed de tempore, quo edita reperiebatur ſola Conſtitutio *Sixti* illam non amplectens, in claram emanabat conſequentiam, ut mox oſtendemus, quod non obſtante quolibet antecedenti fideicommiſſo Patris Attilii, eadem prima erectio Commendæ æque ſobſtineri poterat in detractionibus ipſi Attilo Fundatori, & reſpective Alienanti competentibus, ea his, quæ plene habentur
11 poſt *Text.*, *& Doctores in l. Marcellus*, §. *Res quæ, ff. ad Trebell. Caſtald. conſult.* 5. *num.* 5., *&* 8. *Vrceol. conſult. forenſ.* 53. *num.* 59., *& ſeqq. Peregrin. de fideicomm. art.* 39. *num.* 3., *& ſeqq. Rota Lucen. inter recollect. per Palm. Nepot. dec.* 151. *num.* 8. *Rot. coram Coccin. decif.* 104. *num.* 16., *& in rec. decif.* 147. *num.* 1. *part.* 13., & optime agnovit *Deciſio Eminentiſſimi Prioli* 17. *Aprilis* 1711. §. *final.*, & innuit etiam *Altera Deciſio* 29. *Februarii* 1712. §. *Penult. cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Ceterum etiam quodammodo ex abundanti *Domini* rurſus introſpexerunt, quod prædicta aſſerta revalidatio per Doralicem nequaquam extitit vera revalidatio, ſed pura, & mera tranſactio, atque confirmatio primevæ erectionis, uti in illa legebatur apertiſſime, ut ibi - *pro continuatione, & confirmatione dicta Commenda a prædicto Domino Attilio ejus Patre erecta &c.* - renunciando ad cauthelam Juribus ejuſdem fideicommiſſi, adeout interveniens eadem Doralix in alia tranſactione una com Lucretia ſub anno 1659. rurſus explicaverit, ſunt verba præciſa, - *confirmavit, ac ratificavit, & quatenus opus ſit, ad cauthelam fecit de novo ad favorem Religionis Divi Stephani, & Commenda prædicta*
12 *donationem &c.* Ac propterea, & quonam modo poterat prædicta confirmatio, & ratiſicatio haberi pro actu novo? quando iſte actus de novo fuit declaratus fieri dumtaxat ad majorem cauthelam? ex ponderatis per *Dec. conſ.* 341. *num.* 7. *in fin. verſ. talis nova conceſſio*, *Ruin. conſ.* 35. *num.* 31. *verſ. quæ clauſula lib.* 2. *Palm. Nep. alleg.* 7. *num.* 36., *& ſeq. num.* 1. *Rota coram Seraphin. dec* 1319. *ſub num.* 2. *verſ. primo quia reſervatur*, *cor. Dunozzett. Iun. dec.* 758. *num.* 51. *circa med.*, *& in Romana, ſeu Caſenaten. fideicommiſſi ſuper reſervatis* 24. *Aprilis* 1705. §. *Hinc videmus*, *coram Me.*

Potiſſime, dum de notiſſima natura, cujuſlibet tranſactionis eſt, ut nihil acquiratur, ſeu
13 transferatur de novo circa dominium, ſed retinens vigore tranſactionis, dicatur, & cenſeatur retinere jure, & dominio primævo ad plene
14 cumulata poſt *Text. in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. per Menoch. conſ.* 381. *num.* 3. *Olea de ceſſ. Jur. tit.* 6. *quæſt.* 7. *nu* 8. *Noguerol. alleg.* 37. *n.* 4. *Galerat de renunciat. centur.* 1. *renunſiat.* 8. *ſub num.* 32. *verſ. ideo renunciatio*, *Card. de Luca de alienat. diſc.* 50. *ſub num.* 28. *Rot. coram Cerro dec:* 650. *num.* 5., *& in recent. decif.* 414. *num.* 12. *part.* 19., *& in Leodien. Beneficii* 25. *Februarii* 1707. §. *Et ob id, coram Me, & in Compoſtellana Parochialis de Pardeſſoa* 24. *Iunii* 1711. § *Nec ex eo*, pariter *coram Me.*

Eoque evidentius, quia etiam de facto ea poſt Doralix ad arcendos Creditores inhiantes conſecutioni Bonorum ſubjectorum Commendæ, non ſolum objecit pro Scuto, & Galea ipſam primævam erectionem factam ab Attilio ſub anno 1589., ſed etiam actualiter produxit poſitivum Inſtrumentum fundationis expletæ per eumdem Attilium de prædicto anno, & ſub hoc Clypeo in effectu ſucceſſivam reportavit abſolutoriam in Curia Epiſcopali adverſus eoſdem Creditores, vigore nimirum ejuſdem primæ fundationis Commendæ, quæ de per ſe ſola nihil ei profutura fuiſſet, quoties deſumi debuiſſet a refundatione, ſeu nova erectione per eam confecta, non habita retrotractione ad eius præexiſtens validum principium; unde quæ ma-

jor esplanatio exoptari poterat veritatis ad demonſtrandum qualem nempe animum habuerit Doralia de anno 1620., dum præter verba ſuperius connotata, eaque ſpirantia, atque ſapientiæ meram continuationem, & confirmationem, mediante facto Judiciali confeſſa eſt bona
15 retinere, & detinuiſſe in vim primæ erectionis Attilii, ut in propoſito ſimilium confeſſionum conclamabant *Bald. conſ. 192. ſub num. 10. lib. 2. Menoch. conſ. 745. num. 22. Alex. conſ. 92. num. 6. lib. 5. Maſcard. de probat. concl. 368. num. 5. cum ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 789. n. 2., & 3. Angel. de Confeſſ. lib. 3. quæſt. 20. num. 9. Rota coram Celſ. dec. 48. num. 12., & deciſ. 53. num. 3., & in rec. dec. 6. num. 16. part. 13., & in Bononien. fideicommiſſi de Griphonibus 16. Ianuarii 1708. §. Ultim. coram Reverendiſſimo D. Meo Molinea Decano, & in Romana Pecuniaria 30. Aprilis ejuſdem anni §. Iſtrumenta, coram bon. mem. Caffarello.*

Et ob id in nihilo relevabat, quod ſub initio ejuſdem Iſtrumenti ratificationis prolata apparerent ea verba--*licet quondam Attilius Commendam prædictam minime facere potuiſſet ſtante Teſtamento quondam Antonii Vincentii ejus Patris*--quaſi quod per ide Sac. Religio præmittendo eamdem narrativam implicite confeſſa fuerit veritatem hujus ſuppoſiti; Siquidem, ultra quod longe adverſus prædicta prævalebant præcitatæ demonſtrationes in contrarium, ſuperiuſque deductæ, nihilominus, & quis ignorat, quod hæc omnia in qualibet tranſactione per Patres tranſigentes exponi conſueverunt tanquam meræ prætenſiones, unde merito ſolum attenditur ad id, quod geſtum poſtea fuit, & non ad id, quod extitit a Partibus prætenſum, alioquin foret enunciativa, & proteſtatio contraria facto, quæ non curatur, ut inquit *Clar. in §. Emphyteuſis quæſt. 10, in princ. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 26. in fin. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 515. num. 8. Rota coram Emerix Jun. dec. 386. num. 7., & dec. 1089. num. 4., & coram Coccin. dec. 1744. num. 4., & deciſ. 2531. numer. 5., & in rec. deciſ. 418. num. 14. part. 12.*

Hocque adeo perſpicuum *Dominis* videbatur, certum, atque palpabile, quod cum poſtea in rei veritate apparuerit, & in hodierna colluctatione rurſus emicaverit, eamdem primam Erectionem ſuſtineri potuiſſe in vim detractionum utique dato etiam, quod millies Religio approbaſſet prædictam aſſertionem, & confeſſa fuiſſet, Attilium non potuiſſe fundare Commendam, hæc ipſa approbatio, & confeſſio, tanquam erronea, eidem Sac. Religioni nocere nequiviſſet, ea collectis per *Scribentes in l. error, C. de Iur., & fact. ignorant. Dec. conſ. 408. num. 7. Bero. conſ. 181. num. 8. lib. 1. Altograd. conſ. 44. num. 15. lib. 1. Angel. de Confeſſ. lib. 3. quæſt. 20. num. 26., Rota coram Coccin. dec. 305. num. 3., & coram Emerix Iun. deciſ. 1210. num. 9., & in rec. deciſion. 121. numer. 22. part. 19., & in Ilcinen. Archidiaconatus 23. Iunii 1698. §. Final. coram bon. mem. Muto.*

Quod autem detractiones memorato Attilio competentes longe ſuperarent quidquid immiſerat idem Attilius in præfata fundatione de bonis fideicommiſſariis, liquido, & ocularitet ſtatim emicabat, quoniam poſt obitum Vincentii fideicommittentis flagrans ipſe Attilius, ut ab initio præmiſimus, devenire ad hanc fundationem, & reſpective donationem, Habitumque veſtire hujus Sacræ Religionis, procuravit Statum firmare Paternæ hæreditatis mediante æſtimatione Peritorum, & Teſtium examine, compertumque fuit iſtum aſcendiſſe ad ſcut. 16477. uti plenius coruſcabat *in ſummario* ſæpius indicato, & ad Partes etiam diſtributo per Sac. Religionem: Quamobrem indubitatum correſpective erat, quod ratione ſolius Legitimæ, & Trebellianicæ quantitas ſuper eo libere pertinens ad Attilium erat ſcut. 8238., cum hujuſmodi legales, & quotitativæ deductiones e quolibet fideicommiſſo paterno, vel in ſuis caſibus aſcendentali, niſi exiſtant provide interdictæ per Teſtatorem, ſemper, ut notum eſt, eſpleant, ſive importent Semiſſem, ad communiter tradita per *Scribentes in cap. Raynaldus, & cap. Raynutius, de Teſtam. Roland. a Vall. conſ. 12. num. 8. lib. 1. Simon. de Prætis de interpret. ultim. volunt. lib. 3. dubit. 6. ſolut. 6. num. 4. fol. mihi 363. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. n. 7. Peregrin. de fideicomm. artic. 3. num. 5. Vivo. dec. 405. num. 6. Rota poſt eumdem Merlin. de legitim. dec. 20. num. 1., & inter impreſſ. ad ornatum Card. de Luca tom. 1. ſub tit. de Teſtament. deciſ. 47. num. 1., & tom. 2. ſub tit. de fideicomm. deciſ. 87. num. 20.*

His adjungebatur Materna Dos ſcut. 500. quæ prædictam ſummam adaugebat ad ſcut. 8738., cumque omnia hæc minime æquarent quantitatem promiſſam in fundatione, nempe ſcut. 9000., nempe præſeferrent annuum redditum pariter conventum ſc. 500., quinimmo Officiales, ſeu Miniſtri Sacræ Religionis interim adinveniſſent ſummam, & importantiam vere detractam a fideicommiſſo vix aſcendere ad ſcut 6677., redditus vero ſolum attingere ſcut. 300., juſte proinde inſteterunt pro congrua ſuppletione, quemadmodum de jure faciendum eſſe in terminis ſimilium donationum, immo Commendarum individualiter dixit *Rota deciſ. 512. num. 2 part. 19. tom. 2. rec., & in Imolen. Salviani 20. Ianuarii §. Non obſtante cum plur. ſeqq. & 8. Maii 1702. §. Subſiſtit enim, & fere per tot. coram bon. mem. Muto, & 1. Iunii 1703. coram R. P. D. Meo Lancetta.*

Attilius ideirco ad emendandum hujuſmodi defectum ſubjugavit uſque de anno 1597. quamdam Poſſeſſionem ab ipſo de propriis pecuniis coemptam pro deficiente, & ſi non integrante rata ſcut. 2300.; Unde applicando ad hypotheſim, palam emergebat, quod Sacra Religio de bonis fideicommiſſariis neque deduxit, quod erat deducibile in vim prædicti Status legitime a principio firmati, nec non vigore prædictæ

Do-

Dotis Maternæ, quæ & ipſa detrahi potuiſſet pariformiter de fideicommiſſo, ea remedio vulgatæ *Authent. Reſ. quę, C. Commun. de lega'. Roland. conſ. 85. num. 29. volum. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 182. num. 7., & de præſumpt lib. 4. præſumpt. 189. num. 18. & 19. Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 3., & 10. B ſſ. de Dot. cap. 55. §. 6. num. 105. Card. de Luca de Dot. diſc. 40. num. 3., & diſc. 144. num. 48. Rota coram Emerix. Jun. dec. 1034. in princ., & in decìſ. 94. num. 36. juxta noviſſime in Urbe impreſſas coram Me.*

Agnoſcentes hujuſmodi ineluctabilem veritatem Defenſores hæredum, toti inſiſtebant in prætendenda conſumptione earumdem detractinoum, (quæ tamen, ut diximus, in effectu factæ non fuerunt, niſi pro ſola quantitate ſcut. 6677.), & ad hunc effectum iterum ubiiciebant Atilium adiviſſe paternam hæreditatem abſque aſſueto beneficio Legis, & Inventarii; Verum id parum obſtitit, cum nemo ignoret, quod adverſus fideicommiſſarium univerſalem filius non amittit detractiooes ſibi cæteroquin competeotes, non obſtante ommiſſione Inventarii, juxta rationes late recenſtas per *Caſtrenſ. in l. ita tamen 27. §. Si ex Trebelliano num. 2. & ibi Alex. num. 3. ſſ. ad Trebellian. Socin. ſen. conſ. 44. num. 2. verſ. tamen contra, Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 15. Rota coram Celſ. decìſ. 1. num. 4., & 5. coram Emerix Jun. dec. 135. nu. 2. in Urbevetana Fideicommiſſorum 2. Martii 1711. §. Non enim, coram Reverendiſſ. Kaanitz Epiſcopo Labacen., & in Baren. Im miſſionis 26. Junii ejuſdem anni, coram R.mo Dño Meo Melinet Decano.*

Subnectere proinde contendebant, ſeo ſatagebant, quod ultra præfatam Inventarii omiſſionem, concurrebant quoque actuales Alienationes, onde copulative facilius intrare poterat prænominata conſumptio, niſi ea parte Sacræ Religionis oſtenderetur, eas in effectu abſumptas non fuiſſe, ad tradita *per Card. de Luca de legitim. diſc. 25. num. 52., & Rot. decìſ. 681. num. 4. coram Dunozzet. Jun. dec. 1124. num. 11., & decìſ. 1362. num. 7. coram Emerix Jun. & in rec. dec. 131. num. 15. par. 14. decìſ. 735. num. 31. par. 18. tom. 2.,* & alibi paſſim.

Aſt diſcurſus hujuſmodi recte forte proceſſiſſet, quando actum fuiſſet contra Hæredem hæredis gravati, tunc etenim, niſi ipſe hæres hæredis gravati firmato Stato manifeſtet, integre detractiones non fuiſſe conſumptas, certe præſumptio fiat, quod alienationes copulatæ cum omiſſiooe Inventarii abſumpſerint quaſcunque detractiones, ad tradita *per Merlin. de legitim. d. libr. 2. tit. 2. quæſt. 4. num. 12. Cardin. de Luc. de legitim. diſc. 25. num. 11. & n. 55. Rot. cor. Emer. Jun. dec. 1181. num. 29.*

Secus autem, & diverſimodè prorſus contingit, quoties agitur contra Tertium titulatum, & onerosum Poſſeſſorem, in his quippe terminis, vel prorſus fideicommiſſarius obſtringitur firmare eumdem Statum, & oſtendere abſolutam conſumptionem præfatarum detractionum, vel ſaltem aſſerre compellitur tales, & tales conſiderabiles alienationes, quæ in ſua quantitate queant ſuadere animum Iudicis ad juſte opinandum, quod juncta prædicta negligentia omiſſi Inventarii, eedem detractiones fuerint jam factæ, & per alias nimium veriſimiles alienationes, etſi non apparentes, abſorptæ ſicuti optime diſtinguendo proſequitur *Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 39. num. 13. & 14. Merlin. de legitim. d. lib. 2. tit. 2. quæſt. 4. num. 2. Cyriac. controv. forenſ. cap. 5. num. 26. Cenſal. dec. Lucen. 28. num. 21. Cardin. de Luc. de legitim. d. diſc. 25. num. 66. & de fideicommiſſ. diſc. 246. num. 13. Rot. dec. 31. num. 25. par. 11. recent. & in Ariminen., ſeu Anconitana Fideicommiſſi 26. Martii 1708. §. Et Dominis coram R. P. D. meo Falconerio,* cum aliis in *praecedenti Deciſione hujus cauſæ 29. Februarii 1712. §. Non attenta, cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Quin etiam neque ſufficiont omnes, ſeu quælibet alienationes ad commovenda prædicta Iudicis præcordia, quoniam ubi alienationes allatæ noſcantur eſſe poſteriores alienationi, de qua agitur factæ, & translativæ Dominii in Tertium Poſſeſſorem, eæ in minimo attenduntur, cùm nequeant inficere, & obeſſe alienationi præcedenti expletæ per gravatum, præſumitur enim tunc gravatum ad primas deveniſſe alienationes eligendo illas in ſuas detractiones, ut expreſſe diſponit *Text. in l. Marcellus §. Res quæ ſſ. ad Trebell.*, de quo *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 10. num. 30. & art. 39. num. 2., & 3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 543. num. 1. Marta de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 2. artic. 10. num. 62. Rota coram Celſ. dec. 20. num. 3. & in Romana Trebellianicæ 20. Junii 1712. in princip. coram Me, & in Ferrarien. Alimentorum, & Dotium ſuper conſumptione detractionum, 11. Martii ejuſdem Anni §. Ejuſdem, coram Eminentiſſimo Priolo, & in illius confirmatoria 20. Januarii proxime præteriti §. Neque etiam, cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Pari etiam modo ſatis non eſt, quod alienationes adductæ ſint anteriores, niſi ſint expletæ omnino voluntarie, ita ut indicet animum gravati, vel faciendi præfatam electionem in cauſam ſuarum detractionum, vel ſaltem indirecte inſerant ſuſpicionem, quod gravatus ſupplantare voluerit Succeſſores in fideicommiſſo; Siquidem quoties alienationes e contra neceſſariæ comperiantur, & ob id non referibiles ad unam, vel alteram intentionem nuſquam pariter haberi conſueverunt in ulla animadverſione, uti diſtinguendo tradunt, *Menoch. de præſumpt. libr. 4. præſumpt. 189. n. 106. Petra de fideicommiſ. quæſt. 8. num. 255. & num. 549. verſ. unum autem, Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 4. gloſſ. 18. par. 5. num. 5. Giurb. decìſ. Sicil. 79. num. 32. Rot. poſt Cenc.* de

ac Cene. dec. 351. n. 4., & coram Priol. dec. 320. num. 13., & in rec. dec. 595. num. 12. par. 19. tom. 2.

Atque ita quoties, exempli gratia contingat per debitorem alicujus Cenſus, redimi idem Cenſus (quod equidem non poteſt per Creditorem præpediri, reſiſtente notiſſima Bulla *Sancti Pii V.*) eo ſane caſu remanet quidem obſtrictus reintegrare de pretio recepto in retrovenditione Cenſus fideicommiſſarium, ſed hujuſmodi neceſſaria retrovenditio nuſquam deſervit ad educendam præſumptionem prædictam conſumptionis detractionum, *Cene. de Cenſ. queſt. 69. num. 6., & quæſt. 109. nu. 59. Angel. de Confeſſ. libr. 2. queſt. 78. num. 4., Rot. coram Priol. dec. 321. num. 13., coram Emerix Jun. dec. 475. num. 12., & in rec. deciſ. 269. numer. 14. 15. part. 11., & prgallegata Ariminen. ſeu Anconitana Fideicommiſſi 26. Martii 1708. §. Nec prefatis, coram R. P. D. meo Falconerio.*

Inter neceſſarias quoque diſtractiones, & non imputabiles indetractionibus exiſtunt eæ, quæ de bonis Fideicommiſſariis fieri per gravatum contingant ad diſſolvendum æs alienum Teſtatoris, vel ſatisfaciendum ejus obligationibus, quin potius viceverſa in excambium, quod valeant eæ in detractiones imputari, cenſetur quidquid fuit alienatum nunquam fuiſſe in fideicommiſſo, ſecundum ea, que ſubnectunt *Scribentes in l. filius familias, §. Divi il ſecondo in fin. ff. de legat. primo, & in l. pete, §. Prędium, ff. de legat. 2. Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 18. cum ſeq. Card. de Luca de alienat. diſc. 57. num. 3.,* & melius *diſc. 162. n. 3. de fideicomm. Rot. cor. Buratt. dec. 920. nu. 3., & cor. Ottobon. deciſ. 225. numer. 9., & ſequen.*

His itaque præmiſſis, *Domini* reaſſumentes omnes haſce exageratas alienationes fideliter ad partes in Calculo exhibito per Sac. Religionem enumeratas, agnoverunt, quod *Decima, Undecima, Duodecima, & Decimatertia* erat indubitanter poſteriores; *Tertia, & Octava* continebantur in claſſe puræ retrovenditionis Cenſuom; *Septima* tanquam abſumpta pro diſſolvendis legatis fideicommittentis, funeriſque expenſis erat pariter alienatio neceſſaria, & ideo non imputabilis, ut præter ſoperius allegatos dixerunt quoque *Bartol. in l. Pater filium ff. de legat. 3. Soccin. Iun. conſ. 28. num. 3. libr. 6. Natta conſ. 110., num. 13. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 9. tit. 8. num. 10., & 11. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 541. num. 1. cum plur. ſeqq. Surd. dec. 62. num. 21., & ſeqq. Rota in Aſculana fideicommiſſi 29. Maii 1693. & 25. Iunii 1694. utrobique §. final. cor. cl. me. Card. Caprara, & in Eugubina Canthelę Angeli 22. Maii 1703. §. Abſque eo quod, cōram Eodem.*

Reſtabat *Decima quarta*; Sed ea gratis impingebatur, dum licet prætenderetur, quod ipſa concerneret reſtitutionem Dotis Marphiſæ Conjugis Attilii, non tamen effective docebatur de hac reſtitutione, multoque minus quod eadem reſtitutio fuerit expleta cum bonis fideicommiſſi, ideoque ad eliminandam hanc prætenſam imputationem, locum ſibi aperto vindicabat propoſito, de qua *Text., & Doctores in l. ejus, qui in Provincia, ff. ſi cert. petat, & in l. ſi Servum §. final. ff. de act. empt. Rub. de validitat. leg. cap. 27. nu. 22.*, cum cæteris, *in dec. 89. n. 31., & dec. 100. n. 54. inter noviſſime impreſſas cor. Me.*

Præter hæc jungebatur duæ prætenſæ alienationes quarundam Vinearum; nempe in numero *Quarta, & Nona*, quæ nequibant ullo modo calculari, nam adeo longe diſtabant ab imputabilitate, ut potius acquiſitioni hæreditatis fideicommittentis mererentur adſcribi, dum ea lectura non erat vera venditio, vera alienatio, ſed potius Affictus, ſeu Locatio aut alio modo Emphytheuſis, cum ſua obligatione recipientis de meliorando, & cum correſpectiva reſpontione quartæ partis omnium fructuum, unde nomen ipſum conceſſionis ad meliorandum præſeferebat terminum acquiſitionis, non jacturæ, ut in propoſito conſiderans *Abbas conſ. 95. num. 13. cum ſeqq. Soccin. Jun. conſ. 28. num. 8. verſ. 4 principaliter lib. 2. Handen. conſ. 58. num. 33. lib. 1. Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. 4. cap. 9. nu. 25. verſ. quod ſi ea tranſactio, Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 718. numer. 59., & 71. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 157. num. 7., & in Sum. ejuſdem tract. num. 304. Rot. coram Cerr. deciſ. 622. num. 9.*

Quinta, & Sexta erant de paupere regno, ut non mererentur dinumerari, ſeu recenſeri, cum non excederent ſc. 20. 35., & nihilominus eædem præſeferebant eſſe ſimplices exactiones nominum Debitorum, de quibus non ſolum nulla per *Scribentes* fit adſcriptio alienationi, vel imputationi in detractiones, cum ſapiant induſtriam, ſeu diligentiam hæredis gravati, immo quæſtio eſſe ſolet, an tales exactiones ſint refundendæ fideicommiſſario, veniantque idcirco in fideicommiſſo, ut videre eſt penes *Gomez. variar. reſolut. tom. 1. cap. 5. de ſubſtit. fideicom. n. 15.*

A' primo itaque ad ultimam comperto, quod neque *Sixtina*, neque *Clementina Conſtitutio* obobſiſtebat fundatione hujuſce Commendæ, quodve ea non poterat irritari ea capite fideicommiſſi, tanquam ſolide conſiſtes in detractionibus longe ſuperioribus in ſc. 2000., & ultra ipſemet fundationi; *Domini* non curarunt de *Prima partita* alienationum aſcendente ad ſummam ſcut. 200., prout nec minus de *ſecunda* alienationis Fundaci nequaquam tranſgrediente ſcut. 500. quoniam longe debitum fideicommiſſi erga Attilium Creditorem ſuarum detractionum ſuperabat creditum ejuſdem fideicommiſſi, ut latius quoque emicabat à Calculo

Digitized by Google

culo per Sacram Religionem effòrmato, & ſubducto; unde poterat recte reſponderi Fideicommiſſariis, ſicuti paſſim reſpondetur in Fiſcalibus diſcuſſionibus -- *nihil extare pro Fiſco* --

Utraque &c.

BAREN. BENEFICII.

Veneris 7. Julii 1713.

ARGUMENTUM.

Habetur in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Stylus ſubrogandi alium Auditorem in locum abſentis pro proponenda cauſa ſuper expeditione.*

2 *Cauſa expeditur etiam ſi producatur proceſſus, qui non evertit deciſionum fundamenta, & tunc extenditur brevis deciſio.*

3 *Legalitas antiquæ ſcripturæ ſi appareat reunio ſeu colligatio ejuſdem mediante evidente & quomodo.*

DECISIO DCXXXII.

PLacuit *R. P. D. meo Scotto* Almæ Urbis Gubernatori noſtrique Tribunalis Pro Decano
me ſubrogare in locum *R. P. D. mei Aldrovandi* ultra Montes pro ſervitio Sacroſanctæ Apoſtolicæ Sedis commorantis, ad finem ſignanter,
ut præſentem Cauſam loco ejuſdem *R. P. D. mei Aldrovandi* proponerem expediendam, ſi videretur aliis *Dominis* meis, qui in eadem Cauſa
1 fuerant ſuffragati, & in hodierna, noviſſimaque
Memorialium *Rotæ* reſponſum accepi, quod illam utique expedirem; Sed quia pro parte Joannis Baptiſtæ productus interea extiterat quidam Proceſſus, iidem *Domini* de more mihi inſimul injunxerunt, ut ad normam noſtrarum
2 Conſtitutionum, & ſtyli patefacerem mediante
hac brevi *Deciſione*, quare non exiſtimarunt, prædictum Proceſſum ſcrupulum iniicere poſſe memoratæ expeditioni.

Cum enim etiam in anteacta propoſitione diſſertum fuerit, an Inſtrumentum fundationis Beneficii, de quo agebatur, exhibitum pro parte Nicolai foret authenticum, & legale, ad hoc, ut ſuper eo conſtrui valerent fundamenta reſolutionis, tuncque *Domini* cenſuerint, quod ſic, ex rationibus latius recenſitis in prædicta *Deciſione diei 12. Decembris 1712. ex §. Quia revocari uſque ad §. Conſtito coram R. P. D. meo Aldrovande*, hactenus profecto per prædictam exhibitionem novi Proceſſus in nihilo vacillari viſa eſt ſupradicta legalitas fundationis, nam tum ex inſpectione, tum ex atteſtatione publici Notarii hodie data pro parte Nicolai *Sum. n. Unico*,
3 cõſtitit, quod illa reunio, ſeu colligatio facta me-
diante glutine triticeo, quod ſolet inſervire pro obſervandis miſſivis Epiſtolis inter *paginam 112. & 113.* nihil adſtruebat ad defectum ſcripturæ cæteroquin antiquæ, & de manu præcognitæ Cancellarii tunc præexiſtentis, quemadmodum plenius oſtendebat Cauſæ Patronus, ſuperadiiciens quodammodo ex abundanti ulterius alia etiam argumenta veritatis; Appoſitus quippe apparebat idem gluten pro ſubſtentanda, & reſpective reunienda illa ſeparatione, quam inflixerant Proceſſui ejuſdem temporis antiquitas, & perfricatio iterati uſus ejuſdem ſcripturæ, non enim carta, cæteroquin vindicata aliunde cum tòt argumentis, deperdit aliquid integritatis, & fidei, ſi aliquo modo per injuriam antiquitatis, vel nimium illius uſum apparet (ſalva de cætero ſubſtantia,) quodammodo in aliqua ſui circumſtantia læſa, ad ea, quæ in fortioribus poſt *Text. in cap. litteris de fid. Inſtrum.* tradunt *Farinac. de falſit. quæſt. 153. num. 71. cum ſeqq., Giurba de ſcript. privat. lib. 1. quæſt. 6. num. 10. Maſtrill. deciſ. 310. num. 25. Rot. coram Cocino dec. 2341. num. 29. & 30.*

Et ita &c.

HYDRUNTINA SEPULTURÆ.

Lunæ 27. Novembris 1713.

ARGUMENTUM.

Clericus ut ſit ſepeliendus in Eccleſia, cui eſt adſcriptus prælative ad ſepulcrum majorum, & Parochiam quænam unio cum dicta Eccleſia requiratur, & quænam non ſatis ſit late agitur ad interpretationem Ritualis Romani, & Sac. Congregationum decretorum; & pro diſtinctione Eccleſiarum Regni abentium maſſam participationum cum Clericis.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia S. Petri in Galatina eſt diverſa ab alia ejuſdem invocationis in Galedona de qua Card. de Luca, & Rota.*

2 *Sepeliendus in ſepulcro majorum decendens ſine ſepultura electione; & probatur exemplis ſacrarum paginarum* num. 3.

3 *In ſepulcro majorum non poſſe ſepelliri pro Dei maledictione habetur 3. Reg. 13.*

4 *Sepulcrum majorum Parochi juribus præfertur.*

5 *Rituale Romanum præcipiens ſepeliri Sacerdotes, & Clericos cujuſcunque Ordinis in ſepulturis diſtinctis a laicis, intellige*, ut numer: 16.

6 *Rituale Romanum in materiis in eo præſcriptis cum leges habet cuilibet ulteri contrariæ prævalentis.*

7 *Clerici dum in Cathedrali, vel Matrici adeſt propria ſepultura a laicis diſtincta ibibi non in majorum ſepulcra ſunt tumulandi etiam ſecundum reſolutiones Sac. Congregationum quarum explicationem accipe* num. 15.

8 *Am-*

Digitized by Google

8 *Amplia etiam in termini ſimplicis Clerici.*

9 *Declara locum habere in Clericis, & Sacerdotibus illius Eccleſiæ ſervitio perpetuo addictis, & titulum in ea retinentibus ſeu beneficiatis & ratio nu. 11. Secus contra nu. 12. & 24.*

10 *Clerici, vel Sacerdotes dicuntur illius Eccleſiæ cor unum, & anima una.*

13 *Limita in cappellanis conductitiis, vel amovibilibus.*

14 *Clerici ſimplices, vel in majorum, vel eo non exiſtente in Parochiæ ſepulcro ſunt tumulandi.*

17 *Rituale Romanum mandans infantes ſepeliri in ſepulcro a cæteris ſeparato locum habet ubi puer majorum ſepulcrum non habet. Nam ſi habet in eo ſepelitur.*

18 *Clericus ſimplex differt a beneficiato.*

19 *Vinculum cum Eccleſia, & Clerico non conſtituitur ex deſcriptione in tabella & participatione emolumentorum intuitu perſonalis aſſiſtentiæ quæ ab Eccleſia non ſolvuntur.*

20 *Vinculum conſtituitur tantum inter Eccleſiam, & beneficiatum addictum perpetuo ejus ſervitio.*

21 *Aſſiſtentia præſtita Eccleſiæ a Clerico non conſtituit inter hos vinculum perpetuum.*

22 *Aſſiſtentia Eccleſiæ demandatur a S. C. T. Clericis, ut frui poſſint privilegiis Clericalibus.*

23 *Clerici vigore ſimplici adſcriptione ad Eccleſiam de cujus maſſa participant in aliquibus Regni Neapolitani Eccleſiis obtinet.*

25 *Canonicis teſtantibus de qualitate Eccleſiarum eorum Cathedrali ſubjectarum credendum.*

26 *Conſuetudo cum ſuis requiſitis non probata non attenditur.*

DECISIO DCXXXIII.

CUM nulla peracta electione Sepulturæ Vincentius Congedo Clericali Caracthere diſtinctus in Oppido S. Petri in Galatina poſtremum vale humano cætui dixiſſet, ejuſque Cadaver a Capitulo, & Clero Matricis Eccleſiæ in Sepulcro pro Clericis actuali ejuſdem Eccleſiæ ſervitio addictis extructo tumulatum extitiſſet, contradicentibus tamen in actu, quo funebria peragebantur Patribus Dominicanis, in quorum Eccleſia Sepulcrum majorum dicti Clerici reperiebatur, & eodem Capitulo declarationem de prædicto Cadavere in forma depoſiti retinendo coram Notario emittente, donec ſer. ſer. ejuſdem pertinentia decideretur, delata propterea ad Hydruntini Archiepiſcopi Curiam controverſia, decreta per Vicarium Generalem fuerat Cadaveris exhumatio, & reſpectiva ejuſdem conſignatio PP. Dominicanis, qui ſucceſſivam in gradu appellationis per Capitulum interpoſitæ confirmationem, addita emolumentorum de Jure venientium reſtitutione ab A. C. Gomez obtinuerant.

Verum minime adhuc acquieſcente Capitulo, A. C. Anſideus Judex in tertia inſtantia deputatus confirmaverat quidem ſententiam A.C. Gomez quo ad particularem ejus Cadaveris reſtitutionem, ſub ſuppoſito apud eum ſatis probato, quod Vincentius ſe in ſuorum majorum Sepulchro, tumulari velle ante obitum declaraſſet, ſed aggrediendo etiam diſcuſſionem in genere articuli, in quo nempe Sepulchro, vel ſuorum maiorum, vel potius Eccleſiæ matricis humandi impoſterum forent Clerici, & Sacerdotes, nulla prævia Sepulturæ electione ab humanis erepti, voti per ſententiam patefacti fuerat, quod in iſto caſu eorum Cadavera in Clericorum; non vero maiorum Sepulchro tumularentur.

A qua generali reſolutione ſummopere læſa eorum Jura PP. Dominicanorum ſentientes, cauſam hanc ſtatum impoſterum facientem, *a Supremi noſtri Tribunalis* Judicio definiendam exoptantes, ad *Me* propterea Commiſſionem appellationis dirigi curarunt, qui cum ſub die 17. Martii proxime præteriti Dominos interrogaſſem -*An & qui Clerici, vel Sacerdotes in Terra S. Petri Galatinæ decedentes ſine electione Sepulturæ tumulandi ſint in Sepulchro Capituli ſeu Clericorum, ſeu potius in Sepulchro majorum*, nulla tunc capta fuerat reſolutio ob Votorum ſciſſuram, quam cauſaverat æquivocum, quod Eccleſia *S. Petri in Galatina*, de qua hodie agitur,
1 eſſet eadem, ac Eccleſia S. Petri in Galatone, in qua poſtrema ex Teſtimonio *Card. de Luc.* emiſſo *in diſc. 19. de Can.*, & *Capitulo*, & *Sac. Rotæ in dec. 532. par. 14. rec.*, Viget conſuetudo, quod Clerici ſervitium aſſiduum eidem Eccleſiæ præſtant correſpectivum ad maſſæ communis emolumentum, de quo participant, quo æquivoco per dilucidationem facti ab utraque Parte ingenue admiſſi, quod nempe una Eccleſia ab altera penitus, nedum in loco, ſed & Diœceſi foret diſtincta poſtmodum ſublato, requiſiti iterum hodie a *Me Domini* ſuper eodem dubio, reſpondere amplius non ambegerunt -- *Clericos S. Petri Galatinæ decedentes ſine electione Sepulturæ tumulandos eſſe in Sepulchro majorum*, ſuſpenſo quoad Sacerdotes Judicio, quod alteri particulari examini reſervarunt.

Apertæ enim, & undequaque claræ ſe offerebant litteræ *Textuum in cap. 1. de Sepult.*, & *in cap. 15. eodem tit. in 6.* & *Can. Ebron.* & *Can. placuit 13. quæſt. 2.*, quibus ſancitur quemcumque ſine Sepulturæ electione decedentem, fore
2 in ſuorum maiorum Tumulo reponendum, ut a dictis *Textibus* edocti tradunt etiam *Samuel. de Sepult. tract. primo controv. 6. concl. 1. Bellett. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 3. num. 19 Paſqualig. deciſ. 401. num. 1. Vgelin. de pot. Epiſc. cap. 17. num. 3., Barboſ. de Paroch. cap. 25. num. 31. Pignattell. conſult. Canon. 17. num. 13. tom. primo, & conſult. 3. num. 1. tom. 4.* cuius Canonicæ ſanctionis rationabile fundamentum credimus deſumptum ab exemplis in
3 Sacris tam veteris, quam novi Teſtamenti paginis recenſitis, ubi *in Gen. cap. 49.* legimus, quod *Jacob.* in Ægypto decedens eius oſſa in Pater-

ternum Sepulchrum transferri, inque colloca-
ri filiis ſuis mandaverat, prout pariter habemus
ex *Textu in cap. unusquaque mulier 13. quaeſt. 12.*
verſ. item, quod *Ioſeph* in Ægypto moriens ro-
gavit fratres ſuos, ut tempore Viſitationis ſuæ,
ſcilicet, cum eos de Terra Ægypti Deus dedu-
ceret, (ut in illo verbo *Viſitationis* explicat
Gloſſ.) eius oſſa ſecum deferrent, & in maio-
rum ſuorum Sepulchro reponerent, ita ut pro
Dei maledictione haberetur in maiorum ſuorum
4 Sepulchro non ſepelliri juxta dictum *Prophetæ*
3. Regum cap. 13. ibi--*Eo quod contra præceptum*
Domini comederis in Bethel non inferetur Cadaver
tuum in Sepulchro Patrum tuorum, ut animadver-
tit citatus *Textus in dicto cap. unusquaeque mulier*,
ubi quamplura tam veteris, quam novi Teſta-
menti exempla afferuntur, ultra innumera,
quæ conglobat *Valenzuel. conſ. 18. num. 106.*
cum pluribus ſeqq., quem refert *Franceſ. de Ec-*
cleſ. Cathedr. cap. 17. a num. 20., & ſeqq.

Adeout in concurſu Eccleſiæ Sepulchrum
majorum habentis, ſilere debeant Jura etiam
ipſius Parochialis, ut expendendo *cap. licet*, &
cap. vos juſſiſti de Sepultura tradunt unanimiter
Doctores, ut videre eſt apud *Mandoſ. ad Lap.*
allegat. 59. verbo in Eccleſia Parochiali in princ.,
verſ. breviter contraria opinio, & in fine *verſic. ex*
cujus verbis, *Lavor. var. lucubrat. tit. 2. cap. 12.*
ſub num. 54. Samuel de Sepult. diſput. 5. controv.
9. concluſ. 20. num. 29. Barboſ. de offic. & pot. Pa-
roch. cap. 26 num. 31. Pignatell. conſult. Canon.
5. num. 4. in fin. tom. 8. Sperell. deciſ. 88. num.
2. tom. 1. Panimoll. deciſ. 5. num. 1., & ſeqq., &
in annot. 3. num. 11., & 12., & Rota deciſ. 492.
num. 1., & dec. 787. num. 2. part. 1. diverſ.

Vim, & efficaciam ſupradictarum propoſitio-
num tam clara *Textuum* cenſura, & concordi
Doctorum omnium ſententia ſuffultatum inficia-
ri in genere non valentes ſcribentes pro Capitu-
lo, duplici limitatione, altera nempe ex Ritua-
li Romano, & altera ex immemorabili contra-
ria conſuetudine deſumpta, eam declinare ſa-
tagebant.

Exordientes enim a diſpoſitione *Ritualis Ro-*
mani, aſſerebant ſub *tit. de exequiis* præcipi per
Summum Pontificem, quod--*Clericorum*, &
5 *Sacerdotum Sepultura cujuſcumque Ordinis, ubi*
fieri poteſt a laicorum Sepulturis ſint ſeparatæ: Cum
autem in eadem Matrici Eccleſia haberetur
particulare Sepulchrum pro Clericis poſitive
conſtructum, ut pandebat pervetuſta inſcriptio
ſuper ejuſdem Sepulchri lapide inciſa, & *Do-*
minorum oculis exhibita, nulli dubium fore con-
tendebant, quin Vincentius Clericus ex memo-
rata *Ritualis* ſanctione foret in eodem Sepul-
chro tumulandus, aſſerentes indubitati Juris eſ-
ſe, quod *Rituale* Romanum de mandato Sum-
morum Pontificum compilatum ac editum,
6 quoad materias, & diſpoſitiones in eo contentas
ac præſcriptas vim habeat inviolabilis ſanctionis
cuicumque alteri Juri eidem adverſanti præva-
lentis, pro quo adducebant *Pignatell. in conſult.*
73. num. 45.

Quod adeo verum eſſe ſubjungebant, ut *Sac.*
Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in una
Senogallien. 16. Maii 1650., reſpondere non
7 dubitaverint, quod Clerici habentes Sepultu-
ram propriam a laicis diſtinctam in Cathedrali,
vel Matrice Eccleſia, eſſent inibi, non in ma-
jorum Sepulchro ſepelliendi, teſtibus *Nicol. lu-*
cubrat. Canon. tom. 1. lib. 4. tit. 15. de Interdict.
& Sepult. num. 23. in fine, & *Paſſerin. de ſtat. ho-*
min. tom. 2. art. 4. fol. 476., eamdemque con-
cluſionem in terminis ſimplicis Clerici mordi-
cus tueri aſſerebant *Amoſtraz de Cauſ. piis part.*
8 *2. lib. 6. cap. 8. tit. de funeribus num. 38. Mar-*
chett. in prax. Vicarii Capitularis tract. de ſepult.
tit. 38. §. 1. num. 38., *Monacell. Formul. legal.*
pract. tom. 1. tit. 2. num. 17. ubi plures alias tam
eiuſdem *Sac. Congregationis Epiſcoporum*, quam
S. Concilii, ſignanter *in Narnien. 26. Septembris*
1699. determinationes recenſet.

Verum nec prædictam *Ritualis* Romani ſan-
ctione, nec *Sac. Congregationum* decreta, nec
allatas authoritates adverſari in hodierno caſu
memoratorum *Textuum* diſpoſitioni *Domini* fir-
miter exiſtimarunt, opinantes, quod ea omnium
locum tantum habere valeant, quoties agere-
tur de Sacerdotibus, aut Clericis perpetuo Ec-
cleſiæ illius ſervitio addicti, & titulum in ea
9 retinentibus, ſeu Beneficiatis, tunc enim, cum
tales Clerici ita ſint conjuncti cum ſua Eccleſia,
ut ſint cum illa Cor unum, & Anima una, ut
10 adducto *Text. in cap. Requiſiviſti §. Sciens autem*
de Teſtam. in propoſito firmat *Franceſ. de Eccleſ.*
Cathedr. d. cap. 17. num. 17. Æquum etiam vi-
detur, ut ii omnes Clerici, quos cum eadem
11 Eccleſia unicum vinculum devinxerat, & quo-
rum viventium una mens in Domino erat, ita
poſt eorum obitum nec inter ſe ſeparentur, ſed
in communi Sepulchro ad id præciſe deſtinato
inſimul condantur, ut in propoſito advertit *Pi-*
gnatell. conſult. Canon. 5. num. 4. tom. 8., *Bel-*
lett. diſquiſ. Clerical. par. 1. §. 3. tit. de Cleric.
debit. num. 11. Ventrigl. in prax. Eccleſ. tom. 1.
annot. 52. §. unico ſub num. 24. verſ. reſponde
Epiſcopos, *Lavor. var. elucubr. tom. 1. tit. 2. cap.*
51. num. 62. & ſeqq.

Secluſa autem ea Beneficii, vel alterius per-
petui ſervitii, aut tituli circumſtantia, & ceſ-
ſante propterea ratione ſive Spiritualis Conjun-
gii cum Eccleſia, ſive domicilii, ſive unitatis,
12 coniiciebant *Domini* ſolum Clericatum de per
ſe nullatenus aptum eſſe derogare Juri Sepul-
chri Majorum, quamvis Cappellani alioquin
13 forent, ſed tamen conductitii, aut amovibi-
14 les, ideoque non in Sepulchro pro Clerici ſe-
paratim erecto, ſed, vel in Sepulcro ſuorum
maiorum, ubi illud habeant, vel eo non exi-
ſtente, in propria Parochiali Eccleſia fore hos
ſimplices Clericos tumulandos opinabantur,
ut diſtinguendo Beneficiatos à non Beneficia-
tis ad præciſum effectum, de quo res eſt, tra-
dunt *Antonell. de regim. Eccleſiæ lib. 1. cap. 12.*
num. 29., & 32., *Tondut. quaeſt. Benefic. cap. 114.*
num.

num. 14. *Ventrigl. in prax. Eccleſ. par.* 1. *annot.*
52. 5. *Unica num.* 24., *Bonacin. oper. moral. de*
contract. deciſ. 3. *quæſt.* 21. *puncto* 3. *ſub num.* 6.
verſ. Infantes expoſiti Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 2.
cap. 10. *num.* 33. *Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. d.*
cap. 17. *num.* 18. cum aliis concordan. apud *Sa-*
muel. de Sepult. diſput. 5. *controv.* 9. *concluſ.* 10.
num. 29.

Atque in hunc ſenſum intelligendas eſſe
Sac. Congregationum reſolutiones iidem *Domini*
15 authumabant, quæ cum ſpecifice non loquan-
tur de ſimplicibus clericis, ſupponendæ ſunt
emanaſſe in caſu Sepulturæ Clerici Beneficia-
ti, vel alio ſuo titulo Eccleſiæ addicti, ut de
memorata *Senogallien. per Sac. Congregationem*
Epiſcoporum innuere videtur *Pignatell.* qui in
conſult. 5. *tom.* 8. *ſub num.* 4. eam allegat in pro-
poſito dubitationis, num Canonicus Eccleſiæ
Cathedralis eſſet in dicta Eccleſia Cathe-
drali, vel potius in parochia Domicilii
tumulandus, & pariformiter ad eiuſdem præ-
ciſæ quæſtionis de Cadavere Canonici Cathe-
dralis deciſionem adducitur à *R. P. D. Petra*
in ejus Commentar. ad Apoſtolic. Conſtitut. 2.
Honorii Tertii, ſect. unica num. 39. *fol.* 395.,
& de alters præfefert ipſa caſus expoſitio, qua
narrabatur *Sacræ Congregationi*, Joannem Bas
ptiſtam Pellegrinum *Canonicum* Cathedrali-
Eccleſiæ nulla prævia ſepulturæ electione de-
ceſſiſſe, ideoque quærebatur, num in Cathe-
drali, vel potius in Parochiali Eccleſia tumu-
landus foret.

Abſque eo quod verba illa -- *cujuſcumque*
Ordinis in dicta diſpoſitione Romani *Ritualis*
contenta indefinite quemcumque Clericum ſi-
ve Beneficiatum, ſive non compræhendere apta
eſſe dicantur, quoniam, ultra quod ea verba
16 verificari valent de ordine inter ipſos Bene-
ficiatos, & Eccleſiæ ſervitio adſtrictos, qui in
Gerarchia Beneficiatorum multiplex eſt, ut
paſſim videmus, animadvertebant ulterius *Do-*
mini, quod ea diſpoſitio loqui tantum videba-
tur de Sepulchris promiſcuis, & communi-
bus, non vero deſcendebat ad particularem
caſum eorum clericorum, qui majorum ſuo-
rum Sepulcra habent, exemplo Infantium,
17 quos, & ſi *Rituale* Romanorum *titul. de exe-*
quiis parulorum mandet ſepelliri in Sepulchro
à cæteris ſeparato, tamen quoties iſti ſuorum
majorum habeant Sepulcrum ſemper *Sacra*
Congregatio Epiſcoporum, *& Regularium* defini-
vit in eo eſſe ſepeliendus, ac *Rituale* locum
tantum habere, ubi Puer Majorum Sepulchro
carerent, ut in una *Aſculana* 20. *Octobris* 1617.
relata per *Barboſ. de Parech. cap.* 26. *num.* 28.,
& in Ariminen. 26. *Novembris* 1629. *Sacra*
Rituum Congregatio Puerum pariter in Sepul-
chro majorum collocandum, excluſo Parocho
rituale novum allegánte, mandaverat Teſte
Sperellio in deciſ. 88. *ſub num* 21., qui ita intel-
ligendum eſſe dictum *rituale* firmat, & cum
eo conconcordant *Gavant in manual Epiſcopo-*
rum verb. Sepultura, num. 12. *Dian. par.* 5.
tit. 3. *reſol.* 107. *Panimoll. deciſ.* 5. *annot.* 3.
numer. 18. cum concordantibus apud *Barboſ.*
de Jur. Eccleſiaſtico lib. 2. *cap.* 10. *nu.* 28.

Sentiebant ſolidorum rohur argumentorum
ſcribentes pro Capitulo, Ideoque ea etiam
ſibi ipſis favorabilia aſſerebant, probare ſata-
geutes, quod Clericus Vincentius, licet non
eſſet Canonicus (cum tales vocari ſolos pro-
motos ad Sacros Ordines aſſererent) attamen,
cum ipſe ad Clericalem Tonſuram promotus
fuiſſet ſub titulo Eccleſiæ receptitiæ, ac cum ad-
dictione ſervitio ejuſdem Eccleſiæ quinimo vigo-
re hujuſmodi tituli promoveri poſſet, prout de
facto promoveri clamabant omnes Clericos ſic
addictos, ad Sacros ordines, adducendo in Te-
ſtem *Card. de Luc. de Canon. in diſcurſ.* 22. *ſub*
num. 5. ac ulterius de aliquibus maſſæ com-
munis emolumentis uti in Tabella deſcriptus
participaret, dici propterea deberet de gremio
ejuſdem Capituli, & per conſequens in eodem
Beneficiatorum, & Capitularium Sepulcro tu-
mulandus.

Verum hoc ſuppoſitum in facto minime ve-
rificatum apparebat, ut opus fuiſſet tanquam
Capituli fundamentum, promotio enim ad Cle-
ricatum non conſtituit ſimplicem clericum in
18 ſtatu Beneficiali, & deſcriptio in Tabella,
19 ac participatio aliquorum Emolumentorum
intuitu aſſiſtentiæ Perſonalis quibuſdam exe-
quiis, & funeralibus, quæ nec etiam ab ipſo
Capitulo de propria maſſa perſolvuntur, &
ipſis etiam regularibus, ac confratribus com-
munia ſint, nullum præbent unionis, aut
matrimonii vinculum cum eadem Eccleſia,
eo quia tales rationes non militent, niſi in-
20 ter eccleſiam, & Clericos Beneficiatos per-
petuo ejuſdem ſervitio devictos, ut ſupra
fuit probatum. Aſſiſtentia vero, quæ in
21 ſolemnioribus feſtivitatibus per eoſdem cle-
ricos præſtatur non provenit à vinculo aliquo
perpetuo, quod cum ea Eccleſia contraxerint,
ſed à *Sacri Concilii Tridentini* diſpoſitione *in*
cap. 6., *& cap.* 16. *ſeſſ.* 23. *de reformat.* ad alios
fori. Immunitatis, exemptionum, cæterorum-
que Privilegiorum perfruendorum effectus, ut
per *Pignatell. conſult. Canon. tom.* 3. *conſult.* 7.
num. 3. *in fin. Sperell. deciſ.* 26. *n.* 4. cum aliis
relatis per *Card. de Luc. de Concil. diſc.* 24. *n.* 27.

Minus comprobatur quod de capitulari maſ-
ſa huiuſmodi ſimplices clerici participent, aut
ad Sacros ordines vigore ſimplicis adſcriptio
nis promoveri valeant, cum *Card. de Luc.* me-
morato *diſcurſ.* 22. *de Canon. ſub n.* 5. Teſtetur, fie-
ri hujuſmodi promotiones ad Sacros ordinea il-
lorum tantum Clericorum, qui jam admiſſi, ac
recepti ad Gremium, ac ſervitium actualiter, vel
abitualiter de maſſa participant, quæ qualifica-
ta admiſſio tituli ſpeciem præſefert, nec eas pro-
motiones in omnibus Eccleſiis Regni indiſtincte
fieri, ſed tantum in pleriſque Teſtatur; unde
cum Capitulum non doceret aliunde quam ex
dicto

dicto Teſtimonio *Cardinalis de Luca*, qui n I penitus de hoc caſu affirmat, quod in ejus Eccleſia talis maſſæ participatio Clericis indulgeatur, quodque ad Sacros ordines ejus Intuitu promoveantur, qualitas hinc reſidentialis, & beneficialis pro memorata tomulatione deeſſe omnino videbatur. Superaccedente inſuper in ejuſdem deſtructionem Teſtimonio Capituli Metropolitanæ Hydruntinæ, quo palam fit, dictos Clericos, neo eſſe de gremio Capi-
24 toli, nec ad ullam maſſæ Communis participationem admitti, quamvis ſervitio Eccleſiæ adſcripti ſint libereque, & ad eorum libitum extra propriam Diœceſim commorari valere, cui atteſtationi tamquam a Sacerdotibus, &
25 quidem io dignitate conſtitutis, & teſtantibus de qualitate Eccleſiarum eorum Cathedrali ſubiectarom omnimodam adhibendam fore fidem, docent *Menoch. conſ. 92. num. 89. Mantic. deciſ. 315. num. 1. in fine verſ., & huic atteſtationi, & ſub num. 4. verſic. ei credendum & deciſ. 352. num. 15. par. 18. rec., & in Tarraconen. Inſignium 11. Decembris* 1702. *coram Mato*.

Supererat alterum prætenſæ conſuetndinis ſubterfugium, quo humationem cadaveris Vincentii, aliorumque conſimilium Clericorum in eorum Sepulchro tueri Capitulum conabatur, ſed cum de ea nullum concludens documentum, nullaque ſer. ſer. peracta probatio
26 juxtam notiſſima requiſita fuiſſet exhibita, idcirco eam nullatenus attendendam *Domini* cenſuerant. ut in propoſito tradunt *DD. in Capitulo finali de conſuetudine in 6. l. quod non ratione ff. de legib. Gratian. diſcept. foren. cap. 79. nu. 10. Rota deciſ. 72. nu. 25. par. 2. diverſorum deciſ. 913. num. 12. coram cl. me. Card. Cerro. & dec. 287. num. 13. par. 13. rec.*

Et ita &c. utraque.

COLONIEN., SEU ESSENDIEN. OFFICIJ COQUINÆ MAJORIS SUPER BONO JURE.

Veneris prima Decembris 1713.

ARGUMENTUM.

Officii collationem ad Abbatiſſam non ad Capitulum ſpectare deciditur dum Abbatiſſa, ultimum ſtatum conſuetudinemque antiquam habet ac ei uti tali id officium eſt annexum non obſtantibus teſtimonio auctoris Anonymi contrario, & ſtatutis Sede vacante a Capitulo factis.

SUMMARIUM.

1 *Proviſio facta ab habente pro ſe ultimum ſtatum ſuſtinetur.*

2 *Et ab habente bonam fidem & longeva poſſeſſione. Declara has concluſiones procedere in poſſeſſorio non poſitorio judicio* num. 4.

Proviſio officiorum temporaneorum cadit ſub eadem cenſura ac verum beneficiorum.

5 *Collatio officii ſpectans ad aliquem vigore alicujus muneris annexi dum eo non potitur fieri nequit: ſed ab eo qui tale munus retinet.*

6 *Officiorum pluralitas in una perſona non repugnat.*

7 *Officio perfruens jure proprio cui eſt annexum jus alicujus collationis eam facit jure proprio, & dominicali.*

8 *Dictis* uti *aequivalet alteri* tanquam.

9 *Munus ſeu dignitas quæ* uti *tali alio officio prædita dicitur, illo potitur fine & invariabiliter non accidentaliter & facultative.*

10 *Auctori Anonymo non creditur.*

11 *Item auctori non impreſſo.*

12 *Manuſcripta ad commodum partis facile poſſunt exarari.*

13 *Auctori non referenti antiquos ſeu cauſam ſcientiæ de iis quæ ante ejus avum ſcribit non creditur.*

14 *Item ſcribenti contra quod ex documentis apparet.*

15 *Libri & acta aſſervata in archivio capitali contra capitulares plene probant.*

16 *Teſtibus examinatis antiquitas tempore non ſuſpecto plene creditur.*

17 *Capitulum Sede vacante quidquam adverſus jura futuri Præſulis ſtatuitur interdicitur.*

18 *Et Præſul non ligetur ab eis quæ a Capitulo Sede vacante in ejus prajudicium ſunt ſtatuta etiam ſi tamquam unus ex capitularibus juraſſet.*

19 *Dictio* quantum *aliquando aequipollet dictioni* quoad.

20 *Et reſtringit diſpoſitionem ad id præciſe de quo litteraliter diſponitur.*

21 *Diſpoſitio tollens Abbati burſale emolumentum alicujus officii ab ipſo conferendi, reſervat jus honorificum collationis.*

22 *Reſervatio alicujus certi juris, vel rei indicat contrarium voluntatem non reſervandi ſcilicet non expreſſa.*

DECISIO DCXXXIV.

OFFICII Majoris Coquinæ, quod in celebri Eſſendien. Eccleſiæ Collegio per obitum Villelmi Alſſman de anno 1708. vacaverat, dupplex prodierat collatio, ſeu proviſio; Altera nempe ab Abbatiſſa Canoniſſarum, ſeu Comitiſſarum ad favorem Joannis Guillelmi Devens, & altera ab iiſdemmet Canoniſſis in perſona Canonici Arnoldi Schanmburgh: Cumque uterque Proviſus Jus ſuum a legitimo Collatore dimitiri contenderet, delata proinde ad Reverendiſſimum Nuntium Colonien. controverſia, prudentis iſte Judicis partes implens, Adminiſtratorem per modum proviſionis in dicto Officio ſub ſequeſtro interei poſito deputaverat; de quo conqueſtus apud A. C. prædictus Devens, tranſportatiſ-

que actis, nedum revocationem ſequuti, &
mandatum de manutenendo in poſſeſſione præ-
dicti Officij ad ſui favorem ab eodem A. C.
fuerat aſſequutus, ſed & ſententiam profer-
ri obtinuerat, qua nullum Jus eidem Arnol-
do a Canoniſſis electo competere declarabatur.

Quibus tamen non acquieſcentes pro ho-
norifico earum intereſſe, ipſæmet Canoniſſæ
parteſque ejuſdem Arnoldi de cætero quie-
ſcientis aſſumentes: adita ideireo Signatura
Juſtitiæ, mihi Commiſſionem dirigi curarunt
*cum facultate manutenendi quem de Jure, firmo
interim remanente ſequeſtro*, cujus vigore con-
cordatis coram *Me* duobus dubijs: altero
nimirum reſpiciente bonum Jus, & altero
manutentionem in Summariſſimo poſſeſſorio,
utrumque hodie *Dominis meis*, ſeparatim ta-
men decidendum propoſui; Primo loco ni-
mirum -- *An & quæ collatio ſuſtineatur*, ſu-
per quo reſponſum prodijt -- *Collationem Ab-
batiſſæ ſuſtineri*.

Ex longa enim collationum retractis tem-
poribus de hoc officio expletarum ſerie plene
Dominis emicuerat, quod proviſiones ejuſ-
dem Officij ſemper, & quidem pacifice a ſo-
lius Abbatiſſæ munificentia prodierant, nun-
quam vero a Capitulo Canoniſſarum, quan-
1 do de cætero pro ſubſtinenda hodierna pro-
viſione exuberaſſent ultimi ſtatus eidem Ab-
batiſſæ faventes, itaut eadem proviſio tan-
quam expleta ſub ea innegabili bona fide,
quam tam longæva poſſeſſio induxerat, om-
2 ni prorſus Jure exequutioni veniat demandanda
militante in dijudicandis horum etiam Offi-
ciorum ad vitam, ſeu temporanee conceſ-
3 ſorum proviſionibus eademmet cenſura, quam
circa Beneficia deſumunt Beneficialiſtæ a notiſ-
ſimo *Textu in cap. conſultationibus de Jure-
patr.*, ut animadvertunt *Valenzuel. in conſ.* 190.
num 34. *&* 35. *præſumpt.* 6. *num.* 39. *Augu-
ſtin. Barboſ. in d. cap. conſultationibus nu.* 7.
ad medium verſ. & generaliter, *Card. de
Luca de feud. diſc.* 104. *nu.* 4., *& diſc.* 127.
num. 26. *&* 27., *Grammatic. dec.* 67. *n.* 6.
& Rot. dec. 1715. *nu.* 104. *coram Coccin. &
dec.* 69. *n.* 18. *&* 19. *par.* 8. *recent.*

Agnoſcebant ſcribentes pro Canoniſſarum
Capitulo poſtremorum ſtatuum efficaciam,
Ideoque ad eam penitus enervandam, ſe in
terminis petitorij undequaque clari verſari
4 clamabant, per quod eliſa bona fide ex ul-
timis proviſionibus reſultante, collationem
ad illarum tramites factam non amplius ſu-
ſtineri docent *Lotter. de re beneſic. lib.* 1. *quæſt.*
34. *num.* 29. *Rot. coram Merlin. dec.* 641. *nu.*
10. *in Barchinon. Parochialis del Prat. coram
Urſino* 13. *Julij* 1695. *ad erratum Card. de
Luca lib.* 3. *de Jure patronat.*, *& in Mediola-
nen. Beneficii prima Aprilis* 1707. *coram Me*.

Hoc autem Jus deſumebãt primo loco ex pri-
mordialibus hujus Officii legibus, ſeù ex ſtatutis
Capituli Eſſendien. in quodam libro, quem *Ca-*
tenatum vocant, exaratis, ex quibus litera-
liter patet tale Officium non jam Abbatiſſa-
tus dignitati, ſed Camerariatus Officio fuiſ-
ſe per ſtatuentes adnexum ibi -- *Officium Co-
quinæ majus, quod dicitur Officium Magiſtri
Coquinæ Eſſendien. D. Cameraria Eſſendien. pro
tempore conſuevit, ſolet, & habet conferre uni
Canonico Eſſendien. jam actu Præbendato*; Adeo-
que ſi Abbatiſſæ pro tempore retroactis tem-
poribus idem Officium Canonico ſibi benevi-
ſo contulerant, utique eæ Collationes ad ti-
tulum Camerariatus, quo inſimul cum Ab-
batiſſatu perfruebantur, referri debeant, pro-
ut revera uti Camerarias tantum tale Offi-
5 cium contuliſſe ab ijſdem Collationibus per
Canonicum Devens exhibitis erui aſſerebant;
Quo titulo cùm amplius per modernam Ab-
batiſſam ſe adhuc perfrui non doceatur, ſed
immo penes idem Canoniſſarum Capitulum
potius reſideat, clare inde emergat, quod
ad ipſum Capitulum, non ad Abbatiſſam
hujuſmodi Officij proviſio pertinere dicenda
ſit, ut in propoſito monent *Piton. diſcept.
Eccleſ.* 28. *nu.* 8. *in fine*, *Rot. dec.* 24. *n.* 8.
& 9. *coram Merlin. in Lucana Beneficij* 21.
Martij 1703. §. *Quod vero*, *& ſeqq. coram
Muto*, *& in meis annotationibus ad deciſ.* 83.
ſub num. 53. *inter hactenus in Urbe impreſſ.
coram Me*.

Verum diſcurſus hujuſmodi nil concludere
in præſenti *Dominis* videbatur; Admiſſo enim
prout fatebantur, & ipſi Scribentes pro Ca-
nonico Devens, quod tale Culinariatus Offi-
cium Camerariæ, non Abbatiſſæ muneri ad-
nexum ſit; Cum tamen nihilominus ex anti-
quiſſimo, & nullo ſupra duo ſecula interru-
pto tempore Abbatiſſe ſe ſe Camerarias etiam
ac ſupremas Coquinæ Magiſtras nuncupave-
rint, itaut Camerariatus Officium inſepara-
biliter cum Abbatiſſatus dignitate abſque ulla
ope, ſeu facto Capituli de una in aliam
Abbatiſſam pertranſire conſueverit, ut ex
partitis extractis ex libris Coquinæ Eſſendien.
de quibus in *Summario Devens Num.* 13. ac
ex Teſtium depoſitionibus extractis ab antiquo
Protocollo Cancellariæ pariter Eſſendien. jam
ſupra ſæculum examinatorum *eodem Somma-
rio Num.* 15. plene liquebat, non repugnante
6 in eademmet Perſona Officiorum pluralitate
ex deductis per *Card. de Luca de Juriſdict.
diſc.* 49. *n.* 7. *de feud. diſc.* 2. *in annot. ſub
num.* 15., *& diſc.* 23. *ſub num.* 6. *de Benefic.
diſc.* 81. *num.* 16., *& melius ad rem in diſc.*
114. *num.* 4. *de Regular.*, in neceſſarium
7 conſequens deſcendere videbatur, quod non
vi precariæ, & facultativæ conceſſionis tali
Camerariatus munere, ſed Jure proprio per-
fruentes Abbatiſſæ, Jure etiam proprio, &
Dominicali de Officijs eidem Camerariatui
adnexis diſponere valuerint, & valeant jux-
ta animadverſa per *Tondut. reſolut. civil. c.* 169.
num. 8. *&* 9. *Rot. deciſ.* 212. *num.* 2. *coram*

Se-

Seraphin., *deciſ.* 85. *num.* 8. *part.* 5. *recent.*, *& in Illerdon. Statuti ſuper manutentione* 16. *Martij* 1705. §. *Etenim coram bon. mem. Muto*, *in Pampilonen Præeminentiarum* 6. *Martij* 1701. §. *Minuſque*, *&* 27. *Junii ejuſdem anni* §. *fin. coram Reverendiſſimo dell' Olmo Epiſcopo Conchen.*, *& in ejus confirmatoria* 26. *Junii* 1702. §. *Eumdemque prælatia coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

Quæ omnia mirifice comprobari videbantur ex ipſis conventionibus, vacante de anno 1644. Abbatiſſatus dignitate per eaſdem Canoniſſas ante novæ Abbatiſſæ electionem Capitulariter initis, in quibus demandantes quod Domus Piſtoria, & Coquinaria denuo erigantur, præcipiunt quoque, quod *D. Abbatiſſa uti Culinaria* ad ſolas deliberationes ſeu præſtationes a tali Officio profluentes ad-
8 ſtrigatur, quæ ſane dictio *uti &c.* æquipollens dictioni *tanquam* a parte indicat quod tale Culinariatus Officium deſinis, & invaria-
9 bilibus ejuſdem Abbatialis dignitatis pertinentijs, non de accidentalibus & facultativis Juribus exiſtat, ut perpendenda eamdem dictionem *tanquam per Text. in cap. ſolitæ de major. & obed. & relata deciſ.* 715. *num.* 18. *coram Card. Cerr.* docet *Rot. in Mutinen. Donationis* 19. *Junii* 1784., *& in Romana Domus* 2. *Aprilis* 1685. §. *At Domini utraque coram bon. mem. Rondinino*, & in individualibus terminis ejuſdemmet dictionis *uti* proſequitur *Rot. in Mediolanen. Præpoſitura* 23. *Januarij* 1705. §. *Animadvertebant coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano.*

Abſque eo quod undique claras, & demonſtrativas tam antiquæ obſervantiæ probationes favore abbatiſſe allatas, vel minimum in dubium revocare apud *Dominos* valeret hiſtorica illa narratio Anonimi Auctoris, ex qua ſcribentes pro Canoniſſis ſtatum circa hujuſmodi Culinariatus Officium contrarium prænarrato in præteritum deſumere contendebant, narrante eodem Anonimo, quod ab anno 1505. uſque ad annum 1542. Collationes ejuſdem Officijs peractæ fuerint a Canoniſſis pro tempore Camerariatus Officio fungentibus; Quodque occupato de facto ab Abbatiſſa poſt annum 1552. eodem officio, pacto perpetuo ſubinde firmatum fuerit *Officium Culinariatus non debere eſſe penes Abbatiam*, prout ea poſt idem Officium penes Canoniſſas Capitulares permanſiſſe uſque ad annum 1604. teſtatur excepto tempore, quo poſt annum 1588. Abbatiſſa de Manderſcheid prædicto etiam Culinariatus Officio, modificato tamen & reſtricto ex Capituli permiſſione potita erat eo quod antequam in Abbatiſſam eligeretur, tali munere perfrueretur.

Quoniam hæc, & conſimilia prædicti Anonimi dicta nullam penitus fidem mereri vi-
10 debantur, ſive quia nullum in fronte Auctoris nomen præſeferunt, ut ponderat ad hunc effectum *Rot. in deciſ.* 234. *num.* 6. *coram ſan. mem. Alexandro VIII.*, ſive quia nunquam typis fuerit demandatum, ut obſervat
11 eadē *Rot. in Coment. Parochial.* 12. *Decemb.* 1695. §. *fin. coram Eminentiſſimo Priolo approbata in deciſ.* 100. *num.* 39., *&* 40. *inter buccaſque impreſſas coram Me*: ob urgentem ſuſpicio-
12 nem, quod ſimilia manuſcripta ad commodum Partium facillime valeant exarari, ut poſt *Soccin. ſen. in conſ.* 258. *ex num.* 5. *vol.* 2., *& Klocb. de contribut. cap.* 20. *num.* 457. *& ſeqq.*, *notat Patr. Franc. de Rubeis apud Nott. Canonizat. Sanctor. par.* 4. *cap.* 24. *n.* 7. ſive demum, quia cum idem Anonimus nul-
13 lum referat Auctorem a qua res ante ipſius ortum geſtas decerpſerit, nec aliam ejus ſcientiæ Cauſam referat, erronea etiam omnino, & a veritate pœnitus aberrantia ejuſdem dicta
14 evincuntur ex contrariis de directo actibus, quos patefaciunt tam ſupra recenſitæ partite ex pervetuſtis, & legalibus ejuſdem coquinæ eſſendienſis libris extracte, quos contra eaſdem Canoniſſas tanquam de præfati Capituli gremio exiſtentes pleniſſimam facere probationem docet *Rot. in deciſ.* 156. *num.* 1. *coram Verall. par.* 2. *deciſ.* 491. *nu.* 8., *&* 9. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. deciſ.* 334. *nu.* 2., *& deciſ.* 788. *num.* 3. *coram Dunozett. deciſ.* 135. *num.* 7. *coram Cell deciſ.* 450. *num.* 4. *coram Card. Cerr.*, *& in Monaſterien. Canonicatus* 20. *Junii* 1708. §. *Atque eo quod coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, quam Teſtes formali jam ſupra ſeculum
16 examini ſubjecti, quibus utpote tanquam tempore non ſuſpecto examinatis, fidem indubiam præſtandam eſſe monet eadem *Rot. in dec.* 18. *inter impreſſas ad tract. Card. de Luca tom.* 1. *ſub tit. de Juriſd.*, *& in Bononien. Pecuniaria* 14. *Martii* 1701. §. *Et quod vero*, *&* 13. *Junii ejuſdem anni* §. *Quoniam coram Eminentiſſ. Priolo impreſſ apud modern. Paulucc. poſt ejus diſſert.* 2. *dec.* 2., *& dec.* 3. *utrobique num.* 2.

Firmata ex prædictis antiqua obſervantia favore Abbatiſſæ quæ tanquam Cameraria Officium ipſi Abbatiali dignitati annexum inſeparabiliter Jure proprio, & abſque ullo facultativo Capituli eam eligentis actu in præteritum fuerat aſſequutæ, minorem oppoſitionem ingerere videbantur recentes Capitulationes inter eaſdem Canoniſſas occaſione vacationis Sedis Abbatialis ſequutæ de anno 1688. unanimiter conſtabilitæ, ac per ipſam modernam Abbatiſſas tunc temporis ſimplicem Canoniſſam ſubſcriptæ, quibus prævia narratione, quod Abbatiſſa poſtrema loco defuncta -- *Supremi Culinariatus*, *& Supremæ Piſtrinæ Officia contra antiquam obſervantiam*, *& Conſuetudinem ejus Eccleſia ipſamet deſervire fecit*, *& ſibi reſervabit*, *ac idipſum Capitulares permittere non poſſunt*: decreverunt -- *Supremum Culinariatus Officium in emolumentum*

Digitized by Google

tetius Comitiſſarum Capituli quantum annuum
Salarium concernit , mortificare , ac obventio-
nes , & inde dependens Commodum ad præſen-
tias dividere ; Supremum Piſtrinæ Officium ve-
ro pro meliori ſaturæ Principis ſubſiſtentia apud
Abbatiſſam pro ac vice relinquere; ex quibus ver-
bis ſcribentes pro Canoniſſis duo deſumere
prætendebant , ſcilicet antiquam conſuetudi-
nem , ac obſervantiam favore earumdem in
præteritum extitiſſe , ſolumque per tunc de-
functam Abbatiſſam uſurpatam fuiſſe ; ſecun-
do vero , quod per determinatam Capitula-
rium voluntatem interdicta impoſterum huju-
ſce Officii infuturis Abbatiſſis Adminiſtratio
remanſerit .

Quoniam duplici æquæ valida reſponſione
tale objectum elidebatur : Prima nimirum
deſumpta ex defectu Juriſdictionis in ipſis Ca-
17 pitularibus , quibus Sede vacante quidquam
adverſus Jura futuri Præſulis ſtatuere interdi-
citur ex *Text. in cap. 2. ne ſed vacnat.* ut etiam
animadvertit *Felin. in cap. cum omnes ſub n.* 10.
verſ. tertio eſt advertendum de conſtit. Jacob.
Theming. conſ. 9. *num.* 34. , *& conſ.* 37. *n.* 2.
Valenzuel. conſ. 74. *num.* 29. , *& conſ.* 121.
nu. 166. *& ſeqq. Botten. de Synod. Epiſcop.*
par. 3. *nu.* 130. *Praſ-e. in pran. Epiſcop. in*
præm. ſub num. 22. §. *Immo per omnia*; *Mar-*
chett. de Vicar. Capit. *par.* 2. *tit.* 3. *ex n.* 42.
uſque ad fin. Ita ut iiſdem Statutis aut Capi-
18 tularibus ſanctionibus nullatenus ligetur ip-
ſe Prælatus , quamvis eorum obſervantiam
tanquam unus ex Canonicis ſtatuentibus juraſ-
ſet ut præciſe definitum habemus *in cap. ſicut*
nobis 27. de Jur. jur. , ac antiquioribus relatis
ibi notant Barboſ. ſub num. 4. , *& Gonzal.*
litt. D.

Altera vero quod ſi bene verba earumdem
Capitulationum perpendantur , tantum abſit ,
quod Jus honorificum Conferendi Officii Co-
quinæ majoris , de quo hodie unice queritur
a dignitate Abbatiali evellatur , ut potius in
ea validius appareat confirmabilitum : Ex ea-
rumdem enim lectura Cubitalibus verbis emi-
cat , & quod Capitulares ſolam privativam
emolumentorum perceptionem ex illo Supre-
mo Culinariatus Officio provenientem in Ab-
batiſſa egreſerentes eorumdem participatio-
nem , & ipſe impoſterum aſſequi voluerant
ibi -- *quantum annuum Salarium concernit , mor-*
tificare ac obventiones , & inde dependens Com-
modum ad præſentias dividere , relictis in ſua
pertinentia ad Abbatiſſam reliquis ejuſdem
Officii prærogativis , & Jure conferendi ſub-
alterna (majora tamen) Officia , inter quæ
illud Coquinæ majoris connumeratur , ita enim
præſefert dictio illa *quantum* , quæ æquipol-
19 lens dictioni *quoad* ex connotatis per *Barboſ.*
de diction. uſufrequen. dict. 326. *num.* 3. reſtrin-
20 git diſpoſitionem ad id præciſe , de quo li-
teraliter diſpoſitum fuit , itaut illud tantum
Abbatiſſa adeptum dicendum ſit , quod poſt
illa in dictionem *quantum* expreſſum habetur ,
& ita cum de ſolo burſali emolumento facta
21 fuerit mentio , reſervatum dici debeat Jus
honorificum , de quo nulla legitur facta adem-
ptio juxta in ſimilibus animadverſa per *Spad.*
in conſ. 334. *num.* 2. *lib.* 3. *Rot. coram Sera-*
phin. deciſ. 911. *num.* 3. , *& in rec. deciſ.* 187.
num. 13. *par.* 15. *dec.* 277. *num.* 6. *par.* 16. ,
& alibi paſſim .

Id ipſum clarius , & evidentius Compro-
bante ipſo diſcretivo loquendi modo per ipſas
Capitulares Contemporanee adhibito ; Ubi
enim Jus Conferendi ſub alterna Officia (ſed
minora) reſervare voluerunt , id ſpecificis
verbis exprimere non omiſerunt ibi -- *quan-*
tum etiam minora officia in macello concernit ,
dependebunt illa a Capitulis , & ab eis quan-
tum neceſſitas &c. erunt Conferenda , Unde ſi
etiam majora officia , interque hodierna Co-
quinæ majoris recenſetur , ſibi expreſſe pro
eorum Collatione non reſervarunt ; ſignum
evidens eſt , quod de eodem honorifico Jure
ſicut de Piſtrinæ officio pro majore Principa-
tus decore Abbatiſſam privare noluerant , ita
25 ſuadente natura reſervationis alicujus rei , vel
Juris , ut ſcilicet contraria voluntas in non
reſervatis valide deſumitur per ea , quæ ob-
ſervat *Rot. in deciſ.* 464. *num.* 6. *coram Bich.* ,
deciſ. 172. *num.* 19. *coram Priol.* , *deciſ.* 194.
num. 5. *par.* 15. , *& deciſ.* 107. *num.* 8. *par.* 18.
rec. , *ac in Romana Fideicommiſſi Mutii de Bu-*
balo 6. Februarii 1702. §. *fin. coram Reveren-*
diſs. dell' Olmo Epiſcopo Concben.

Et ita &c. utraque &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER MANUTENTIONE.

CAnonizata per *Dominos* hodie validitate
Collationis Officii majoris Coquinæ per
Abbatiſſam expletæ favore Canonici Guillel-
mi Devens , ut in Contemporanea mea *deci-*
ſione ſuper bono Jure edita , conſequutivam pa-
riter in hoc altero dubio poſſeſſorium Sum-
mariiſſimum reſpiciente , eidem Guillelmo
manutentione decernere non dubitarunt , quam
ſemper *Tribunal* illi poſſeſſori clargiri ſo-
let , cui legitimus titulus , bonumque Jus
aſſiſtere videatur , ut videre eſt ſignanter *in*
deciſ. 193. *num.* 1. *coram Cavaler. deciſ.* 211.
num. 4. *coram Renat* , *deciſ.* 672. *num.* 8. *co-*
ram Bich. , *& deciſ.* 945. *num.* 3. *coram Eme-*
rix Jun. , *& in Romana Juris legendi ſuper*
manutentione 16. *Maii* 1698. *in principio coram*
bon. mem. Muto .

Fortius autem in hypotheſi , in qua idem
Canonicus poſſeſſionem vigore legitimæ Col-
lationis aſſequutam nedum uſque ad diem mo-
tæ litis , ſed ulterius continuatam docet , uſ-
quequo per Reverendiſſimum Nuncium ad tra-
ctum Rheni appoſito ſequeſtro Cura ejuſdem
Officii particulari Adminiſtratori exiterat
Com-

Commendata ; Juncta enim legitimo titulo actuali etiam poſſeſſionem , erat omni Iure eidem Guillelmo manutentio decernenda , ut proſequitur poſt *Poſth. de manut. in obſervat. 71. num. 49. Rot. coram Cavaler. deciſ. 589. num. 1., & 2. deciſ. 23. num. 2. par. 1. diverſ.*

Nullum prædictæ manutentioni obicem faciente antecedenti poſſeſſione , quæ capta dicebatur a Canonico Arnoldo electo a Canoniſſis , ac uti anterior in hoc poſſeſſorio Summariiſſimo præferenda per conſequens aſſerebatur ; quoniam ultra quod actus ille unicus qui ad hujus poſſeſſionis probationem per ſcribentes pro Canoniſſarum Capitulo deducebatur , diſtributionem panis ab altero Piſtrini Officio dependentem , non Coquinæ Officium reſpicere videbatur , placuerat fatalis illa reſponſio , quod idem Arnoldus poſt emiſſam declarationem , quod ipſe nec appellationem a ſententia A. C. interpoſuerat , nec minùs ejuſdem proſequutionem in ſua mente unquam revolverat , pendente lite , ab humanis ereptus fuerat , ac idcircò fruſtranea inter electas de manutentione remanſerat diſceptatio.

Nullo habito reſpectu ad intereſſe Canoniſſarum , quarum poſſeſſioni ſivè per Canonici Arnoldi renunciationem , ſivè per ejus obitum nullum inferri valuiſſe præjudicium iidem ſcribentes pro Capitulo clamabant : quoniam talis manutentio tamquam à bono Iure dependens & ad ejus tramites omninò regulanda , ſoli Abbatiſſæ erat debita , quæ necdùm ultimas ſtatus Ius ſufficiens pro hac collatione tribuentes ſibi favere docebat , ſed etiam cum antiquiſſima conſuetudine , continuas de hoc Officio Collationes per ipſam Iure proprio expletas per duo , & ultra ſæcula dinumerabat , ut in alterius Principalis dubii diſcuſſione compertum fuerat.

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA SECRETARIATUS APOSTOLICI.

Luna 4. Decembris 1713.

ARGUMENTUM.

Evictionem pro refuſione integri pretii recepti a vendente , ſeu reſignante Secretariatum Apoſtolicum favore Emptoris, ſeu Reſignatarii , & non minoris pretii in ſuppreſſione eorum a Cammera reſtituti competere declaratus ſicuti in aliis prius Rota pluries declaraverat non obſtante quod in hac facti ſpecie adeſſent in Apoca verba quod emptori -- *ſpettarà ogni accidente , ogni commodo , & incommodo* -- & ſuper importantia eorundem verborum late diſſeritur.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur Deciſiones editæ in materaria evictionis præſtandæ a Reſignatariis cauſa ſuppreſſionis Secretariatuum Apoſtolicorum.*

2 *Contractuum ſpecialis lex ſeu pactum attenditur nec in tali caſu abſtractive proceditur.*

3 *Conventiones initæ inter contrahentes ſuper vacabilibus etiam ſecuta reſignatione eorundem attenduntur* , & num. 5.

4 *Et a Principe dum non reſpiciunt præjudicium Cammeræ approbantur.*

6 *Pericula futura ſuper vacabilibus jura in Ceſſionarios pacto transferri poſſunt.*

7 *Translatio cujuſlibet periculi ampliſſimis concepta verbis , omne , & quodcumque immaginabile periculum continet nullo penitus excluſo* , & num. 11. Limit. num. 19.

8 *Idem dicendum ſi fuerit ſuſceptum omne impedimentum , & omne riſicum , quia talia verba nullum caſum excludunt.*

9 *Inter caſus accidentales comprehenditur etiam factum Principis.*

10 *Venditio Officiorum vacabilium non importat niſi ceſſionem commoditatis , aut Juris percipiendo fructus , ſive quod idem eſt vitæ cedentis , ejuſque periculi.*

12 *Pericula quæ poſt ceſſionem , ſeu venditionem ſuperveniunt , cedunt damno , & periculo emptoris , ſive Ceſſionariis.*

13 *In præjudicialibus verba dubia ita interpratari debent , ut minus præjudicent proferenti.*

14 *Periculum ex natura rei procedens actionem non parit evictionis , etiamſi iſta fuiſſet promiſſa.*

15 *Officia Secretariatuum Apoſtolicorum non excedunt numerum viginti quatuor.*

16 *Nemo preſumitur jactare ſuum.*

17 *Prædicta tamen Officia ſunt redimibilia.*

18 *Non eſt incompatibile , quod reſignatio habeatur pro conſumata , quodque ea ſequuta omne commodum , & incommodum ſpectet Reſignatario.*

19 *Teſtibus deponentibus de re ad proprium officium ſpectante valde deferendum eſt.*

20 *In concurſu duarum atteſtationum ſecunda eſt praferenda ſi ſit magis pracisa , & Juri conſona.*

21 *Actus ad finem non perductus non eſt attendendus.*

22 *Officium Secretariatus Apoſtolici in ſubſtantia vendi nequit , ſed illius tantum fructus , & commoditas.*

23 *Qui ſentit commodum , & incommodum ſentire debet.*

24 *Obſervantia longeva multum attenditur pro interpretandis contractibus.*

25 *Fictio in caſu ficto idem operatur , quam veritas in caſu vero.*

26 *In contractibus ſervanda ſemper eſt æqualitas.*

27 *Naturalis explicatio ſemper eſt ante oculos habēda.*

28 *Ad ſignificationem verborum ſpectandus ſemper eſt uſus vulgaris , & familiaris loquendi.*

29 *Evictio omni venditori ablata re vendita ſemper incumbit* , & num. ſeq.

31 *Conventiones in contractibus appoſitæ ſcindi mini-*

Digitized by Google

minime poſſant, ſed ſumendæ ſunt per modum unius.

32 *Evictio ut locum non habeat in venditione indiget ſpeciali pacto, quo caveatur Venditorem de ea non teneri debere.*

33 *Pactum de non præſtanda evictione an ſufficit, ut illa dicatur remiſſa in totum, vel ſaltem ad damna, & intereſſe aliaque evictionis conſecutive evitanda*, & num. ſeqq.

36 *Intentio contrahentium ſuper excluſione vel incluſione rei optime arguitur ex quantitate prætii.*

37 *Ea quæ ad lucrum, & damnum urgere poſſunt in nulla habenda ſunt conſideratione.*

DECISIO DCXXXV.

SICUTI facies Hominum regulariter inter ſe parum in ſubſtàntia diſſimiles diſcernuntur, eæque tamen ſingulæ, quamvis innumeræ, ſemper aliquali diverſitate deſcriminantur, ita putavit fortaſſe Excellentiſſimus Dominus Princeps Auguſtus Chiſius, quod ſcilicet non obſtante plurima rerum judicatarum ſerie *in Sacro Noſtro Auditorio* æditarum ſuper neceſſitate, & obligatione, quam de Jure contraxiſſe pronunciatum conſtantiſſime fuit Reſignantes, præſtandi nimirum gradatim eius Reſignatario, & reſpective antecedenti Poſſeſſori totum illud plus, quod Camera Apoſtolica non refudit eidem actu tunc Poſſeſſori, ſeu Reſignatario de prætio obtentæ reſignationis occaſione celebris, ſeu notoriæ ſuppreſſionis illorum Officiorum vacabilium, quæ ſub nomine, ſive appellativo Secretariatum Apoſtolicorum nuncupabantur, idque ex rationibus uſque a principio ad meram veritatem enucleatis, atque diſſertis *in meo diſcurſu 60. de Commerc., & Mercatur.*, quemve amplecti deinceps dignatum eſt *Tribunal* in plurimis, ut præmiſimus, caſuum opportunitatibus, & contingentiis, queamadmodum videre eſt *in Romana Secretariatus Apoſtolici 6. Aprilis* 1693. *coram bonæ me-*
1 *moriæ Benincaſa*, & in ejus confirmatoria diei 20. *Junii* 1695. *coram clar. mem. Cardinali Caprara, in alia Romana Secretariatus Apoſtolici* 3. *Februarii*, & 9. *Junii* 1700. *coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano.* & 14. *Januarii* 1701. *coram Domino dell'Olmo*, & *in alia* 26. *Aprilis* 1709. *coram Eminentiſſimo Polignacb*, & tandem in illa *Romana Secretariatus Apoſtolici* 7. *Februarii* 1710., & in ejus confirmatoria *diei* 28. *Junii ejuſdem Anni coram R. P. D. meo Criſpo.*

Exiſtimaverat quippe D. Princeps, ejuſque Defenſores, facti ſignanter ſpeciem, ſuper qua præſens coincidebat quæſtio, à prædictis omnibus rebus judicatis prorſus eſſe difformem ſive aberrantem, tali etiam deinde dubitabilitatis ſucceſſu, ut propoſito etiam per Me hodierno articulo ſub *die 6. Martii hujus Anni jam decurrentis*, diviſa remanſerint ſuffragia *Dominorum*, donec hodie reaſſumpta alacrius diſputatione *Videndus Omnibus* (ut fuerat præcedenter injunctum) evaſit in ſua ſpe veluti quiſquis innititur *parieti inclinatio, & maceriæ depulſæ*, deceptus, prodeunte reſcripto -. *Conſtare de Credito, & exequendum eſſe Mandatum.*

Diſſimilitudinem itaque cæterorum caſuum a præſenti promanare ſibi ſuadebant memorati Defenſores a puro facto; quoniam clar. ſemper mem. Flavius Cardinalis Chiſius vice tunc effective reſignandi Secretariatum Apoſtolicum, quem obtinebat, promiſit dumtaxat, & ſe obligavit *di raſſegnare un Segretariato Apoſtolico* (ſunt ipſa verba) *a Noi ſpettante, e cantante nella noſtra Perſona ad ogni Beneplacito, e piacere del Signor Cavaliere Filippo Acciajoli, & in Perſona, di chi Sua Signoria vorrà, con li frutti dal giorno d' hoggi atteſo che dal medemo Signor Cavaliere Acciajoli habbiamo ricevuto il prezzo fra Noi concordato, cioè di ſcudi 22. mil. moneta mediante un ſuo Ordine di ſimil ſomma diretto ſotto il preſente giorno al Banco de Signori Amico, e Giulio Siniboldi, dichiaranno d' haver venduto in queſto giorno il ſudetto Offizio al medeſimo Signor Cavaliere Acciajoli, al quale ſpetta, e ſpettarà in avvenire per ogni accidente, ogni commodo, & incommodo, come ſe foſſe ſeguita l' effettiva, & attual riſegna, ritenendo Noi il detto Segretariato meramente per far coſa grata al detto Signor Cavaliere, che ce ne ha richieſto*: quamobrem eum non ſequuta deinceps per octo circiter Annos actuali reſignatione, ſeu conſenſu per claræ memoriæ Cardinalem Chiſium perhibendo ipſi reſignationi (ex quo idem Eques Acciajolus illum minime adhuc requiſiverat) acciderit, quod Camera Apoſtolica deveniens ad memoratam ſuppreſſionem reſtituerat ſolummodo pretium ſcut. 15. mil., quod effective antea receperat occaſione præcedentium reſignationum, ſive emptionum prænominati Officii, idcirco non intrare, neque aſſimilari pure, & abſtractive deciſa in terminis ſequutæ, jam liberæ reſignationis, ſed attendendam eſſe
2 eam legem (dicebant) quæ in præfata particulari conventione fuerat a Contrahentibus volita, & explicata, ſecundum paſſim connotata per *Scribentes in leg. pacta conventa ff. de Contrahen. emption. Conſtant. ad Statut. Urb. in diſcurſu de Locis Montium tom 1. art. 1. ſect. 3. numero* 173., *Rot. in Romana Primogenituræ de Albericis 4. Junii 1703. §. Evidentiſſime, coram Me, & in Romana locorum Montium 28. Novembris 1703. §. Final.* pariter *coram Me.*

Tantæque efficaciæ reputatur, & exiſtit obligatio attendendi in hiſce reſignationibus pacta, & conditiones ſtabilitas in eorum privatis conventionibus inter Reſignantem, &

Re-

Digitized by Google

3 Reſignatarium , ut etiamſi ſequuta immediate , vel poſt quandocumque fuiſſet reſignatio actualis hujuſcemodi Officii , adhuc eædem conventiones inter eoſdem Contrahentes fuiſſent obſervandæ , imo etiam extitiſſent per Principem Supræmum (ſine quo non licet hæc Officia , tamquam de Regalibus, haberi in commercio) Indubitanter admiſſæ ,
4 cum non reſpicerent præjudicium Cameræ reſpectu vacationis , & ſimilium , quemadmodum præciſe , & individue , ac de notorio ſtylo teſtatur *Card. de Luca de Offic. venal. vacabil. Romanæ Curiæ cap. 9. num. 10. in fin.*, ibi -- *Dum Officialium Dateriæ partes ſunt inquirendi de juribus , & cauthelis Cameræ , ne per reſignationem fiat illi præjudicium , quia nempe agatur de Infirmo , vel de Sene , juxta illas diligentias , quæ enarrantur in pluries relato Regalium ſede : De reliquis autem ad ipſam non pertinet inſpicere , ſed remittit conventioni Partium .*

Firmo itaque remanente hujuſmodi indubitato principio , reſtabat ſolum inquirere , an periculum ſuppreſſionis , quod evenit , & ex quo promanavit non integra reſtitutio pretii ex vi prædictæ Apocæ , & conventionis, transfuſum fuerit in Equitem Acciajolum , exeonte penitus de Scæna clar. mem. Cardinali Chiſio , prout de cætero fieri citra ſcrupulum
5 valebat , dum præter prædictam regulam de ſervandis conventionibus , & pactis ſtabilitis inter Contrahentes etiam de Jure licet , paſ-
6 ſimque contingit , quod hujuſmodi futura pericula , ipſis non abnuentibus , in hujuſmodi Emptores , ſeu Ceſſionarios ex conventa pactione transferantur per *Text. in leg. Emptorem 12. §. Fin. ff. de action. empt. Mantic. de tacit. , & ambig. lib. 1. tit. 13. num. 31. & lib. 4. tit. 24. num. 4. , Theſaur. quæſt. for. 77. lib. 1. num. 6. , Mangil. de eviction. quæſtion. 11. num. 35. , & quæſt. 18. num. 17. , Tuſc. in verb. Evictio concluſione 362. nu. 5. , Mart. Medic. examinat. 26. ſub nu. 39. Grat. diſcept. foren. cap. 520. num. 23. Rot. deciſ. 82. num. 10. par. 16. rec. , & in Bononien. prætenſæ Evictionis 1. Iunii 1696. §. Firmato itaque cor. Reverendiſſ. D. Molines Decano .*

Quod autem (ſubjungebat prælaudati Defenſores) hujuſcemodi periculum etiam ſuppreſſionis per prædicta verba Apocæ remanſerit tranſſictum in Equitem Acciajolum , citra violationem litteræ manifeſte liquebat , quod dum conventum fuit ; impoſterum pro omni , & quocumque accidenti , omne commodum , & incommodum ſpectare debere ad prædictum Equitem Acciajolum futurum Reſignatarium , & interim actualem Emptorem , ut ibi -- *Dichiarando d' aver venduto in queſto giorno il ſud. Offizio al medemo Sig. Cavaliere Acciajoli , al quale ſpetta , e ſpetterà in avvenire per ogni accidente ogni commodo , & incommodo , come ſe foſſe ſeguita l'effettiva , & attual riſegna* -- palam conſequebatur , quod etiam ipſum accidens , & periculum poſſibilis ſuppreſſionis remanſerit in prædictum Equitem translatum , hujuſmodi quippe , tam effrenata , tam univerſalis translatio cujuſlibet periculi certo certius ex ſua latitudine continebat omne , & quodcumque ima-
7 ginabile periculum , abſque ullius penitus excluſione , ex plene traditis per *Bald. conſ. 186. n. 3. lib. 4. , Cravett. conſ. 294. num. 1. cum plur. ſeq. Corn. conſ. 128. nu. 18. tom. 2. Cephal. conſ. 58. num. 14. Menoch. conſ. 1. num. 23. Diana reſolut. , Moral. tract. 7. reſol. 31. par. 8. , Stracc. de eſſecurat. gloſ. 15. num. 14. . Conciol. allegat. civil. 2. num. 40. , Manſ. conſult. 13. ſub num. 13. Maſtrill. dec. 299. nu. 1. , Rot. deciſ. 24. n. 10. par. 6. recent.*, ubi quod ſi ſuſceptum fuerit omne impedimentum , & omne riſicum , talia
8 verba nullum caſum excludunt , *& poſt Salgad. in Labyrint. Credit. deciſ.* 101. *num.* 25. , ubi quod verba univerſalia omnes periculi caſus compræhendant .

Potiſſimè etiam perſpecta natura , ſeù quidditate ejuſdem ſuppreſſionis , quæ compræhendebatur dubio procul ſub illo individuo verbo *ogni accidente* ; ſignificativo Caſuum quorumcumque accidentalium , dum adamuſſim hæc eadem poſſibilis ſuppreſſio dependebat a mera voluntate , facto , & libito Principis , proindeque propriè , & verè concludebatur intrà ſphæram caſuum accidentalium , qui poterant eſſe ,
9 & abeſſe , per ea , quæ præciſè commorata extiterunt per *Epiſcop. Roccam diſput. Jur. ſelect. cap. 91. ex num. 2. ad 13.* cùm cæteris etiam per Me reaſſumptis *in tract. de Commerc. , & Mercatur. d. diſcurſ. 60. num. 14.*

Et ſanè ſatagere , quod illa ampliſſiſſima verba -- *per ogni accidente* -- reſtringi poſſent , vel deberent (proſequebantur ijdem Defenſores) ad ſolum accidens vacationis , nimis abſonum , nimis reſtrictum , nimis improprium videbatur ; Jam enim abſquè illo verbo omnium caſuum compræhenſivo -- *ogni* accidens , & periculum vacationis de ſui propriiſſima natura , & in meram ſequelam citrà ullam expreſſionem deſcendebat in Equitem Ceſſionarium , & Emtorem , poſt enim receptum pretium à Cardinali Chiſio Venditore , quis ignorat , quod etiàm non ſequuta effectiva traditione , ſeù reſignatione rei , vel juris venditi periculum vacationis per mortem transfundebatur in eumdem Emptorem , quin etiam iſtamet præciſa venditio Officiorum , id ipſum neceſſariò præſeferebat , cùm ea non importet , niſi ceſſionem commoditatis , aut juris percipiendi fructus , ſivè , quod idem eſt , vitæ cedentis ejuſque periculi , ſicuti priùs late animadverſum fuerat in memorato *tractatu de Commerc. , & Mercat. d. diſc. 60. num. 44. 45. & 46.* , ubi ſignanter exemplificatur hæc eadem ceſſio facta per Cardinalem Chiſium .

Ac propterea dum ſuperadditum , & conventum apparebat effrenatiſſime -- *ogni accidente* ,

ogni

Digitized by Google

ogni commoda, & incommodo -- multo minus ullo modo fas erat inducere talem impropriam, & repugnantem reſtrictionem ad ſolum caſum vacationis, quando potius e converſo eadem verba in ſua plena continentia, imo ampliative erant accipienda, ut ait Cravet. *conſ.* 194. *ſub num.* 1. *verſic. Et prima conſidero, & num.* 2., ibi -- *Adeo lata eſt ſignificatio verborum univerſalium omnia comprahendens, quod trahantur verba univerſalia etiam ad caſum impropriam Corn. conſ.* 128. *num.* 18. *tom.* 2., ubi quod talia verba geminata debent aliquid addere ad præcedentia, adeout omnes caſus includant *Diana reſolut. moral. tract.* 7. *reſol.* 31. §. 1. *in fine tom.* 8., *Manſ. conſult.* 13. *num.* 13., ibi -- *Neque pariter excuſare Caſarem poteſt, quod non ſteterit per ipſum, quin fieret exactio, quia cum idem Cæſar ſuſceperit in ſe omne periculum, de illo quoque tenetur.*

Corroborabantur omnia præmiſſa ab eiſdem Defenſoribus, pluribus, uti opinabantur, perſtringentibus conjecturis, quæ magis abunde ipſam literam conventionis cæteroquin exuberantis adſtruebant; earumque prima deducebatur a regula juris generali, quod nempe etiam abſtractive Juris nimium eſt conſonum, quod pericula, quæ poſt ceſſionem, ſeu venditionem ſuperveniunt, cedant damno, & periculo Emp-
12 toris, ſive Ceſſionarii, ad normam *Text. in l.* 1. *C. de pericul. & commod. rei vendit. l. neceſſario ff. eodem titul. l. ſi per imprudentiam* ibique *Bartol. in prim. not. ff. de evict. Gomes de contract. cap.* 2. *num.* 41. & 43. *Mangil. de evict. par.* 16. *num.* 4. & *quæſt.* 17. *num.* 3. & *quæſt.* 18. *nu.* 4. & in ſupradicto *diſcurſu* 60. *de Commerc. & Mercat. num.* 53.

Secunda depromebatur ab alia quoque regula nimirum quod etiamſi prædicta verba ſuperius tranſcripta fuiſſent aliquo modo dubia, ea tamen ſemper favore prædicti D. Cardinalis Chiſii propter eorum amplitudinem, & generali-
13 tatem erant interpretanda, ut monet *Alexan. conſ.* 146. *num.* 14. *verſic. nec obſtat lib.* 5. *Surd. conſ.* 431. *num.* 21. *Handed. conſ.* 69. *num.* 73. *vol.* 2. *Rot. coram Emerix Jun. decif.* 1323. *n.* 7. & *in Rec. dec.* 354. *num.* 24. *par.* 16.

Tertia inſurgebat, reflectendo, quod redditus eorumdem Secretariatuum notabile incrementum acceperant, adeout Eques Emptor retraxerit fere ſcut. 10. pro quolibet centenario reſpective ad pretium exburſatum in prædicta ſumma ſc. 22. mil. ut ex calculo, qui dabatur a D. Principe, *Summar. num.* 4. pariterque ſecum eadem emptio Officii etiam poſt ſuppreſſionem afferebat ipſi D. Equiti gradum Prælaturæ, ſi ipſum elegiſſet ſuſcipere, *dicto Summar. nu.* 5. atque inſuper Eques aſſumendo in ſe omne periculum, & interim relinquendo Officium in faciem, ſeu caput D. Cardinalis, effugiebat notabiliſſimam expenſam expeditionis, quam de cætero ſubire cogebatur deveniens ad actum reſignationis, quodque ulterius conſiderabile nimium erat, quod idem D. Eques, licet abſens, lucrabatur abſque ullo minimo perſonali interventu, vel ſervitio ea incerta emolumenta Officiis, quæ alias obligant ad permanentiam in Urbe perſonalis intereſſentiæ, *d. Summ. n.* 5. proindeque congruum, & undique correſpectivum tot utilitatibus reddebatur periculum ſub prædicta latitudine verborum compræhenſum etiam ſimplicis poſſibilis ſuppreſſionis, cum tale periculum de cætero ex natura rei procedens, actionem de Jure non pariat evictionis, neque etiam quando fuiſſet promiſſa, ut introſpectis prædictis utilitatibus, & compenſationibus obſervando tradiderunt per *Textum in* §. *Cum autem inſtit. de empt. & vendit. ibique ſcribentes communiter, & in l. ſi ſervus* 21. *ff. de evict. & in l. ſi quis* 26. *C. de eviction. Gomez var. lib.* 2. *cap.* 2. *ſub num.* 32. *Mantic. de tacit. lib* 4. *tit.* 28. *num.* 8. *Caballin. de evict.* §. 5. *num.* 52. *Trentacinq. var. reſol. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. reſol.* 2. *num.* 1. & 2. *Roſa conſult.* 7. *num.* 28. & *ſeqq.*

Addita præſertim e conſpectu appoſita conſideratione, quod nulla utilitas e converſo afficiebat D. Cardinalem Chiſium divitiis undique affluentem, & robuſte interim ætatis (Annorum circiter 40) Necnon valetudinis ac propterea cum nulla poſſet premi ſollicitudine ſeſe expoliandi hujuſmodi Officio redditus adeo pinguis, & non facile aliunde reperibilis, cum eadem Officia non excederent numerum viginti quatuor, ut patet ex Bulla erectionis, & notat *Card. de Luc. de Offic. venal. vacab. cap.* 14. *n.* 5. *in fin.* quis unquam cogitare potuerit, quod adhuc pati vellet amplius aliud extrinſecum periculum accidentalis ſuppreſſionis, præcipue quando intellexerat id peregiſſe -- *per far coſa grata al detto Signor Cavaliere, che ce ne ha richieſto*, jactare quippe ſuum (ut fert adagium) nemo præſumitur, ad *Tex. in l. cum de indebito ff. de probat. Federic. de Senis conſ.* 54. *num.* 2. *Alexand. conſ.* 83. *num.* 1. *Cyriac. contr.* 253. *nu.* 8. *Rot. deciſ.* 74. *nu.* 10. *coram Bichio*, & *in Romana Pecuniaria* 6. *Martii* 1713. §. *Ceſſabat, coram Me.*

Eoque magis, & evidentius, quia ſuſcepta per D. Equitem ex rationibus præmiſſis omni alea periculi, utique iſtud, de quo agebatur, quodque profecto ſub prædicta latitudine verbi univerſaliſſimi continebatur, non poterat umquam dici periculum ignoratum, adeout non obſtante eadem univerſalitate non valuerit in mentem Contrahentium venire, non ſolum quia antecedenter plures ſuppreſſiones hujuſmodi Officiorum jam evenerat ex natura eorum reſolubilitatis, ut oſtendit *Cardinal. de Luc. in prædicto tractatu de Offic. venal. vacab.* & fuit connotatum quoque in præcitato *diſcurſu* 60. *num.* 52. *de Commerc. & Mercat.*

Verùm etiam, quia in ipſa fundamentali erectione Secretariatuum facta per S. Pium V. Officia hæc poſitivè conſtituebantur redimibilia ad nutum Summi Pontificis, ex addictis *in d. diſc.* 60. *nu.*

Google

60. *num.* 52. *& ſub num.* 58. Unde seu per eo magis concluſum in illis verbis -- *ogni accidente, commodo, & incommodo* -- remanebat illud periculum, ſeu accidens ſuppreſſionis, tum quia potcrat prævideri, tum quia per Contrahentem ignorari nequibat natura redimibilis eorumdem Officiorum inſita, & infiſa in ipſa ra-
17 dice erectionis, ad tradita poſt *Bere conſ.* 142. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 1. *Corn. conſ.* 12. *lib.* 4. *per Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 80. *num.* 6. *Mangil. de evict. quæſt.* 24. *ſub num.* 27.

Hiſque conſtabilitis poſtremò minime diſſimulabant prænunciati Defenſores ea, quæ ſibi obſiſtere poſſent, ſed ea diſſolvere certo certius exiſtimabant, obeſſe quippe (ſubnectebant) minime poſſe illa alia ſuperaddita verba -- *come ſe foſſe ſeguita l' effettiva, & attual raſſegna*, quaſi quod virtute iſtius purificationis caſus, de quo erat ſermo, in nihilo differret ab eo, in quo ſequuta fuiſſet actualis reſignatio, quodque conſequenter hujuſmodi caſus non foret diſſimilis a cæteris, in quibus prodierant toties judicatæ; Siquidem cùm nulla prorſus intercederet incompatibilitas inter hujuſmodi purificationem, & ſubſiſtentiam pacti, ſtare etenim inſimul egregie poterat, quod habenda eſſet reſignatio pro effective conſumata, quodque ea ſequuta, nihilominus vigeret pactum, quod omne accidens, quod omne commodum, & incommodum incumberet ſive vero effecto D. Equite ſive pro tali habito Reſignatario, atque ita ad hanc incompatibilitatem ſemper evitandam,
18 quoties fieri poſſit, diſtinguendo ad rem obſervarunt *Dec. in l. pacta noviſſima num.* 5. *C. de pact. Cephal. conſ.* 524. *num.* 3. *Manſ. conſult.* 13. *num.* 14. *verſ. alias enim ſi diceretur non teneri, adverſaretur huic manifeſtæ promiſſioni*, *Palm. Nep. alleg.* 285. *poſt num.* 64. *verſic. conſiderando.*

Atque revera ſi non levis fuit colluctatio in ſtabiliendis prædictis rebus judicatis, & eſſe articulum difficilem, & gravem in ſe dictum fuerat in præfato *diſcurſu* 60. *de Commerc. & Mercat.* ecce, quod præter ſcrupulum ſuperaddendo peculiare pactum, quod impoſterum -- *ogn' accidente, ogni commodo, & incommodo* ſpectare deberet ad D. Equitem, præſens caſus non ſolum debebat reputari difficilior, ſed nec ullo modo comprehenſus in prædictis rebus judicatis, ut data hac etiam minori differentia ſemper proteſtata fuit *Rot. poſt. Card. Albic. de inconſt. in Iudic. deciſ.* 63. *ſub num.* 93. *& ſeq. coram Emerix. Jun. deciſ.* 904. *num.* 10. *& ſeq. & deciſ.* 43. *num.* 22. *& ſeq. par.* 8. *& deciſ.* 596. *nu.* 14. *par.* 18. *tom.* 2. *Rec.*

Quin idcirco amplius conſiderandę viderentur atteſtationes quatuor Proxenetarum, de quibus *in Summar.* D. Principis *num.* 7. nimirum quod formula contenta in Apoca, de qua eſt quæſtio, nullam præſeferret differentiam, quaſi quod foret -- *la ſolita, che ſi pratticaſſe in tutte le vendite, quando il Compratore vuol ritenere l' Offizio in teſta del Venditore, nel qual caſo, chi hà venduto l' Offizio viene ad eſſere come ſe l' aveſſe effettivamente reſegnato nell' iſteſſo modo, e forma che ſi vedono, & appariſcono fatte le riſegne di ſimili Offizj, & il Compratore non è tenuto ne di più, ne di meno di quello faria, ſe foſſe ſeguita l' attuale, & effettiva riſegna*; Quoniam, ultra evidentiam jam comprobatæ diverſitatis, ipſimet Proxenetæ ſic ſeſe aperte etiam declararunt per hæc verba -- *In aſtratto ci ſiamo inteſi d' uguagliarlo all' effettiva raſſegna per quello, che riguardava la percettione dell' emolumenti, e del prezzo, ſenza che mai penſaſſimo à queſto caſo della ſuppreſſione, che è molto diverſo dal caſo, in cui habbiamo creduto d' atteſtare, dipendendo la reſoluzione del caſo della ſuppreſſione da quel patto, che per ogni accidente, ogni commodo, & incommodo ſpettaſſe al Compratore, il qual patto potiamo atteſtare, che ſe foſſe ſeguita la riſegna, doveva inſerirſi nella medema, perche i Segretarj devono inſerire nelle riſegne de vacabili tutti li patti, e convenzioni, che ſi ſtabiliſcono fra le Parti, mà non già habbiamo inteſo, ne pure intendiamo d' atteſtare, è dar giuditio ſopra la rilevanza del detto patto, non havendo veduto, nè pratticato ne ſentito accadere un caſo ſimile* -- per ea, quæ in ſimilibus declarationibus Teſtium, Officialium, vel Peritorum paſſim
19 connotarunt *Card. de Luc. de Regal. diſcurſ.* 14. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 370. *num.* 3. *coram Cavaler. deciſ.* 70. *num.* 10 *par.* 8. *deciſ.* 152. *num.* 6. *par.* 12. *deciſ.* 432. *num.* 5. *& ſeq. par.* 13. *deciſ.* 101. *num.* 9. *par.* 17. *Recent. in Melevitana Expenſarum* 14. *Januarii* 1700. §. *Authoritatibus in fin. coram Eminentiſſ. della Tremoille, & in Foroliv ien. Iuris offerendi* 18. *Iunii* 17.0. §. *Certo coram Me.*

Et hoc adeo verum, quod quatenus ulla ex prædictis atteſtationibus, ſeu declarationibus attendi deberet, profecto foret hæc poſterior, cum prima extitiſſet nimis confuſa, ſubobſcura, & generica, & ſecunda magis præciſa, necnon Iuri conſona, & ſtylo, de quo ut ſupra *Card. de Luc. de Offic. venal. vacab. cap.* 9. *num.* 10. Sicuti in hiſce circumſtantiis proſequendo commo-
20 net *Bald. in Auth. hoc Sacramentum in princip. C. de Iureiur. propt. calumn. Maſcard. de probat. concluſ.* 682. *num.* 31. *Gabriel. concluſ. tit. de citat. concluſ.* 1. *num.* 285. *Scacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 386. *& ſeq. Rot. deciſ.* 569. *num.* 12. *par.* 19. *tom.* 2. *Recent.*

Et de facto nonne quamvis ſignata ſucceſſive remanſerit ſupplicatio reſignationis a ſan. mem. Clemente X. in perſonam Eminentiſſimi D. Cardinalis Acciajoli, ea remanſit imperfecte, ſeu non habuit effectum ob non adhuc præſtitum conſenſum a clar. mem. Cardinali Chiſio? Id enim alia ratione contingere non valuit, niſi quia in præfata ſupplicatione ſignata omiſſa prorſus fuerant prædicta verba pactum ſpeciale importantia, cumque in effectu non fuerit expedita talis ſupplicatio, ideoque attendenda ſit pernecesse hujuſmodi Apoca, ex ea, & non ex facto gratis ſuppoſito, & importantia reſignatio-

.... ad effectum non perductæ, & adimpletæ,
21 debebat hodie decidi præſens controverſia, ad normam *Text. in l. fin. C. de non numerat pecun. Menoch. conſ. 26. num. 47. & conſ. 150. num. 3. Reminald. Lin. conſ. 76. num. 31. vol. 1. Gratian. diſcept. foren. cap. 96. num. 23. & cap. 884. num. 21. Bonden. collect. legal. 49. num. 15. vol. 2. & collect. 50. num. 200. vol. 1. Rot. poſt eumdem deciſ. 77. num. 15.*

Hocque themate retento nihil ultra operabantur illa alia verba -- *d' haver venduto in queſto giorno il ſudetto Officio*, nequaquam etenim ea præſeferre poterant veram, & proprium reſignationem, & venditionem ipſius ſubſtantiæ Officii, cum illud ſine aſſenſu, & beneplacito Principis non eſſet in commercio, ſed tantummodo valebant importare merum Jus percipiendi emolumenta ejuſdem Officii, ſive, quod idem eſt, meram commoditatem, quæ unice erat per Dominum Cardinalem transferibilis,
22 & ceſſibilis, ex demonſtratis per *Manſ. dicta conſult. 323. num. 4. cum ſeq.*, & in hoc caſu coincidebant ea, quæ ſupra fuerant demonſtrata in §. *Corroborabantur per Text. in l. 1. C. de pericul., & commod. vendit.* cum cæteris inibi allegatis.

Minùs denique poterat refragari illud alterum objectum, quod cùm Dominus Eques tùnc exſolviſſet juſtum pretium ſcut. 22. mil. decurrens in Platea ex publica negociatione, nulla ſuberat ratio, propter quam poſteà aſſumere deberet illud periculum ſuppreſſionis, quod cæteri Reſignatarii idem pretium adamuſſim exſolvendo non ſupportaſſent, præterquam quòd enim hujuſmodi præſuppoſitum, quod Officia eo tempore non valerent plus quàm ſcut. 22. mill. non remanſerat uſque tunc præciſè comprobatum, imò notum erat, quod paulo poſt hujuſcemodi Officia fuerant reſignata pro majori pretio, nempe ſcutorum 23. mil., nihilominus ſicuti Dominus Eques præter alia ſuperius narrata commoda, & lucra aſſequebatur etiam illud incrementi pretii, quod poterat, & debebat juxta continuatam excreſcentiam in illa tempeſtate eorumdem Officiorum ſupervenire, & de facto poſtmodum invaluit, a contrario non poterat ſe exuere correſpectivo, & incluſo in
23 generalitate verborum periculo ſuppreſſionis, ad regulam *Text. in l. ſecundum naturam ff. ad l. Falcid., & leg. quoties ff. ad Trebellian., Rot. in Romana Societatis Officiorum ſuper novo Dubio 5. Maii 1713. §. Cùm enim coram R.P.D. meo Lancetta, & in Barchinonen. Diſtributionum 10. Februarii 1713. §. Ad effective, coram Me.*

Pro coronide demum, & pro magis confovenda ſoliditate præmiſſorum finaliter præfati Defenſores adjiciebant obſervantiam plus quam trigenariam practicatam ab ipſo Domino Equite, dum infra triginta, & plus annorum intervallum omnimode acquievit reſtitutioni pretii in minori quantitate ſcutorum 15. mil. per Reverendam Cameram ſequuta ſuppreſſioni perſoluti, nullamque intentavit prætenſionem, aut quæſtionem ſuper non integra reſtitutione eidem facta adverſus clar. mem. Dominum Carninalem; proindeque cum tot fundamentis ſuperaccederet etiam poſitiva, & tam longæva obſervantia, ea procul dubio abſtergebat omnem dubietatem, quæ poſſet verſari circa intelligentiam
24 memorati pacti, ex *Baldo in leg. fin. num. 15. verſic. unde ſi per Libros C. ſine Cenſu &c. Caſor. de Affiic. contr. 47. num. 11. & 12., Henric. Brver. de Jur. Collect. cap. 11. num. 98. & ſeq., Carena reſolut. 283. num 3., & in annot. ad deciſ. 39. num. 55. inter in Urbe impreſſas coram Me.*

Hucuſque acriter ſe ſe tueri per prædicta satagerunt Scribentes pro Domino Principe Chiſio, ſed irrito, ſive inutili conatu, quoniam cum in ſubſtantia tot ratiocinia, diſcurſus, & illationes tenderent ad diverſificandum præſentem caſum e tot aliis pluries, & pluris definitis per res judicatas, & hæc diſformitas deſumeretur per appoſitionem illorum verborum in Apoca, *al quale ſpettarà* (nimirum Domino Equiti Acciajolo) *in avvenire per ogni accidente ogni commodo, e incommodo*, tota vis ceſſare incontinenti viſa eſt per ſubſequentia immediata verba (*come ſe foſſe ſeguita l' effettiva, & attual riſegna*, nam ſi ſequuta reſignatione proculdubio caſus eſſet indiſputabilis, & recurrerent res judicatæ *Tribunalis*, ita ex intentione Partium explicata *come ſe &c.* idem ſubſequi debebat effectus, ſcilicet refuſionis pretii; ubi enim volita fuit pariſicatio caſus ficti ad caſum verum, idem prorſus operatur fictio in eodem caſu ficto, quam veritas in
25 caſu vero, ex congeſtis per *Epiſcop. Rocc. diſput. jur. cap. 147. num. 9., Balduec. ad Ramon. deciſ. 14. num. 15. & ſeq. tom. 2., Rot. deciſ. 401. num. 50. par. 16., & deciſ. 431. num. 9. par. 19. tom. 2. Rec., & deciſ. 19. num. 8. inter collectas ad oruntum Card. de Luc. de Servit.*

Parumque ad offuſcandam hanc veritatem, ſive planum intellectum voluntatis Contrahentium juvabant præmiſſæ conſiderationes, nempe quod ſi ſequuta fuiſſet actualis reſignatio, fuiſſent quoque in litteris reſignationis (ut fieri debebat ex authoritate *Card. de Luca*, & dicto Proxenetarum) omnia verba transcripta, incluſa, & regiſtrata, quæ conventa legebantur in Apoca, ideoque reinciderent, ſeu ſubintrarent etiam omnia motiva incluſionis periculi ſuppreſſionis ſub illorum effrenata latitudine: Stricte etenim, & multipliciter reſpondentes *Domini* dicebant primo, quod præciſive pro nunc ab adjunctione, & conjunctione aliorum verborum pariter ex identitate rationis neceſſario inferenda, ut infra, adhuc certe reddebatur ſupervacanea appoſitio illorum verborum -- *commodo, e incommodo*, vel enim ipſa reſtitutio pretii recte cadere non poterat ſub hiſce verbis, ſed potius, & ſolum interpretanda erant juxta naturam actus, nimirum quod ſicuti ſequuta reſignatione, incrementum pretii Officiorum, vel illorum

by Goo

rum decrementum, augumentum emolumen-
torum, vel illorum diminutio (quæ propriè
magis ſapiebant commodum, & incommodum)
ſpectaſſet ad Dominum Equitem, ita id ipſum
contingere deberet interim, & donec ſequuta
fuiſſet reſignatio, idque ad nihilum referret, vel
dato etiam, quod ſub nomine commodi, & in-
commodi includeretur ſuppreſſio ipſius Officii,
& tunc ex diametro retorquebatur argumen-
tum, ex quo una ſemel, quod ad Dominum
Equitem pertinere debebat incommodum ſup-
preſſionis, ſpectare etiam debebat commodum
reintegrationis pretii, prout definiverat, ſeu
definivit *Sac. Rota* in tot rebus judicatis ad ſen-
ſum eorumdem verborum ad ſervandam æqua-
litatem ſemper in contractibus reſpiciendam,
26 ad regulam *Text. in leg. Julianus*, *§. Si à Pu-
pillo*, *ff. de act. empt.*, *Cyriac. contr.* 53. *n.* 8.,
Mangil. de Evict. quæſt. 150. *num.* 16. *& ſeq.*,
Bonden. collect. 5. *num.* 88. *tom.* 20., *in tract. de
Commerc.*, *& Mercatur. diſ.* 97. *num.* 17., *Rot.
cor. Baratt. decif.* 295. *num.* 12. *& decif.* 19. *nu.*
14. *inter in Urbe impreſſas coram Me.*

Et hoc ſenſu inevitabili retento, poterat for-
taſſe minus magnificari amplitudo illius alte-
rius verbi -- *per ogni accidente*; non enim illud
in aliquo ampliabat præmiſſa, qui Apoca non
dicebat, ad Dominum Equitem ſpectare debe-
re omne accidens, *ogni accidente*, ſed quod ad
ipſum pertinere, ſive incumbere debebat dire-
cte omne commodum, & incommodum, *ogni*
27 *commodo, & incommodo*, & ſic redibat ad ſuum
principium, & operationem dilemma, illiuſ-
que efficacia, quam mox oſtendimus ex ſola
naturali, & grammaticali explicatione, quæ
ſemper eſt ante oculos habenda, ut ait *Bald.
conſ.* 326. *num.* 7. *lib. primo*, *Tiraquell. de Iur.
primog. quæſt.* 1. *num.* 10., *Menoch. de Præ-
ſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 62. *num.* 33. *Cardinal.
Tuſc. practic. Concluſ. tom.* 8. *litt. V. concluſ.* 91.
num. 30. *Barboſ. in tractatu variar. axiomat.* 222,
num 15. *Surd. decif.* 303. *num.* 1., *Rot. decif.*
10. *num.* 15. *par.* 10. *Rec.*, *& decif.* 18. *num.* 14.
part. 19.

Neque ulterius in propoſito deerat, qui ad
dirimendos unico ictu omnes diſenſus, & ar-
gumentationes, ut ſupra in oppoſitum allatas,
diceret, quod tantum aberat, quod prædicta
verba -- *per ogn' accidente* -- poſſent egredi can-
cellos naturalis periculi vacationis Officii per
mortem quam ſuſcipere utique non intendebat
clar. mem. Cardinalis Chiſius ære ſuo, & peri-
culo, quodque ullo valerent amplecti, & ſu-
perinducere etiam caſum ſuppreſſionis ſi non
omnino inopinabilis, & imprevisibilis, ſaltem
non omnino veriſimilis, & admodum remotæ
ob experimentum præcedentium circiter cen-
tum annorum, quinimo ex ſua formali practi-
ca, & quotidiana ſignificatione, & uſu præfa-
ta verba -- *per ogn' accidente* -- præſeferebant
ſimplicem, & ſolam mortem; Siquidem quan-
do fiunt iſtæ privatæ pactiones, & ſcripturæ,
ſemper abhorrent aures aperte exprimendi cau-
ſam, & caſum duriſſimum mortis, & maxime
inter Magnantes, & Nobiles, ſed loco mortis
dicitur *per tutti li caſi, per ogn' accidente, che po-
teſſe ſeguire*, & ex hac ratione civiliter expetun-
tur, atque conficiuntur Apocæ, & Scripturæ
præſertim privatæ, præventive ponentes nego-
cium in tuto, quoties ſequeretur deinceps unius
vel alterius occubitus; unde fruſtratorium, il-
li videbatur deſuper ulterius immorari, cum
ad interpretatione, & veram eſſentiam ſignifi-
cativam verborum primario introſpiciatur uſus
28 vulgaris, ſeu in ore omnium familiaris lo-
quendi, teſte, *Bartol. & DD.* communiter *in
leg. librorum §. Quod tamen*, *ff. de legat.* 3., *&
in leg. Labeo ff. de ſupplet. legat.*, *& in cap. litte-
ris il* 7. *de Sponſal.*, *Surd. conſ.* 313. *num.* 87.,
& conſ. 454. *num.* 19., *Mantic. de conject. ultim.
volunt. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 1., *Mangil. de imput.
quæſt.* 57. *num.* 13. *Cardinal. de Luca de Alie-
nat.*, *& Contract. probib. diſc.* 48. *num.* 12.,
Rot. decif. 353. *num.* 96. *par.* 11., *& decif.* 359.
num. 10. *par.* 19. *Recent.*

Diximus ſuperius, præciſive ab adjunctione
aliorum verborum; quia, ut iidem *Domini* ſe-
cundarii adnotabant, apponendo etiam (ut
par erat) alia verba in eadem Apoca recenſita,
nonne etiam dictum fuerat præcedenter -- *di-
chiarando d' haver venduto in queſto giorno il ſu-
detto Officio &c.*, & ſucceſſive, ſeu poſtremo
-- *ritenendo Noi il ſudetto Segretariato meramen-
te per far coſa grata al detto Signor Cavaliero*?
Unde illis perſpectis, & pariformiter inſertis in
litteris reſignationis, ex iiſdem clarum rema-
nebat, quod Cardinalis Chiſius induebat dupli-
cem figuram, aliam ſcilicet indulgentis Mutua-
toris nominis, donec ſequta extitiſſet reſigna-
tio, & aliam veri, & poſitivi Venditoris ſicque
quemadmodum retenta figura Mutuatoris ſolius
nominis omnia commoda, & incommoda, quæ
erant illa exadverſo decantata, ſcilicet intereſ-
ſentiæ pro percipiendis emolumentis Officii,
necnon facultatis aſſumendi Prælaturam, ce-
teraque hujuſmodi transferebantur in Domi-
num Equitem; Retenta autem perſona Vendi-
toris per neceſſarium conſequens, vel antece-
dens ſuccedebat obligatio præſtandi evictionem
quæ omni Venditori, ablata re vendita, ſem-
29 per incumbit, per *Text. in leg. non dubitatur* 6.
Cod. de evict. Gaill. pract. obſervat. 116. *num.* 7.
lib. 1., *Jo: Franciſc. de Ponte conſ.* 41. *num.* 10.
& 11. *lib.* 1., *Gazman. de Evict. quæſt.* 55. *a nu.*
2. *ad* 9., *Manſ. conſult.* 57. *num.* 10., *Oſaſch.
decif.* 48. *num.* 5., *Maſtrill. decif.* 28. *num.* 1.
& 2., *Rot. coram Gregor. decif.* 25. *num.* 3., *&
decif.* 80. *n.* 11. *inter in Urbe impreſſas co-
ram Me.*

Quin refragaretur replicatio, de qua ſæpius
in ſuperioribus objectis, quod nempe ſine con-
ſenſu Principis Officium non eſſet vendibile pro
pter illius non exiſtentiam in Commercio: Ete-
nim non per hoc illud verbum -- *hò venduto* --

e..erepoterat ſuam proprietatem tantum in-
tentione Contrahentium, & ipſius D. Cardina-
lis; Et de cætero hic ſubintrabat in ſupplemen-
tum, quatenus opus fuiſſet, illa alia Clauſula
-- *come ſe foſſ. ſeguita l'effettiva, & attual' riſe-
gna*, ſicuti quippe, ea ſequuta, intraſſet veri
termini venditionis, & non ſimplicis ceſſionis
juris percipiendi fructus, ita ex toto contextu
imbibita reſtabat obligatio præſtandi evictio-
nem, itaut caſum præſens non differret aliquo
modo, ex modo loquendi Contrahentium, &
ex ipſa ſubſtantia actus, a præcedentibus rebus
judicatis, quæ in prædicto caſu ſequtæ effecti-
væ, & actualis reſignationis reſpuentes titulum
puræ ceſſionis, vel præmii pro dimittendo Of-
30 ficio, conſiderarunt, & firmarunt, locum
habere terminos, & quidditatem venditionis,
& conſequutivæ deinceps evictionis, uti funda-
mentaliter videre eſt in ſæpedicto *diſcurſ. 60. n.
40., & 41. de Commerc., & Mercat.* qui fuit
pariter adnotatus in illa *Romana Secretariatus
Apoſtolici 7. Februarii* 1710. §. *Abſque eo cum
ſeq. coram R. P. D. meo Criſpo*, & præcedenter
in aliis.

Atque ita ſi in una parte apponi debuiſſent,
ſequuta reſignatione, verba in contrarium
ponderata (etſi de reliquo parum revera, ut
ſupra, facientia ad diſcriminationem caſus) ita
erant adiicienda etiam hæc de proximo tranſcri-
pta quæ eumdem caſum: & ſpiritum rationis
rerum judicatarum induebat, ac correſpective
præſeferebant, cum notorium exiſtat, conven-
tiones in Contractibus oppoſitas ſcindi nequa-
quam poſſe, ſed fore ſemper recipiendas per
modum unius, ideoque toto, & integro ſemper
contextu paciſcentium introſpecto, &, ut ita
31 dicamus, perſcrutato, adfuſe tradita per
*Altolin. reſol. 84. num. 21. & ſeq. Marott. di-
ſcept. foren. cap. 27. numer. 1., & ſeqq. Mantic.
de tacit. lib. 3. tit. 15. num. 50. Grammat. deciſ.
103. num. 17., & ſeq. Balducc. deciſ., & rer.
judicat. tit. 3. de legat. deciſ. 25. num. 37., &
tit. 4. de Dot. deciſ. 19. num. 11., & ſeqq. Rota
deciſ. 63. num. 45. coram Arguelles, & deciſ.
77. num. 5., & ſeqq., & deciſ. 215. numero 2.,
& ſeqq. par. 18. recen., & deciſ. 170. n. 3. poſt
Conſtant. ad ſtat. Urb.*

Et ex his firmo irrefragabiliter remanente
inevitabili ſuppoſito congruentiæ dumtaxat ter-
minorum venditionis, & evictionis, pro tertio
fundamento *Domini* adiungebant, quod exten-
dendo etiam, & ampliando quomodocumque
illa verba -- *per ogni accidente, commodo, &
incommodo*, -- ea tamen numquam importare
poterant remiſſionem evictionis, quæ ut locum
non habeat in venditione, indiget individuo,
32 ſeu ſpecialiſſimo pacto, quo caveatur vendi-
torem de ea non teneri debere, ex plene cum-
probatis per *Urceol. conſult. foren. cap. 2. nu. 43.
Jov. de ſolemn. in contract. Minor. Gloſ. 16. §. 11.
artic. 1. n. 78., Theſaur. quæſt. foren. lib. 1. quæſt.
77. in principio de Luca ad Gratian. diſcept. 566.
n. 5. Covarr. var. reſol. lib. 3. cap. 17. nu. 2.,
Mangil. de evict. quæſt. 124. n. 79. Viv. dec. 112.
per tot. Chriſtin. deciſ. Belgic. 124. nu. 12. &
ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 2. num. 6. inter recollect.
adornat. Card. de Luca de Feud.*

Addito, quod nec etiam pactum expreſſum
de non præſtanda evictione ſuffeciſſet, dum ta-
lis Conventio deſerviret tantummodo ad damna
& intereſſe, aliaque evictionis conſecutiva
evitanda, numquam tamen ad finem refunden-
33 di ſimplum, ſeu non reſtituendi purum pre-
tium acceptum, iuxta ea, quæ præciſe reſpon-
dit *Ulpianus in leg. Emptorem 12. §. Final. ff. de
act. empt. Gloſ. in Leg. Libertatem 69. ff. de evict.
Caſtren. in dict. Leg. Emptorem num. 2. verſic. non
prodeſt Mangil. de evict. quæſt. 10. num. 9. &
ſeqq. Theſaur. quæſt. foren. lib. primo, quæſt. 77.
num. primo, Urceol. conſultat. 2. numer. 43., &
ſeqq. Fontanell. de pactis Nupt. clauſ. 5. Gloſ. 8.
part. 14. num. 93., & 95.*, cum aliis plena ma-
nu relatis in ſupradicto *diſcurſu 60. n. 26. de
Commerc., & Mercat., & in Romana Pecunia-
ria 1. Decembris* 1710. §. *Certe in ordine in fin.
coram Me*.

Idque adeo verum, ut in caſu etiam, quod
de hac mera non refuſione, ſeu reſtitutione
pretij cautum extitiſſet, & Venditor poſitive,
& explicite ab illa fuiſſet liberatus, nihilominus
quoties id non obtingeret, ſeu reſtringeretur
ad aliquam cauſam ſpecificam, & limitatam,
pactum hujuſmodi tanquam redolens iniquita-
tem minime relevaret, ad originalem *Gloſam
34 in Leg. Qui libertatis 69. verſic. ſed certa, ff. de
evict. ibique Bartol., Bald., & Caſtren., & idem
Bald. in Leg. prima, num. 15. Cod. de pericul., &
Commod. rei vendit., & in Leg. non dubitatur
num. 2. Cod. de evict. Hermoſill. ad Leg. partit.
tom. 2. leg. 32. Gloſ. 6. tit. 5. part. 5. num. 9. Ur-
ceol. conſult. foren. capit. 2. num. 49. 53., & 55.
ſeſſ. deciſ. Aragon. 14. num. 13. Rot. coram Man-
tic. dec. 109. num. 4., & ſeqq.*

Quarto denique loco præmiſſa omnia *Domini*
palpabiliora reputabant, reflectendo ad ipſius
pretij quantitatem, quæ cum extiterit, ut dixi-
mus ſc. 22. m., atque in ſe magis rigoroſa, quæ
tunc in publico Commercio vigeret ſuper hiſcè
contrectationibus hujuſmodi Officiorum, neceſ-
ſe erat inferre, quod nullo modo credibile fas
erat, quod in mente D. Equitis cadere valeret,
quod ipſe per umbram remittere intendiſſet,
imo cogitaſſet ſupradictam reparationem, ſeu
evictionem, ſeu adijcere pactum, per quod in
caſu ſuppreſſionis non poſſet recuperare illud,
35 integrum pretium, quod cœteri quicumque
Emptores ſolvendo eadem adamuſſim ſcut. 22.
m. indubitanter retro accipere debuiſſent, & de
facto recuperarunt, ex ijs, quæ in propoſito
ponderata fuerunt *in d. diſcurſ. 60. n. 58. de
Commerc., & Mercat. Rot. dec. 150. ſub n. 14.
poſt Salgad. in Labyr. Credit. & in Romana Se-
cretariatus Apoſtolici 1. Februarij* 1710. §. *Ad-
dito, coram R. P. D. meo Criſpo*.

Et

Et ſane ad dignoſcendum, quæ nam fuerit intentio Contrahentium ſuper incluſione, vel excluſione rei, perſonæ, vel caſus in quolibet Contractu correſpectivo, & oneroſo, melior interpres exoptari non poteſt, quam, es quantitate pretij, utpote de ſui natura declarans,
36 quid in Contractu in rei veritate fuerit, ut ait *Surd. conſ. 13. num. 17. Criac. controv. 604. num. 34. Baldue. ad Ramon. in obſervat. ad conſ. 19. num. 18., & ſeq., Rota deciſ. 62. num. 23. coram Ottobon., & deciſ. 471. num. 4. coram Baratt. in Placentina Pontis, & Rivi 31. Januarij 1710. §. Magiſque hæc omnia, coram Me, & in Avenien. Officij Fiſcalatus 11. Decembris 1711. §. At demum, coram Eminentiſſimo D. Cardinali Priolo.*

Nilque ad effugiendum, ſeu enervandum pondus hujuſce quarti motivi in aliquo officiebant ea, quæ ſupra apparebant in objecto deducta ſub. §. *Minus denique*, nempe quod non probaretur es parte Eminentiſſimi Domini Cardinalis Accaioli, in quem transfuſa erant jura Domini Equitis, quod pretium ſcut. 22. m. foret verum appretium prædictorum Officiorum, quodque pluris non decurrerent, quodque in omnem eventum pretium prædictum, licet commune, non compenſaret commodo, & utilitates, quas in vim Apocæ aſſequebatur Dominus Eques: Siquidem, ultra quod id erat ferme notorium, adhuc neque docebatur a Scribentibus pro Domino Principe, quod plus tunc temporis diſtraherentur hujuſmodi Officia: Et circa commoda, & utilitates jam demonſtravimus, quod eadem omnia commoda fuiſſet Dominus Eques conſequutus, alia quæcumque pro eodem pretio emendo Officia, quodque ſi poſt ea illa receperunt incrementum ad ſcut. 22. m. poterant inprimis recipere etiam decrementum, & vice commodi incommodum pari lance translatum in D. Equitem, & de cœtero etiamſi coemptum fuiſſet a D. Equite aliud Officium ab alio, idem incrementum valuiſſet ſuperlucrari, unde ea, quæ ad lucrum, & dam-
37 num vergere quiviſſent, in nulla profecto habenda erant conſideratione, ex traditis per *Ruin. conſ. 189. nu. 16. lib. 2. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa limit. 22. n. 23. Rota coram Seraphin. deciſ. 351. num. 29., & dec. 1410. n. 23. coram Celſ. dec. 395. n. 3., & dec. 122. n. 13. par. 11.* cum cœteris relatis in *dec. 360. n. 24. & 25. par. 18. tom. 1. recen.*

Reſtaret reſpondere fundamento obſervantiæ elicitæ ex ſilentio trigenario Domini Acciaioli, jam enim cœtera abſque alia magis ſingillari replicatione, quæ verteret in tedium, remanebant ex præmiſſis radicaliter, & pluſquam abunde reſoluta;) ſed, & quis non videt, quod iſtud ſilentium retorqueri nequibat ad ullam obſervantiam, dum interim (excluſa ſemper diſſimilitudine caſus) aderant in Paleſtra alij Colluctantes, atque in eadem Navi verſantes, ideoque dici poterat cum *Vate* —

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet — vel etiam valebat id adſcribi prudentiæ tacentis, dum inter ea non deerant, qui ſtrenue pro eo dimicarent, ſemper enim ſalubre conſilium eſt, exitum aliorum Conſociorum rimari, & eſpectare, juxta illud aliud Carmen —

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum — & de facto tale ſilentium neque nocuit cœteris gradatim, & ultimo loco ſuperventis, & ſignater in illa poſtremo digladiatione nuperrime agitata in illa *Romana Secretariatus Apoſtolici 7. Februarij 1710. & 16. Junij ejuſdem Anni coram R. P. D. meo Criſpo.*

Et ita reſolutum &c. Utraque &c.

VALENTINA JURISPATRONATUS.

Lunæ 4. Decembris 1713.

ARGUMENTUM.

Ad Jus patronatus familiæ, & agnationis admitti debet fœmina ultimi maſculi.

SUMMARIUM.

1 *Vocatus ex propria perſona ad juſpatronatus poteſt petere inſtitutionem jure propriæ vocationis.*
2 *Vocatio cognati invitati in caſu quo non adſit aliquis de alia cognatione iſta exiſtente, & adveniente expirat tamquam vulgaris.*
3 *Et etiam ſi ſit per fideicommiſſariam qualis eſt an vocatio ſecundæ locum habet ob defectum conditionis expirate in aditione primæ.*
4 *Femina eſt finis tuæ agnationis, & familiæ.*
5 *Continuat tamen donec vivit ſui patris familiam.*
6 *Femina ultimi maſculi conſervat dum vivit fideicommiſſum relictum pro conſervatione agnationes niſi aliud obſtet.*
7 *Femina ultimi maſculi de familia religioſa eſt capax jurispatronatus relicti illis de familia & agnatione.*

DECISIO DCXXXVI.

ADEO ſecundum humani ingenii imbecillitatem ſuboſcure quandoque concipiuntur hominum diſpoſitiones, ut ſtatim ſub initio parturiant mille contentionum amphractus, ſic oſtendente quotidiana esperientia, & ſignanter hodie occaſione fundationis Beneficii, de quo agebatur, in Eccleſia Parochiali Villæ de Biar. Cum enim Matthæus Pere ad ejuſ em Beneficii erectionem deveniens ſibi in vita, deinceps in caſu eorum ſuperviventiæ Michaeli, Ginneſio, atque Vincentio illius fratribus Jus præſentandi ſpectare debere conveniſſet, iiſdemque defectis alteri propinquiori, qui de cognomine Perez reperiretur ſuperſtes, ſin minus propinquiori etiam de ſimplici cognatione, non admodum poſt vacante hujuſmodi Beneficio ſuborta fuit amaritudo ſuper interpretatione illius

Iı s fundationis; De anno ſiquidem 1660. eſtlagitante Ginneſio præſentare proprium filium, oppoſitorem invenit Stephanum Feriz, qui tamquam eidem fundatori proximior prætendebat non jam Jus activum præſentandi, ſed alterum paſſivæ vocationis ad ſe ſpectare, ideoque
2 fore inſtituendum, quemadmodum de Jure eſt practicatum, quotieſcumque quiſpiam apparet ex propria perſona in ipſa erectione vocatus, & invitatatus ad paſſim tradita per *Card. de Luc. de Benefic. diſc. 61. num. 2., & de Jurepatr. diſc. 20. nu. 7. Garz. de Benefic. par. 7. cap. 15. num. 2., & ſeqq. Rot. dec. 179. num. 12. coram Bich. dec. 867. nu. 1. coram Emerix, & in rec. dec. 128. n. 1. & ſeqq. par. 13. dec. 498. n. 25., & dec. 636. n. 1. par. 19., & in Barchinonen. Beneficii 15. Martii 1706. §. Deſcendentes coram Me, & in Montis Regalis Jurispatronatus 7. Decembris 1708. §. 2. pariter coram Me*,

At in hoc priori conflictu triumphavit Ginneſius, donec de anno 1683. rurſus reviviait pugna effecta quodammodo hæreditaria etiam ſuper Jure activo inter utramque deſcendentiam, nam extincta integraliter linea maſculina prænominati Ginneſii, ſupervivente dumtaxat Joanna filia ultimi maſculi, in arenam denuo deſcendit prænominatus Stephanus, ſatagens ulterius ſub eodem tegumento proximioritatis ad ſui commodum vindicare Jus præſentandi, & felicioribus auſpiciis ſortitus eo tempore fuit quoque victoriam uſque ad denegationem ab Ordinario pronunciatam reſtitutionis in integrum pluries, ac pluries per memoratam Joannam expetitam; ſed durius hanc denegationem reſpiciente ſuprema Juſtitia, & æquitate *Tribunalis* idcirco nuncupari *Signaturæ Juſtitiæ* prodiit ab ea reſcriptum, quod *Ego*, ut moris eſt de voto meorum *Correſpenſalium* exquirerem. *An re vera talis implorata reſtitutio foret concedenda*.

Neque ambegerunt *Domini* quo minus ſupplicatio Joannæ undique mereretur exaudiri; Quid quid enim foret, an nullum Jus amplius competeret prædictis de Feriz ſuper hoc activo Jure præſentandi, etiam poſito, quod illis factum proximioritatis inter illos de cognatione adſtitiſſet, ſub eo ſatis valido fundamento, quod cum propinquior in gradu fundatori, licet non eſſet de cognatione de los Perez appareret
[illegible] invitatus ad iſtud Iuſpatronatus dumtaxat *ſi quis de cognitione de Perez non reperiretur*, utique eo ipſo quod plures reperti fuerunt antecedenter de prædicto cognomento, & agnatione, hinc per hujuſmodi ſuperexiſtentiam, ac reſpective defectum conditionis ceſſaſſet vocatio cognatorum, vel per regularem naturam Vulgari, quæ in hiſce terminis expirat ſtatim, ac quis adinvenitur fuiſſe ſuperſtes, ſub cujus ſuppoſita deficientia, ſeu inexiſtentia injungebatur ſubſtitutio juxta *Text. in l. poſt aditam Cod. de Impub., & aliis ſubſtit.* cum concordan. relat. per *Peregrin. de fideicom. art. 15. n. 3., & per Rot. coram Priol. dec. 110. n. 2., & 14. cum ſeqq., dec. 176. n. 1. & 23., & dec 199. n. 1. & ſeqq. coram eadem, & in rec. dec. 538. n. 5. par. 2., & dec. 635. num. 3. par. 19. tom. 2., & in Romana fideicommiſſi de Alveris 14 Martii 1711. §. Quod adeo coram R. P. D. meo Criſpo*.

Vel etiam ſupponendo, quod locum proprie ſibi non vindicaret ſimplex vulgaris, ſed præfata verba ſubſtitutionis illorum de cognatione
3 præſeferrent veram, & formalem fideicommiſſariam, ſemper præmaxime dubitabile erat, an ea adhuc evanuiſſet per defectum ſupradictæ appoſitæ conditionis, ſicut pariter de quidditate exiſtit iſtius fideicommiſſariæ per ea, quæ adnotantur per *Bardellon. conſil. 13. n. 17., & ſeq. Caſanat. conſ. 3. n. 31. Grat. diſcept. 536. nu. 23. verſic. in hujuſmodi cauſa, & ſeqq. Peregrin. de fideicom. art. 12. num. 19., & art. 15. n. 8.* late *Rot. in dec. 52. per tot. par. 13., & deciſ. 635 num. 22. par. 19. rec.*

Litera tamen memoratæ fundationis palam oſtendebat, quod ſaltem vivens Ioanna ab omni prætentione illos de cognatione penitus arceret, cum indubitabile foret, quod propinquior In gradu parentelæ de cognomine de Perez ex clara voluntate ipſius Fundatoris cuicumque alteri Cognato propinquiori præferebatur, unde quæſtio reducebatur, an eadem Ioanna eſſet de præfato cognomine Perez. Et certe id erat in-
4 negabile enim, & ſi fœmina dicatur, & ſit finis ſuæ agnationis, familiæ, ut quotidie legimus apud *Grat. diſcept. 428. n. 8. Torr. de Primogenit., & maiorat. Ital. par. 2. quæſt. 2. ſub. n. 21.* cum aliis concordantibus cumulat. per *Rot. in Auximana Iurispatronatus 27. Ianii 1701. §. Hac ſolum coram Me, & in Romana Fideicommiſſi de Alberinis 15. Ianuarii 1706. §. Et clarius coram R. P. D. meo Lancetta, & in Ravennaten. Fideicommiſſi Iulii Camilli de Arioſis 7. Aprilis 1710. §. Maxime coram R. P. D. meo Criſpo*.

Nihilominus indubitati pariformiter Iuris eſt, quod ea continuatur donec vivit ſum eadem fa-
5 milia, & agnatione, in qua Maſculus ejus Pater continebatur, ſecundum ea, quæ fuſe aſſerunt, & demonſtrant *Surd. conſ. 140. num. 63. Puſar. conſ. 60. num. 26. Grevagnon. conſ. 39. nu. 9. cum duobus ſeqq. Cyriac. controv. 271. nu. 89. Rot. deciſ. 266. num. 3. par. 9. deciſ. 486. num. 6. par. 13. deciſ. 86. nu. 16. ad ornat. Card. de Luc. ſuper mater. de fideicommiſſ., & in Auximana Iurispatronatus 27. Ianii 1701. §. Potiſſime coram Me*, & in noſtris terminis *eadem Rot. in una Mentuana Beneficii coram Urſino impreſſ. apud Piton. poſt diſcept. Eccleſ. 14. num. 16. & per totam*.

Quinimmo etiam ubi peragatur de illo fideicommiſſo, ſeu diſpoſitione, quam nuncupant conſervatoriam Iurium, & bonorum agnatione,
6 profecto, niſi aliud obſtet, ex hac viva ratione ſanguinis, & agnationis, etiam poſtremo in ipſa fœmina bona cenſentur apte conſervari, prout videre eſt apud late congeſtos per *Rot. in Roma-*

mana Primogenitura de Salviatis ſuper localibus, & Tabulis pictis 22. *Martii* 1706. §. *Ratio decidendi coram Reverendiſſimo Molines*, *& in Romana ſeu Cæſenaten. Fideicommiſſi* 16. *Maii* 1704. §. *Accedit coram R. P. D. meo Lancetta*, & in ſpecie *in Romana Cappellania* 16. *Martii* 1708. §. *Aſt etiam*, *&* 3. *Julii* 1711. §. *Certe*, *&* §. *Eoque fortius coram Me*.

Quid plus, dum, non egrediendo cancellos Juris præſentandi, ipſæ quoque fœminæ provenientes ab ultimo maſculo de familia, etſi ſæcu-
7 lo contempto, profeſſæ fuerint aliquam Religionem, pluſquam capaces exiſtunt exercitii talis Juriſpatronatus competentis, ſeu relicti illis de familia, & agnatione, ex firmatis per *Card. de Luc. de Jurepatronat. diſc.* 28. *ſub num.* 8. ubi allegat *Rot. poſt Cenſol. ad Peregrin. de fideicommiſſ. dec.* 34. *fere per totam*, & ſignanter *n.* 21., *& dec.* 40. *num.* 9. *& ſeqq.*

Atque ex his comperta Injuſtitia denegatæ reſtitutionis in integrum facile reſponſum fuit eadem Joanna tantum informante.

LEODIEN. PASTORATUS, SEU VICARIÆ S. JACOBI.

Mercurij 6. *Decembris* 1713.

ARGUMENTUM.

Agitur de cognoſcenda qualitate Vicariæ animarum curam exercentis an ſit perpetua vel amovibilis, ad effectum videndi an ſuſtineatur reſignatio illius facta in manibus Papæ, & collatio pro ea vice in præjudicium habentis jus præſentandi, & conferendi. Et incidenter quomodo expediantur a Rota cauſæ contra eum partem, cujus Procurator obiit.

SUMMARIUM.

1 *Reſignatio per Papam admiſſa incontinenti ceſſare facit futuram vacationem per ſucceſſivum reſignantis obitum, ita ut patronus præſentare non debeat*.

2 *Præſentatio fieri tantum poteſt in caſu poſitivæ vacationis*.

3 *Reſignatio in manibus Papæ jus non tollit præſentandi, & conferendi quibus competit in futuris vacationibus ea excepta*.

4 *Attentata amitius purgantur per viam nullitatis*.

5 *Reſervatio jurium eadem illæſa præſervat*.

6 *Rota ex officio examinat momento rationum partis non comparentis*.

7 *Citatur bene ille qui ob Procuratoris obitum apponit ſolitum* nihil tranſeat.

8 *Per contradictas bene procedit Rota, quando mortuo Procuratore Principalis ejuſdem etiam non intimatus alium non ſubrogat Procuratorem & cur?*

9 *Vicaria amovibilis ſeu manualis reſignari nequit, Nec cadit ſub reſervationibus, & proviſionibus Apoſtolicis*.

10 *Vicaria perpetua non differt a vero beneficio, & cadit ſub reſervationibus & proviſionibus apoſtolicis, & reſignabilis, & in ea Papam manus apponere poteſt* n. 21.

11 *Beneficia annexam habentia curam animarum de iure perpetua cenſentur, & cur?*

12 *Amplia quando ſtant de per ſe nec Monaſterio, Eccleſiæ vel dignitati ſunt unita*.

13 *Vicaria ex S. C. T. debeat eſſe perpetua exceptis illis in Eccleſiis regularium*.

14 *Amovibilitati ſeu manualitati beneficii repugnat eius ſecuta collatio in titulum*.

15 *Vicariæ amovibiles regulariter habent nudam congruam preſtandam ab habente curam habitualem & non redditus diſtinctos*.

16 *Denominatio Rectoratus Parochialium aberrat a manualitate eiuſdem beneficii*.

17 *Confeſſio perpetuitatis beneficii emiſſa a collitigatore contra illum probat*.

18 *Vicaria incompatibiles cum ſunt ſequitur quod conferantur in titulum*.

19 *Beneficia manualia & ad nutum non cauſant incompatibilitatem*.

20 *Obſervantia beneficiorum naturam interpretatur*.

DECISIO DCXXXVII.

PAſtoratum, ſeu Vicariam ſub Invocatione Sancti Jacobi Civitatis Aquiſgrani in vim reſignationis libere factæ in manibus Sanctiſſimi ab Henrico Brevver, Conferri ſibi obtinuerat Matthias Eſſer, ſed Nicolao Archipresbytero ejuſdem Civitatis ſe ſe tanquam Patrono, ſeu Collatore ordinario opponente Apoſtolicarum Litterarum executioni, licet eam opportune decrevisſet in Partibus Judex illarum Executorialis, neceſſe fuit ad terminos reſcripti Signaturæ Juſtitiæ impetrati per eumdem Nicolaum, ipſo Matthia dumtaxat Informante, diſputare Dubium aſſuetum, utrum intraret arbitrium pro retardatione hujuſmodi Literarum, propoſitoque negocio *coram bon. mem. Caffarello*, prodiit reſolutio *negativa*, ex rationibus expreſſis *in Deciſione diei* 6. *Februarii* 1711. *coram Eodem*.

Et quoniam Matthias una, cum memorato negocio Principali differendum curaverat etiam dubium *ſuper attentatis*, ex quo prælaudatus Nicolaus poſt ſibi factam Judicialem Inhibitionem nominaverat Petrum Bonn, idque vigore ejuſdem Juriſpatronatus, ſeu conferendi, quod ad ſe pertinere exiſtimabat, præfatumque Petrum in actualem poſſeſſionem immiſerat, cenſuit quidem *Tribunal*, conſtare de attentatis, ſed nihilominus tunc ſub eadem die 6. Februarii 1711. *Dominis* viſum fuit, de æquitate non intrare totum vitium attentatorum reſpectu ſimplicis nominationis, ſeu præſentationis, ex traditis per *Vivian. de Jurepatron. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *ſub num.* 26., cæteriſque abunde relatis contemporanea *Deciſione* ſuper attentatis illius met diei 6. *Februarii* 1711. *coram Eodem*, Do-

Donec agnito, quod *Authoritates*, ſuper
quibus erat innixa proxime memorata *Deciſio*,
geminas adducebant rationes vix indirecte
excluſivas eorumdem attentatorum, nimirum
ex quo potuerit fieri nuda præſentatio ad ſolum
finem impediendi devolutionem ad Ordinarium
ex capite non factæ in tempore nominationis,
nec non inſimul præſervandi in poſterum Jus
ſuum, ſemper illæſum, & ſalvum; nullæ autem
ex prædictis rationibus percutiebant caſum, de
quo agebatur: Non prima, ob concurſum Gratiæ
Apoſtolicæ undequaque de cætero juſtificatæ
& obtentæ per Matthiam Vigore reſignationis
libere, præmiſimus, initæ in manibus Sanctiſſimi,
cum reſignatio admiſſa per Summum Pontificem
faciat incontinenti ceſſare omnem futu-
1 ram vacationem per ſucceſſivum obitum Reſi-
gnantis, ſicque non oporteat, immo non liceat
devenire ad præſentationem, quæ ſolummodo
2 locum ſibi vindicat in caſu poſitive vacationis,
ad tradita per *Vitalin. in Clementina ne Conceſſione num. 19., & 20. de rer. permutat. Rot. coram Royas dec. 89. ſub num. 4. verſ. primum fuit, & dec. 207. num. 1. cum 2. ſeqq. par. 11. rec.*

Non ſecunda, quoniam reſignatio nuſquam
tollit de ſui natura jus præſentandi, vel conferendi
in futuris vacationibus, ideoque non erat
neceſſarium ad ullam præſentationem devenire
3 ex hoc motivo, adnotata per *Pariſ. de reſignat. Benefic. lib. 2. quæſt. 4. n. 30. Card. de Luc. de Jurepatron. diſc. 2. num. 14. diſc. 5. nn. 15., & 16., & diſc. 9. num. 11. Rot. coram Merlin. dec. 521. n. 3., & in recent. dec. 330. nn. 31., & 32. par. 9. tom. 2., & dec. 421. num. 28., & 29. par. 18. tom. 2.*

Devenientes idcirco *Domini* ad expeditionem
ſub *die 15. Martii ſubſequenti*, & benigne, (ut
par erat) agentes, ſimpliciter eamdem præſentationem
Archipresbyteri fuiſſe attentatam declararunt,
ſed ea mitiori formula, ut quandoque
4 practicatur, procedendi nimirum per viam
nullitatis, quemadmodum pariter videre eſt in
brevi Deciſione deſuper edita, & in illa *Cracovien., ſeu Sandomirien. Juriſpatronatus ſuper attentatis 1. Julii 1712. in principio coram me.*

Quodque magis eſt, occurrentes *Domini* ulterius
cuilibet futuro præjudicio Nicolai, eiuſque
Dignitatis, expreſſe (licet ex abundanti,
ex mox præmiſſis) præſervarunt illi jura pro cæteris
futuris vacationibus, qua utique ſtante
præſervatione, remanebant ad præeictum effectum
evitandi præiudicium illæſa iura memorati
Nicolai, illiuſque Archipresbyteratus, ad
5 paſſim tradita, & connotata per *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 14. num. 3. Corrad. in prax. benefic. lib. 4. Cap. 4. num. 12. Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 762. num. 8., & in recent. dec. 160. nn. 11., & ſeq. part. 5. tom. 2., & dec. 224. num. 22. part. 19.*

Hiſce tamen reſolutionibus minime acquieſcens
Nicolaus, rurſus adivit Signaturam Juſtitiæ
pro nova commiſſione reportanda; Cumque
obtinuiſſet ſuſpenſive reſcribi -- *Alteri, qui ad legitimam, cum facultate purgandi attentata, ſuſpenſis*, in quas videbatur incurriſſe ad terminos
Declaratoriæ ob non paritionem promulgatæ
per *R. P. D. meum Lancettam* prævia *Deciſione diei 22. Ianuarii 1712.*; hinc ego, cui ſucceſſiva
commiſſio extitit directa, diſceptandum hodie
propoſui *Dominis meis -- An procedendum foret ad legitimam*, & abſtinente adhuc, nec ullo
modo comparente Nicolao, audivi *mihi* reſponderi,
quod *ſic*.

Fundamenta reſolutionis eſſe debuiſſent illa
eadem, quæ deducta, & approbata fuerunt in
enunciata prima *Deciſione bon. mem. Caffarelli*,
dum abſtinens, ut diximus, a comparatione
Nicolaus, nulla prorſus in præſenti Audientia
ſuſcitavit obiecta; ſed quia ſcribens pro Matthia
ſponte ſibi met illa de novo proponebat, veluti
per eumdem Nicolaum præcedenter allata in
Signatura Juſtitiæ, eiſdem proinde etiam ex
6 Officio per *Dominos* examinatis, atque perpenſis,
ſtatim apparuit, ea minime refragari,
quin reſpondere cogerentur, ut ſupra: Nam
quatenus attinebat ad nullitatem depromptam
ex eo, quod fuerit proceſſum per contradictas,
illico fugata remanſit non ſolum ex nudo facto,
(quamvis ad Maiorem Cauthelam) eum præcedenter
interceſſerit effectiva citatio Thomæ
7 Dalmatii germani fratris Joſephi præexiſtentis
Procuratoris interim prædefuncti, quive Thomas
ſolitum *nihil tranſeat*, niſi ipſo citato, appoſuerat
penes Notarios *Sacri Auditorii*; ſed
etiam, quia inolevit vetuſtiſſima praxis, & Stylus
conſtantiſſime cuſtoditus, utpote neceſſarius
ad finem, ut idem *Sacrum Auditorium* reddere
8 poſſit ius illud expetenti, procedendi ſcilicet
per contradictas, quando vita functus fuiſſet
aliquis Procurator, etiam non intimato eius
Principali, cuius vigilantiæ, & non Judicis incumbebat
alterum ſubrogandi Procuratorem,
prout perpetuo teſtificantur antiqui practici,
Ubertus ſcilicet *de Citat. cap. 7. numer. 324. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 3. num. 31. Beltram. ad Gregor. dec. 430. num. 8. verſic. mortuo vero, Rot. coram Bich. dec. 340. num. 7., & dec. 191. num. 6. part. 2. recen. & in Herbipolen reſciſſionis Concordiæ 25. Iunii 1696. §. Utraque autem, coram Eminentiſſimo D. de la Tremoille.*

Quo vero ad Juſtitiam, præſupponebat prædicti
Matthiæ Defenſor, prætendere Nicolaum,
9 quod hæc Vicaria foret amovibilis ad nutum,
ſeu, ut dicitur, Manualis, & idcirco non
potuiſſe per veterem illius detentorem Henricum
reſignari, dum certe quidditas, & natura
cuiuslibet Beneficii Manualis efficit, quod nuſquam
cadat ſub reſervationibus, & proviſionibus
Apoſtolicis, ut citra contradictorem affirmant
Felin. in cap. Per, tuas ſub num. 4. in fin. de majorit., & obed. Calderin. conſ. 26. de præbend. Æneas de Falcon. in tract. de reſervat. quæſt. 3.

Digitized by Google

quæſt. 3. num. 25. verſ. Beneficia manualia, Rebuff. in tract. nominationum part. 9. num. 25. Pariſ. de reſignat. lib. 11. quæſt. 3. n. 82. 85. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloſſ. 5. §. 6. a num. 9. uſque ad 13. Vivian. de Jurepatron. part. 1. lib. 1. cap. 1. num. 131. Rot. dec. 739. num. 8. part. 1. diverſor., & dec. 389. num. 6. part. 16. recent., & in Cſorangulana Portionis 2. Junii 1703. §. Et demum, coram bon. mem. Moto.

Aſt acriter ipſe, & recte impugnabat hanc prætenſam manualitatem, ſeu amovibilitatem ad nutum; nam, etſi retineret nomen Vicariæ iſta S. Jacobi, nihilominus erat Vicaria indubitanter perpetua, & tanquam talis e con-

10 verſo cadens ſub prædictis reſervationibus, & proviſionibus, & præcipue eſſignabilis, cum Vicaria perpetua nihil in ſubſtantia differat a vero Beneficio, ut ait *Rebuff. in prax. tit. de Vicarii perpet. num. 15., & in tract. de nomination. part. 9. num. 7., & 8. Mendoſ. ad regul. Cancell. 34. quæſt. 13. num. 3. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloſſ. 5. §. 3. num. 19. Garzias de Benefic. part. 9. cap. 2. num. 185., & 186., Corrad. in prax. Benef. lib. 3. cap. 9. num. 11., & ſeqq., Rot. deciſ. 400. num. 13. part. 18. recent., & in Monaſterien. Vicariæ 3. Aprilis proximi præteriti §. Ceſſat cum ſeqq. coram R. P. D. meo Laac.*

Qualitas autem huiuſce perpetuitatis palam deſumebatur non minus ex præſumptione Iuris, iuſta quam, non docto præciſe de contrario,

11 cuncta Beneficia, quæ (ut erat iſtud) habent annexam Curam Animarum, cenſentur eſſe perpetua, ne habeant Oves Mercenarium, & inſtabilem Animarum ſuarum Rectorem, iuxta connotata *per Petr. Gregor. Inſtit. rei benefic. cap. 6. num. 1., Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 5. §. 6. num. 60., Barboſ. de Offic., & poteſt. Paroch. part. 1. cap. 2. num. 61. fol. 9., Rot. coram Cavaler. deciſ. 389. num. 1., & ſeq., & in recent. deciſ. 116. n. 19. part. 9.* potiſſime;

12 quoties huiuſmodi Vicariæ Animarum Curam habentes non reperiuntur unitæ alicui Monaſterio, Eccleſiæ, vel Dignitati, ſed ſtant independenter de per ſe, ex rationibus, quas proſequendo conſiderant *Garzia de Benefic. part. 9. num. 313. Ventrigl. in prax. annot. 23. §. 2. n. 9. part. 1.*, & pluries dixit *Rot. in Traſonen. Iuris præſentandi*, & in altera *Traſonen. Vicariæ*, quas refert *idem Garzia loco proxime citato a num. 290. ad num. 311.*

Verum quoque Statutum legebatur ad noviſſimos, & poſitivos terminos *Sacri Concilii*

13 *Tridentini in Seſſ. 7. cap. 7. de Reformat.*, necnon *Conſtitutionis 46. Sanctiſſimi Pii V.*, in quibus expreſſe ſancitur, quod Vicariæ debeant eſſe perpetuæ, exceptis dumtaxat illis, quæ inſunt in Eccleſiis Regularium, ut præter diſpoſita *utrobique* confirmant *Garzia de Benefic. part. 11. cap. 2. num. 4., & ſeqq. Lotther. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 33. nu. 93., Carol. Antón. de Luc. ad Ventrigl. in prax. par. 1. d. annot. 20. §. 2. n. 5.*

Præſumptioni Iuris, & diſpoſitioni *Sacri Concilii* exabundanti correſpondebant ulterius præclara argumenta, atque demonſtrationes: Nam huiuſmodi Paſtoratus, ſeu Vicariæ collatæ ſemper fuerant in titulum omni, & quocumque tempore, & modo, quo vacaſſent, nempe vel per obitum, vel alia forma Canonica, ut latius in hodierno *Summario* Matthiæ *Num. 17.*,

14 & 18. Nil enim magis repugnat prætenſæ manualitati, quam Collatio in titulum ſubſequuta, ex traditis *per Ventrigl. in prax. Eccleſ. dicta annotat. 20. §. 2. num. 22. Gonzal. ad regul. Cancell. 8. gloſſ. 5. §. 3. num. 20., Rot. coram Cavaler. dec. 389. num. 3., & in rec. dec. 49. num. 34. & 35. par. 15. & dec. 466. num. 21. par. 19. tom. 2.*

Itidemque iidem Paſtoratus, ſeu Vicariæ habebant redditus, & fructus omnino diſtinctos, quos iidem Paſtores, ſeu Vicarii percipiebant,

15 & percipiunt directe, & immediate, ac præſertim Paſtoratus, de quo tractabatur, numerans redditus aſcendentes ad ducatos 110., & ultra, *dicto Summario Num. 19.*; quando ſemper, ſeu regulariter Vicariæ amovibiles habere ſolent nudam congruam præſtandam ab eo, qui Curam habet habitualem, uti poſt *Calderin. conſ. 9. de reſcript., & Rebuff. de nominat. q. 14. num. 72., & in praxi tit. de diſpenſat. ration. ætat. verbo, vel earum perpetuæ Vicariæ*, tradit *Garz. de benef. par. 1. cap. 2. nu. 93. Rot. dec. 62. n. 15. par. 15. recent.*

Addito, quod iidem Vicarii non ſolum pleno, & proprio Iure exercent Curam Animarum, ſed interveniunt Synodali Iudicio ex quinque præceteris compoſito Eccleſiaſticis, ſcilicet ipſo Archipresbytero, ac quatuor hiſce Veariis, omneſque quinque indiſferenter nuncupantur *Paſtores*, ſignanter autem iſti quatuor compellantur *Rectores* quatuor Eccleſiarum Parochialium *dicto Summario Num. 21., & 22.*,

16 quæ ſane denominatio *Rectoratus* Eccleſiarum præcipue Parochialium, longe nimis aberrat a manualitate, Teſte *Roman. conſ. 356. ſub num. 6. Caſſador. deciſ. 4. nu. 2., & dec. 12. n. 9. de præbend., Rot. cor. Seraphin. dec. 950. nu. 1., & cor. Coccin. dec. 2038. nu. 17.*

Quid plus ipſemet Archipresbyter contradictor in hac Cauſa hanc veritatem agnovit, & confeſſus eſt, dum in altera non diſſimili Cauſa acriter diſcuſſa cum Sereniſſimo, & Reverendiſſimo Epiſcopo Leodienſi *in Sacro Noſtro Auditorio*, & in qua declaratum fuit, dumtaxat competere eidem Archipresbytero Ius nominandi ad quatuor haſce Vicarias, Ius verò inſtituendi ſpectare ad præfatum Sereniſſimum Epiſcopum, ut præcipue legitur *in Deciſione prima Julii 1701. cor. Eminentiſſ. Priolo*, cuius particula dabatur *in Summario* Matthiæ *Num. 10.*

Confeſſus inquam eſt, quod ipſe, licet prætendens prædictum quoque Ius Inſtitutionis authorizabilis Parochiarum *S. Tholiani, Sancti*

Petri, *S. Jacobi*, *& S. Adalberti*, *à cit. Sum-*
mario Num. 8., *& 9.* retinebat in omnem ca-
ſum Ius, ac poſſeſſionem conferendi omnes
prædictas Vicarias perpetuas, & præcipue S. Ja-
cobi, *ut in Summar. nu.* 12. *compluribus ſeqq.*,
ac propterea tempus nimium terebatur inuti-
liter in diſceptando qualitatem huius Vicariæ
17 Sancti Jacobi, quando illam explicite perpe-
tuam confiteri non denegavit idem Archipres-
byter, uti dicebat *Rot. dec.* 223., *& dec.* 259.
utrobique *num.* 2., *& decis.* 1108., *& dec.*
1214. utrobique *num.* 1. *coram Emerix. Jun.*
cum aliis plena manu relatis *in Cracovien.*, *ſeu*
Sandemirien. Iuriſpatronatus ſuper Manutentio-
ne prima Julii 1712. *§. Certius autem in fine*,
cor. Me.

Accedebat etiam per ſpeciem Coronamenti
teſtimonium *Scriptorum*, & ſignanter *Cockier.*
ad regul. Cancell. 51. *ſub num.* 13., nimirum
18 quod hæ Vicariæ forent citra diſpoſitionem
Apoſtolicam incompatibiles cum Beneficiis re-
ſidentialibus; ſignum evidens, quod erant con-
feribiles ſolummodo in titulum, qui cauſat hu-
iuſmodi incompatibilitatem, & non reperie-
bantur ſimpliciter ad nutum, quod eamdem
19 incompatibilitatem non operatur, ſicuti ſo-
nant verba prædicti *Auctoris*, ibi – *& huiuſ-*
modi clauſulam habuit nuper in ſua diſpenſatione
D. Hermannus Kinkius Rector Eccleſiæ Parochialis
S. Petri Oppidi Aquenſis ob aſſecutionem Canoni-
catus, *& Præbendæ S. Adalberti eiuſdem Op-*
pidi &c.

Denique non deerat poſtrema, & fida om-
nium diſputationum interpres obſervantia:
20 Quoniam cum adamuſſim ſub Anno 1690. ob
incapacitatem Proviſi ab Archipresbytero ca-
tiſſet a S. Sede impetrata illa altera Vicaria
S. Petri ab Henrico Schollis eamdem Vica-
riam veluti cadentem ſub reſervationibus, &
proviſionibus Apoſtolicis, eiuſque poſſeſſionem
fuit aſſequutus, nedum ab Executore, ſed etiam,
in Sac. Rota, prout apparebat *ex Deciſionibus*,
quæ emanaverant *ſub diebus* 4. *Junii* 1692.
6. *Martii* 8. *Junii*, *&* 11. *Decembris* 1693. *cor.*
bon. mem. Pio.

Atque ex his omnibus cum ſuperlative li-
queret, Vicariam hanc eſſe perpetuam, quod-
que eamdem uti talem enunciaverat Sanctiſſi-
mo Regnanti Matthias, quando vacante ea-
dem hodierna Vicaria vigore præmiſſæ renun-
ciationis illam ſibi conferri ab eodem Sanctiſſi-
mo obtinuerat, ut ibi – *Parochialis Eccleſia*
S. Jacobi Oppidi Civitatis nuncupat. Aquiſgra-
nen., *ſeu illius Vicaria perpetua*, *cuius dum pro*
tempore vacat, *collatio*, *& diſpoſitio*, *ſeu ad il-*
lam nominatio, *ſeu præſentatio perſonæ idoneæ in*
ea ad nominationem, *& præſentationem huiuſmo-*
di per loci Ordinarium, *aut alias inſtituendum*
ad pro tempore exiſtentem Archipresbyterum ejuſ-
dem Oppidi, *ceſſantibus reſervationibus*, *& affe-*
ctionibus Apoſtolici, *ſpectat &c.*

Utique nulla amplius ſuberat ratio, quare
reſpondendum non foret – *eſſe procedendum*
ad legitimam, dum ſuffeciſſet pro evitanda qua-
libet ſubreptione, quod Summus Pontifex in
genere cogitare potuiſſet de hac perpetuitate
Vicariæ ſuperius pluſquam comprobatæ, & ob
quam, citra umbram dubitationis manus ap-
21 ponere valebat, per ea, quæ demonſtrat *Car-*
din. de Luc. de Benefic. diſc. 42. *num.* 11., *&*
diſc. 55. *num.* 22. *in fine*, *& Rot. in recen. dec.*
93. *num.* 23. *par.* 10., *& in Leodien. Vicariæ*
29. *Martii*, *&* 14. *Iunii* 1694. *cor. clar. mem.*
Card. Caprara. quæ ſunt impreſſæ apud *Moder-*
num Romanum diſcept. Eccleſ. 27. *n.* 40., *&* 48.
tom. 1.

Et ita tandem, Matthia ſolum informante,
& Nicolao per plures menſes expectato, extitit
reſolutum.

LEODIEN. PASTORATUS, SEU VICA-RIÆ SUPER ATTENTATIS.

Mercurij 6. *Decembris* 1713.

ARGUMENTUM.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Attentatorum purgatio cum de limpido bono jure docetur excuſatur vel differtur aliquando, ut aliquando fecit Rota.*
2 *Attentata, quæ retardant legitime Proviſo exercitium curæ animarum quanto citius revocantur.*
3 *Parochialium repletio ſummopere zelatur a S. Sede.*
4 *Beneficia affecta, & reſervata vacantia, ſede Papali vacante reſervantur Pontifici ſucceſſori.*
5 *Excipe parochiales* ex cap. ſi apoſtolica de Prob. in 6.
6 *Parochus ſede Papali vacante etiam ſi collatio ſpectaret ad S. Sedem proviſus ab ordinario, novo non indiget proviſione.*

DECISIO DCXXXVIII.

PRænarrata jam fuerant, in altera contempo-
ranea *Deciſione*, clariſſima, & ſolida motiva
declarandi attentatam, ſive nullius roboris no-
minationem, ſeu collationem factam a Nicolao
in perſonam Petri, multoque magis immiſſio-
nem in poſſeſſionem illi attributam, & tempe-
ramentum quoque æquitativum ſumptum a *Sa-*
cro Auditorio, uti videre eſt in prædicta *Deciſio-*
ne ea §. Et quoniam cum pluribus ſeqq., prout
etiam coruſcabat ea gemina *Deciſione bo. me.*
Caſſarelli ſub diebus 6. *Februarij*, *&* 15. *Maij*
1711.

Ac proinde cum neque ſuper hoc Dubio at-
tentatorum in hodierna audientia comparuerit
idem Nicolaus, nullaſve excuſationes adduxe-
rit,

rit, aliter profecto reſcribi, & reſponderi non poterat per *Dominos*, quam ad normam ulterioris Commiſſionis Signaturæ Iuſtitiæ *fore procedendum ad legitimam executionem pro purgatione attentatorum*.

Tantoque evidentius perpenſis duabus circumſtantijs in hoc præciſo caſu concurrentibus, quarum una erat, quod, juxta perpenſa, & demonſtrata in prædicta contemporanea *Deciſione* bonum Ius perſpicue militabat pro Matthia, quando ad effectum, ut excuſari, vel differri potuiſſet eorumdem inevitabilium attentatorum
1 revocatio, ſeu purgatio, oportuiſſet, quod e converſo de limpido bono Iure Nicolai eluceſceret, ſecundum ea Epycheiam, quam quandoque *Sacrum Tribunal* clementer agens ampleſtitur, ut patet *ex deciſione* 87. *num.* 3. *inter in Urbe impreſſas coram Me, & in Romana hæreditatis de Ruſpolis ſuper attentatis* 2. *Martij* 1705. §. *primo*, & §. *Quamvis*, *coram Reverendiſſimo D. Molines Decano. & in Melevitana Prioratuum ſuper adiudicatione Prioratus Bohemiæ ſuper attentatis* 3. *Julij* 1713. §. *Adeunt*, *coram R. P. D. meo Lancetta*.

Et altera, quod peragebatur de Beneficio, ſeu Vicaria habente, ut præmiſimus, Curam
2 Animarum, Ideoque illarum ſervitium exigebat, ut quamcitius remotis impedimentis, & attentatis Matthias pluſquam Canonice proviſus de illa, ejuſdem incumberet gubernio quando tantus eſt Sedis Apoſtolicæ Zelus, & ſollicitudo repletionis Parochialium, ut licet cætera
3 Beneficia vacantia, Sede Apoſtolica pariter vacante, & cæteroquin affecta, ſeu reſervata S.
4 Sedi, reſerventur ſimiliter Pontifici futuro ſucceſſori; Nihilominus conſiderando perniciem ſalutis Animarum eſurientium, ſine expectantium pabulum a proprio Parocho, Summus
5 Pontifex *in cap. ſi Apoſtolica, de præbend. in* 6. diſpoſuerit, quod Parochiales, non expectata Summi Eccleſiæ Univerſalis Antiſtitis electione ab Ordinario conferantur, ceſſante ad hunc
6 effectum qualibet vacatione in Curia, vel apud S. Sedem; & idcirco bis de tempore Clementis VIII., & Pauli V. declaratum fuiſſe, Parochum proviſum ab Ordinario non indigere nova proviſione, refert *Corrad. in praxi Beneficiar. lib.* 3. *cap.* 6. *ſub num.* 58. §. *Præterea cum ſeq.*, *Gonzal. ad regul. Cancellar. gloſſ.* 5. *probam. ex num.* 125. *cum ſeqq.*, & *gloſſ.* 24. *num.* 111., & 112. *Caſtropal. oper. moral. tract.* 13. *diſput.* 2. *par.* 18. *in fine*, & firmatum fuit *in Maioricen. Parochialis coram bo. me. Urſino impreſſ. deciſ.* 549. *ex nu.* 3. & *deciſ.* 566. *ex num.* 1. *cum ſeqq. par.* 19. *to.* 2. *rec.*

Et ita, unica tantum &c.

AUGUSTANA CANONICATUS.

Lunæ 15. *Ianuarij* 1714.

ARGUMENTUM.

Quia plura tractantur accipe.

SUMMARIUM.

1 *Gratia* - ſi neutri - *involuit confeſſionem non juris reportantis*.
2 *Gratia* - pro præſentato - *ſupponit non in una puta ſeniore ſed in duobus ſeu pluribus ex obtinentis confeſſione adeſſe jus præſentandi*.
3 *Pontificia ordinatio cui omnes acquievere eſt ſervanda*.
4 *Devolutio beneficij de jure patronatus fit ordinario ob diſcordiam patronorum, & cur?*
5 *Proviſio apoſtolica* - attenta lite - *cur fiat?*
6 *In claris non eſt locus interpretationi*.
7 *Impetrator gratia* - ſi neutri - *quid debeat probare*.
8 *Titulorum plurium & diverſorum multiplicatio datur in beneficialibus non attenta incompatibilitate, & implicita renunciatione, quæ in alijs caſibus emergere poteſt*.
9 *Amplia quoties nitens pluribus titulis eſt in poſſeſſione*.

DECISIO DCXXXIX.

DUplici titulo, ut infra, circumſeptus Ignatius Flachel conſtanter, & ſemper obtinuit in contradictione Ioannis Leopoldi Canonicatum, & Parochialem vacantem in inſigni Collegiata Sancti Mauritij Civitatis Auguſtanæ, Prima ſiquidem vice cor. Ordinario; Secunda cor. *Reverendiſſimo D. Molines Decano* prævia *Deciſione diei* 1. *Iunij* 1708. Tertia cor. *R. P. D. meo Aldrovando*, præcedente pariter, *Deciſ. edita ſub die* 25. *Ianuarij* 1709., & quarta tandem *ſub die* 10. *Iunij* 1712. *cor. R. P. D. meo Criſpo*, cum noviter ſubſequuta expeditione Cauſæ; Sed adhuc tot reſolutionibus, rebuſque judicatis non acquieſcens Joannes Leopoldus, utrumque ſupradictum titulum deſtruere, & impugnare contendens, uſque ad aſſequendam Gratiam, quæ nuncupatur *ſi Neutri* ſuper qua magis præciſe prodierat ultima ſententia *R. P. D. mei Criſpi*, iterum provocavit hodie *coram Me*, ſed adeo inutiliter, ut rurſus mediante confirmatione ejuſdem ſententiæ, illum ſuccumbere *Dominorum* Iuſtitia compulerit.

Primus itaque Titulus, qui conſtipabat Ignatium proveniebat a præſentatione per eum reportata ab Erneſto, veluti Adminiſtratore Fundationum Familiæ Fuggeriæ, cui hujuſmodi honorificum Jus præſentandi jam dudum fuerat elargitus *S. M. Leo X.* Alter vero conſtabiliebatur in collatione, ſive inſtitutione ipſi conceſſa ab Ordinario ejuſdem Civitatis Auguſtanæ;

Incaſſum vero unum, & alterum ex prædictis
Titulis conterere, ſeu ſubvertere tentavit Jo.
Leopoldus, qui interim deſperans de ſuo Jure
in vim priorum Judicatorum, prædictam *Gra-
tiam* compellatam *ſi Neutri* curaverat reportare
1 cum de ſui natura ſemper involvat præambu-
lam, & omnino neceſſariam confeſſionem ſui
non Juris in Impetrante, Teſte *Mandoſ. ad regul.
27. Cancell. q. 18. n. 4. Amayden. de ſtyl. Datar.
lib. 1. cap. 27. nu. 17. Roſ. de exequut. lit. Apoſt.
par. 1. cap. 17. n. 27. Rot. coram Emer. Sen. Dec.
41. n. 4. & cor. Cerr. dec. 205. n. 4. & dec. 86.
n. 2. cor. Me.*

Et quidem reſpectu primi, quidquid ex præ-
ſcripto eiuſdem Bullæ *Leonis X* appareret ab ini-
tio ſancitum, & propter quod dici poſſet abſtra-
ctive, quod Ignatius fuerat aſſequutus nomina-
tionem a Comite Erneſto nequaquam Seniore
memoratæ Familiæ, quando iuxta cenſuram
eiuſdem Bullæ huiuſmodi Jus pertinebat ad Se-
niorem ad evulſionem hodie hujuſce obiecti ſta-
tim arriſit reſponſio data in antecedenti ſignan-
ter *Deciſione ſub §. In nihilo obſtante cor. R. P. D.
meo Criſpo*, quod nempe tali prætenſioni, ſeu
ſuppoſitioni obſtabat factum ipſum poſitivum,
& incontrovertibile ejuſdem Joannis Leopoldi,
qui, adhuc Beneficio non vacante, non ad uni-
cum Seniorem, qui forte erat Federicus Ferdi-
nandus, ſed etiam ad Paulum prænominatæ Fa-
miliæ recurſum habuit pro obtinenda, prout
obtinuerat, præſentatione; ſed quod plus eſt,
ſuperventa vera vacatione, non contentus præ-
ſentationem a prædicto Federico Ferdinando re-
portaſſe, imploravit a Sancta Sede *Gratiam*
quæ nuncupatur *pro præſentato*, cum derogatio-
ne medietatis vocum Patronorum, ſignum evi-
dens, quod controverſum Jus præſentandi non
2 in uno dumtaxat Seniore de Familia ſiſtebat,
ſed pernecesse in duobus, vel pluribus, ex alias
animadverſis per *Maſcar. de prob. concl. 1180. n.
43. Rot. cor. Vbald. dec. 309. num. 9. cor. Card.
Cerr. deciſ. 196. nu. 15.* cum cœteris *in d. huius
Cauſa Deciſione dici* 10. *Iunij* 1712. *§. In nihilo
obſtante, cor. R. P. D. meo Criſpo.*

Quod vero etiam de per ſe effective Jus præ-
ſentati applicitum Seniori pluſquam legitima
authoritate diviſum fuerit in duos de diverſa li-
nea, qui nuncupari cœperunt *Adminiſtratores*
talium Fundationum, aperte coruſcabat ex ſuc-
ceſſivo indulto ob eorum temporum viciſſitudi-
nes conceſſo *per S. M. Gregor.* XIII. nimirum,
quod duo in poſterum præſentare valerent, hi-
que tunc fuere Marcus, & Philippus cum tran-
ſfuſione Jurium in eorum Succeſſores. quorum
ex una parte erat adamuſſim Erneſtus Senior in
ſua linea. Cumque in quamdam exuberantiam
huic Pontificiæ ordinationi demandatæ, & ſub-
ſequutæ *de an.* 1580., nedum cuncti Succeſſores
3 aquieverit, ſed abinde citra extiterit hoc inecon-
cuſſe practicatum, vana erat hæc nimis ſeroti-
na prætenſio (& ſic de cœtero ex proprio facto &
confeſſione, ut ſupra eliſa) ex iis, quæ in pro-
poſito habentur apud *Rot. in dec. 38. num. 11.
penes Vivian. de Iurepatr., & coram Card. Cerr.
deciſ. 670. num. 11. & cor. Ottbobon. deciſ. 151.
num. 12.*

In ordine autem ad ſecundum titulum, is
erat utique collationis reportatæ ab ordinario
Jure devoluto, ſed ex devolutione, quæ non
in vim *Cap. cum te decet. de Iurep.* ſed ob diſcor-
diam Patronorum, ejuſdem Ordinarii authori-
tatem, & ſollicitudinem exquirebat, ne in
4 præjudicium Divini cultus, & ſervitii Eccleſiæ
diutius protraheretur vacatio, juxta ſancita in
altero *Cap. Quoniam in quibuſdam & in Cap. cum
propter.* pariter *de Iurep.* unde ex hoc capite ſæ-
pe ſæpius zelus S. Sedis derogat Iuripatronatus
Laicorum, & confert Beneficium vacans Tertio,
5 etiam non colliganti per eam proviſionem, quæ
nuncupatur *attenta lite*, ut videre eſt apud *Card.
de Luc. de Beneſ. diſc. 33. num. 7.* aſſerentem
id procedere ex ratione *Text. in cap. 2. ut lite
penden. in 6. Covvarvv. pract. cap. 37. n. 7. & 8.
Caſſad. dec. 3. ut lit. pend. Cocch. ad reg. 4. Can-
cell. ſub n. 30. verſ. Vivian. de Iurep. lib. 14. cap.
2. nu. 14. & 16.* cum aliis fuſe relatis *in Aſca-
lana Beneſic. 5. Martii 1698. ſub n. 2. inter im-
preſſ. in Vrbe la 35. cor. Me.*

In caſſum prætendente Leopoldo, quod hu-
juſmodi proviſio, ſeu collatio facta per Ordina-
rium favore Ignatii ſub expreſſione, & titulo
Iure devoluto proveniret ex cenſura proxime ad-
ducti *Cap. quon.* ex eo, quia Erneſtus intra qua-
drimeſtre ab *eodem Cap* præſcriptum aut non
præſentaverit, aut perperam; Quia non erat
indaganda amplius intentio per haſce ſuppoſitio-
nes, ratiocinia, non ſolum ex reſponſionibus
attributis in præfata antecedenti *Deciſ. R. P. D.
mei Criſpi ſub §. Minus aſſeri*, verum etiam,
quia dum, ut vidimus, tam explicite ſe ſe idem
Ordinarius declaravit deveniſſe ad collationem
controverſi Canonicatus ad Commodum Igna-
tii -- *Iure devoluto ob diſcordiam Patronorum*, in-
6 trabat reſponſum *Iuris conſulti in Leg. ille, aut
ille. §. Cum in verbis ff. de legat. 3.* & magis in
ſpecie *Barboſ. de Iur. Eccl. lib. 3 cap. 12. n. 171.
Campanill. diver. Iur. Canon. rubr. 11. cap. 13.
num. 486. Maſſobr. in prax. haben. concur. reg. 1.
dub. 10. num. 14. Rot. deciſ. 586. num. 2. par. 4.
diverſ.*

Subſiſtente itaque Iure Ignatii ex prædicto ge-
mino titulo præſentationis obtentæ ab Erneſto
altero ex Patronis, & collationis Ordinarii,
7 utique ad enervationem Gratiæ *ſi Neutri* ſuper-
abundaſſet, alterutrum ſaltem habere firmita-
tem, quando nemo ignorat, quod Impetrator
hujus Gratiæ debet oſtendere, quod Adverſarius
nullum revera quoque modo habeat ſuper bene-
ficio vigore illius adipiſcendo titulum, vel Jus,
ex communiter connotatis per *Garz. de Beneſ.
par. 6. cap. 2. nu. 211. Amayden. de ſtyl. Datar.
cap. 23. nu. 17., Roſ. de exequu. liter. Apoſtol. d.
cap. 17. nu. 22.*, cum aliis abunde relatis *in dec.
86. num. 3. inter impreſſae cor* Me, *& in Seno-
gal-*

gallien. Canonicatus de Luchis ſuper Gratia ſi Neutri 22. *Iunii* 1705. §. *Cum enim cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Et ob id poterat Joannes Leopoldus omittere repetitionem alterius veteris objecti, ſcilicet quod Ignatius eo ipſo, quod Inſtitutionem effective recepit in vim collationis Epiſcopi expletæ *Iure devoluto* implicite renunciaverit alteri Iuri ſeu titulo præſentationis habitæ ab Erneſto: Quoniam adhuc ea præmiſſis ſatis pelluxit, oſtenſumque fuit, ſuffeciſſe, & in ſuo robore ſubſtitiſſe poſtremum Titulum Iuris devoluti, & nihilominus ipſa prima principia Juris Beneficiariis, ſeu Canonici repugnabant objecto, nam non ex eo, quod habens plures Titulos aſſequendi Beneficium, adducat, & utatur uno, vel altero, cenſetur renunciaſſe ei, quo præciſe, & apparenter non fuit uſus, cum nihil magis familiare ſit, quam quod in ſubjecta materia beneficiaria ea incompatibilitas, vel implicita renunciatio, quæ poſſet emergere in aliis caſibus non admittitur, dum in ea paſſim datur, & recipitur
8 plurium, & diverſorum Titulorum multiplicatio, ut inquit *Gonzal. ad reg. Cancell.* §. 7. *num.* 129. *& ſeqq. in proem. Card. de Luca de Benef. diſc.* 39. *num.* 1. *Roſ. de execut. litter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 189. *Rota coram P-nia dec.* 17. *nu.* 18. *in rec. dec.* 413. *nu.* 15. *part.* 18. *& in Medialanen. Beneficii* 2. *Julii* 1708. §. *Nec quidquam coram R. P. D. meo Lancetta*, & præſertim, quoties nitens eidem multiplicationi Titulorum reperitur in poſſeſſione ejuſdem Beneficii
9 prout intendit ad normam ipſiuſmet collationis factæ per Ordinarium cum clauſulis magis opportunis *omni meliori Jure &c.* ipſemet Ignatius unice intentus ad defenſionem ſui Juris, & poſſeſſionis, quemadmodum non minus uno ore proſequuntur *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 328. *Barb. tract. var. Claaſ.* 95. *nu.* 10. *in fin. Carleval. de Judic. libr.* 1. *titul.* 2. *diſput.* 2. *num.* 6. *Rota in Gadicen. Imaginis ſuper negocio principal.* 10. *Februarii* 1702. §. *Etenim verſic. operatur*, *cor. bon mem. Pio*, *& in Lycien. Salviani* 8. *Martii* 1706. §. *Attamen*, *coram Me*.

Et ità &c. vtraque &c.

FOROSEMPRONIEN. LEGATORUM SUPER REINTEGRATIONE.

Veneris 19. *Ianuarii* 1714.

ARGUMENTUM.

Statutum Foroſempronii an fęminas excludat vel pro conſervatione agnationis, & in favorem Maſculorum, vel propter dotem, & an facto caſu ſucceſſionis, & mulier exiſtens non ſit dotata, dotari valeat a Fratre, & late hac in re expenduntur duo Decreta Friderici, & Guidobaldi ſecundi Urbini ſtatus Ducum, & Doctores eadem decreta late gloſſantes, atque interpratantes. Renunciatio emiſſa a nubente in ſæculo favore agnationis ſuæ Familiæ an ſit certis, & abdicativa, ſive potius realis quouſque extant Maſculi, illis vero defectis ſit perſonalis, & renuncians ad bona renunciata reintegretur. Dictio *donec*, quid in ſtatutis operetur, & an perpetuam fæminarum excluſionem inducat.

SUMMARIUM.

1 *Hereditas Matris inteſtatæ defertur pro virili filiis, & filiabus*,
2 *Statutum Foroſempronien. diſponit quod filia dotata non ſuccedat Patri, vel Matri extantibus filiis maſculis*.
3 *Mulier ut ſit excluſa a ſtatuto propter dotem an requiratur quod dotatio facta ſit a Patre, vel Matre de cujus ſucceſſione agitur, vel ab extraneo*.
4 *Si vero tempore delatæ ſucceſſionis eadem Mulier dotata non erat, excluſa nullatenus a tali ſtatuto dici debet*.
5 *Pater quando nomine filiorum poſſidere dicatur*.
6 *Excluſio fæminarum quando reſpiciat favorem agnationis, anne ſufficit, ut Frater ſit paratus ad eam dotandam ſi dotata non ſit tempore apertæ ſucceſſionis, & tunc prætendere nequit ſucceſſionem*.
7 *Fæminæ quando dicantur a ſtatuto excluſæ vel per maſculos, vel propter dotem, & affertur diſtinctio famigerata Caſtrenſis. Declarata* n. 52.
8 *Statutum Foroſempronien. fęminarum excluſivum ne incipiat a dotatione*.
9 *Excluſio fęminarum a ſtatutis ordinata eſt odioſa, & ſtricte intelligenda, nec adimit iura ſucceſſionis, niſi id expreſſe caveatur*, & n. 12.
10 *Quod favore alicujus eſt Introductum, in illius odium retorqueri nequit*.
11 *Plus eſt in caſu inferioris dotis, vel legitimæ impartiri tot ſucceſſiones Collateralium, & aſcendentium, quam reſervare actionem pro ſupplemento*.
13 *In ſtatuto excluſivo ex cauſa agnationis, & non dotis neceſſe eſt, ut fęmina effecta non ſit totaliter extranea, aut ſimpliciter excluſa, adhuc ut fęmina poſſit ſuccedere*.
14 *Legitima eſt portio ſucceſſionis ab inteſtato*.
15 *Dictio* - dummodo - *importat ſemper conditionem*.
16 *Et cauſam proximam, ſive immediatam*.
17 *Equalitas ſervanda eſt tum in ſtatutis, tum in aliis quibuſcumque diſpoſitionibus tempore delatæ, vel acquirendæ ſucceſſionis*.
18 *Statuta excludentia fęminas extantibus maſculis illis non exiſtentibus fęminæ reintegrantur*, & n. 20.
19 *Dictio* donec, & quouſque *eſt temporis limitativa, ac reſtrictiva*.
21 *Decretum Guidobaldi ſecundi Ducis Urbini editum anno* 1548. *importat defectis maſculis reintegrationem fęminarum ad ſucceſſiones a quibus illis extantibus erant excluſæ*, & num. ſeqq.

aa *Ius*

22 *Jus commune ſtans differentiam in ſucceſſionibus inteſtatis peritus abolevit.*
23 *Lex, & decretum debet ſemper quantum fieri poteſt in omnibus ſui patribus conciliari.*
24 *In fideicommiſſis agnatitiis fœminæ vita ſaltem earum durante admittuntur.*
25 *Conſtitutio generalis contraria ſtatuto Civitatis, ſemper eidem prævalet ſtatutum, & quid de conſtitutione Egidiana.*
26 *Decretum Ducis Friderici an ſit particulare pro tota ſtatu Foroſempronien. ſive potius generale pro toto ſtatu Urbini.*
27 *Et quid de Decreto Ducis Guidobaldi an illud ſtet ampliative in concernentibus favorem Maſculorum.*
28 *Paritate rationis intercedente, eadem determinatio eſt capeſſenda in ſtatutis.*
29 *Poſterior lex quando præcipue mentionem fecit de anteriori venit anteponenda.*
30 *Una pars diſpoſitionis ſcindi nequit ab altera.*
31 *Renuncianti nuſquam datur regreſſus ad bona renunciata.*
32 *Mulierum renunciatio ex conſtitutione Egidiana requirit inſinuationem.*
33 *Licentia Legati ſtatus Urbini eſt neceſſaria ex decretis Ducalibus in renunciationibus.*
Qua forma non ſervata renunciatio eſt nulla ibid. num. 34.
35 *Renunciatio facta favore certarum Perſonarum, illis deficientibus virtus illius expirat.*
36 *Proœmium in omni materia, & præcipue in materia renunciationis tanquam explicativum cauſæ, & animi eſt ſemper attendendum.*
37 *Verba* - ſommamente deſidera - *quid importent in renunciationibus.*
38 *Verba* - per conſervazione - *latine* pro, *vel* ob *cauſam finalem ſemper important.*
39 *Renunciatio quando, & ex quibus verbis cenſenda ſit perſonalis.*
40 *Ratio conſervandi bona in agnatione ſemper efficit renunciationem perſonalem, & illa ceſſante præſefert pactum reſolutivum.*
Præſertim ſi renunciatio ſit emiſſa a nubente in ſæculo.
41 *Renunciatio emiſſa ab ingrediente in Monaſterium eſt realis, & abdicativa.*
42 *Renunciatarii nunquam præſumitur cogitaſſe de extraneis in renunciatione eorum favore emiſſa pro conſervatione agnationis.*
43 *Dos nunquam cenſetur cauſa ſufficiens ad efficiendam renunciationem realem.*
44 *Renunciatio ob agnationem quatenus dici deberet realis, eſſet reducenda iſta realitas quamdiu perſonæ contemplatæ durarent.*
Quibus extinctis remanet perſonalis idib. n.45.
46 *In dotis conſtitutione quæ ſint ponderanda.*
47 *Dictio* - predetti - *limitative reſtringit diſpoſitionem ad Perſonas demonſtratas.*
48 *Inſtrumentum declarationem recipit a Capitulis.*
Et Capitula præferuntur ipſi inſtrumento ibidem num. 49.
50 *Renuncians arcetur a ſucceſſione renunciata,*
51 *Reintegrationem petens fatetur ſe a ſuo priſtino jure, & poſſeſſione cecidiſſe.*
53 *Quis nequit partem legis, vel diſpoſitionis pro ſe allegare, & alteram reſpuere.*
54 *Dos nequit eſſe ſine Matrimonio.*
55 *Dos anticipate aſſignari ſolet niſi in ſolo caſu, quo Virgo prædita jam graveſcenti ætate, vel ob exiſtentiam fideicommiſſorum poſſet facilius Virum invenire.*
56 *Statuta Italiæ omnia fere conſpirarunt in prædilectione Agnationis, quæ tranſcripſit* Card. de Luca.
57 *Eademq. ſtatuta per illa verba* dotentur *ſanxerunt ſufficere quod Frater excludere volens fœminas paratus ſit eas dotare.*
Et dicitur paratus dotare ſi frater paternam hæreditatem adivit ibid. n. 58.
59 *Fœmina ſemel excluſa, excluſa ſemper remanent.*
60 *Inſpiciendum non eſt quidquid dicant conſulentes, ſed quid poſtea deciſum fuerit.*
61 *Quod favore alicujus eſt introductum retorqueri nequit in illius odium.*
62 *Vera reintegratio quid importet.*
63 *Statuta quæ fœminas reintegrant quibus verbis utantur.*
64 *Dictio* - donec - *nunquam converti ſolet in affirmativam*, & num. ſeqq.
65 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
66 *Argumentum a contrario ſenſu in ſtatutis quando procedat*, & num. ſeq.
68 *Pactum reverſivum apponi, ut plurimum ſolet in contractibus tranſlativis dominii.*

DECISIO DCXL.

CAuſa hæc, quæ diſpuncta priùs in *Sacro Tribunali* in judicio poſſeſſorio, adeò ſub amico, & longævo ſilentio remanſerat conſopita quoad de cætero expreſsè reſervatum judicium petitorium, ut ſubindè tribuerit anſam, quod hærede ſucceſſive conſcripto per Virginiam Legatariam primi viri Joſepho ejus ſecundo marito, ipſumque gravantem tàm in Teſtamento, quàm in quadam Donatione ſolvere, ſeù aſſignare Canonico Philippo, ejuſque germanis Fratribus ratam bonorum importantem ſcut. 3000. monetæ Urbini, *Sacrum Auditorium* cenſuerit, ità animo DD. de Paſſioneis deſeruiſſe proſequutionem ejuſdem petitorii, ut non obſtante, quod idem Legatum, ſive Donatio, ut ſuprà, facta ſub expreſſa conditione, quod antiqua lis -- *doveſſe eſſere terminata tanto in poſſeſſorio, che in petitorio, ò per Sentenze, ò per Concordia*, lis effective, ſive æquipollenter dici poſſet deſerta, & extincta, ut latiùs elucet in illa *Foroſempronien. Donationis* agitata inter eumdem Joſephum, & Virginiæ fratres ſub *die 23. Martij 1711. & 15. Januarij 1712. coram R. P. D. meo Aldrovando.*

Profectò, ad inſtar latentis ignis, adeò deinceps vehementiùs erupit, ut tandem provocante

te deſuper Joſepho (laceſſito per prætatas tibi contrarias reſolutiones) eoſdem DD. de Paſſioneis, & erigente ſuſcitata controverſia minùs quàm Hydra unum caput, ad partes ſex dubia, acriter hincinde informantibus contendentibus, fuerint judiciali trutinæ commiſſa, & exagitata, eorumque primum extitit ſuper eo, quod licet juxtà præcedentem Sententiam *Tribunalis* per Patrias leges, & reſpectivè ſuperexiſtentiam Innocentii maſculi remanſiſſet excluſa altera Virginia ſoror ejuſdem Innocentii à ſucceſſione bonorum aſcendentalium, & præ cæteris Margheritæ matris eorumdem Innocentii, & Virginiæ ab inteſtato prædefunctæ, adhuc tamen eadem excluſio vel non adeſſet, vel ſaltem non foret perpetua, ſed mere temporalis, donec ſcilicet iidem maſculi perdurarent; quamobrem, fato jam ceſſo Innocentio abſque ulla ſobole maſculina, daretur illa reintegratio favore Virginiæ ſororis, quæ etiam conceditur in tali caſu fœminis per alia Statuta, & ſignanter illud Peruſij cum ſimilibus, quapropter efformata congrua, & peculiari dubitatione -- *An foret locus reintegrationi* -- prodiit negativa reſolutio coram prælaudato *R. P. D. meo Aldrovando*, prima vice nempe ſub *die* 18. *Aprilis* 1711. non informantibus DD. de Paſſioneis, & ſecunda utrinque digladiantibus ſub *die* 27. *Junii ſubſequentis*, cum finali conſumptione Inſtantiæ mediante demandata expeditione Cauſæ per Sententiam ſub *die prima Auguſti ejuſdem anni* 1711.

Reclamarunt ferme incontinenti à præfata Sententia DD. de Paſſioneis, & devoluta Mihi in gradu appellationis nova cognitione, ac concorditer ſtabilito aſſueto Dubio, *utrum Sententia Rotalis foret confirmanda, vel infirmanda*, ſtrenue iidem DD. de Paſſioneis vetera non ſolùm, ſed & nova fundamenta jaciebant pro obtinenda infirmatione, verùm illis minus habere repertis ſatiùs duxerunt *Domini* hodie reſpondere *pro confirmatione*.

Dicebant igitùr appellantes, quod obeunte, ut diximus, ab inteſtato de anno 1673. Margharita Sabbatella, illius hæreditas ad normam Iuris communis prò eorum reſpectivè medietate, ſeù virili devoluta remanſerat ad Innocentium, & Virginiam ejuſdem Margheritæ filios poſt ſe
1 relictos impuberes, juxtà *Text. in §. Si quis igitur, Authen. de hæred. ab inteſt. venien.* Unde ad proſternendam eamdem Juris cenſuram oportebat rectè perpendere utrùm per Patrium Statutum (uti ſupponebatur in contrarium) eadem Virginia in concurſu Innocentii eſſet orbanda prædicta conſucceſſione; Cumque in hac materia recurrendum ſemper veniat ad litteram, & reſpectivè ad ſpiritum rationis intentæ per Statuentes, circà litteram conſiderabant, quod Statutum Foroſempronien. *lib.* 2. *ſub rubric.* 22. tranſcriptum apud *Card. de Luc. de Statut. ſucceſſ. fol.* 262. in rubrò ita loquitur -- *quod filia dotata non ſuccedat Patri, vel Matri ab inteſtato*, in nigro præclariùs -- *quod filia dotata à*
2 *Patre, Matre non poſſit, extantibus aliis filiis maſculis, dictis Patri, vel Matri, ipſis Parentibus morientibus ab inteſtato, ſuccedere*, ac proptereà cùm de tempore mortis Margheritæ Matris memorata Virginia filia non ſolùm dotata minime reperiretur ſive à Patre, ſive ipſa Matre, ſed nec etiam eſſet tunc dotabilis tanquàm impubes, & non nubilis; hinc relicta etiam quæſtione, an ſtante illa dictione *vel* requireretur dotatio præciſa ab ipſa Matre, de cujus ſucceſſione agebatur ad effectum excludendi Virgi-
3 niam ab ipſius hæreditate, vel ſufficeret, eam eſſe dotatam à Patre, vel altero, ſecundùm plene diſceptata penes *Caſtren. conſ.* 91. *num.* 2. *lib.* 2. *Aldobrandin. conſ.* 2. *num.* 123. *& ſeqq. lib.* 1. *Honded. conſ.* 10. *nu.* 42. *lib.* 1. *Gratian. diſcept.* 15. *num.* 1. *&* 2. *Rota coram Cerro deciſ.* 303. *num.* 10., *&* 11. *& in recent. deciſ.* 342. *num.* 21. *par.* 12. *& deciſ.* 335. *num.* 17. *par.* 17. *& in Fulginaten. Succeſſionis quo ad Carolinam* 1. *Julii* 1709. §. *Cum enim, cor. Reverendiſs. P.D. meo Molinet Decano*.

Nihilominùs cùm, ut præmiſimus, à nemine eo temporis foret dotata, imò nec dotabilis, nequàquam, attentà litterà prædictà, Virginia non dotata poterat cenſeri ullatenùs excluſa, ità, & taliter, ut ſuperveniente etiam dotatione cujuſcumque, eadem ſuperventa dotatio nullo modo foret idonea ad auferendam hæreditatem, & ſucceſſionem eidem Virginiæ præcedenter, & perfectè vigore Juris communis
4 delatam, & acquiſitam, ex celebri doctrina *Bald. in leg. non ſiae* 5. *Cod. de bon. quæ liber. Angel. in leg. ſciendum* §. *fin. ff. qui ſatiſdar. cogan. Rip. in leg. ex facto num.* 32. *ff. de vulgari, & pupil. Bartol. conſ.* 31. *per tot. lib.* 2. *Sard. conſ.* 45. *num.* 40. *& ſeqq. Spad. conſ.* 173. *num.* 5. *lib.* 3. *Marescott. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. *Cyriac. diſcept.* 34. *num.* 4. *& diſcept.* 42. *nu.* 39. *Palm. Nep. deciſ. Lucen.* 93. *num.* 34. *& ſeqq. Rota coram Corte deciſ.* 333. *num.* 41. *& coram Emerix jun. deciſ.* 260. *num.* 3. *& deciſ.* 187. *nu.* 2. *& ſeqq. & in recent. deciſ.* 358. *nu.* 2 *par.* 14. *& deciſ.* 112, *num.* 1. *&* 2. *par.* 15. *& deciſ.* 588. *num.* 7. *& deciſ.* 691, *num.* 4. *&* 5. *par.* 18. *& in in Spoletana Succeſſionis* 17. *Februarij* 1710. §. *Ratio cor. Me*.

Diximus, idonea ad auferendam hæreditatem: quià cùm Tyberius Pater Virginiæ poſſidendo bona illius Matris diſertiſſimè etiam declaraverit ea adminiſtrare nomine Innocentii, & Virginiæ filiorum, & hæredum Margheritæ eorum Matris, *ut in Summario num.* 1. nequibat ampliùs dubitari, quod nomine utriuſque filii tàm maſculi, quàm fœminæ tunc impuberum poſſideret, & per conſequens cenſeretur pro
5 utroque iam acquiſiviſſe huiuſmodi maternam hæreditatem prout ad litteram *Text. in leg. qui in alienæ* 6. §. *Sed, & ſi ff. de acquir. hæred.* docuerunt *Bartol. conſ.* 129. *num.* 2. *lib.* 1. *Natt. conſ.* 74. *n.* 11. *Morott. reſp.* 10. *Sard. conſ.* 253. *num.* 32. *& deciſ.* 40. *num.* 30. *Paſchal. de patr. poteſt.*

Digitized by Google

poteſt. par. 1. *cap.* 2. *num.* 53. *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 69. *Rota coràm Ludoviſ. deciſ.* 421. *num.* 7. & in ſpecie magis punctualiter *cor. Anat. Dunoz. deciſ.* 326. *n.* 9. *verſ. Quapropter Pater, & in rec. deciſ.* 127. *num.* 3. *par.* 4. *& deciſ.* 112. *num.* 6. *par.* 15.

Abſque eo, quod haſce propoſitiones famulativas præfatæ litteræ Statuti evellere poſſet replicatio data in *Deciſione diei* 27. *Junij* 1712. *ſub* §. *Recepta namque, coràm R. P. D. meo Aldrovando*, nimirum quod cum cauſa formalis, ſive ſpiritus rationis excludendi filiam directe foret ille conſervandi agnationem, & favore maſculorum, per quos eadem agnatio cuſtoditur, ſatis exiſteret in hoc caſu ad effectum, ut fœminæ Indiſtincte arcerentur à ſucceſſione, quod idem maſculus excludens paratus foret dotare, tùnc enim impleto fine legis municipalis, & remanente de ſua dote ſufficienter proviſa
6 fœmina, quocumque ideircò tempore ſubſequatur, ſeù ſuperveniat dotatio, eadem fœmina nequeat ſub prætextu dotationis de tempore mortis non ſequutæ ad ſucceſſionem ampliùs aſpirare, juxtà deducta per *Card. de Luc. de dot. diſcurſ.* 13. *num.* 6. *&* 7. *Roſſ. eodem tract. cap.* 7. *num.* 48. *& ſeq. Theſaur. deciſ.* 101. *num.* 9. cum aliis congeſtis *in Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium ſuper hæreditate materna* 19. *Junii* 1705. §. *Nec ſubſiſtit, coram R. P. D. meo Lancetta, &* 21. *Martii* 1707. §. *Iſta, cum pluribus ſeqq. &* 20. *Junii ejuſdem anni* 1707. §. *Quo vero, & ſeqq. coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & in altera *Fulginaten. Succeſſionis, quoad Carolinam* 1. *Iulii* 1709. §. *Nec hujuſmodi, coram Reverendiſſ. Molinei Decano.*

Quoniam præcitata ſolutio, ſeu reſponſio extradita in prædicta *Deciſione* petebat principium; id namque procederet, quoties apertum haberemus, quod ſtatuentes moti dumtaxat fuiſſent conſideratione agnationis in fœminis excludendis, & non ex altera magis veriſimili conſideratione habita ad ipſam dotem, per quam cum iam fœminis remanſerit conſultum, illa ſucceſſive, ſeu quandocumque obtenta fœminas præfatas rationabiliter a conſucceſſione eliminet, ad hoc, ut illud pluris conſequatur maſculus, qui debet ſubſtentare familiam, munera, & alia onera publica: ad hunc autem effectum, ſcilicet dignoſcendi, an verſemur in una, vel altera parte prædictæ introſpiciendæ conſiderationis, recurritur pro regula magis certa, & infallibili ad aſylum illius famigeratæ diſtinctionis attributæ *Caſtrenſi*, ſed originem deſumenti in rei veritate a *Bartol. in leg. Titia centum* 70. §. *Titio genero ff. de condit. & de-*
7 *monſtrat.* ubi idem *Caſtren. num.* 7. & 8., nimirum, quod ubi Statutum incipat ab excluſione fœminarum propter maſculos, deindeque mandet dotari eaſdem fœminas, in hiſce utique terminis verior exiſtat opinio, quod contemplatio agnationis fuerit ratio motiva fœminas eiiciendi, tuncque ſuperabundet quocumque tempore, etiam poſt, eaſdem fœminas dotari; At vero cenſura ſtatutaria inchoat ab ipſa dotatione, & profectu in huiuſmodi longe diverſo caſu ratio motiva creditur tantummodo eſſe illa dotis, & dotationis, quæ deſervit pro impedimento, ne fœminæ valeant ſuccedere, quando ad eamdem ſucceſſionem anhelantes reperiuntur congrue dotatæ, prout de facto eamdem celebrem diſtinctionem relatis antiquioribus ſequuti noſcuntur *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 3. *Michaler. de Fratr. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 138. *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.* 39. *art.* 3. *num.* 217. 218. & 221. *Cirocc. diſcept.* 34. *ante num.* 10., *& Rota coram Buratt. deciſ.* 215. *n.* 5. *& coram Emerix jun. deciſ.* 965. *num.* 3. *& ſeq. & in Anconitana legitimæ* 1687. §. *Nec dubitavit, coram clar. mem. Card. Caprara*, confirmata 5. *Julii* 1688. §. *Et in hanc, coram eodem, & in Æſina Dotis* 24. *Februarii* 1693. §. *Expleta, &* 26. *Junii ejuſdem anni*. §. *Quoad tertium caput, coram Reverendiſſimo D. Decano, & in Veliterna manutentionis* 30. *Februarii* 1696. §. *Quod autem, coram bon. mem. Muto, ac in Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium* 30. *Januarii* 1705. §. *Stabilita, verſ. Juxta magiſtralem theoricam, coram R. P. D. meo Lancetta, & in Camerinen. Fideicommiſſi* 20. *Januarii* 1710. §. *Quod tanto magis*, & in ejus confirmatoria 11. *Martii* 1711. §. *Magis inſubſiſtens, cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Dum itaque, ad rem applicando, Statutum Foroſempronien, & in *rubro*, & in *nigro* incæpit a dotatione, & excluſit filiam non abſolute,
8 ſed cum ſuperadiuncto *dotata*, ecce, quod litteralis reddebatur ceſſatio talis excluſionis, cæteroquin de per ſe etiam odioſæ, alias nempe quis non videt. quod perpetua, & ſempiterna, atque indiſtincta foret ſemper excluſio fœminarum, cum æque ſemper favore maſculorum reductive, ſive in effectu reſultet hujuſmodi excluſio, & ideo nuſquam ſimilia Statuta intelliguntur ademiſſe fœminis jura legitimæ ſucceſſionis, maxime etiam acquiſita, ut in præſenti, quando earumdem fœminarum ex-
9 cluſio qualificata reperitur a præcedenti ſuppoſita dotatione, quemadmodum ultra cæteros jam coacervatos recte proſequitur *Rota in Faventina Dotis* 13. *Januarii* 1696. §. *Nec obſtat, coram clar. mem. Card. Caprara, & in d. Veliterna Manutentionis* 10. *Februarii ejuſdem anni coram bon. mem. Muto*, & melius *deciſ.* 10. *num.* 5. *poſt Cardin. Albit. de inconſt. in Judic.*

Totique huic diſcurſui ſatis ſuperque conſtabilito adverſari minime ſubjungebant appellantes (ultra Statutum prædictum) verba ſuperaddita in decreto Ducis Federici, cum illa ſic ſonarent — *dummodo ipſæ filiæ dotatæ fuerint, aut dotentur a quocumque prædictorum uſque ad quantitatem legitimæ dd. filiabus debitæ jure naturæ in bonis Patris, aut aliorum aſcendentium per lineam maſculinam, & ultra quantitatem dictæ legitimæ plus petere non poſſint: Si vero dotatæ fuerint in minori quantita-*

te,

Digitized by Google

te, quam legitima a quocumque præ... ... o nm, tunc ſolum excludantur, & ſint excluſæ d..lo filia dotatæ a ſucceſſione, & hæreditate ipſius dotantis, & non aliorum &c. ac propterea licet idem decretum ſuperius declaraverit, ſeſe id decernere, & promulgare -- *ad conſervationem familiarum, & agnationum, ſeu Capporum Domus*, nihilominus recte deguſtatum hujuſmodi Decretum, in aliquibus videbatur potius eſſe magis favorabile fœminis, quam per antea littera eruda ſolius Statuti, unde non erat referendum ad odioſiorem interpretationem contra fœminas, quod illarum favore erat ſancitum, ad
10 *Text. in leg. quod favore, Cod. de legib.* de quo *in annot. ad deciſ. 13. num. 8. coram Me juxta impreſſionem Urbis, & in Romana, ſeu Nullius 5. Maii 1703. §. Quo enim, coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Romana Cambii 20. Martii 1709. §. Siquidem, cor. Reverendiſſ. P. D. meo Molinæ Decano.*

Et quidem favorabilius, nam diſpoſitio Statuti, quandocumque fœminæ fuiſſet conſtituta dos, quæ minor eſſet legitima, relinquebat ei dumtaxat meram facultatem agendi ad ſupplementum ejuſdem legitimæ, decernebatque ulterius, quod in eamdem legitimam computaretur dos a Patre data ejus bonis, & dos a Matre data pariter in ejus bonis, ſicque fœmina abſolute videbatur excluſa ab hæreditatibus tam Matris, quam Patris, non obſtante, quod minus recepiſſet pro dote, quam importaret legitima, pro qua ſolum promovere valebat, ut diximus, actionem ad ſupplementum: In præfato autem Decreto ſtatuebatur, quod dos quidem, quoties fuiſſet impletiva legitimæ fœminarum, arceret a ſucceſſionibus quorumcumque: Aſt quoties extitiſſet minor ipſa legitima (nihil amplius in hoc caſu decernens circa memoratam actionem expetendi ſupplementum) aperte injungebat, *quod ſint excluſa dicta filia dotatæ a ſucceſſione, & hæreditate ipſius dotantis, & non aliorum*, & per conſequens non poterat non dici in hac parte favorabile tale Decretum, dum vice obligandi ad petendum idem ſupplementum, vel relinquendi locum eidem actioni, indiſtincte tribuit, & abſolute omnes alias ſucceſſiones de Jure competentes fœminæ in inferiori quantitate dotatæ, remanente ſolum excluſione circa hæreditatem, & bona Dotantis; Cumque plus certe ſit, in caſu inferioris dotis legitimæ impartiri tot ſucceſſiones collateralium, & aſcendentium, quam reſervare actionem ſimplicem pro
11 expetendo ſupplemento, ut præſcribebat Statutum, ad limites quodammodo *Text. in leg. quoniam, & leg. omni modo, Cod. de inoffic. Teſtam.* nemo dicere poterit, Decretum non eſſe
12 favorabilius Statuto, & ſic ſtare ad emolliendum, non ad ampliandum rigorem ejuſdem Statuti, ad tradita per *Pariſ. conſ. 110. n. 6. & conſ. 84. n. 13. vol. 3. Capic. Latr. conſult. 93. nu. 10. cum ſeqq. Ciarlin. contr. 45. n. 33.* cum aliis in *dec. Sicil. poſt. clar. me. Card. de Luc. de feud. num. 214.*

Quando præſertim nec ſupradictum Statutum, nec ſeorſim, ſive unitim ponderatum idem decretum in ſe pariebant hujuſmodi totalem excluſionem, dum per nullum ex iiſdem fœmina erat effecta totaliter extranea, aut, quod idem eſt, ſimpliciter excluſa, quemadmodum neceſſe eſt in ſtabiliendo Statuto excluſivo propter maſculos, & ex cauſa agnationis,
13 & non dotis, ex animadverſ. per *Honded. conſ. 13. num. 10. lib. 1. Marott. conſ. 23. nu. 11. Cardinal. de Luc. de Teſtam. diſcurſ. 31. num. 8. & 9. & de Dot. diſcurſ. 13. nu. 9. verſ. Ubi enim Statutum, Toſcr. deciſ. 195. num. 11. Rota in recent. deciſ. 156. num. 4. & 5. par. 5. & in Romana, ſeu Savonen. ſucceſſionis 13. Martii 1705. §. Cardo igitur, cor. Me.*

Immo potius a contrario, præſervante utroque fœminis earum legitimam, certo, etſi non totam ſucceſſionem, eis præſervavit portionem ſaltem ejuſdem ſucceſſionis, quam non abhorruit deferri eiſdem fœminis, prout abhorrere ſolet, quando ſimpliciter fœminas excludendo vult, & præcipit, contentas eſſe congrua dote,
14 ſeu, ut Neapoli dicunt, de paragio; legitimam quippe, quod ſit portio ſucceſſionis ab inteſtato, nemo eſt, qui non ſciat, ad *gloſſ. in §. primo in fine Auth. de Trient. & ſemiſſ.*, & fuit pluries examinatum, & ſuppoſitum in celebri Cauſa *Romana, ſeu Iſauen. Legitimæ, ſeu Trebellianicæ coram bon. mem. Cardinali Matthejo, Beniacaja*, Ceccia, *& Urſino*, & in *deciſionibus* de quibus in altera *Romana Trebellianicæ 10. Ianii 1712. §. Et ſecundum coram Me.*

Neque ex eo, quod per ſupradictum Decretum appareret ſuperadditum -- *dummodo ipſæ fœminæ dotatæ ſint, aut dotentur*, inferri ullo modo valebat quod ſub illo verbo -- *dotentur* -- fuerit explicatus, ſive adjunctus quoque caſus ſupervenientis dotationis; In primis namque firma ex hoc ipſo remanebat hypotheſis, & roboratum argumentum, de quo ſupra, nimirum, quod dos, & non favor agnationis, & maſculorum extiterit cauſa excluſionis, uti denotat illa dictio, *dummodo* -- quæ importabat ſemper
15 conditionem, ex *Bertrand. conſil. 201. n. 5. lib. 1. Guidopap. conſ. 205. num. 23. Mierez. de maiorat. par. 4. quæſt. 11. num. 36. verſ. Et quia, Rota coram Seraphino deciſ. 1017. num. 4. verſ. Nam, & deciſ. 37. num. 25. coram Me, juxta Romanam impreſſionem, & in Leodien. Canonicatus 14. Martii 1710. §. Non obſiſtente, coram R. P. D. meo Falconerio*; & per conſequens unicam cauſam proximam, ſive immediatam ejuſdem
16 excluſionis præſeferebat, *Altograd. conſ. 81. num. 11. lib. 1. & conſ. 17. num. 3. lib. 2. Cyriac. controverſ. 71. num. 13. & controverſ. 72. nu. 10. clar. mem. Card. de Luca de Dot. diſc. 13. nu. 6. Rota poſt Merlin. de legitim. deciſ. 106. nu. 5. & ſeqq. & poſt eamdem Card. de Luc. ad mater. de Teſtam. deciſ. 30. num. 5. & 6. & deciſ. 31. num. 5. & ſeqq. lib. 9. tom. 1.*

Ac propterea conſtito ſemper ad evidentiam

quod dos ſive data, ſive danda conditionatem faceret excluſionem fœminarum, nunquam fuiſſe verificatum, quod fœminæ evaſiſſent extraneæ dum quotieſcumque Statuta, ut adnotavimus, fœminas non excludunt ſimpliciter, & abſolute, nunquam eædem fœminæ habitæ dici poſſunt pro extraneis, & excluſæ favore ſolius agnationis, & maſculorum, illudque verbum -- *dotentur* -- etſi habere videatur aliquem tractum temporis ſucceſſivi, ac contradiſtincti a dotatione jam ſequuta, nihilominus poſito, quod ſolum dos exiſtat cauſa certa, & immediata ejuſdem excluſionis, eidem verbum intelligetur ſaltem, quod dotentur fœminæ de tempore, quo maſculi illas prætendunt excludere, itaut niſi ſit eadem fœmina dotata, ſaltem effective tunc dotetur, vel ei dos præventive conſtituatur; Omnis enim qualitas deſiderata, vel in Statutis, vel in quibuſcumque diſpoſitionibus (niſi expreſſe dicatur in contrarium) debet in-
17 tervenire, vel adeſſe de tempore ipſius delatæ, vel acquirendæ ſucceſſionis, ſeu emolumenti, ex plene diſceptari ſolitis apud *Torr. var. jur. quæſt. tit. 15. quæſt. 7. lib. 2. num. 44. & in Miſcellan. par. 1. quæſt. 7. an. 10 tit. 12. Rot. dec. 55. num. 29. par. 11. & deciſ. 310. num. 26. par. 18. tom. 1. recent.*

Atque hæc ſatis, ſuperque demonſtrare videbantur, quod Virginia non potuit cenſeri excluſa per ſimplicem exiſtentiam Innocentii, quando Tyberius Pater vice acquirendi nominatim Maternam hæreditatem etiam pro ea, non curavit ſaltem de tempore capeſſendæ hæreditatis illi dotem conſtituere; Aſt in omnem caſum ad effectum, ne idem Innocentius poſſet per legatum favore Uxoris ordinatum præjudicare Virginiæ Sorori, tribuendo ejus Conjugi ſupradictam medietatem, potentius erat poſterius, (& ideo præferendum Decreto Friderici) Decretum Guidobaldi Secundi pariter Ducis Urbini editum de Anno 1548., & relat. per *Card. de Luc. de Succeſſ. Statut. pag. 221., & 222.*, qui concupiſcens Jura familiarum conſervari, & minime transferri in alienas familias, legem indixit, *quod fœmina quorumcumque locorum totius noſtri Status dotata ab Avo, Avia, Patre, Matre, vel a Fratre, a quocumque, vel ab altero ipſorum, donec, & quouſque maſculi ſuperfuerint per lineam directam deſcendentibus in infinitum ab inteſtato ſuccedere non poſſint, nec agere ad jus aliquod legitimæ, vel ejus ſupplementi, aut congruæ dotis, vel aliquo alio quæſito colore poſſint, & debeant habere regreſſum ad Bona, & hæreditatem Patris, Matris, Avi, Aviæ, ſeu fratris, vel alterius ipſorum, vel ipſorum, ita quod, ab uno ipſorum tantum dotatæ, cenſeantur excluſæ ab omnium ſupranominatarum Perſonarum hæreditatibus, ſed dotibus ſibi relictis, conſtitutis, traditis, vel promiſſis a quocumque ipſorum, vel altero eorum ſtare debeant tacitæ, & nulla unquam ratione reclamare, & contravenire, & perpetuo cenſeantur excluſæ, donec, & quouſque, ut ſupra dictum eſt, maſculi in infinitum per lineam directam deſcendentes ſuperfuerint.*

Quo ſane perſpecto Decreto ſubintrabat, ut prætendebant præcitati Defenſores, quod data etiam excluſione fœminarum per antecedentia Statuta, & ordinationes, ea nihilominus intelligenda eſſet, & debeat tantummodo temporalis, ſive maſculis tantummodo ſuperexiſtentibus, non autem illis omnino defectis, prout hic, per obitum Innocentii ultimi maſculi; nam ſi non defuere etiam in abſtracto magni nominis *Auctores* ſentientes, quod ſimpliciter excludentes hujuſmodi ordinationes, & Statuta fœminas *extantibus maſculis*, adhuc tanquam
18 ordinatæ contemplatione, & intuitu maſculorum, illis amplius non exiſtentibus, tanquam ex ceſſante cauſa fœminæ reintegrentur, ut illos referendo connotavit *Brun. de Statut. excluſ. artic. 10. quæſt. 5. num. 65.* & firmarunt *Alex. conſ. 188. num. 2. lib. 6, Corn. conſ. 224. nu. 5. lib. 2., Puſir. de Subſtitut. quæſt. 311. num. 45. Sard. deciſ. 85. num. 9., Capyc. Latr. deciſ. 3. num. 14., Rot. in recent. dec. 317. n. 18. part. 5. dec. 133. num. 17. & ſeqq., & dec. 383. num. 7. & 9. par. 9.*

Quid dicendum? quando tam expreſſe per ſupradicta verba dupliciter repetita Decretum poſterius Guidobaldi pandendo legem univerſalem, & ab omnibus obſervandam in locis ſibi ſubditis, totoque Statu præfinivit, fœminas quorumcumque Locorum eſſe quidem debere excluſas, ſed -- *donec, & quouſque maſculi ſuperfuerint*, - & rurſus - *donec, & quouſque, ut ſupra dictum eſt, maſculi in infinitum per lineam directam deſcendentes ſuperfuerint*; - Illa namque dictio *donec, & quouſque*, adeo eſt tempo-
19 ris limitativa, & reſtrictiva, ut extendere non poſſit diſpoſitionem, niſi perſeverante caſu, perſonis, & tempore, quibus reperitur adjecta, *Bartol. in l. finali §. Quando in pendenti num. 2. ff. ad Senat. Conſult. Trebellian., Altograd. Jur. controverſ. 6. num. 32., Gratian. diſcep. 218. num. 85., & diſcept. 447. num. 45., Conciol. ad Statut. Eugubin. lib. 2. rubric. 62. num. 17., Card. de Luc. de Dot. diſc. 13. nu. 9., Rota poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. deciſ. 11., & deciſ. 38. fere per tot., & in recent. dec. 301. num. 6 par. 16., & in Bononien. Attentatorum 3. Julii 1705. §. Maxime, coram Reverendiſſimo Domino Molinea Decano.* Ideoque, niſi litteram tam claram violare cuipiam placeret, profecto etiam in puro ſenſu grammaticali excluſio fœminarum non poterat eſſe volita, & ſancita, niſi ſuſpenſive, & pro tempore exiſtentiæ maſculorum, itaut poſt idem tempus hujuſmodi
20 formula loquendi reintegrationem earumdem indueeret perneceſſe, ex recte in hoc propoſito ponderatis per *Dec. conſ. 584. nu. 11., Alexand. conſ. 188. num. 2. lib. 6., Menoch. conſ. 105. num. 75. & ſeqq., Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 3. num. 15., Rota in recent. deciſ. 475. num. 2. part. 2., & in dicta dec. 301. n. 7.*

num. 7. verſ. inſervantque temporalem, ac ſuſpenſionem dumtaxat, part. 16.

Et ne præcitato ſenſui grammaticali, & ſuperinduto tot auctoritatibus allatarum Regionum, deeſſent præciſi *Scriptores*, qui ita fuerint interpretati iſtudmet Decretum Guidobaldi, ſcilicet, ut illud importaret, ceſſatis, & defectis maſculis, reintegrationem fœminarum ad ſucceſſiones, a quibus, extantibus maſculis, erant excluſæ, in promptu erant *Hector. Felic. alleg. 25. part. 3., Spad. conſ. 319. lib. 3., Andreol. controv. 60. num. 13. & ſeqq., & contr. 306. num. 15. & ſeqq., ubi ſub nu. 21.* ulterius profitebatur, quod contra adverſa-
21 tivum ſuper eodem Decreto *conſilium 9. lib. 2. Ioannis Vincentii Hondedei*, ſcripſerant quoque alii celeberrimi Urbis Advocati, ſcilicet ultra *Spadam* iam allatum, *Biſcia, Arrigonus, Caraſia, aliique*: Et ſane, præter undique robuſtiores rationes allatas per præcitatos *Auctores* contra *Hondedeum*, merebatur præciſe ponderari illa, quod etiamſi, contra verba tam clara, res dici mereretur adhuc aliquo modo ambigua, maxime in conflictu relatorum *Scribentium*, capeſſenda tamen ſemper erat hæc interpretatio fœminis favorabilis, dum per il-
22 lam fiebat reditus ad Jus commune, quod ſexus differentiam in Succeſſionibus inteſtatis nullatenus agnoſcit, imo abolevit, ut in celebri *l. maximum vitium, Cod. de Liber. præter., Gobb. conſult. deciſ. 54. num. 22. & ſeqq., Rot. deciſ. 287. num. 14. & ſeqq. par. 16., & deciſ. 68. num. 9. & ſeqq. part. 19. recen., & in Urbevetana ſupplementi legitimæ 26. Jannarii 1699. §. Siquidem coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano*, prout in hiſce terminis uno ore ratiocinantur iidem *Spad. dicto conſ. 319.. Andreol. dicta controv. 60.; & contr. 306., & Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 39. art. 1. n. 9.*

Animadvertendo ulterius, quod *Hondedeus dicto conſ. 9. num. 20.* (in quo *deciſiones* uſquedum contrariæ *Tribunalis* vim aliquam feciſſe videbantur) in non leve æquivocum incidiſſe apparebat, quia licet ſupranominatus Guidobaldus profeſſus fuerit nedum inhærere Conſtitutionibus, & Decretis præcedenter editis ad excluſionem fœminarum in favorem maſculorum, ſed etiam illa confirmare, & ulterius corroborare, ampliare, & extendere, uti legebatur in prooemio memorati Decreti relati, ut ſupra per *Card. de Luc. de Statut. ſucceſ. pag. 222.* non tamen hæc confirmatio, extenſio, & ampliatio contra ſupradictam litteram cubitalem, & limitativam ad tempus ſuperexiſtentiæ maſculorum per illas dictiones *donec* & *quouſque*. valebat egredi Cancellos, & favorem ipſius Agnationis, prout contigiſſet, exempli gratia, ſi actum fuiſſet de includendo aliquo alio Agnato non expreſſo per Statutum, aut Conſtitutionem, nempe quod adhuc in hoc caſu intraſſet volita, & ſomniata extenſio, & ampliatio, ut erat caſus in *deciſ. 301. num. 3. & ſeqq. par. 16. recen.*, in quo tamen *Rota* reſolvit in oppoſitum; ſed quod ceſſantibus omnibus maſculis, ceſſantibus omnibus agnatis, queat extorqueri hæc forte in ſuis caſibus rationabilis extenſio, & ampliatio, erat nimium infringere excluſionem ſolummodo decretam temporaliter, limitative, & *donec*, & *quouſque* maſculi extarent, unum quippe, idemque ſemper decretum, lex, aut quævis alia diſpoſi-
23 tio, debet ſemper in omnibus ſuis partibus, quantum fieri poteſt, conciliari, & non deſtrui, teſte præ cæteris *Text. in l. non adeo § Quod ſi pure, ff. de condit., & demonſtrat., Caiderin. conſ. 5. in fin. de privileg., Rot. deciſ. 305. num. 21. par. 14., & deciſ. 33. num. 4. part. 15. recen., & in Carpentoraten. Iuriſdictionis 8. Februarii 1700. §. Hinc procedendo, coram R. P. D. meo Lancetta*, & in hac noſtra Conſtitutione, & Decreto optime obſervârunt *Spad. dicto conſ. 319. num. 4. & ſeqq.*, ac *Andreol. d. controv. 60. num. 29.*

Et hoc adeò verum, ut loco præſumendi, quod Guidobaldus, in mente retinendo conſervationem Agnationis; voluerit, contrà præmiſſa verba, & dictiones *donec*, & *quouſque* importantes temporalitatem, adeò perpetuò fœminas eliminare à Succeſſione bonorum ipſiuſmet Agnationis, & odio quodammodò irrationabili, ità, & taliter denegare fœminis reintegrationem, ut illis excluſis, poſſent maſculi libere in alienas familias diſperdere huiuſmodi Bona, illaque tranſmittere etiam ad quoſlibet extraneos, itàut quandò favor hujus tam exagerata Agnationis foret ampliſſime conſiderandus, coarctari nihilominùs ſemper deberet intrà ſphæram propriæ amplitudinis, non autem, quod maſculus habere valeret libertatem diſponendi in extraneos etiam ab inteſtato vocatos per legis diſpoſitionem, ſed potiùs eſſe deberet ſucceſſibilis ipſa fœmina, quæ ſupereſt de Agnatione, ſicuti adamuſſim erat Virginia Soror, cùm, vita ejus ſaltem durante, Agnatio in illius perſona conſervaretur, quod utique nullo modo contingeret in Extraneo, ſicuti paſſim pariter videmus in diſpoſitionibus Hominum, ſeù fideicommiſſis, in quibus fœmina, ſtante volita conſervatione Agnationis, ſæpe ſæpiùs
24 admittitur, & ſuccedit, vita ſaltem durante, per ea, quæ videri poſſunt in *annotat. ad deciſ. 46. num. 27. & 28. coram Me juxtà impreſſionem Urbis, & in Spoletana Succeſſionis 10. Decembris 1704. §. Minuſque, & 29. Iannarij 1706. §. Quoniam, coràm Reverendiſſimo P. D. Molines Decano, & in Sutrina Immiſſionis ſuper fideicommiſſo 19. Aprilis 1706. §. Purificatio verò, coram eodem.*

Poſtremò inculcabatur, quod in vanum Scribenter pro Joſepho, utpote agnoſcentes efficaciam, & importantiam Decreti prædicti emanati per Guidobaldum, prætenderent, quod illud non poſſet deſtruere Decretum editum per Fridericum ad preces Civium Foroſempronien.,

qui illud tantummodò requiſiverant pro confir-
matione eorum Statuti, dùm regula eſt indubi-
tata, quod ubi Conſtitutio generalis difformiter
ſe habet à Statuto proprio alicujus Civitatis,
ſemper eidem Conſtitutioni generali prævaleat
idem Statutum, ut in propoſito *Conſtitutionis*
Ægidianæ in materia cujuslibet Statuti præſeri-
25 bentis aliquas Solemnitates in contractibus,
continuò habetur, ut videre eſt penes *Card. de*
Luc. de Donat. diſc. 56., & diſc. 60. num. 3. &
ſeqq., & de alienat., & controv. minor. diſc. 35.
num 9., Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 9. num.
25., Rot. decif. 145. num. 15. poſt Conſtantin. ad
Statut. Urbis, & in Romana, ſeù Savonen. Suc-
ceſſionis 13. Martij 1705. §. Idque, coram Me.

Quoniam, quidquid eſſet de Subſiſtentia ſup-
poſiti, an Conſtitutio Friderici foret particula-
ris pro Civitate Foroſempronien., ſeù potius
26 generalis pro toto Statu, ut agnovere *Cornæus*
conſ. 90. vol. 3., Bergen. conſ. 83. lib. 1. Simon. de
Pret. conſ. 59., Gabriel. conſ. 18. lib. 2., necnon
Hector. Felic. alleg. 25. num. 15 lib. 3., quidquid
pariter foret, an eadem poſterior Conſtitutio
Guidobaldi ſtaret ampliative quidem in concer-
nentibus favorem maſculorum, & Agnationis,
& quatenus pertinebat ad ſuam Conſtitutionem
illa edita fuiſſet derogative ad quæcumque præ-
tenſa Statuta (cum de poteſtate Principis id
27 ordinandi nefas ſit ambigere) ſtantibus illis ver-
bis -- *nullis aliis Legibus, decretis, Conſtitutioni-*
bus, reformationibus, ſeu conſuetudinibus alias
factis in contrarium facientibus, non obſtantibus,
quibus, & cuilibet ipſarum, vel ipſorum in hac
parte derogari volumus, & expreſſe derogamus.

Nonne iidemmet Scribentes utendo ſolo Sta-
tuto Foroſempronienſi eamdem Virginiam In-
nocentii Sororem tuto excludere non potuiſſent
ab hæreditate Matris præmortuæ, cum ipſa Ma-
ter, utpote, ſicut diximus, præmortua, nul-
lo modo dotaſſet ex ſe ipſa eamdem filiam Vir-
giniam, quæ ſimpliciter dotata fuit a Tiberio
Patre, ipſoque Innocentio fratre, & tamen idem
Statutum loquens per prædictam alternati-
vam -- *vel* -- fœminas ſolum excludebat dotatas
ab hæreditatem dotantium, nonne idem Statu-
tum excluſionem injungens, loquitur de filia
dotata, nihil prorſus dicit de dotatione facienda
poſt adapertam Succeſſionem, itaut ſolum
Conſtitutio Friderici ſuperaddat -- *dummodo ipſæ*
filiæ dotatæ fuerint, aut dotentur, -- ideoque
quemadmodum neceſſe habebant, pro ſubſti-
nenda eorum prætenſa excluſione fœminarum,
licet ex poſt tantummodo fuerint dotatæ, gene-
rali Conſtitutione Friderici, & quommodo ex
paritate rationis procedere non tenebantur cum
alia poſteriori lege Guidobaldi, nam nec dero-
gatum, nec ſuppletum cenſeri poterat Statuto
ex ſuperventa Conſtitutione Friderici, ſi Statu-
tum reſpective ad Conſtitutionem generalem
deberet anteferri; intercedente autem paritate
28 rationis, eadem determinatio erat capeſſenda
quoad omnibus poſteriorem Conſtitutionem
Guidobaldi, ad tradita per *Text. in l. jam hoc*
Jure, ff. de vulgari, & papill., Rota coram Bich.
decif. 138. num. 19, & coram Iacobo Emerix dec.
583. num. 5., & in Romana, ſeu Portuen. Tenu-
tarum ſuper exceſſu quoad Vicarellam 26. Martii
1708. §. Ita, coram Me, & in Bononien. Fidei-
commiſſi de Barberis 17. Ianuarii 1710. §. finali,
coram R. P. D. meo Aldrovando.

Cœterum, quia Decretum Friderici, a quo
deſumuntur illa verba -- *aut dotentur*, -- ada-
muſſim ad petitionem cujuslibet Civitatis ſubdi-
tæ extendebatur, ſeu applicabatur etiam ultra
Civitatem Foroſempronien., ut videre eſt in
altero Decreto impreſſo apud *Card. de Luca, ubi*
ſupra pag. 221., quod cantat per ipſiſſima verba
pro Civitate *Callii*, recte Guidobaldus Succeſ-
ſor poſt Decretum Friderici, quod dici poterat
huic, & illi Civitati ſingulare inſimul, & ap-
plicabile, fecit ejus Conſtitutionem amplexan-
tem certo certius Statum univerſum, ut latiſſi-
me patebat ex toto procemio, & ſignanter ſub
illis verbis diſertis, poſtquam mentionem fece-
rat in ſpecie de præfato Decreto Friderici, ni-
mirum *illa eadem confirmare, ſed in quantum ad*
communẽ Populorum noſtrorum utilitatem Nobis pro
univerſali conſervatione Agnationum viſum fuerit
expedire eaſdem Conſtitutiones, & Decreta in hac
parte loquentia omnium, & ſingulorum Locorum
Juriſdictioni noſtri Status Subditorum corrobora-
re, ampliare, & extendere intendentes, proin-
deque ſi hujuſmodi poſterius Decretum erat ex-
tenſum ad totum Statum, & de cœtero robora-
tivum anterioris Decreti ipſius Friderici, uti-
que non poterat iſta lex poſterior non attendi,
vel in linea ſuppletoria, vel in linea derogato-
ria, cum ſemper poſterior lex, quando præci-
pue mentionem fecit de anteriori, veniat ante-
ponenda, & obſervanda, nec poſſit ſcindi una
pars illius diſpoſitionis ab altera, prout ſcindi
oporteret, quoties acciperetur Decretum Gui-
dobaldi in parte confirmativa Decreti Frideri-
ci, & non acciperetur in altera parte per præ-
dicta verba -- *donec*, & *quouſque* -- declarantia
29 temporalitatem, & non perpetuitatem exclu-
ſionis fœminarum, ſecundum ea, quæ ad ter-
minos primæ propoſitionis affirmantur per *Scri-*
bentes in l. omnes Populi, ff. de Iuſtit. & iur., Alex.
conſ. 141. num. 4. lib. 2. & conſ. 58. num. 7. lib.
4., egregie *Andreol. dicta controv. 60. num. 14.*,
& *Rota in Leodien Collectarum 28. Aprilis 1702.*
§. Decretum, coram R. P. D. meo Scotta Almæ
Vrbis Gubernatore, & in propoſito ſecunda *Bar-*
tol. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flumine publ., Rota
30 *in Romana ſeu Iannen. Trebellianica 10. Martii*
1684. §. Verum admiſſo coram clar. mem. Card.
Matthaio, & ejus confirmatoria 2. *Martii 1693.*
§. Ejuſdemque roboris in fine verſ. non potuiſſent
ſcindi, coram bo. me. Pio.

Atque ex his comperto, ut opinabantur me-
morati informantes pro DD. de Paſſioneis, quod
Virginia, tanquam non dotata, non fuiſſet ab
initio excluſa, & quatenus extitiſſet, adhuc ta-
men,

Digitized by Google

men, juata Conſtitutionem poſteriorem Guidobaldi, reintegrata remanſiſſet ad ſucceſſionem maſculis ceſſantibus, & defectis, pari modo ſubverti credebant alteram Aſylum renunciationis exaratæ per prædictam Virginiam eorum Matrem, & ob quam regulariter juxta Jura notiſſima nuſquam dari ſolet renuncianti regreſſus ut ait *Textus in l. quæritur 14. prope fin. ff. de*
31 *ædil. Edict., Rocc. Epiſc. Iſclan. diſput. Iur. Select. cap. 194. num. 9., Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 5. num. 4., & ſeqq., Rota coram Bich. dec. 31 num. 1., & in dicta Fulginaten. Succeſſionis quoad Carolinam 1. Iulii 1709. §. Cæterum, coram Reverendiſſimo Domino Decano, & in Cavallicen. Donationis 2. Iulii 1710. §. Non ambigerunt coram R. P. D. Lancetta.*

Ruere namque eamdem renunciationem conclamabant tàm ex capite nullitatis, quàm ex altero ceſſationis pariter, & reſolutionis ejuſdem renunciationis; Ex capite Sane nullitatis,
32 ex quo memorata renunciatio non apparebat inſinuata juxtà *Conſtitutionem Ægidianam*, ſignanter exteoſam ad Civitatem Foroſempronii, ut conſtat ex *eodem lib. 2. cap. 54. verſic. Civitates magnæ*; præcipue, dùm impetrata prænoſcebatur in iſto caſu licentia Eminentiſſimi Legati
33 aliàs omninò neceſſaria ex Decretis Ducalibus Provinciæ, ut advertit *Rota deciſ. 239. num. 1. par. 17. recent.*, eademque licentia poſitive injungebat obſervantiam ejuſdem Statuti, & Conſtitutionis, unde dùm præter ipſius Statuti neceſſitatem hoc idem erat implendum vigore præfatæ licentiæ, hinc non obſervatâ etiam il-
34 lius formâ, ſalvari ullatenùs nequibat prædicta renunciatio à vitio nullitatis, ut punctualiter proſecuta fuit *Rot. in dec. 743. n. 23. par. 18. tom. 2. recen.*

Aſt non minùs evidens erat alterum caput invalidativum hodie ejuſdem renunciationis ad præmiſſum effectum, ut non obſtante regula prædicta dari debuiſſet Virginiæ eadem reintegratio, ſeù regreſſus ad Bona renunciata; quoniàm cùm præmiſſa renunciatio ex ſui littera, ac ſenſu coruſcaret undequaque perſonalis, ſive exarata favore certarum Perſonarum, certe iiſdem deficientibus, ſeù defectis, virtus quo-
35 que, & effectus illius expiraverat, ex lato calamo congeſtis poſt *Bald. in l. pactum, quod dotali ſub num. 9.*, ibique *Caſtren. nu. 6. Cod. de collat.* per *Donat. de renunciat. cap. 7. num. 30. & ſeqq., Gallerat. eodem tractat. lib. 1. cap. 10. nu. 11., Fontanell. de pact. clauſ. 9. gloſſ. unic. par. 1. num. 15. Cancer. variar. reſolut. part. 3. cap. 15. num. 33., Rocc. diſput. Iur. Select. cap. 194. num. 55., Saminiat. controv. 99. num. 4. & ſeqq., & controv. 100. num. 23., Rota deciſ. 330. num. 2. part. 14. deciſ. 272. num. 4. part. 15. deciſ. 23. num. 8. part. 15., deciſ. 144. num. 19. part. 17. deciſ. 113. num. 6. part. 19., & deciſ. 19. num. 25. inter impreſſas ad ornatam Cardinalis de Luca de Dot., & deciſ. 15. num. 23. coram Me.*

Ex hac ſane littera, dùm in proœmio ejuſdem renunciationis, quod maxime in hac materia tamquam explicativum cauſæ, & animi renunciantis promeretur attendi, ex *Covarruv.*
36 *variar. reſolut. lib. 1. cap. 20. num. 2., Donat. de renunciat. lib. 2. cap. 44. num. 136., Rocc. diſputat. Iur. Select. cap. 194. num. 27., Rota coram Merlino deciſ. 62. num. 7.*, & poſt *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 109. num. 7., & in Romana Renunciationis 9. Maii 1710. §. Cætera vero, coram Reverendiſſimo Priolo.*

Aperte dicebatur, quod ipſa renunciatio fiebat ob amorem, & affectionem, quo proſequebatur Tyberium Patrem, & Innocentium fratrem, necnon quià *sommamente deſidera del tutto ſi conſervino li ſuoi Beni nella famiglia, & agnatione del detto Signor Tiberio ſuo Padre per conſervatione di quella*; ideoque ad ſummum poterat huiuſmodi forma renunciandi complecti, vel effectivam, vel ad omne pejus contentivam agnationem, ſed non quod utraque ceſſata, & defecta non intraret perſonalitas, & reſpective
37 reſolutio ipſius renunciationis, ut perpendendo iſta, & conſimilia verba -- *Sommamente deſidera* -- monuerunt *Alegrad. conſil. 36. num. 17. lib. 2., Rocc. diſput. Iur. cap. 183. num. 11., & 13., Spad. conſil. 1. num. 49. lib. 2., Fiſar. de ſanſlit. quæſt. 668. num. 15.*, Cyriac. *contr. 689. num. 61., Rota coram Baratt. deciſ. 469. num. 11.*, & ille alia -- *Per conſervatione* -- latinè vertenda *prò*, vel *ob*, & ſemper importan-
38 tia cauſam finalem, pariter adverterunt poſt *Text. in l. final. ff. de aliment., & cib. leg., Spad. conſil. 140. num. 3. verſ. Sicùt etiàm lib. 1., Altolin. reſolut. 40. num. 28., & ſeqq., Paulut. diſſert. 84. num. 59., & ſeqq., Rota coram Merlino deciſ. 869. num. 9.* cum aliis *in annotation. ad deciſ. 15. num. 22. coràm Me juxtà impreſſionem Vrbis.*

In hoc namquè bivio, & reſpectivè cardine diſtinctionis verſatur realitas, & perſonalitas renunciationum, ut quandò renuncians, non indiſtinctè, & abſolutè animo ſeſe ſemper abdicandi à bonis, faciendique ſe præmortuam,
39 emittit renunciationem, in qua nominatæ fuerunt certæ Perſonæ, in his terminis profectò renunciationes cenſeantur eſſe perſonales, nuſquamvè ultrà progrediantur, *Verr. de pact. fut. ſucceſſ. lib. 2. cap. 15. num. 7., Tartagl. de reſervat. ſtatut. art. 44. num. 3., Saminiat. dicta contr. 100. num. 5., Altograd. contr. 27. num. 6., & 7., Schettin. de pact. ſucceſſ. port. 3. ſect. 8. num. 2., Rot. deciſ. 17. num. 11., & 12. part. 19., & in annot. ad dictam deciſ. 15. num. 24. coram Me*, & quod ipſa ratio conſervandi bona
40 in agnatione per renunciantem contemplata, ſemper efficiat renunciationem perſonalem, & præſeferat pactum reſolutivum illa ceſſante, pluribus adductis oſtendit *de Marin. var. reſol. cap. 189. n. 15., & ſeqq., Rocc. Epiſc. Iſclan. diſput. Iur. ſelect. cap. 56. num. 7., Rota coram Merlin. dicta deciſ. 869. num. 9., & in rec. deciſ.*

Digitized by Google

ciſ. 143. *num.* 1., & *ſeqq. part.* 12., & *deciſ.* 23. *num.* 6. *part.* 15.

In idem præcipuè conſpirante etiàm ſenſu, hoc eſt mente renunciantis; cùm enim illa nuberet in ſæculo, & hac occaſione renunciationem iniret, præſumi quidèm poterat in ea voluntas renunciandi intuitu Patris, fratris, ac agnationis, non verò aliorum prorsùs incogni-
41 torum, ac extraneorum, ad differentiam ingredientis Religionem, quæ ex oppoſito cenſetur ſeſe indiſtinctè ſpoliare voluiſſe bonis univerſis, ut liberiùs Deo inſerviret, ex congeſtis per *Palm. Nep. alleg.* 393. *num.* 9., *Conciol. alleg.* 31. *num.* 3., *Caren. reſol.* 145. *num.* 5., *Manſ. conſult.* 358. *num.* 128., *Rota coràm San. Mem. Alexandro VIII. deciſ.* 10. *num.* 26., & *plurib. ſeqq.*, & *in Romana immiſſionis* 22. *Junii* 1707. §. *Abſquè eo, quod, coràm R. P. D. meo Lancetta*, & *in Cavallicen. Donationis* 21. *Novembris ejuſdem Anni* §. *Idque frequentiùs, coràm Me.*

Uniformis ſenſus, mens, & intêntio præſumenda omninò erat in Patre, & fratre renunciatariis, ii enim quidem exiſtimari poterant exoptaſſe renunciationem, ut pinguius propriæ
42 deſcendentiæ poſſent conſulere, ſed non quod umquàm cogitaverint de extraneis ad excluſionem propriæ ſobolis, quemadmodùm argumento *Textus in l. ſcripto* 6. *ff. unde liber.*, & *l. nam etſi Parentibus* 15. *ff. de inoffic. Teſtam. Corn. conſil.* 291. *num.* 4. *verſ. Et votum Patris lib.* 4., *Alexand. conſil.* 29. pariter *num.* 4. *lib.* 3., *Rot. dicta deciſ.* 23. *num.* 5. *part.* 15. *recent.*

Quin realitatem aliquam in contrarium ſuadere poſſet motivum dotis ultrà ſolitum, ut magnificabatur, renuncianti attributæ, illud namque valuit quidem in eadem renunciante progignere, ſeù promovere antidotalem ſpeciem gratitudinis, ut etiam præſeferebant ipſamet verba, ibi - *Ella eſſer ſempre ſtata ſommamente amata dal Signor Tiberio Sabbatelli ſuo Padre, e dal Signor Innocenzo unico ſuo fratello, e di preſente aver ſpiccate in grado ſingolare il ſuo amore, e liberalità verſo d' eſſa, mentre nel collocarla in Matrimonio &c. e nel dotarla di ſcudi* 16500. *di moneta d' Urbino hanno ſuperato il ſolito della Caſa &c. e quaſi il potere del Patrimonio, e delle facoltà, e deſiderare però grandemente di moſtrare verſo li medemi vicendevole amore, e gratitudine* - Verùm non exindè cauſa hæc ſimpliciter excitativa poterat egredi terminos, & confinia cauſæ merè impulſivæ, tanquàm non dans, & excitans, niſi ſtimulum quemdam, & impulſum diſpoſitioni, non autèm totaliter informans, & efficiens cauſam finalem renunciandi, præſertim, dùm plus illud, vel minus non erat condignum tanto exceſſivo pretio renunciationis, ideòque cùm de cætero dos proveniret a Jure ſic
43 cogente Patrem, & fratrem, & paſſim dixere *ſcribentes*, quod dos in hoc caſu nuſquam cenſeatur verè correſpectiva, atquè ſufficiens ad efficiendam renunciationem realem, per ea, quæ ponderarunt *Caſtren. in l. potent num.* 9. *Cod. de pact.*, *Mandell. conſil.* 45. *nu.* 3., *Rocc. diſput. Iur. cap.* 105. *num.* 36.

Addito, quod niſi vellemus, effectum tranſcendere limites cauſæ ejuſdem effectus originativæ, ſi qua proindè traditio produceret realitatem, talis realitas forèt temperanda, & reducenda quandiù durarent Perſonæ contempla-
44 tæ, ad hoc, ut firmior illarum reſpectu remaneret ipſa renunciatio, ex *Paſſerino in cap. Quamvis pactum num.* 49., & 52. *de pact. in* 6., *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 43., *Rota apud eumdem deciſ.* 63. *num.* 5., & *deciſ.* 64. *num.* 6., & *deciſ.* 116. *num.* 20., & in *Piſauren. fideicommiſſorum* 27. *Aprilis* 1703. §. *Nec ſubſiſtit, coram R. P. D. meo Lancetta*, & *in Peruſina Immiſſionis* 15. *Ianuarii* 1706. §. *Non obſtat, coram R. P. D. meo Scotto*, ac iiſdem Perſonis extinctis reſtabat in ſuo eſſe perſonalitatis,
45 ablata realitate, ex iis, quæ ſubiungunt *Revit. conſil.* 23. *num.* 21. *lib.* 1., *Donad. de renunciat. cap.* 7. *num.* 300., *Rocc. diſput. Iur. cap.* 56. *num.* 7., *Seminiat. dicta controv.* 100. *num.* 9., & *num.* 47., *Altolin. reſol.* 74. *num.* 27., *Rota poſt. Torr. de pact. dicta deciſ.* 63. *num.* 1., & 4., & *dicta deciſ.* 64. *num.* 6. 11., & *in dicta Peruſina Immiſſionis* 15. *Ianuarii* 1706. §. *Non obſtat, coràm R. P. D. meo Scotto.*

Accedente ulteriùs, quod in facto neutiquàm poterat dici dos adeò magna, ut ad illius proportionem poſſet juſtum reputari pretium adeò effrenatæ renunciationis, cùm Bona Paterna de facto jam aſcenderent ad ſcut. 40. mil., & ultrà, & ipſe Pater unicum haberet maſculum, ac unicam fœminam; Mater verò, in cujus bonis debebatur Virginiæ legitima, Patrimonium reliquerat longè majus, nempè ſcutorum 60000. Vir deniquè, qui Virginiam deſponſabat, perſpicua nobilitate, & divitiis præfulgebat, Quamobrem ex toto complexu talium circumſtantiarum nequaquàm poterat reputari Dos ſuprà ſuam congruitatem indigen-
46 tem ulla correſpectivitate renunciationis, hæc enim omnia fore in Dotis conſtitione ponderanda, dicebat *Cajus in l. cum poſt divortium* 69. §. *Gener à Socero, de jur. dot. verſ. Dotis enim quantitas*, & *l. ſi filiæ* 43. *ff. de legat.* 3. *verſ. Ex dignitate*, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 1. *num.* 2., *Marcſcott. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 26., *Boſi. de dot. cap.* 13. *n.* 1., & *ſeqq.*, *Rota coràm Buratt. deciſ.* 107. *num.* 8., & *in rec. deciſ.* 131. *n.* 1. *part.* 4., & *in Romana Taxationis congrum dotis* 15. *Aprilis* 1695. §. *Plures, coràm Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano.*

Et ob id vanum reddebatur ſuperinducere ultra literam, ultra ſenſum, hujuſmodi realitatem, ex quo in acceptatione renunciatariorum extiterit a Notario in iſta expreſſio - *accettanti per ſe, e loro ſucceſſori, & Eredi predetti* - iſta etenim nequaquam valebat operari, quod renunciatio alias, ut ſupra, perſonalis verteretur in realem

lem, & tranſitoriam ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, ſed erat juridice, & naturaliter intelligenda in ordine ad filios, & deſcendentes, & ſic hæredem, & ſucceſſores ſanguinis; Cum enim principaliter inſpicienda ſint verba, ac perſcrutanda mens renunciantis ſeſe privantis re renunciata, & non illa renunciatarii magis fortaſſe acquirere ſemper ſatagentis, certe dum, ut ſupra, Virginia contemplata erat certas perſonas, in littera, & in ſenſu hæc erat anteferenda, & non mens, & intentio ſtipulantis in formula latiori, maxime dum clauſula cæterata, quæ aliquam vim quandoque facere ſolet pro comprahenſione Extraneorum, erat ſolummodo adjecta verbo *predetti &c.* unde cum ſuperius non fuerint niſi nominatæ perſonæ, non fuerit niſi conſiderata agnatio, hujuſmodi dictio *predetti* limitative, & indubitanter reſtringebat diſpoſitionem ad
47 eaſdem perſonas demonſtratas, & ſic ad ſummum etiam hæredes de agnatione jam prædicta, ex deductis per *Honded. conſil. 29. n. 101. lib. 1., Cyriac. contr. 475. num. 10., & 11., Altolin. reſol. 40. num. 36., Rota coram Dunoz. Jun. deciſ. 55. num. 13., & in rec. deciſ. 297. num. 17. part. 18.*

Corroborabatur hic intellectus a verbis emiſſis per eamdem Virginiam in ſupplici libello porrecto pro obtinenda licentia renunciandi ab Eminentiſſimo Legato; in eo etenim Virginia explicans ejus intentionem, præciſe ſic enata eſt - *riſolve di fare per ſe, e ſui Eredi, e ſucceſſori a favore del medemo ſuo Padre, e fratello e loro deſcendenza totale, aſſoluta, e libera rinuncia*, - ac propterea quid importare poſſet, & includi ſub illa dictione cæterata *predetti &c.* nimis clare remanebat explicatum in hujuſmodi materno ex ejus parte tranſmiſſo ſupplici libello explicativo ejus, quod potuit involui in phraſi cæterata Notarii, nempe quod include-
48 rentur ad ſummum cuncti deſcendentes, cum paſſim affirmari ſoleat, quod non ſolum Inſtrumentum declarationem, & interpretationum recipit a Capitulis, ex deductis per *Adden. ad Gregor. deciſ. 168. num. 8., Palm. Nep. alleg. 87. num. 16., Rot. deciſ. 59. num. 12. part. 4., & deciſ. 250. num. 18. part. 6., & deciſ. 287. num. 7., & 8. part. 9., & deciſ. 241. num. 23. part. 17. rec.* Verum etiam, quod eadem Capitula, tamquam verba Partitur, præferuntur ipſi Inſtrumento, in quo verba ponuntur a No-
49 tario, ut inquit *clar. mem. Card. de Luc. de Dot. diſc. 158. num. 13. verſ. Cum ſæpe Notarii, Rot. coram Merlin. deciſ. 608. num. 14., & ſeqq., & in rec. deciſ. 66. num. 9. part. 19., & in Firmana Bonorum, ſeu Donationis 9. Maii 1707. §. Objectum enim, coram Eminentiſſimo Priolo*, & dixi *Ego in annot. ad deciſ. 80. nu. 72., & 73. juxta impreſſionem Urbis.*

Huc uſque acriter, & ſtrenue præteritas reſolutiones, & ſententiam deſtruere ſibi blandiebantur ſcribentes pro DD. de Paſſioneis, quo etiam ad alterum punctum tactum in præteritis reſolutionibus ſuper eo, quod in omnem caſum obſtaret Virginiæ qualitas hæreditaria reſpectu Innocentii fratris, & cujus ob id impugnare nequaquam valuiſſet diſpoſitionem, & legatum Conjugi relictum, ſatis, ſuperque reſpondere pullicebantur occaſione alterius Dubii ad partes per Me proponendi, & de facto ſucceſſive propoſiti. Verum *Domini* unanimiter in hodierna Audientia approbantes, & confirmantes ſententiam Rotalem, quæ præceſſerat, *R. P. D. mei Aldrovandi*, ſtatim circa primum articulum, de quo ſuperius in objecto a §. *Dicebatur igitur* uſque ad §. *Atque hac*, fruſtratorium immorari exiſtimarunt ex tribus, etiam ſeorſim a qualibet demonſtratione, ſeu peculiari reprobatione, & diſſolutione contrariorum, argumentis ineluctabilibus; unum erat, quod parum intererat perpendere, an Virginia non dotata de tempore apertæ ejus ſucceſſionis, ſive Patris, ſive Matris, foret excluſa per ſtatutum Foroſempronii, dum in altero poſtmodum articulo renunciationis pro ea informantes, ac prætendentes ejuſdem renunciationis excludere realitatem, ultro, & perſpicue fatebantur, quod (præciſive a prætenſa nullitate) eadem renunciatio foret perſonalis, ac perduraret, & foret efficax tantummodo durantibus Agnatis, & ipſo Patre, ac fratre, contemplatis, ut ſupra ex §. *At non minus cum pluribus ſequen.*, & ſic uſque ad ſuperexiſtentiam Innocentii, quod ab hæreditate materna Virginia foret excluſa vel per ſtatutum, vel per renunciationem, in nihilo referebat, quando etiam namque eidem in vim
50 Juris communis, ſecluſo ſtatuto, pertinuiſſet ſucceſſio, illam ab ea arcebat indubitata renunciatio, juxta congeſta per *Gallerat. de renunciat. cap. 44. num. 120. lib. 2., Altolin. reſol. 40. num. 13., Capon. de pact. & ſtipul. qua l. 53. num. 13.. Andreol. contr. 310. nu. 13. Terr. de pact. fut. ſucc ſi. lib. 2. cap. 1. num. 44., Rota in Romana Immiſſionis 21. Junii 1707. §. Pariterque non relevat, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Et in rei veritate, id ipſum agnoverant ipſimet DD. de Paſſioneis, qui coram *R. P. D. meo Aldrovando* ſubſcribi ab initio permiſerunt Dubium, *An ſit locus reintegrationi*, & illud met identificum poſtea comparentes paſſi fuerant diſceptari, reintegratio enim ſupponit privationem, ideoque ad quid refricari hanc inutilem quæſtionem, quando etiam ex illorum confeſſione cecidiſſe a ſucceſſione reſultabat, ut in ſimili tolerantia diſputationis Dubii animadverſum fuerat in *Romana Cambii 20. Martii 1709. §. Diluenda*, & clarius §. *fin. coram Me*, & eſt de per ſe notiſſimum, quod quicumque
51 petit reintegrationem fatetur, ſe a ſuo priſtino jure, & poſſeſſione cecidiſſe, ex addnctis per *Rot. deciſ. 45. num. 2. part. 15., & in Leodien. Juriſpatronatus 16. Januarii 1702. §. Ante-*

terior autem, coram bon. mem. Muto, & in Romana Salviani 6. Decembris ejuſdem Anni §. Certius, coram Reverendiſſimo D. Decano, & in Majoricen. Beneficii 6. Decembris 1709. *§. Saltem coram eodem*, & melius *in Caven. Iuriſdictionis ſuper Territorio ſeparato 13. Iunii* 1710. *§. Quinimmo, coram R.P.D. meo Falconerio*.

De reliquo vanæ etiam ex alio Capite erant in concreto pleræque quæſtiones excitatæ ſuper eodem primo articulo ſtatutariæ excluſionis, utrum ſcilicet fœminæ per Patrium ſtatutum a ſucceſſione excluderentur propter dotem, vel propter agnationem, ſat enim erat, quod ſive ex uno, ſive ex altero Capite excluderentur, non poſſet Soror in concurſu fratris aſpirare ad maternam ſucceſſionem, quia prædicta quæſtio, ſive diſtinctio *Caſtrenſi* attributa *in l. Titia centum 70. §. Titio genero ff. de condit., & demonſtrat.* cum aliis cumulatis ſupra ſub §. *Quo-*
52 *niam præcitata*, quibus addi poteſt *Card. de Luc. de Dot. diſc. 13. num. 4.*, & prius *Boſſ. eodem tract. cap. 7. ex num. 43. cum ſeqq.* Reſpicit alias, & omnino remotas importantias, & effectus, nempe an in uno, vel in altero caſu dos ordinata per ſtatutum ſuccedat, necne loco legitime, & an pariter fœmina excluſa uno, vel altero modo, ſeu ratione faciat, & ad cujus favorem, partem in ipſa præfinitione, & taxatione legitimæ; nuſquam autem hæc diſtinctio, & theorica *Caſtren.*, *& Bartoli*, quam de cætero non ſemper tutam appellat *Card. de Luc. dicto diſc. 4. num. 5. de Dot.* quidquam habet commune cum ſucceſſione, & conſucceſſione, nam fœmina in utriſque circumſtantiis ſemper remanet excluſa a reliqua ſucceſſione præter illam portionem Dotis, ſeu Legitimæ.

Itaque redeuntes *Domini* ad ſubſtantiam ejuſdem primi articuli animadvertebant, quod tota vis in præſenti hypotheſi ſtabat, an prædicta dotatio Virginiæ pro illius excluſione in vim ſtatuti facienda foret, vel deberet eſſe facta de tempore obitus illius Matris, & in hoc (omiſſa etiam ponderatione illorum verborum, quæ legebantur in Decreto Ducis Friderici, *dummodo ipſa filia dotata fuerint, aut dotentur*, utrum ſcilicet per illud verbum *dotentur* comprændatur tempus etiam futurum, nempe poſt delatam ſucceſſionem, & antequam adveniat caſus contrahendi Matrimonium) litteralis in omnem eventum eſſe videbatur cenſura ultimi Decreti Ducis Guidobaldi ſub illis verbis, ut ibi - *Teneantur tamen dd. filii maſculi, quatenus filiæ fœminæ ab Avo, Avia, Patre, aut Matre dotatæ non fuerint, illas, & quaslibet ipſarum condecenter, & congrue dotare, inſpectu qualitate Perſonarum*, proindeque perpenſo tenore ejuſdem noviſſimæ Conſtitutionis, prætenſio DD. de Paſſioneis ceſſabat in radice, abſque eo, quod amplius ipſi valerent impugnare, ſeu controvertere, quod idem Decretum Guidobaldi comprehenderet, declararet, vel ſuppleret ſtatutum Forolempronii, dum ipſi Paſſionei utebantur eodemmet Decreto ad hunc præciſum effectum, quando ſuper altero articulo reintegrationis totam eamdem reintegrationem etiam reſpectu Patrii ſtatuti deſumebant ex dictione *donec, et quouſque*, aliiſque verbis adjectis in hac, ut diximus, noviſſima Conſtitutione Guidobaldi, nequit enim quiſpiam partem legis, vel diſpoſitionis pro ſe allegare, &
53 alteram reſpuere, ex bene connotatis in *dicta Romana, ſeu Ianuen. Trebellianicæ 2. Martii 1693. §. Ejuſdemque roboris circa finem, coram bon. mem. Pio*.

Aſt quando etiam præſcindere luberet ab hoc ultimo argumento Conſtitutionis Guidobaldi, certe exuberabat altera præcedens Friderici quæ tam univerſaliter, quam particolariter identificam Civitatem Forosempronien. amplectebatur, ſiquidem, licet nimis ſubtiliter dici potuiſſet, quod illud verbum *dotentur* intelligi deberet juxta tempus volitæ per maſculos excluſionis fœminarum, adhuc difficile eſſet adinvenire *Auctoritatem*, quæ peculiariter feriret ſupradictam hodiernam hypotheſim, & in hominem caſum, & quis non agnoſcebat, quod idem verbum *dotentur* rationabiliter intelligendum erat etiam poſt, alias quippe, dato contrario ſenſu, ſequeretur, quod nimis de raro Conſtitutio Friderici ampliativa ſtatutariæ excluſionis quidquam operaretur in Virginibus innuptis, etenim nunquam dotantur
54 (ut etiam ſupra per eoſdem DD. de Paſſioneis opponebatur) quando ſunt impuberes, cum dos non poſſit eſſe ſine Matrimonio, ad *Text. in l. jubemus, Cod. de repud. & l. cum his, Cod. de donat. inter Vir., & Vxor. clar. mem. Card. de Luc. de dot. diſc. 1. num. 8., & diſc. 143. num. 1., & ſeqq., Rota in Terracinen. Immiſſionis 26. Februarii 1712. §. fin. coram R. P. D. meo Criſpo*, & ſatis de raro deſignari ſolet, & taxari dos anticipate, niſi in ſolo caſu, quo Virgo prædita jam graveſcenti ætate, vel ob exiſtentiam fideicommiſſorum, poſſit facilius Virum invenire, ut
55 liquet ex *Gabr. conſil. 5. nu. 10. lib. 1., & conſil. 139. num. 22. lib. 2.* cum aliis in *dec. 179. num. 10., et num. 11. verſ. deterior fiat earum conditio inveniendi Virum, part. 13. rec., et in Romana Dotis 21. Iunii 1697. §. Tum quia, coram R.P.D. Lancetta*, & de facto hanc quæſtionem promovet *Fenzonius ad dict. ſtatut. Vrbe cap. 145. num. 20. lib. 1.*, utrum ſcilicet fœminæ ad effectum, ut dotentur ex poſt, ſed antequam nubant, valeant petere ſibi caveri de hoc adimplendo, ex *Iſernia, aliiſque Auctoritatibus*, inibi laudatis.

Indeque quotidie deſumpſerunt *Scribentes*, quod etiamſi Statutum utatur ſolo verbo - *Dotata*, nihilominus quia talia Statuta, ſeu Pragmaticæ, & conſuetudines totius ferme Italiæ conſpirarunt in prædilectione Agnationis, & maſculatis, abhorrendo quodammodo in hac parte contrarias leges *Græcorum*, ideoque ſignanter illam, quæ incipit - *maximam Vitium* -

ſe

ſe ſe obtegerunt voluntaria acceptatione, quam fecerunt earumdem legum Conſtantinopoli æditarum clypeo propriæ in oppoſitum conſuetudinis in ſcriptis redactæ, itaut, ad id oſten-
56 dendum, integrum *Tractatum* deſuper compilaverit, & hæc conſpirantia Statuta Italiæ tranſcripſerit *Card. de Luca ſub titul. de Statut. ſucceſſ.*, & notaverit *Conſtantinus ad idem Statutum Vrbis annotat. 39. artic. primò numero primo, & ſeq.*, quod, & animadvertit *Rota in Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium ſuper Hæreditate materna 19. Iunii 1705. §. Quodque revera coram R. P. D. meo Lancetta.*

Eadem, inquam, Statuta plerumque per correſpondentia verba illi, quod implicite importent *detentur*, determinarunt ſufficere, quod frater, vel alia perſona ex maſculis excludere
57 volens fœminas paratus ſit eaſdem fœminas excluſas dotare, ut antiquioribus omiſſis firmavit *Conſtantin. dicta annotat. 39. num. 226, & Rota in Terracinen. Immiſſionis 26. Februarii 1712. §. Nec ad effectum, coram R. P. D. meo Criſpo*, immo, & dicatur dotare paratus eo
58 ipſo, quod paternam frater hæreditatem adivit, ut optime ſubnectit *Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 145. num. 23. libro primo*, & ab eo allegata *Rota diverſor deciſ. 140. num. 6. par. 3.* quos ſequitur etiam idem *Conſtantin. ad Statut. Vrb. in citat. annotat. 39. art. 3. num. 232.*

Abſoluto hoc primo puncto, & deſcendendo proptarea ad alterum aliquo modo apparenter diſceptabilem circa reintegrationem, animadverterunt pariter *Domini*, quod innegabile in primis erat, quod ſive inſpecto Statuto Foroſempronii, ſive Conſtitutione Friderici, reintegratio huiuſmodi non erat ſomniabilis, itaut ſive Statutum fœminas excluderet propter dotem ſive propter maſculos, & Agnationem, regula hodie ſubintrarat inexpugnabilis; quod fœminæ ſemel excluſæ, perpetuo, & ſemper remanent
59 excluſæ, ex plene deductis per *Brun. de Statut. excluſ. famin. artic. 10. quæſt. 5. num. 62. Gabriel. de Statut. Concluſ. 4. Vrceol. conſultat. for caſ. Cap. 78. num. 96., Conſtantin. ad Stat. Vrb. d. annotat. 39. num. 289. ad 291. Rota poſt camdem dec. 133. n. 15., & in rec. dec. 235. num. 1., & 2. p. 19.*

Neque negocium faciebat, hoc principio præmiſſo, poſtrema Conſtitutio Guidobaldi ob illa verba -- *donec, & quouſque maſculi ſuperfuerint*; Siquidem quatenus ſuper intellectu hujuſmodi Conſtitutionis foret dimicandum cum ſuperius allegatis Auctoritatibus *Hondedei, Eugenii, & Ridolphini* ex una, *Spadæ, Andreoli, Hectoris Filicii*, & aliorum, ſi qui adeſſent, ex altera, prævalere *Domini* dicebant debere ſemper robuſtiores rationes allatas a primis, & etiam, quia licet non fuerit ea Cauſa definita per Sententiam poſitivam, Pars contra quam ſcripſit *Hondedeus*, nihilominus percipiens, ſe ius non fovere, eamdem Cauſam dereliquit, uti teſtabatur *idem Honded. in finem ejus Conſilii* & palinodiam canens non diffitebatur *Andreolus* in poſtrema *controverſia* ſuperius allegata; quapropter ſuccedebat alia regula; quod non quidquid dicant *Conſulentes* ad opportunitatem Cauſæ,
60 & Clientis reſpiciendum veniat, ſed quidquid poſtea fuerit deciſum, & ſubſequutum, ut advertit, & profitetur *Vincent. de Franch. dec. 260. ſub num. 5. verſicul. Vnde cum ſit indicatum, Gizzarell. dec. 51. num. 18., Saminiat. controv. 101. nu. 29. Rot. dec. 49. ſub nu. 9. verſicul. Adeout, poſt Cardin. Albit. de Inconſtant. in Judic., & in Firmana Juriſdictionis ſuper reſervatis 15. Aprilis 1701. §. Explicata, coram Reverendiſſimo D. Molines Decano.*

In ordine vero ad rationes plene reaſſumptas, & poſtea explicatas in *Deciſionibus R. P. D. mei Aldrovandi*, nempe in illa 18. *Aprilis 1712. ex §. Abſque eo, quod cum ſeqq.*, & in altera 26. *Junii ſubſequentis ex §. Quibus poſitis cum pluribus ſeqq.*, quibus *Domini* firmiter inhærebant, & adhæſerunt.

Attamen, quia *Sacrum Auditorium* parum curando de his, quæ congeruntur a præfatis *Conſulentibus* ad opportunitatem, ſed mature collibrando, & perpendendo Spiritum legis, & rationis conſuevit inniti vivacitati, & fundamento ejuſdem Spiritus, ut ſignanter docebat: exemplum practicatum in illa *Lucana fideicommiſſi de Podiis*, in qua ſcripſerant antiquiores *Conſulentes* in contrarium *Menochius, & Parentius*, abſque eo, quod appareret, ullum alium in eo caſu, ſcripſiſſe, nihilominus agnita earumdem fundamentorum levitate reſpondit oppoſitum, uti videre eſt in eiuſdem Cauſæ *Deciſione ſub die 12. Junii 1711. ex §. Quidquam, & ſeqq. cor. R. P. D. meo Criſpo.*

Ad novas idcirco etiam hodie rationes oculorum intellectus aciem intendit, licet, ut ita dicamus, ex abundanti, eæque ſatis proſternebant de per ſe omnia ratiocinia, diſcurſus, & argumenta, quæ fiebant per Defenſores DD. de Paſſioneis: Dato namque, quod memorata Coſtitutio Guidobaldi (non obſtantibus iis, quæ mordicus ſubſtinuit *Hondedeus*, & eum amplectendo dixit *Rota* coram memorato *R. P. D. Aldrovando*) ligaret etiam Civitatem Foroſempronienſem tanquam nova Lex univerſalis, ac informativa, & ſuppletiva prædicti Statuti, & Conſtitutionis Friderici, adhuc in quanam parte poſſibile erat, quod unquam eadem ſuperventa generalis Conſtitutio cogitaverit derogare, ſive minuere Patrium Statutum, & antecedens Decretum Friderici eidem Civitati Foroſempronii ſingulariter applicitum, dum exceptis verbis generalibus appoſitis in fine Conſtitutionis ejuſdem Guidobaldi, quaſi ad inſtar illius Clauſulæ, quæ de ſtylo ſemper apponitur etiam in Bullis Apoſtolicis - *non obſtantibus &c.* in nullis aliis verbis imminuit, ſed potius ſemper perauxit maſculorum favorem longe plus, quam contineretur per antea in Statutis, & Decretis Friderici: nam in ordine ad Statutum Foroſempronii, diſputabile

j.... erat illo ſolum ponderato, An fœmina
dotata ab uno excluderetur ab aliorum non do-
tantium hæreditate, & circa Decretum Fride-
rici, in altero caſu, quod fuiſſet fœminæ at-
tributa minor dos; quam importaret legitima,
pariſoriniter ei relinquebatur locus ſuccedendi
in hæreditatibus eorum, qui nullo modo dota-
verant; in Conſtitutione vero Guidobaldi in
gratiam prædictæ maſculinitatis, & agnationis
palam iniungebatur, quod fœminæ contentæ
eſſent dotibus *ſibi relictis*, *conſtitutis*, *datis*, *&*
promiſſis a quocumque, & ecce, quod utique in-
61 diſpenſabiliter in hac parte Conſtitutio Guido-
baldi præſeferebat maiorem favorem maſculo-
rum, ideoque nequibat idem favor converti in
odium tam grande, ut auferret ipſis maſculis
excluſionem contra fœminas in ſempiternum
acquiſitam, juxta *Cap. quod ob gratiam* 61. *de
reg. Jur. in* 6., *& Textum in leg. quod favore
Cod. de legib. Rot. dec.* 229. *nu.* 5. *part.* 18., *&
in Romana Cambii* 26. *Junii* 1697. §. *Idque ma-
nifeſtius*, *alias dec.* 13. *num.* 8. *inter hactenus Ro-
mæ impreſſas coram Me*, *& in Romana*, *ſeu Nul-
lius* 7. *Maii* 1703. §. *Quo enim*, *cor. R. P. D. mea
Scotto*, *& in altera Romana Cambii* 20. *Martii*
1709. §. *Siquidem*, *cor. Reverendiſſime P. D.
Molines Decano*.

Rurſus Statutum excludebat in littera ſolum
dotatas, & vix Decretum Friderici adiungebat
illa verba - *aut detentur*; Guidobaldus autem
litteris cubitalibus indulſit maſculis fœminas ex
poſt poſſe dotare, quemadmodum apparebat ſub
tranſcripto iam §. *Teneantur*, ac denique ſub
§. *Final.* profeſſus clare fuit, ſe voluiſſe in favo-
rem maſculorum magis extendere legem ſuam,
& nullatenus præiudicare intendiſſe Statutis,
Reformationibus, ſeu Conſtitutionibus antece-
dentibus: quantum vero præiudicaſſet Statuto
Foroſempronienſi, & Decreto Friderici nemo
non videt, cum, ſi fœminas per umbram ob
prædicta verba -- *donec*, *& quouſque &c.* rein-
tegrare cogitaſſet, vice relinquendi libertatem
ultimo maſculo, ut poſſet de rebus ſuis, vel ſuis
effectis per excluſionem fœminarum diſponere
in quoſcumque ei bene viſos, iniiceret ſuper
iiſdem bonis quoddam veluti novum, & extra-
ordinarium Fideicommiſſum neceſſario impe-
ditivum præmiſſæ libertatis, eum poſtea cogen-
do, ſucceſſionem iam etiam poſt longiſſimum
tempus radicatam in eodem ultimo maſculo,
reſtituere fœminis, & iiſdem etiam defectis, ab
eis cauſam habentibus, ſicuti importat vera
62 reintegratio, quando eſt ordinata ab habente
poteſtatem, uti ponderatum fuit per *Rot. in
Peruſina Reintegrationis* 8. *Maii* 1711. §. *Cumque*,
& ſeqq. . *coram Eminentiſſimo Card. Priolo*, con-
firmata 9. *Maii* 1712. *coram eodem*, & habetur
ſignanter ex Statuto Peruſino, aliiſque, de
quibus infra.

Cumque ſupra diximus, atque oſtenderi-
mus, quod in nullis aliis verbis omnes hoſce fa-
vores minuere intellexerit Guidobaldus, viden-
tium renanebat (ſemper tamen, ut diximus,
quodammodo ex abundanti) an illa verba -- *do-
nec*, *& quouſque maſculi ſuperfuerint* -- ſuperin-
duxerint hanc prætenſam reintegrationem: Et
ſane in abſtracto non negabatur, quod præmiſſæ
dictiones -- *donec*, *& quouſque* -- ita in genere
ſumptæ, ac de ſui regulari natura non impor-
tent ſuſpenſionem, limitationem, & reſtrictio-
nem temporis, ſed hoc non ſemper eſt verum,
neque congruebat tenori Conſtitutionis Guido-
baldi, aut ullo modo ipſius intentioni; Quo-
niam in primis talem reintegrationem fortaſſe
huiuſmodi dictiones potuiſſent præſeferre, quo-
ties eædem fœminæ iam non fuiſſent excluſæ per
antecedens Statutum, & Decretum Friderici,
quia facilius poterat Legiſlator eodem tempore,
quo ultroneo elargiebatur beneficium excluſio-
nis pro maſculis, illud temperare ad tempus; ſed
quod ex ſint habiles in Conſtitutione nova aufe-
rendi iam fundatam, ſtabilitam, & perfectam,
conſumatamque excluſionem aliunde derivan-
tem, quam a beneficio novæ legis, difficile eſt,
quod reperiatur, qui hoc dicat in his terminis,
maxime, quia de facto cuncta Statuta, & Con-
ſtitutiones, quæ vere fœminas reintegrari ſan-
xerunt, non per ſimiles dictiones -- *donec*, *&*
63 *quouſque*, ſed aperte, & ex aliqua ulterius ra-
tionabili expreſſa ratione dixerunt, ut videre
eſt in *Statuto Maceratenſi* poſt *Card. de Luca de
Statut. Succeſſ partic.* 90. *verſicul. Propterea vo-
lumus hoc caſu reintegrari*, & in *Statuto Peruſinæ
Civitatis partic.* 118. §. *Item ſtatuimus*, ibi - *di-
ctis Mulieribus*, *ac dictis earum deſcendentibus in
actu reintegrationis ius ſalvum remaneat Statut.*,
de quo *Rota poſt Gilian. ad idem dec.* 63. *nu.* 1.,
& dec. 67. *numero primo*.

Atque hinc non improprie, & immerito ultra
diverſos intellectus hiſce dictionibus eleganter,
& iuridice attributos, & relatos ab *Auguſt. Bar-
boſ. dict.* 93. robuſtior eſt ille etiam a *Divino
Textu* comprobatus *in Evangelio*, quod nempe
hæc dictio ponatur quandoque potius ad negan-
dum, quam ad inferendum, vel probandum
contrarium, dicente enim *Divo Matthæo* in
ejus *Evangelio Cap.* 1. -- *Joſeph non cognovit Ma-
riam*, *donec peperit filium ſuum Primogenitum*,
non ſolum iniqua in illo caſu, & abſurda eſſet
interpretatio, quod poſtquam paruit Primoge-
nitum (abhorrent aures Blaſphemiam) Sanctiſ-
ſimam Virginem Deiparam cognoviſſet, ſed
64 etiam de ſtricto rigore litteræ talis dictio -- *do-
nec* -- nunquam, vel admodum raro converti
valet in affirmativam, prout hoc adamuſſim
argumento utitur *Divus Hieronymus*, ſuper quo
totum ferme hunc præciſum titulum *de verbo-
rum ſignificationibus* fundavit noſtrum Jus Canoni-
cum, ac *Pontificium*, alias *lib.* 5. *tit.* 40. *Cap.* 5.
quod incipit -- *Joſeph*, deſuperque obſervavit
*Hieronym. Gonzal. in ſuis Commentar. ad ſingulos
Textus quinque librorum Decretalium Gregorii
IX.*, & concordat prædictus *Auguſtinus Barboſ.*
adducto etiam *Card. Tuſco in d. dec.* 93. *num.* 9.

Ut

Ut enim idem *Divus Hieronymus* in eodem *Cap. 1. Matthæi lit.* C. opportunè ſubiungit ſuper illis verbis -- *antequàm convenirent -- exinde non ſequitur, quod poſteà convenerint, ſed Scripturæ quod factum non ſit oſtendit*; quapropter ad rem applicando, Conſtitutio Guidobaldi, quæ de cætero erat in omnibus augumentativa favoris maſculorum, & excluſionis fœminarum, ut ſuprà abundè demonſtravimus, neceſſariò erat intelligenda in ſenſu magis, quàm fieri poſſet, excluſivo, magiſque negativo cujuſlibet Succeſſionis, quàm non unquàm eſſet vertibilis in affirmatiuum, præcipuè dùm præmiſſa verba -- *donec, & quouſque maſculi ſuper fuerint* -- poſitive per modum negativum applicavit, decrevitque habere locum in caſibus quoque, in quibus antecedentia Statuta, & Conſtitutio ipſa Friderici non fuiſſent, ut ſæpius ponderavimus in præſenti *Deciſione*, de per ſe operativa adversùs fœminas, ut ibi -- *Succedere non poſſint, nec agere ad jus aliquod legitimæ, vel ejus ſupplementi, aut congrua dotis, vel aliquo alio quæſito colore poſſint, debeant habere regreſſum ad Bona, & hereditatem Patris, Matris, Avi Avia, ſeu fratris, vel alterius ipſo-
65 rum, vel ipſarum*, paſſimque de facto videmus in Jure noſtro Phyloſophicum verificari axioma illud -- *non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe* de quo *Rot. coram Emerix Junior. deciſ. 1170. num. 3., & in Romana Cenſus 5. Maij 1710. §. Incaſſum, & in Placentina Decimarum 16. Maij ejuſdem Anni* utraque *coram Me, & in Imolen Salviani ſuper Prædio della Mareoncina 27. Junij* paritèr *Anni 1710. §. Quidem, coram R. P. D. meo Criſpo*; non enim probare ſimplex dictio -- *donec* -- poterat, fœminas eſſe incluſas maſculis non ſuperexiſtentibus, quandò juxtà totum reliquum tenorem ipſius Conſtitutionis contingebat illas abeſſe, ſeù eſſe excluſas in eademmet parte, in qua ponebatur dictio -- *donec* -- & ideo dicimus, quod argumentum à contrario ſenſu vel non ſemper procedit, vel ſaltèm ſolummodo, quando idem
66 argumentum deſumitur à contrarietate cauſæ finalis, ad mentem *Textus in Leg. tale pactum, §. Finali ff. de pact.*, & rectè comprobat *Barboſ. loc. argumen. loc. 27. num. 2., & ſeqq.* ubi ſignantèr cum *Decian. in conſ. 266. num. 4.*, inquit, quod ſi prohibetur alienatio uſque ad certum tempus, etiamſi non prohibeatur poſt illud tempus, non ſequitur, ergò poſt dictum tempus permiſſa eſt alienatio, quià non eſſet argumentum à ſenſu directo; quodque id ipſum dicendum veniat, quamvis procedendo à contrario ſenſu fiat reverſio ad Ius commune, quo-
67 ties Ius commune erat jàm correctum ex alio Statuto, ut cæteris pretermiſſis pulcre, poſt *Barthol.* firmat *Ludovic. Roman. conſ. 399. n. 7.* ibi -- *Secundò, quia argumentum a contrario ſenſu Statuti, quantumcumque per illud reducamur ad Ius commune, ſumi non debet eo caſu, quo ex eodem reſolutat correctio alterius Statuti Juri communi derogantis* -- quem refert, & ſequitur *Hondod. d. conſ. 9. num. 28. tom. 1.*, & antè eos dixerat *Gozzadin. conſ. 37. num. 6.*, *Thom. Docc. conſ. 98. num. 8.*

Obtruncato capite prætenſæ reintegrationis in ſui radice, ſuperfluum viſum eſt *Dominis* de novo retexere ea, quæ circà prætenſam nullitatem, & reſpective perſonalitatem renunciationis egregie firmabantur in utraque *Deciſione R. P. D. mei Aldrovandi* nimirum in illa 18. *Aprilis* 1712. *ex §. Non minùs ſtabile*, & in altera *diei* 17. *Junii ejuſdem Anni ex §. Placuit* ferme *uſque ad finem*.

Solùmque obſervabant ulteriùs, quod tota hujuſmodi quæſtio perſonalitatis vel realitatis renunciationis non ſine magna digladiationis *Doctorum* decertari aſſueta ſecundum fere omnes tam prædictis *Deciſionibus R. P. D. Aldrovandi*, quam ſuperiùs in obiecto allegatos, ut poteſt ex eorum confrontationes ſedulò recognoſci, plerumque, immò ſemper locum habet tantummodo, quoties renunciatarii decedant ab inteſtato in gradu autem ſucceſſibili ab inteſtato propiùs reperiatur renuncians, quàm alii hæredes ejuſdem renunciatarii: Aſt quandò renunciatarius effective teſtatus fuerit, difficiliùs, vel nunquam *ſcribentes* hanc movent controverſiam, & ſubſtinent per hæc, vel illa verba, aut rationes realitatem magis, quàm perſonalitatem, vel è contrà, quià tunc iſta perſonalitas prætenſa ad arcendum hæredem teſtamentarium inſcriptum, & volitum à renunciatario, operari idem deberet, ac expreſſum pactum reverſiuum, quod nunquam cenſetur conventum, niſi dicatur, ſicuti practicatur, & neceſſe eſt illud apponi in quibuslibet actibus de eorum natura tranſlativis dominij,
68 proùt eſt renunciatio, ut circa primam Concluſionem recognoſci poteſt ex omnibus ferme *Deciſionibus* æditis in hac materia, præſertim *in Cavallicen. Donationis* 1. *Februarii* 1706. §. *Nec obſtat, coram R. P. D. meo Scotto*, confirmata 21. *Novembris* 1707. §. *Ita ex oppoſito, coram Me, & 2. Julii 1710. §. Sed nec, coram R. P. D. meo Lancetta*, & in illa famigerata *Romana renunciationis* 3. *Julii* 1711. §. *Quo verò, coram R. P. D. meo Aldrovando* & quoad ſecundam patet ex animadverſis per *Saminiat. controv. 99. num. 28. Palm. Nep. allegat. 295. num. 19.*, & *Rot. coram Emer. dec. 1181. num. 26.*, & reſultat ex firmatis *in dicta Cavallicen. Donationis 21. Novembris* 1707. *coram Me, & 2. Julii* 1710. *coram R. P. D. meo Lancetta*.

Superflua e converſo ad evellendam penitùs hanc diſputationem minime extitiſſet ultima inſpectio qualitatis hæreditariæ, cum qua firmatum fuerat in præcitatis *Deciſionibus*, Virginiam, & ab ea cauſam ſortientes nequaquam poſſe reſpuere ſatisfactionem Legati tanquàm hæredes ipſius Innocentii legantis, & ob id omninò obligatos ex hoc ſolo Capite obſervare, & implere illius factum, & voluntatem; ſed quia

de tempore captæ preſentis reſolutionis punctum hujuſmodi examinari Defenſorea ſatagebant ad partes, & ſignanter occaſione quinti in hac Cauſa Dubii per Me ſucceſſive proponendi ſuper pecuniis, & tunc firmiùs apparuiſſet reſolutus articulus hujuſce hæreditariæ qualitatis, ſufficiet dumtaaàt prò nùnc eamdem *affirmative* ſubſequutam *ſub die* 16. *Martii* reſolutionem indicaſſe, ut magis, atque magis conſtabilita præfulgeret hujus præſentis dubitationis circà reintegrationem Deciſio.

Et ità &c. utraque Parte pluſquàm acerrime informante.

FOROSEMPRONIEN. LEGATORUM. SUPER BONIS EMPHYTEUTICIS.

Veneris 19. Januarii 1714.

ARGUMENTUM.

Liquet ea Summario.

SUMMARIUM.

1 *Una, & eadem determinatio æqualiter reſpicientur plura determinabilia, æqualiter etiam debet illa determinare.*

2 *Teſtator æque valet diſponere de rebus ſuis, quam de illis hæredis.* declara num. 4.

3 *Ex diſcretivo modo loquendi contraria arguitur voluntas. Declara, & limita* num. 7.

5 *Dictio* -- aliis -- *eſt ſuper relativa, ac repetitiva.*

6 *Ignorantia ex facto proprio allegari nequit.*

8 *Dictio* -- etiam -- *quando per viam augmenti ſit appoſita.*

9 *Dictio* -- omnis -- *idonea quandoque eſt comprahendere ea omnia, quæ alias non comprahenderentur.*

10 *Legatum cenſeri nunquam debet inutile.*

11 *Bona allodialia tranſire poſſunt ad quoſcumque hæredes.*

12 *Renuncians regreſſum obtinere nequit ad bona renunciata.*

13 *Pro ſeparatione bonorum Emphitenticorum illorum identitas eſt præcipue probanda.*

14 *Hæres gravatus poteſt pro ſuis detractionibus præeligere hæc, vel illa bona fideicommiſſaria.*

15 *Novum onus imponi nequit in præiudicium hypothecæ impreſſa per renovationem emphyteuſis.*

16 *Conſenſus hæredis ex illius aditione deſumitur.*

DECISIO DCXLI.

QUalitas hæreditaria inſita Virginiæ, & renunciatio per eam exarata favore Innocentii, præcipua extiterunt fundamenta, per quæ in altera contemporanea *Deciſione* fuerit definitum Sententiam denegativam reintegrationis latam a *R. P. D. meo Aldrovando* fore confirmandam, unde iiſdem ſemper in ſuo robore, & ſoliditate perdurantibus facile *Domini* pariter reſponderunt. Sententiam quoque ab eodem pronunciatam ſuper Bonis Emphyteuticis ſibi promereri confirmationem, argumento enim famigerati *Textus in leg. Jam hoc Iure ff. de vulgar., & pupillar.* uno ore deſumpſere *Maiores noſtri*, quod una, eademque determinatio æqualiter reſpiciens plura determinabilia, æqualiter etiam
1 debet illa determinare, ut apparet ex *Ruin. conſ. 112. num. 6. & 7. lib. 2., Altograd. Jur. controverſ. 48. num. 27., Rota coram Emerix dec. 662. num. 8., & in Romana, ſeu Portuen. Tenutarum ſuper exceſſu quoad Vicarellum 26. Martii 1708. §. Ita, coram Me & in Bononien. Fideicommiſſi de Barberis 17. Januarii 1710. §. finali coram R. P. D. meo Aldrovando.*

Siquidem cum prælaudatus Innocentius in eius Teſtamento alteri Virginiæ eius Uxori inter cætera legaſſet Prædium, ſeu Poſſeſſionem *detta la Palazzina*, fruſtra Virginia Soror, & ab ea cauſam ſortientes ab eodem Legato divellere satagebant hujuſmodi Poſſeſſionem, ſeu Prædium ſub prætextu, quod eadem Poſſeſſio eſſet vel in totum, vel in pluribus, pleriſque Bonis referta de Bonis Emphyteuticis, ad quæ per Inveſtituras antecedentes memorata Virginia Soror, eiuſque filii reſpective reperiebantur ex propria perſona vocati; nam ſuppoſita in eadem Virginia, eiuſque hæredibus huiuſmodi qualitate hæreditaria reſpectu Innocentii, nullo modo poterant tanquam eius hæredes controvertere ſatisfactionem Legati, & ſic non extradere Legatariæ eandem Poſſeſſionem *della Palazzina* ſub ipſo Legato expreſſe interclusam, dum præter regulas generales, ob quas Hæres obſtringitur ſervare factum, & voluntatem defuncti, quod præciſe Teſtator æque valeat diſponere de rebus ſuis, quam de illis quomodolibet ſpectantibus ad hæredem, quem ſcribit, eidem
2 tantumdem relinquendo, dixit *Rota in Nepeſina Legati Miſſariæ quarta Martii 1697. §. Minus altera coram bonæ memoriæ Muto, & in Avenionen. Fideicommiſſi 25. Iunii 1699. § Neque etenim coram Me, & in Romana Immiſſionis 13. Decembris 1700. §. Nec obſtare, coram Eminentiſſimo De la Tremoille. & in Romana. ſeu Viterbien. Legati 26. Iunii 1709. §. Hoc etiam ſuadere, coram R. P. D. meo Criſpo. & in Maceraten. Legatorum, & Fideicommiſſi 18. Iunii 1710. §. Ex his, coram Me, & in Romana Donationis de Corſinis tertia Iulii 1711. §. Quæſtione igitur, & §. Præſertim, coram R. P. D. meo Aldrovando.*

Perperam autem, recognita innegabili poteſtate, recurrebant ſcribentes pro Dominis de Paſſioneis ad alterum defectum voluntatis depromptum ex eo, quod nihil dixerit de qualitate Bonorum, quæ coniugi legabat, ſicuti expreſſerat inſtituendo Aviam, ſeu Sororem hæredem, ut ibi -- *In tutti poi li miei altri Beni ſtabili etiam enfiteutici nomino, e voglio, che ſia mia Erede &c.*, quaſi quod ex hoc diſcretivo modo
3 loquendi, contraria prorſus erueretur voluntas, ad tradita per *Mantic. de coniect. lib. 11. tit.*

24. *nu.*

Digitized by Google

14. *nu.* 10., *Rota coram Royas dec.* 22. *nu.* 11., *& dec.* 67. *num.* 16. *par.* 18. *Recent.*, *& in meis annotationibus ad dec.* 35. *nu.* 13., *& in Hortana Immiſſionis 6. Iunii* 1710. §. *Altera coram bonæ memoriæ Caffarello*, præſertim cum nuſquam cenſeatur Teſtator diſponere de re hæredis, niſi ſciat, eam eſſe hæredis, vel ad eum ex perſona,
4 & Iure proprio pertinere, ſicuti proſequuntur *Soccin. ſen. conſ.* 91. *num.* 23. *lib.* 3., *Pariſ. conſ.* 44. *num.* 18., *& ſeqq.*, *Bellon. ſen. conſ.* 9. *num.* 14., *Rodulphin. allegat.* 177. *n.* 21., *Rot. coram Durano dec.* 119 *num.* 4.

Ultra enim quod retorqueri poterat de diametro argumentum, nempe, quod eo magis Teſtator intellexerit compræhendere ſub legato *della Palazzina* etiam ſi quæ bona emphyteutica incorporata extitiſſent, dum dixit in inſtitutione ſubſequenti -- *Tutti l'altri Beni etiam Emfiteutici*, ita namque loquendo præſuppoſuit de aliis ejuſdem generis ſuperius diſpoſuiſſe, ut ſignificat illa dictio *aliis*, quæ ſemper eſt relativa,
5 & repetitiva ſimilium, *Felin. in cap. Sedes num.* 6., *Hondeà. conſ.* 7. *num.* 31. *lib* 2., *Rota coram Emerix Iun. dec.* 1241. *nu.* 4., *& in Recent. dec.* 327. *num.* 7. *par. prima*, *& in Cordubon. Beneficiorum 18. Februarii* 1704. §. *Non refragante coram Reverendiſſimo P. D. meo* Molines *Decano*, *& in Motulen. Salviani 2. Iulii* 1710. §. *Perperam cor. Eodem.*

De reliquo, quidquid eſſet in ordine ad hanc ſecundam obiecti partem, utrum ipſa Poſſeſſio, prout hæc, vel illa bona illam componentia in rei veritate forent emphyteutica, & quid quid pariter foret, an eadem Bona quatenus in aliqua parte extitiſſent huiuſmodi naturæ, hactenus dici amplius valerent propria hæredis, vel potius dato, quod eſſent emphyteutica, evaſiſſent propria Teſtatoris ob eius particularia credita, & detractiones deſuper acquiſitas, & quidquid demum examinari oporteret, an ulla expreſſio particularis facienda eſſet de qualitate emphyteutica, quando per legem Principis, ut infra, redacta iam reperiebantur ad inſtar allodialium, quemadmodum pariter inferius oſtendetur, certe quod ſciret Innocentius, vel ſcire debuiſſet in omnem caſum (ſi forent) quod effective eſſent emphyteutica, nemo ire poterat inficias, cum ignotæ illi eſſe non poſſent inveſtituræ, dum ſignanter etiam aliquæ ex iiſdem per ipſum noſcebantur reportatæ, vel pro eo ab eius Patre, per ea, quæ in proximis terminis
6 communiter adverterunt *Arct. conſil.* 15. *in fine*, *Fulgin. de Iur. emphyt. quæſt.* 12 *tit. de var. caducit. n.* 29. *verſ. Et non eſt veriſimilis ignorantia*, *& ſub tit. de ſolut.* Canon. *par. prima num.* 239., *Rota dec.* 418. *num.* 7. *par.* 19., *& in Eugubina Canonum 3. Iulii* 1711. §. *Accedente præſertim coram Reverendiſſimo P. D. Molines Decano.*

Utique pro nunc prætereundo etiam primas replicationes æque applicabiles priori parti eiuſdem obiecti, quatenus ad eandem priorem partem directe attinebat, profecto nulla vis ad arguendum præmiſſum defectum voluntatis fieri poterat ſuper præfata diſcretiva, cum præter iam dicta, etiam ipſum ratiocinium in abſtracto quod inde deduci ſolet, quotieſcumque munitum
7 non ſit potentioribus coniecturis, habitum plerumque fuerit pro debili, vel æquivoco, ex ſæpius ponderatis per *Rotam dec.* 686. *nu.* 20. *par.* 4. *tom.* 3. *Recentior.*, *in Camerinen. Bonorum 13. Maij* 1689. §. *finali*, *coram bonæ memoriæ Urſino & in Ceſenaten. prætenſæ Succeſſionis 21. Iunii* 1697. §. *At hæc*, alias *dec.* 12. *n.* 8. *inter hactenus ut Urbe impreſſas coram Me*, *& in Civitatis Vetulæ Pecuniaria 22. Aprilis* 1709. §. *Nec relevat*, *verſic. quando non eſt munitum aliis potentioribus conjecturis*, *per ſe ſolum redditur æquivocum*, *coram R. P. D. meo Aldrovando*; & ſignanter quoties noſcitur appoſita diſcretiva melioris declarationis gratia, ut denotabat illa particula -- *Etiam* -- appoſita per viam augumentationis, uti proſequitur *eadem Rota coram Ninot. dec.* 25. *nu.* 12., *& coram Emerix Iunior. dec.* 1229. *num.* 8., *& in Recentior. dec.* 28. *n.* 17. *part.* 9., *& dec.* 345. *n.* 11. *part.* 16., *& in mox allegata Civitatis Vetulæ Pecuniaria 22. Aprilis* 1709. *d.* §. *Nec relevat*, *verſic. multoties adiici ſoleat majoris explicationis gratiâ coram R. P. D. meo Aldrovando.*

Eò igitùr fortiùs, quià tantùm aberat, ut ullis aliis coniecturis communita eſſet hæc diſcretiva, quinimmò apertiſſimis demonſtrationibus conflictabatur in contrarium, dùm Teſtator deficiente expreſſione Bonorum Emphyteuticorum, quæ poſſent eſſe contenta in præfata poſſeſſione *della Palazzina*, pluſquàm ſuperlative ſuppleverat per ampliſſima verba
8 adhibita in ipſo Legato hujus Poſſeſſionis, dicendo -- *Item laſcio alla medema Signora Conſorte la Poſſeſſione detta la Palazzina con tutti li Mobili &c. con tutte le Terre, e Caſe eſiſtenti in detta Poſſeſſione col Beſtiame &c., e la Chieſa fabbricatavi con tutte le ſue Suppellettili*; ac proinde ad quid exprimere citra notam manifeſtiſſime ſuperfluitatis vocabulum illud -- *etiam Enfiteutici* -- in Legato, quod tanquam effrenatiſſime conceptum omnes Terras, omnes Domos, omniaque alia in eadem Poſſeſſione comprehenſa indubitanter amplectebatur, quando dictio illa -- *Omnis* -- toties repetita, idonea eſt
9 comprehendere, quæ alias non comprehenderentur, ad tradita per *Bolognett. conſil.* 29. *num.* 6., *& conſil.* 26. *num.* 5., *& ſequentibus*, *Caſtren. conſil.* 17. *num. primo*, *Rota dec.* 44. *num.* 16., *&* 17. *coram Carillo*, *& coram Emerix Iunior. deciſ.* 117. *num. primo*, *& in deciſ.* 303. *num.* 4. *par.* 11. *Recent.*

Alias ſi ad ſenſum Partis debuiſſent à legato *della Palazzina* adimi omnia Bona, quæ prætendebantur emphyteutica, non ſolum violata extitiſſet dictio repetita -- *Tutti* ſed etiam inu-
10 tile redditum legatum, quod dici nunquam debet, aut cenſeri, *Pariſ. conſ.* 44. *num.* 6. *lib. primo*, *Cyriac. controverſ. forenſ. controv.* 292. *num.* 4., *& ſeqq.*, *Rota coram Verall. dec.* 131. *nu.* 2.

num. 2. par. 2., *& coram Dunozzett.*, *Jun. or. dec. 32. num. 9.*, *& deciſ. 346. num. 24. verſic. unde non eſt præſumendum coram Eodem*, *& in Annotation. ad deciſ. 29. num. 23. coram Me*, *& in Romana Fideicommiſſi* 15. *Januarii* 1700. §. *Abſque eo quod in fine*, pariter *coram Me*.

Nullatenus congruente propoſitione, quod Bona prohibita alienari nunquam ſine particulari eſpreſſione venire ſoleant in ulla diſpoſitione: quoniam per jam infrà adducendam ſanctæ memoriæ Urbani Octavi Conſtitutionem, hæc Bona tanquam effecta allodialia poterant ſine ſcrupulo in diſpoſitione venire in præjudicium etiam Domini directi, & quando ſubſiſteret limitatio, quod non ità foret in præjudicium vocatorum, valuiſſet hoc applicari,
11 quoties idem diſponens eos non effeciſſet heredes, tantumdem, & plus relinquendo, ſecundum animadverſa per *Rotam coram Durano dec. 254. num. 5.*, *& coram Celſo deciſ. 192. num. 6.*, *& in Vaden. emphyteuſis 7. Junij* 1709. §. *Neque iſa eſt*, *coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *& in alia Vaden. Emphyteuſis* 19. *Junii* 1711. §. *finali*, *coram Eodem R. P. D. Gubernatore*.

Id ipſum, confirmando ſententiam, definire neceſſe erat, inſpecto altero fundamento, etiam ſeorſim ſumpto, renunciationis emiſſæ per Virginiam: Quoniam cum eadem renunciatio jam fuerit in antecedentibus *Deciſionibus R. P. D. meo Aldrovandi*, & in altera contemporanea *ſuper reintegratione* vindicata à prætenſa perſonalitate, jam non poterat dubitari, quod Virginia renuncians illa mediante ſe abdicaverit eſpreſſe etiam à Bonis emphiteucis, ut ibi -- *Ogni qualunque Eredità, e ſucceſſone, beni proprij, & enfiteuci &c. all' iſteſſa Signora Virginia, tanto di preſente, quanto in futuro ſpettano, & appartengono &c. ſpetteranno, & apparteranno &c.* -- Unde, poſita hujuſmodi abdicatione, Virginia, vel ab ea cauſam metientes (& quos expreſſe pro effectu hujus renunciationis eadem Virginia obligaverat) non poterant quidquam prætendere ſuper iiſdem
12 Bonis emphyteuticis nominatim renunciatis, ut unanimiter firmarunt *Manſ. conſult. 15. nu. primo*, *Urceol. de Tranſaction. quæſt. 18. nu. 17. Rota coram Emerix Junior. dec. 1256. num. 9., 10., & ſequen. & in Romana legittima* 15. Maii 1699. §. *In hac verſic. ſtante*, confirmata 23. Januarii 1702. §. *Reſpectu itaque*, *coram* Me, quarum prima eſt *in ordine la 90. num. 6. inter meas Deciſiones hactenus in Urbe impreſſas*.

Cæterum, & ſi ex abundanti, non deferendo alias replicationes, Defenſores Domini Sorbolonghi recte, atque perſpicue demonſtrabant in facto, quod nullibi ex parte adverſa remanebat juſtificatum, qualia, quanta, & quæ, & ubi forent ſita hujuſmodi Bona Emphyteutica in Poſſeſſione *della Palazzina*, atque de facto ad hunc effectum petierat eadem Pars adverſa, veluti non exiſtens adhuc in probatis, Remiſſoriam, & Compulſoriam, quando tamen, ad finem ea ſeparandi, opus fuiſſet, ut ea digito indicaret identitatem eorumdem Bonorum Emphyteuticorum, ut in hiſce ſimilibus Judicijs citrà hæſitationem ſemper requi-
13 ritur, prout ait *Roland. conſil. 2. num. 8. lib. 3.*, *Fulgin. de Jur. Emphyt. quæſt. 11. num. 9. verſic. ſciendum*, *Rota coram Seraphin. deciſ. 1139. num. primo*, *& ſequentibus*, *& in Narnien. Uſusfructus* 24. *Novembris* 1710. §. *Quidquid*, *coram Reverendiſſimo P. D. meo Molinet Decano*, cum alijs adductis *in Romana Multiplici 21 Februarij ejuſdem Anni* §. *finali coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Coherenter ad hæc emergebat alia replicatio, quod etiamſi Domini de Paſſioneis in individuo demonſtraſſent, in Poſſeſſione *della Palazzina* contineri hæc, vel illa Bona emphyteutica, eaque ad eos ſpectare ex propria Perſona, nonnè (ſemper in gratiam majoris luciditatis, omiſſis quoque præcitatis duobus fundamentis omnia hæc abſorbentibus) ulterius clare apparebat ex ipſomet Legato, ejuſque littera, quod amplius non remanſerant talia, dum Teſtator ſubiunxit (dubitative tamen circa qualitatem, vel pertinentiam Bonorum) *E perche anche la medema Palazzina può eſſere, che ſpetti all' Eredità ſpettante al mio Signor Padre, mi dichiaro eleggerla, ritenerla, e diſporne, à conto della Dote, & Eredità, che devo havere della mia Signora Madre* -- & ſic citra verificationem amodo talium creditorum Dotis, & detractionum, de quibus fuſe, ſeu proprius loquendum erit in ultimo Dubio, & reſpective *Deciſione*, ſat erat interea verificari, quod ea, ſi quæ extarent Bona emphyteutica, valde probabiliter remanerent pluſquam abſorpta ab iiſdem creditis, & detractionibus, quorum omnium vigore diſponere Teſtator profeſſus fuerat, quemadmodum valuiſſet, etiamſi eadem Bona non ſolum non non fuiſſent emphyteutica, & aſſimilanda quodammodo ex hoc capite Bonis fideicommiſſariis, verum quoque ſubſtantialiter, & directe fideicommiſſaria, quoniam gravatus de illis diſponendo prælige-
14 re cenſetur, & poteſt hæc, & illa Bona fideicommiſſaria in ſuas detractiones, per ea, quæ connotarunt per *Textum in leg. Qui habebat* §. *Suaviſſime in fine*, ubi *Gloſſa in verbo Ceſſanta*, *ff. de legat. 3.*, adducti per *Rotam in Ferentina Bonorum 25. Junii* 1698. §. *Neque coram bo: me: Urſino*, *& 7. Februarii* 1707. §. *Poſita autem*, *& 3. Julii* 1708. §. *Vindicata*, *coram R. P. D. meo Lancetta*.

In nihilo refragante, quod eædem detractiones non forent deducibiles ex hujuſmodi Bonis emphyteucis in præjudicium vocatorum: Siquidem præciſive à jam dictis, & qui nam erant iſti vocati? vel erat Virginia Mater Dominorum de Paſſioneis, & iſta præ cæteris, ut diximus, Bonis hiſce emphytencis expreſſe renunciaverat; aut erant in aliquibus iidem

Domi-

Domini Paſſionei, adhuc cum Tiberius eorum Avus maternus tanquam ultimus comprehenſus in antecedentibus Inveſtituri eadem Bona emphyteutica poſitive, & precedenter hypothecaſſet pro dnte Matris ejuſdem Teſtatoris, ut *in primo Summario D. Sorbolonghi* ſuper fi-
15 deicommiſſo Tiberij *Num.* 2., utique per renovationem huiuſmodi Emphyteuſi poſt jam legitime impreſſam prædictam hypothecam, non valuerat in præjudicium ejuſdem hypothecæ novum onus favore Nepotum imponere, ex affirmatis per *Rotam coram Cerro dec.* 505. *num.* 16., *&* 17., *& coram Priolo dec.* 353. *numero primo*.

Reſtaſſet poſtrema reſponſio pariter attributa in præcedentibus *Deciſionibus R. P. D. Aldrovandi*, nimirum, quod univerſa hæc Bona emphyteutica in ſtatu, totaque ditione Vrbini redacta fuiſſent ad naturam, ſive ad inſtar allodialium, ex iam laudata, & notiſſima Conſtitutione Urbana, tranſcripta poſt *Piatell. dec. Vrbinaten. dec.* 7., ac propterea ſuper vacaneum reddebatur, ſtante tali infixa allodialitate in iiſdem Bonis, diſcurrere de Juribus, & effectibus emphyteuticis: Sed *Domini*, ne firmata in prædictis *Deciſionibus* inutiliter repeterent, ad eas ſe ſe habuerunt remiſſive, ſolummodo addentes, quod in vanum hodie obiiciebatur in eadem Conſtitutione imbibita conditio, quod de hiſce Bonis, etiamſi redactis ad inſtar allodialium, diſponi nequaquam poſſet *ſine conſenſu aliorum vocatorum*, hæc enim nova obiectatio ſuffocata (quatenus oportuiſſent) iam fuerat ab initio, ob præmiſſa angularia fundamenta qualitatis hæreditariæ, & renunciationis reſpective: Aptior namque, & efficacior dari, & deſiderari nequibat conſenſus, (qui etiam regulariter, ex notiſſimis, valet ſupervenire etiam poſt) quam ille, qui tacite reſultat ex aditione hæreditatis, & expreſſe ab explicita renunciatione, ut de ſe
16 patebat, & optime reſponderunt in propoſito quoad aditionem ex *Text. in leg. fin. §. Cum igitur*, *Cod. de Iur. deliber.*, *Natt. conſ.* 448. *n.* 7. *Rota coram Coccino dec.* 607. *nu.* 2., *&* 3., *& in Recent. dec.* 79. *n.* 9., *&* 10. *par.* 19. *tom. primo*, *& in Romana Donationis de Corſinis* 3. *Iulii* 1711. *§. Præſertim, verſic. ſola namque hæreditatis aditio ſufficiens reputatur ad eliciendum conſenſum, coram R.P.D. Aldrovando*, & quoad renunciationem importantem eumdem conſenſum expreſſum ponderavit, *Rodulphin. allegat* 115. *num.* 95., & reſultat ex animadverſis per *Rotam coram Cerro dec.* 598. *nu.* 6., *& in meis Annotat. ad dec.* 48. *nu.* 22., *&* 23., *& in Romana Renunciationis* 16. *Ianuarii* 1713. *§. Et ſane, coram Me*.

Atque ita a primo ad ultimum, vel ſenſim vel magis iunctim ponderatis ſupradictis rationibus, & fundamentis, *Domini* reſolverunt.

Vtraque &c.

LEODIEN. MATRIMONIJ.

Lunæ 20. Januarii 1714.

ARGUMENTUM.

Matrimonium inter raptore, & raptam conſummatum a jure canonico validatur, & quomodo ad illud annullandum probationes afferri debeant. Hora prima veſpertina an plus diei, qua noctis participet.

SUMMARIUM.

1 *Statutum, ſive conſuetudo Leodienſis quid diſponet quoad diſpoſitiones a Parentibus favore Liberorum factas.*

2 *Ad valide contrahendum Matrimonium ſufficit legitimus utriuſque Partis conſenſus.*

3 *Qui plus qua ſufficienter explicatur vel ſcripto, vel ſignis, vel nutibus*, & num. ſeq.

5 *Mutus qui dicatur, & qui Surdus.*

6 *Matrimonium ſecutum per raptum eſt nullum, & initum, & quando commiſſus dicatur raptus.*

7 *In contrahendis matrimoniis contrahentium voluntas eſt prius exploranda.*

8 Pro *infringendo matrimonio non modo requiruntur perfectiſſimæ probationes raptus. Sed etiam de jure Canonice matrimonium valet inter raptorem & raptam* ibid. num. 9.

10 *Matrimonium coram proprio Parocho unius ex contrahentibus non contractum eſt nullum.*

11 *Aſſertiones Partium attendendæ non ſunt, ſed factum eſt probandum.*

12 *Delegatus excedens facultates ſibi datas nulliter procedit.*

13 *Plures dignitates etſi diverſæ in una eademque Perſona concurrere licite poſſunt.*

14 *Hora prima Veſpertina an participet plus diei quam noctis.*

DECISIO DCXLII.

JUS, quo per conſuetudinem etiam redactam in ſcriptis Leodienſes utuntur, obſtringit, quod, inito in illis Partibus matrimonio, uniuſcuiuſque quodammodo Conjugis ſubſtantia adeo ad invicem incorporetur, ut unicum ſubinde efficiatur Patrimonium; Concorditer autem de
1 hujuſmodi Patrimonio diſponentibus iiſdem Jugalibus favore liberorum, talis diſpoſitio, tale teſtamentum contra regularem ejus naturam, & quidditatem evadit irrevocabile, itaut etiam diſſoluto eodem matrimonio, per modum quaſi anticipati dominij proprietas bonorum conſolidetur, ſeu devolvatur ad eoſdem filios, remanente dumtaxat ſimplici uſufructu ad commodum alterius ex ſuperviventibus Conjugibus, quemadmodum referendo prædictam conſuetudinem, illiuſque verba tranſcribendo, reſque judicatas deſuper adducendo, etiam contra

eos,

eos, ut pote non recte informatos de hac Patria lege, nimirum *Gail. lib. 2. obſervat. 127., Myſinger. cent. 1. obſervat. 8. Peck. de teſtament. Conjug. lib. 1. cap. 26.*, demonſtrat, & teſtatur, *Carol. de Mean. ad Ius* Civile *Leodienſium par. 1. obſervatio. 82. ad Articul. quartum.*

Ad normam igitur hujus Juris Maria Agnes, & Franciſcus Jugales condidere teſtamentum favore filiorum, appoſita (ſive rite, ſive injoſte) ea conditione præcæteris, quod ſi quis eorumdem filiorum *veniſſe à maritarſi ſenza haver ottenuto il conſenſo reale, poſitivo, & effettivo dell' ultimo vivente, in queſto caſo coſtui non ſarà obligato ſe non à dargli la metà*; Cumque Maria Agnes unica filia præfatorum Jugalium nupſiſſet Nicolao Deodato, habita paulo poſt ejuſdem contracti Matrimonij notitia per Franciſcum Patrem, qui prædefuncta Vxore, ſuperſtes evaſerat, non ſolum abnuit aſſentiri, ſed quia forte vis erat in illo carmine *Anthiphani P.laigi*.

Sanguis hominibus, & anima ſunt Pecuniæ.

conqueſtos eſt incontinenti de hujuſmodi Conjugio, appellavitque forum Apoſtulicæ Nunciaturæ ad Tractum Rheni pro inibi ſaltem reportanda declaratione nullitatis hujuſce matrimonij, ſed ſpe fruſtratus, & illic, ſucceſſive in Sac. noſtro Auditorio coram R. P. D. meo Cerro ſuccubuit, ut in illius *Deciſione diei 19. Julii proxime deſluxit.*

At nihilomus iterum eo provocante, commiſſaque mihi denno appellationis cauſa, iterum non minus in vim hujuſce nove delegationis recognita, & mature apud *Dominos* diſpuncta validitate, & Juſtitia mox enunciati Rotalis Iudicati exijt reſcriptum -- *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam.*

Nulla ſiquidem fuit quæſtio in ordine ad validitatem; Sed circa injuſtitiam in vannm ſcribentes pro Franciſco reſtaurabant vetera, & jam deſtructa fundamenta, aliudque hodie de novo ſaltem lucidius excitabant, nam ſtatim pundere ſuo collapſa ſunt; Et quidem primum nequaquam removere potuit animum *Dominorum*, ex quo videlicet Maria Agnes exiſteret Muta, & ſecum traheret fere ſemper præambulum, ſive adnexum vitium ſurditatis; Quidquid enim foret de perfecta veritate ſuppoſiti, cum de hiſce defectibus in vera ſubſtantia illam egregie vindicare ſatagerent contrarij Defenſores, nihil tam in hoc per umbram concludebat ad irritationem Matrimonij: Superabundabat quippe ad illud valide contrahendam, quod
4 adeſſet ſufficiens in Contrahente conſenſus, qui (ut Noſtrates dicunt) facit Nuptias *ad Text. in l. Sufficit. ff. de Sponſal., & L. Nuptias ff. de reg. Iur.*; & hic pluſquam ſufficienter explicaretur, vel ſcripto, vel ſignis, vel etiam nutibus, ſicuti ad hoſce defectus eliminandos optime reſpondent *gloſ. in cap. Tuæ de Sponſal., & in cap. Cum apud eod. tit., Sot. in 4. ſent. diſtinct. 21. Paludan. diſtinct. 27. quæſt. 2. artic. 3., Covar. de Matrim. par. 2. cap. 2. §. Primo num. 1., P. Ledeſma in addit. ad tertiam partem D. Thom. quæſt. 45. artic. 2. dub. 2.*, & magis præciſe *Card. de Luca de matrimon. diſc. 2. num. 14., Rot. dec. 124. num. 13. par. 7. recent., & dec. hujus Cauſæ diei 19. Iunii 1713. §. Demum coram R. P. D. meo* Cerro.

Idque videmus etiam in quolibet alio contractu, vel etiam ultima diſpoſitione; Quoniam præcæteris teſtamentum, quod tot ſolemnitates de iure civili, totque Teſtes expoſtulat ad ſui
3 validitatem, quia tamen aliud non eſt, *niſi voluntatis noſtræ juſta ſententia*, ſatis eſt ut de eadem voluntate æquipollenter etiam per nutus, & ſigna appareat, & eluceſcat ad tradita *per Text. in l. Nutu ff. de leg. 3., & in l. quotieſcumque §. Si quis nomen ff. de hæred.* ibi -- *Si quis nomen hæredis quidem non dixerit, ſed indubitabili ſigno eum demonſtraverit, quod penè nil a nomine diſtat, valet Inſtitutio* -- *Fulgoſ. in Auth. eo non obſervato verſ. Et profecto C. de Teſtament., Farinacc. conſil. 97. num. 5., & 8. libr. 1., Venturin. conſil. 1. num. 112., Cyriac. controv. 407. num. 340., & ſeq., Caſtill. controv. Iur. libr. 4. cap. 27. num. 29., & ſeqq., Mantic. de coniect. ultim. volunt. libr. 4. tit. 4. num. 10., Calvin. de æquit. libr. 2. cap. 200. num. 146., & ſeq., Rot. in Romana Hæreditatis de Bellavita coram Iuſto impreſſ. poſt Farinacc. loc. ſupracit. dec. 139. num. 2., & 3., & dec. 1060. nu. 2., & dec. 1125. nu. 1. coram Emerix Iun.*

De huinſmodi autem conſenſu, & libera prorſus voluntate dubitari nequibat, dum duplicato examini demandato per Officialem, ſeu Vicarium Generalem in perſonis trium Virorum Eccleſiaſticorum, imo & Interrogatoriis ſuper Articulis iudicialiter exhibitis a Franciſco Genitore, adeo congrue Maria Agnes ſatisfecit, quemadmodum liquebat *ex Summario nu. 7. 8. & 16.*, & præſertim *litt. A.*, ut nedum in hiſce actibus corruſcaret perfecta voluntas contrahendi tale ſignatum matrimonium, verum quoque potius verificaretur illud, quod dicebant prænominati Defenſores, quod revera Maria Agnes foret neque muta, neque ſurda, ſed tantummodo, licet graviter fortaſſe, læſa in prædictis organis loquelæ, & auditus,
5 prout diſtinguendum eſſe cœteroquin ſedulo monuit *Imperator in §. Item Surdus Inſtit. quibus non eſt permiſſ. facer. teſtam. ut.* ibi -- *Mutus ille intelligitur, qui loqui nihil poteſt, non qui tarde loquitur*, & cum eo connotavit *Michalor. in parvulo tract. de Cæco, Surdo, & Muto cap 31. num. 2. impreſſ. poſt ejus tract de fratr.*

Ejuſdem penitus inſubſiſtentiæ reputarunt *Domini* alterum caput obiecti Raptus in eo præcipue per Franciſcum conſtabiliti, quod Nicolaus ſub die 14. Decembris 1706. Summo mane, & ferme ante diluculum matutinum mediante Miniſterio cujuſdam Rhedarij Mariam Agnetem in Rheda compoſitam una cum

ejus

ejus famula traduci curaverit ad Vallem Sancti Benedicti, ubi præmeditate reperiebatur
idem Nicolaus, iſque ſubinde eamdem Agne-
tem tranſvehendo ad Pagum de Schleſſin repor-
taverit in Domo propriæ ejus Genetricis; Sic-
que cum ſimilis forma abducendi præſeferret
raptum evidentem, clare conſequeretur nulli-
tas inflicta per Sacros Canones in ſimilibus matri-
6 moniis, ex connotatis in ordine ad primam
propoſitionem per Text. in Can. lex illa cauſa 36.
quæſt. 1. D. Thom. 2. 2. quæſt. 54. artic. 7. To-
let. in ſumm. libr. 7. cap. 13. num. 2., Farinacc.
prax. Criminal. quæſt. 145. de delictis carnis num.
74., & fere per tot. lib. 4. Vrſay. Inſtitut. Crimi-
nal. lib. 2. tit. 7. de Crim. vis pub., & privat.
num. 36., & optime Rot. deciſ. 498. num. 4. par.
14., & deciſ. 250. num. 5., & 6. part. 16. re-
cent., & circa ſecundam per Navarr. Summ.
latina cap. 22. num. 74. Henriquez. lib. 12. de
matrim. cap. 14. nu. 4., Petr. de Ledeſma eod. tit.
de matrim. quæſt. 50. artic. unic dub. 2. Vivald.
Candelabro Sacram. prim. part. eod. tit. num. 103.
Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 13. nu. 1., &
2., Guttierez. eod. tit. de matrim. cap. 86. nu. 7.
Donat. Anton. de Merinis reſolut. quotid. lib. 1.
cap. 301. numer. 2., Rot. dicta dec. 498. num. 1.
part. 14., & deciſ. 60. pariter num. 1. par. 15.,
& dicta dec. 250. num. 2. part. 16. recent. & ali-
bi paſſim.

Verum ſtatim arriſit, & nebulam omnem
ſuſpicionis fugavit Hiſtoria ipſius facti; Conſti-
tit enim, quod ab initio Maria Agnes clam non
exivit, aut traducta fuit à Domo Patris, ſed li-
bere inter eſt aggreſſa, dum ex ipſamet Confeſ-
ſione Franciſci, ſui Compos ſeorſim ab eodem-
met Patre habitabat, Summ. Nicolai num. 2.
Cumque deinceps ante celebrationem præfati
matrimonii repoſita extitiſſet in ſua plenaria li-
bertate intra Clauſtra Cœnobii Trajecti ad Mo-
ſam, quodque plus eſt ipſamet preces direxiſſet
ad Vicarium, ſeu Coadminiſtratorem Leodienſis
Eccleſiæ ad effectum, ut is illius voluntatem
7 exploraret, prout laudabiliter practicari ſolet
in hiſce materijs Teſte Piaſeg. in prax. Epiſco-
pal. in verb. Moniales num. 232. Eman. quæſt.
regal. tom. 3. quæſt. 12. artic. 2. Io: della Crux.
de Stat. Religion. lib. 1. cap. 7. in fin., Armen-
dar. in Addit. ad Recopill. legum, Navarr. lib.
2. tit. 18. lib. 7. de Religion. num. 37., & 44.
cum ſeqq., Sanchez in præcept. Decalog. lib. 4.
cap. 18. num. 23. cum ſeq., Novar. in Opuſc.
Iur. Canonic. concluſ. unic. de explorat. volunt.
Puellarum, Tamburrin. de Iur. Abbatiſſ., &
Monial. diſput. 4. quæſt. 2. per tot., & ſignanter n. 4.

Hinc non ſemel, ſed bis expleto examine,
& pluſquam opportuna exploratione per præno-
minatum Vicarium ope, & miniſterio plurium
Sacerdotum, ſemper conſtans, propoſiti te-
nax reperta fuit, ineundi ſcilicet matrimonium
cum Nicolao, quodque magis eſt explicite in
prædicta libertate repoſita palam declaravit
non ſolum raptam non fuiſſe a præfato Nicolao,
ſed eam potius illum ſollicitaſſe, ut e Civitate
Leodii abſcenderet, & exiret d. Summario n. 7.
& 8. proindeque nemo non videt, quod a præ-
nominata hiſtoria omnis umbra, omnis præ-
ſumptio raptus aberat, & corruebat, cum ta-
men, præciſive ab aſpero fine infringendi Ma-
trimonium ſucceſſive ratum, & conſumatum,
8 & hodie ſuſcepta Prole roboratum, non ſolum
requirantur pleniſſime, & concludentiſſimè
prætenſi Raptus juſtificationes, ſeu probationes
ex firmatis per Angel. in l. Sed eximendi ff. ne
quis eum qui in Ius voc. Muſcard. de probat. con-
cluſ. 1260. num. 24. vol. 3. Clar. ſentent. libr. 5.
§. Raptus num. 1. ibique Adden. verb. Raptum
committit, Raynald. oper. criminal. cap. 22. §. 1.
num. 4., & 5. ſed etiam, quidquid foret de Ju-
re Civili, in his circumſtantiis profecto de Jure
Canonico tenere, ſeu ſubſtineri Matrimonium
9 inter Raptorem, & Raptam ad Text. in cap. fin.
de Raptor crediderunt Jul. Clar. ubi ſupra poſt n.
7. Menoch. conſil. 1083. num. 6. Farinacc. de delict.
Carn. quæſt. 145. n. 26. Tondut. quæſt. Canonic. cap.
117. n. 6. to 1. cum aliis allegatis in dec. hujus Can-
dici 19. Iulii 1713. §. Non alio cor. R. P. D. Cerro

Exploſis hiſce veteribus, iterumque reſtau-
ratis objectis, parum juvit Franciſcum etiam
tertium robuſtivis, ut ſibi blandiebatur illuſtra-
tum, nempe quod cum Parochus Sancti Mat-
thiæ, qui junxit laudatos Jugales, non foret ve-
rus Parochus Contrahentium, ſolum ex hoc
capite Matrimonium efficeretur nullum reſi-
ſtente litterali Cenſura Sacroſancti Concilii Tri-
10 dentini in ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. ut etiam
adnotarunt Caſed ad decretal. collect. 71. nu. 8.
Sanchez. de matrim. lib. 7. diſput. 82. num. 4.
Guttierez. de matrim. cap. 106. n. 8. Bonacc. eod.
tit. quæſt. 4. punct. 6. n. 5. Barboſ. de Offic. & po-
teſt. Epiſc. allegat. 32. n. 185.

Potiſſime quia idem Parochus Sancti Mat-
thiæ perperam aſſerebat ad finem validandi ma-
trimonium, quod pro aſſiſtentia huic matrimo-
nio adhibenda congruam facultatem nanciſce-
retur a Canonico Bliſia, qui ſupponebatur dele-
gatus a Vicario Generali Leodien., quando ne-
que de hac facultate eidem Parocho attributa a
Canonico, nec de delegatione facta per Vica-
rium Generalem in perſona ejuſdem Canonici
ullibi apparebat, & tamen hæc omnia non reſi-
dent in ſimplici aſſertione allegantis, ſed op-
11 portune debent oſtendi, atque demonſtrari,
ut ait Menoch. lib. 2. præſumpt. 15. & de arbitr.
quæſt. 76. Pax Iordan. lucubration. vol. 3. lib. 13.
tit. 6. num. 50. & ſeq. Sanfelic. deciſion. 411.
cum addit. & Rot. in Romana fideicommiſſi 20. Iu-
nii 1712. §. Non enim coram me.

Addito demum quod idem Parochus Sancti
Matthiæ aſſerta fuerat abuſus facultate, dum
ea, quæ circumferebatur, tanquam reportata
a Vicario Generali, injungendi nempe hujuſ-
modi Sponſos, contextualiter præcipiebat,
quod talis Conjunctio fieri deberet (ſunt verba
præciſa) tempore claro, clara luce, & nihilomi-

nus prænominatus Parochus ex ſemetipſo ore
proprio non diffitebatur dicere, quod Matri-
monium celebraverat *circa medium quintę Ve-
ſpertinæ*, quæ ſane hora ad tenorem fidei, quæ
dabatur, in illa Regione correſpondet mediæ
horæ noctis ſequentis, unde poſita adeo clara
12 transgreſſione delegationis obtentæ, remane-
bat nullum omne id, quod factum fuerat a De-
legato *cap. cum dilect. de reſcript. l. diligenter
ff. mandat.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 961.
num. 10.*, *Pax Jordan. lucubration. dict. vol. 3.
lib. 13. tit. 6. num. 48. Paul. Chriſtin. deciſion.
Belgic. 151. num. 14. & ſeqq. vol. 2.*

Cæterum, præterea, quæ ad hoc idem obje-
ctum radicitus evellendum reſpondebantur *in
præterita deciſ. 19. Junii præterlapſi ſub §. Quo-
niam coram R. P. D. meo Cerro*, quod nempe
ambigi nequibat Vicarium Generalem conceſ-
ſiſſe hanc poteſtatem Canonico Bliſia pro tem-
pore ejus abſentæ, quodque citra ſcrupulum ex
eadem diſpoſitione *Sacri Concilii Tridentini* va-
leret Epiſcopus, vel ejus Officialis, ſeu Vica-
rius Generalis hanc impartiri poteſtatem cuili-
bet Sacerdoti etiam non Parochu contrahen-
tium, quodque eadem perſona erat, quæ exer-
citium Curæ tam Sancti Matthiæ quam Sanctæ
Catherinæ implebat; Id apertius evincebatur
in præſenti; Cum enim litteræ deputationis,
ſeu Delegationis aſſiſtendi huic Matrimonio
ſubſignatæ a prædicto Vicario Generali directæ
apparerent *Presbytero Officianti in Divinis Ec-
cleſiam Parochialem Sanctæ Catherinæ in Oppido
noſtro Traiectenſi*, quod ſubinde iſtemet fuerit,
qui præſentiam præſtit manifeſte apparebat,
dum fuit *S. G. Gadet*, quodque ille idem eſſet
Parochus Sanctæ Catharinæ Traiecti legebatur
expreſſe in altera deputatione exarata per eum-
dem Vicarium Generalem ad finem explorandi
voluntatem Mariæ Agnetis *dicto Summario n. 7.*,
ut ibi -- *Il Sig. Gadet Curato di Santa Caterina
in Maſtrich*, Quin poſita tali identitate perſonæ
quidquam faceret, quod ſe ſe poſtea enunciave-
rit, in ipſa atteſtatione Matrimonii uti Paſto-
rem Eccleſiæ Sancti Matthiæ, utrumque quip-
pe optime copulabatur, cum foret utriuſque Pa-
rochiæ forſan unitarum Paſtor, & Rector idem-
met Gadet, ut etiam expreſſe colligebatur ex
ipſa ſententia Reverendiſſimi Nuncii Apoſtolici
13 *Summario num. 22.*, cum nemo ignoret poſſe
plures Dignitates, plures titulos, etſi diverſos
in una, eademque materiali perſona concurre-
re, ut conſtat ex animadverſis *per Text. in l. ſi
Pater 15. §. Qui datur* ibi -- *Facit enim hoc quaſi
quilibet non quaſi alius ff. de adoption.* cum aliis
optime emulatis *per Narbon. de appellat. a Vica-
rio ad Epiſcopum part. 2. nu. 9.*, *& per Rot. dec.
2138. num. 13. cor. Coccino*.

Non minori facilitate diluebatur noviſſimum
refugium tranſgreſſus temporis præfato Paro-
cho præſcripti pro celebratione Matrimonii per
illa verba *tempore claro, clara luce*; Nam proce-
dendo etiam cum eadem hodie ex tradita atte-
ſtatione, non ſolum poterat eſſe, ſed etiam de
facto erat *tempore claro, luce clara*, dum ipſe-
met Parochus aſſerebat matrimonium fuiſſe ſo-
lemnizatum ſub die 30. Decembris *circa medium
quintæ Veſpertinæ*, unde quamtumvis eadem
teſtificatio aſſereret, quod quinta hora Veſper-
tina in ea Regione præſeferat mediam horam
14 noctis, *Summario Franciſci num. unico*, non
tamen idcirco Parochus celebraverat Matri-
monium in ipſa extremitate horæ quintæ Ve-
ſpertinæ, ſed ut habetur ex mox recenſitis ver-
bis, *circa medium quintæ Veſpertinæ*, & ſic uti
Italice diceremus, *intorno le 24.*, quod ſane
tempus de ſui natura eſt pluſquam clarum, ſive
adhuc eſt lux clara, ad pulchram, & punctua-
lem doctrinam *Iaſonis in l. more Romano tit. de
fer.* Et ſi namque diverſitas morum, Regionum,
& Nationum diem diviſerit per horas in ſe va-
rias per ea, quæ erudite congerit *Caſſaneus Ca-
thalog. Gloriæ mundi par. 12. conſid. 42.*, *& 43.*,
*& in ejus tractat. ad conſuetud. Burgund. in tit.
des Iuſtices §. 8. in gl. in verb.*, *& Iour.*, adhuc
quatenus attinebat ad præſentem indaginem,
cum claritas *Apetadion.* grece nuncupetur; ut
inquit præfatus *Iaſon. in d. l. more Romano n. 4.*, *&
ante cum Ioann. Andr.*, *& Geminianus*, iſtud me-
dium inter noctem, & diem plus diei participat
uſque ad extremitatem, quam noctis, ut nihi-
lominus proſequendo memoratam doctrinam
Iaſonis in memorata lege *d. n. 18.*, ipſe ſic intel-
ligit poſt *Bald. & gloſ.* ab eo allegatam per ea
verba -- *Etſi in aliqua diſpoſitione diceretur quod
fuit factum inter diem & noctem* (quod eſt idem,
ac Italice circa le 24.) *intelligeretur factum de die*
& paucioribus verbis ipſe *Text. in d. l. more Roma-
no*, ut ibi -- *Ita quidquid in his 24. horis, id eſt duo-
bus dimidiatis noctibus, & luce media actum eſt,
perinde eſt quaſi quavis hora lucis actum eſſet*, prout
in facto ipſe Parochus huiuſmodi Matrimonium
fuiſſe *clara luce* celebratum teſtatus eſt.

Et ita &c. utraque &c.

FOROSEMPRONIEN. LEGATORUM. SUPER FIDEICOMMISSO TIBERII.

Lunæ 22. Januarii 1714.

ARGUMENTUM.

Legitima a filio an eo vivente detrahi poſſit, &
alienari non purificato adhuc caſu fideicommiſſi
in computum ſuarum detractionum. Clauſula
Conſtituti in legato appoſita operatur ut ipſo ju-
re tranſeat legatum in legatarium, ſecus in hę-
redem in quem nunquam hęreditas tranſlata di-
citur niſi adſit illius animus vel alius actus æqui-
pollens adeundi eandem hęreditatem.

SUMMARIUM.

1 *Non licet heredi diſponere de bonis antiquiori fi-
deicommiſſo ſubiectis.*

2 *Fra-*

Digitized by Google

2 *Fruſtratoria dicitur potentia, quæ ad actum reduci nequit.*

3 *Renunciatio facta de juribus futuris ex cauſa de præterito, an ea comprahendat quæ cauſam mere eventualem habent de futuro.*

4 *Obligatio facta in forma Cammeræ afficit heredes promittentis, ſeque obligantis.*

5 *Verba* — può eſſere -- *tanquam dubitativa nihil concludunt, & ponunt in eſſe.*

6 *Identitas bonorum fideicommiſſariorum probata non dicitur per Teſtes informes, ac extrajudiciales.*

7 *Res detracta in computum detractionum remanet exempta ab omni fideicommiſſo.*

8 *Acquiſitiones factæ ab herede gravato quando dici debent abſorbere detractiones.*

9 *Heres gravatus hoc, vel illud prædium fideicommiſſo ſuppoſitum alienare poteſt pro ſua legitima.*

10 *Heres gravatus an eo vivente detrahere poſſit legitimam.*

11 *Clauſula* Conſtituti *appoſita in legatis ipſo jure tranſit in legatarium legatum. Limita in herede, qui, ut acquirat hereditatem debet vel effective, vel per æquipollens ejus animum declarare* ibidem num. 12.

13 *Filius in legitima ad differentiam aliarum detractionum dici poteſt condominus in vita cum ipſo Patre.*

14 *Legitimarius ratione legitimæ eſt creditor.*

15 *Filius habens creditum clarum pro ſua legitima illud diſſolutum ſtatim dicitur a fideicommiſſo & petere etiam pro ea poteſt retentionem* ibidem nom. 16.

17 *Cognati veniunt nomine, & appellatione deſcendentium.*

18 *Fideicommiſſum nunquam inductum cenſetur quando verba poſſunt aliud præſeferre.*

19 *Correctio eſt ſemper vitandam.*

20 *Bona ſemel a fideicommiſſo avulſa reincidere nunquam in eo debent.*

DECISIO DCXLIII.

QUemadmodum variis quidem Annolis efformatur Catena, ſed tamen cuncti pendent a primis, ita in hac catenata ſerie diſputationum, atque Dubiorum, quæ propoſita, & diſceptata fuere, evenire neceſſe erat, cum principaliter ſaltem, niſi penitus, & omnimode ſequentes controverſiarum nexus ligarentur cum ſuperioribus Annulis jam ſtabilitis, & repercuſſis inter has Partes, qualitatis nempe hæreditariæ, & renonciationis Virginiam afficientium, & ideo nil mirum, ſi antecedentibus reſolutionibus juncta pariter remanſit præſens, quæ compellabatur *ſuper Fideicommiſſo Tiberii.*

In vanum quippe ſperabant hodie DD. de Paſſioneis abradere a Legato Virginiæ Conjugi relicto ab Innocentio gemina Prædia unum *la Palazzina*, & alterum *Rupoli* nuncupatum, una cum Pinacotheca, ſive Muſæo, ſub eo fundamento, quod omnia hæc ſubjacerent antiquiori fideicommiſſo ſuper iiſdem Bonis, & reſpective rebus ordinato per Tiberium ejuſdem Innocentii Patrem, unde nequiviſſet idem Innocentius in præjudicium Virginiæ Sororis, aliorumque poſt eam vocatorum ab eodem Tiberio diſponere in gratiam Uxoris, cum neminem lateat, minime licere noviter diſponere
1 de re, ſeu effectibus alteri diſpoſitioni, ſeu antiquiori fideicommiſſo obnoxiis, ut aliis coacervatis unanimiter conclamant per *Text. in leg. final. Cod. de reb. abſen. non alienan. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 7. per tot. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 103. per tot., Rot. in Romana Salviani 3. Decembris 1688. §. Si enim coram Reverendiſſimo Domino Hervault, in Romana Primogenituræ de Albericis 3. Iulii 1702. §. Nullumque, in Romana Cononum 23. Aprilis 1708. §. Obſtare, & in Auximana Cenſuum ſuper Tranſactione 5. Maii 1710. §. Quia, & in Maceraten. Legatorum, & Fideicommiſſi ſuper Prædio della Cimarella, & Dommuccola cum Apotheca 23. Iunii ejuſdem anni §. Et altera* pariter *coram Me.*

Quoniam præſuppoſito, quod eadem Virginia Soror adeundo hæreditatem Fratris ſic diſponentis, effecta fuerit una, eademque perſona cum defuncto, illiusque propterea non valeret factum, & voluntatem non exequi, fruſtratoria reddebatur prætenſio impugnandi
2 eamdem diſpoſitionem, ſicuti fruſtratoriam dicimus potentiam, quæ ad actum reduci non poteſt, ut cum *Phyloſopho* connotarunt ex *Text. in cap. cum ſuper 23. in fin. de offic. delegat, & in leg. ultam 6. § final. in fin. Cod. ſi quis alteri, vel ſibi Merlin. controv. par. 3. reſponſ. 52. n. 63., & par. 5. reſponſ. 74. n. 53. Caſſador. dec. 7. n. 3. in fine de cauſ. poſſeſſ. Rot. in Romana ſeu Portuen. Tenutarum ſuper exceſſu quoad Vicarellum 26. Martii 1708. §. Nomini, cor. Me.*

Cumque prælaudata Virginia non ſolum induiſſet veſtem hanc hæreditariam, ſed ſeſe quoque poſitive ſpoliaſſet e converſo omni iure omni ſpe ſuccedendi vigore quorumcumque Teſtamentorum, ſeu Fideicommiſſorum, omniaque hæc præfata iura renunciaſſet Innocentio, poſitive exprimendo -- *Beni, raggioni, & attioni &c., che in qualſivoglia tempo per l' avvenire ſe gli poteſſero acquiſtare tanto ab inteſtato, quanto per vigore di qualſivoglia Teſtamento, Inveſtitura, Fideicommiſſo &c.*, ad Iura profecto renunciata remeare non poterat, non intrante ob tam claram expreſſionem. & perantea ordinatum fideicommiſſum Tiberii, ulla quæſtione, an renunciatio loquens tam explicite de Iuribus futuris ex cauſa de præterito compræhenderet etiam ea,
3 quæ cauſam mere eventualem habebant de futuro, ut fuit mordicus colluctatum in illa *Romana renunciationis 8. Januarii 1708. §. Ratio autem & 15. Iunii ejuſdem anni §. Porro* utraque *coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, confirmata 10. *Martii* 1710. §. *Ex his, & ſeqq. coram R. P. D. meo Criſpo.*

Addito, quod unaquæque ea prædictis exceptionibus, & motivis, quæ evidens erat obſtare Virginiæ, obſtabat pariter eius Filiis, qui & fuerunt Matris hæredes, & pro quibus obſervantiam eadem met Virginia renunciando promiſerat, *obligando ſe ſteſſa, ſuoi Eredi, e Succeſſori &c.* in ampliſſima forma Rever. Cameræ,
4 quæ ſemper afficit Hæredes promittentis, ſeque obligantis, ut paſſim habetur ex collectis per *Zacch. de obligat.* Camer. *quæſt. 4. num. 9., Rot. dec. 187. num. 26., & dec. 239. nu. 4., & ſeqq. poſt eumdem, Adden. ad Buratt. dec. 564. n. 5., & coram Emerix Iun. dec. 581. num. 6.*

Atque hæc revera ſuperabundaſſent pro confirmatione antecedentis Sententiæ Rotalis pronunciatæ per *R. P. D. meum Aldrovandum* ſuper eodem fideicommiſſo Tiberii: Sed ad partes quoque dilutum, & everſum noſcebatur omne fundamentum eorumdem Dominorum de Paſſioneis deſuper fabricatum, nam quatenus pertinebat ad prædium *della Palazzina* cum Domo, eiuſque Mobilibus, nulla ſufficiens ex illorum parte dabatur juſtificatio, quod ea ad dominium, & poſſeſſionem Tiberii ſpectarent; licet enim hujuſmodi pertinentia deduci prætenderetur ex verbis emiſſis in ejus Teſtamento per eumdem Innocentium legantem, ut ibi -- *E perche anche la medeſima Palazzina può eſſere, che ſpetti all' Eredità ſpettante al mio Signor Padre*,
5 nullatenus tamen ob id extorqueri valebat aliqua firma confeſſio, cum hujuſmodi verba - *può eſſere*, tanquam dubitativa nihil concludant, & ponant in eſſe, ut inquit *Caſtrenſ. conſ. 95. nu. 9., Cyriac controv. 150. nu. 12., & 28., Spad. conſ. 336. num. 3., Manſ. conſultat. 446. nu. 5., Rot. coram Gregor. dec. 517. num. 17., & 18., & coram Priolo dec. 95. n. 26., & coram Emerix Iunior. dec. 212. num. 9., & 10.*

Nequaquam iiſdem verbis robur afferente aſſertione, ſive depoſitione penitus extraiudiciali trium Teſtium aſſerentium, quod idem Prædium ad prænominatum Tiberium attinebat; Identitas namque, quæ probari debet a Fideicommiſſario clare, perſpicue, dici minime poteſt comprobata, & demonſtrata per Teſtes undique informes, ac penitus extrajudi-
6 ciales, ſicuti de prima propoſitione teſtantur congeſti per *Rot. in dec. 175. num. 3. part. 6. rec., & in Bononien. fideicommiſſi Caroli de Ghiſlerijs ſuper exequutione 8. Aprilis 1707. §. Ratio coram R. P. D. meo Scotto, & in Romana Multiplici 17. Junii 1709. §. Neque, & §. Everſa* confirmati 21. *Februarii 1710. §. final. coram eodem*, & de ſecunda *Rot. dec. 213. num. 4., & dec. 889. num. 12. coram Cerr., & in Spoletana fideicommiſſi 25. Iunij 1704. §. Petebatur coram clar. memor. Card. Caprara, & in eius confirmatoria 1. Iulij 1708. §. Parum coram R. P. D. meo Aldrovando, & in Narnien. Vſus fructus 24. Novembris 1710. §. Quidquid coram Reverendiſſimo P. Domino meo Molines Decano.*

Cœterum etiam dato, quod in aliqua parte hujuſmodi Prædium tractu temporis potuiſſet oſtendi de dominio, & poſſeſſione Tiberii (quando de reliquo D. Sorbolongus ultro fatebatur, quod tantummodo Tiberius deſuper fecerit, vel adjunxerit aliqua melioramenta, eaque ad huc non forent liquida) corruebat in radice omnis difficultas, ex quo Innocentius de eodem Prædio diſponens litteraliter declaraverat illud eligere; & retinere, idcoque de eo diſponere -- *A' conto della Dote, & Eredità, che devo havere della mia Signora Madre*: unde citra neceſſitatem recurrendi ad cenſuram *leg. Marcellus §. Res quæ ff. ad Trebell.*, manifeſtum reddebatur per tam claram electionem in computum ſuarum detractionum, Prædium
7 remanſiſſe exemptum ab omni, & quocumque fideicommiſſo ea paſſim affirmatis per *Text. in leg. qui habebat §. Serviſſime in fine*, ibique *Gloſſ. in verbo ceſſante ff. de legat. 3., Rot. in Ferentina Bonorum 25. Iunii 1698. §. Neque coram bon. mem. Urſino, & 7. Februarii 1707. §. Poſita autem & 3. Iulii 1708. §. Vitiaieata cor. R. P. D. Lancetta.*

Quo vero ad aliud Prædium *Repoli*, in primis DD. de Paſſioneis vice demonſtrandi dominium ejuſdem Tiberii ſuper hoc Prædio, exhibuerunt dumtaxat in eorum *Summario Num. 7.* quaſdam valde tenues acquiſitiones, quæ non excedebant importantiam ſcutor. 600., & tamen agebatur de Prædio valoris ſcutorum 6000., quod indubitanter proveniebat ab Hæreditate Auguſtini Avi materni ipſius Innocentii, non autem ullo modo a Tiberio Patre, ut recognitum, & deciſum jam fuerat inter has eaſdem Patres in antea̅cta *Foroſempronien. manutentionis 13. Aprilis 1693. §. Itidem coram bon. mem Mauuel.*, & in omnem eventum ea talis qualis importantia, ſeu quota prædictarum acquiſitionum longe abſorbebatur a præmiſſis detractionibus occaſione ſolius Dotis, & Hæreditatis maternæ, de quibus Hæres erat Innocentius, uti proſequendo dixerunt *Cephal. conſ.*
8 *189. num. 19., Peregrin. de fideicomm. art. 10. nu. 30., Rodulphin. alleg. 115. num. 24., Roec. diſputat. Iur. ſelect. cap. 10. num. 71. Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 162. nu. 7., Rot. coram Ludoviſ. dec. 580. nu. 2., & ſeqq., & in recent. dec. 239. num. 8., & ſeqq. par. 18., & in Bononien. fideicommiſſi de Barzunis 16. Ianuarii 1697. §. Quæ diſtinctio coram Reverendiſſimo Domino Molines, in Sabinen. fideicommiſſi 23. Februarii 1699. §. Denique, & ſeqq. coram clar. mem. Card. Caprara, & in Praneſtina fideicommiſſi 24. Novembris 1702. §. Nec faceſſit coram eodem, & in Reatina Fideicommiſſi de Saveris 13. Februarii 1708. §. Nec dicta cor. bon. mem. Omaña.*

Reſpectu tandem Pinacothecæ, ſive Muſæi, quod unacum aliis mobilibus pariformiter legaverat memoratus Innocentius Virginiæ Conjugi, non bene ſimiliter digito monſtrabatur identitas, quod ad Tiberium hæ, ac illæ res, picturæ, vel mobilia, ipſaque Pynacotheca ſpectarent,

Digitized by Google

rent, maxime dum Domus, in qua a . . . . iſta
manebant, promanabat ab Auguſtino Avo, ut
præmiſimus, materno præfati Innocentii, & ſic
omnino libere ad eum devoluta: Attamen,
quando etiam aliqua ex iiſdem mobilibus, vel
rebus componentibus Pinacothecam deſcende-
rent immediate a Tiberio, prout dubitative,
non minus profeſſus erat idem Innocentius in
Teſtamento; Nihilominus illorum quantitas,
& valor proculdubio devorabatur a credito le-
gitimæ, quæ debebatur indubitanter eidem In-
nocentio ſuper ejuſdem Tyberii bonis, & de fa-
cto ita legando apparebat poteſtatus, aperte di-
cendo -- *E perche alcuni mobili, che ſi trovaſſero
in detta Caſa, potrebbero pretenderſi ſpettare all'
Eredità del Signor Tiberio mio dilettiſſimo Padre,
mi dichiaro, e proteſto eleggerli in conto della legi-
tima, che mi proviene dell' Eredità Paterna, e co-
me Padrone della detta legitima ne faccio diſpoſi-
zione à favore della Signora Virginia ſu letta* -- ac
propterea recurrebant ea, quæ ſupra diximus,
prout etiam diſcurrendo de legitima electa ſu-
per hoc, vel alio corpore in illo alienando, vel
9 de eo diſponendo, citra difficultatem reſponde-
runt *Menoch. conſ.* 183. *num.* 36. *&* 37., *Surd.
dec.* 92. *nu.* 1., *Rot. penes Mantic. dec.* 326. *nu.*
1. 2. *&* 5. *verſic. Quia adhuc*, *& nu.* 6., *& dec.*
71. *num.* 4. *part.* 1. *diverſ.*, *& in Rec. dec.* 267.
n. primo, *&* 2. *par.* 1., & egregie *coram Merlin.
dec.* 293. *nu.* 20. *circa fin. verſic. Ita potuit illa
eligere in ſatisfactionem hujus crediti etiam legando
per ultimam voluntatem diſponendo*.

Et ob id parum relevabat, quod hæc electio
Pinachothecæ, aliorumque mobilium in cau-
ſam legitimæ fieri non potuiſſet per Innocen-
tium in eius Teſtamento, quod vires habere non
poterat, niſi poſt eius mortem purificato iam
fideicommiſſo, licet toleretur in Jure, quod
huiuſmodi electio fieri valeat per Legitimarium
itidemque gravatum in vita ratione Commer-
cii, & favoris Tertii alienatarii, in quem ſequu-
ta fuerit rei fideicommiſſariæ alienatio, juxta
10 doctrinam *Bald. in l. filium, quem habentem*,
C. famil. Erciſcund., *Rip. in l. In quartam num.*
104. *ff. ad l. falcid.*, *Cacc. de legitim. tit. utrum
legitima ſit deducenda nu.* 73. *& ſeqq.*, *Adden.
ad Gregor. dec.* 580. *num.* 12.

Siquidem iſtud obiectum non ſolum petebat
in ſua baſe principium, cum non probaretur ex
parte illorum de Paſſioneis concludenter quod
eadem Pinacotheca cum omnibus, quæ inibi
continebantur, adamuſſim foret, ut diximus,
de dominio Tyberii, verum, etiam quando id
extitiſſet oſtenſum, attamen *Doctores* in obiecto
allegati non tractant de expreſſa electione facta
de legitima per filium legitimarium, & poſt ſibi
appropriatum dominium de re aliqua fideicom-
miſſaria in legitimam electa a diſponente, pro-
ut hic fecit ſtudioſe, & accurate Innocentius
in legato, cujus dominium recta via per Clau-
ſulam *Conſtituti* appoſitam in ipſo legato tranſi-
11 re diſpoſuit favore Virginiæ, quemadmodum
cæteroquin etiam de per ſe ſubito, & directe
tranſit in Legatarium, juxta *Text. in l.* 1. §.
*Si decem, quæ in Arca, verſic. Ipſe hæc decem
vindicabit, ff. ut legat. nom. cau.* quod non con-
tingit in ſimplici inſtitutione in hæredem, qui
debet, acquirat hæreditatem, effective decla-
rando animum adeunde, vel per viam facti
12 æquipollentem illam adire, ſicuti de hære-
ditate dicunt per *Text. in l. Quod autem, ff. quæ
in fraudem Creditor*, late adducti apud *Prat. ob-
ſervat.* 15. *&* 16. *fere per tot.*, *Capyc. Latr.*,
ibique Adden. deciſ. 8. *num.* 3. *& ſeq.*, *& deciſ.*
34. *num.* 5. & e contra de Legato poſt prædictos
Textus notarunt in dicta *l. prima Corn. num.* 4.
fallent 4., *Salicet. num.* 12. *oppoſ.* 6., *Camarell.
de legat. lib.* 12. *tit. de leg at. univerſ. requiſ.* 2. *ſub
num.* 1. *verſic. Et nota*, *Rot. dec.* 181. *n.* 10. *p.*
14. *rec.*, *& in Romana* Legati 12 *Iunii* 1690. §.
fin. cor. Eminentiſſimo Priolo.

Deciſio autem *Merlini la* 212. hoſce terminos
non percutit, quia ibi agebatur de danda, vel
non danda Immiſſione Lgatario, qui præten-
debat aliqua Prædia per viam Immiſſionis, quæ
ſane actio ei non competebat, & competere
non poterat in Bonis hæredis, qui declarave-
rat adeundo cum Inventario clare ad ſe ſpecta-
re eadem Prædia in vim antiquioris fideicom-
miſſi, & quod magis erat, ipſe idem Heres re-
periebatur in actuali poſſeſſione, & detractio-
nes non adhuc erant liquidatæ, ac inter illas
denique non aderat, ut in præſenti, legitima,
quando e converſo in præſenti vigore rei judica-
tæ iam poſſidebat D. de Sorbolonghis, & detra-
ctio legitimæ erat certa, nec ullatenus ad hunc
effectum liquidatione egens; Quinimo vel ra-
tione eiuſdem legitimæ ad differentiam alia-
13 rum detractionum Innocentius dici poterat
Condominus in vita cum ipſo Patre ex conno-
tatis per *Merlin. de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 2.
& lib. 3. *tit.* 2. *quæſt.* 29 *n.* 12. *Manſ. conſult.* 24. *n.*
72., *& conſult.* 678. *n.* 9. *& ſeqq.* *Rot. deciſ.* 49. *n.*
17. *& in Romana* Legitimę 23. *Iannarii* 1702. §.
Nihilominus utraque coram Me.

Vel etiam hodie D. Sorbolongus tamquam
poſſeſſor, & creditor hujus legitimæ poſſet ex-
petere retentionem; Quod enim Legitimarius
14 ratione legitimæ ſit creditor eſt indubitatum,
per *Text in l. Papinianus, Si quis Impubes, ff.
de Inoffic. Teſtam. Spad. conſ.* 306. *num.* 2. *tom.*
3. *Rot. poſt.* Merlin *de legitim. deciſ.* 170. *nu.* 5.,
& n. 6., *& deciſ.* 77. *nu.* 83. *coram Me*. *& in
Reatina Succeſſionis ſuper reſervatis* 30. *Januarii*
1711. §. *In ea quippe*, *coram Eminentiſſimo Prio-
lo*, & quod poſſidens habens creditum clarum,
immo, & anterius, uti a Jure ſtatim diſſolutum
15 a quolibet fideicommiſſo quo legitima grava-
ri non poterat a Tyberio, ex altero *Text. in l.
Si Arrogator, ff. de adopt.*, *& in l. Quoniam in
prioribus, C. de inoffic. Teſtamen. Rot. deciſ.* 49.
num. 8. *coram Me*, *& in Æſina, ſeu Maceraten.
Dotis ſuper reſervatis* 17. *Martii* 1710. §. *Præ-
miſſo*, *coram Reverendiſſimo P. D. meo Decano*,
& in

& in Romana Diviſionis ſtabilium 16. *Junii ejuſ-*
dem Anni 1710. §. *Nullatenus, coram b. m. Caſ-*
16 *farello*, valeat ſemper petere retentionem,
Jura ſunt familiaria, ut videre eſt apud *Merlin.*
de Legitim. lib. 3. *tit.* 49. *num.* 7., *Rot. poſt ip-*
ſum deeiſ. 33. *num.* 1., *& coram Millin. deciſ.*
38. *num.* 3., *& coram Cavaler. deciſ.* 459. *n.* 1.
& coram Emerix Iun. *deeiſ.* 324. *n.* 3. *& dec.*
179. *n.* 3. *p.* 13. *rec.*

Minus refragabatur quoad hanc ſatis, ſuper-
que digladiatam Pinacothecam, quod eum
Tyberius ordinaſſet, eam conſervari -- *In per-*
petua memoria nella ſua famiglia, e deſcendenti
Hinc dum Innocentius Teſtator eidem Virgi-
niæ Conjugi illam inter cætera mobilia legando
ſpecifice declaravit, atque mandavit -- *Con*
condizione però, che la Galleria non poſſa venderſi,
nè impegnarſi, conforme l' intenzione del mio Si-
gnor Padre, profecto in quoddam neceſſarium
antecedens videatur idem Teſtator voluiſſe,
Virginiam, remanere ſolom Dominam, ſeu
uſufructuariam ejuſdem Pynacothecæ ſua vita
tantum durante, quodque poſtmodum *ſecondo*
l' intenzione del Padre, remaneret gravata il-
lam reſtituere familiæ, & deſcendentibus, in-
ter quos certitudinarie numerabantur DD. Paſ-
ſionei, & ſi ſolummodo Cognati, ut dixit *Rot.*
17 *in Sutrina Immiſſionis ſuper fideicommiſſo* 19.
Aprilis 1709. §. *Minime, & ſeq. coram Reve-*
rendiſſimo D. Molines *Decano, & in Fulginaten.*
Succeſſionis, & Dotium quoad Carolinam 1. *Iulii*
ejuſdem Anni 1709. §. *Et quamvis, coram Eodem*
& in Mediolanen. Archipresbyteratus 27. *Iulij*
1710. §. *fin. cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Nam hujuſmodi diſcurſus viſus eſt *Dominis*
valde durus, & exorbitans a regulis Juris, quia
ſuapte natura præfata ultima verba non pote-
rant importare, niſi ſimplicem intentionem
ſeſe conformandi intentioni ſui Patris in illa
parte, quæ reſpiciebat conſervationem, ſeu
non diſtrahibilitatem in genere; nuſquam vero
totam amplitudinem intentionis ejuſdem Pa-
tris imbibere circa repetitionem fideicommiſſi,
gravando Virginiam, quemadmodum ipſum
Teſtatorem gravaverat Pater, non ſolum quip-
pe hoc eſſet inducere fideicommiſſa, ubi non
ſunt, nec verba clare eadem fideicommiſſa
præſeferunt, ſed quia ſibi Teſtator ex facto ip-
ſo, & in eadem Oratione contradixiſſet; quo-
ties enim eamdem Pinacothecam unacum cæ-
teris mobilibus elegit in legitimam, & ſic cla-
riſſime jam exemit à fideicommiſſo, quomodo
(præciſive a quadam concupiſcentia non de-
ſtructionis hujus forte ſingularitatis in Patria)
potuit de rigore ſine verbis, quæ id exprimant,
voluiſſe illam reincidere in fideicommiſſo, a
quo, ut diximus, exempta fuerat, ex pluribus
regulis, quæ ad hunc effectum, & ad præmiſſa
propoſita coacervari poſſent, nempe ſuper fi-
deicommiſſo non inducendo, quando verba poſ-
ſunt aliud præſeferre, necnon de correctione
ſemper evitanda, ac denique de nunquam to-
leranda reverſione ad fideicommiſſum bono-
rum, quando ab illo fuerunt legitime ſemel
18 avulſa, ut de prima concluſione *Mart. de ſuc-*
ceſſ. legal. part. 4. *q.* 29. *art.* 4. *num.* 16. *Gratian.*
diſcept. forenſ. cap. 280. *num.* 15. *Rot. dec.* 228.
n. 3. *cor. Emer.* Iun. & de ſecunda eſt *Text. in l.*
Non ad ea 88. *ff. de condit. & demonſtr. ibique*
19 *Gloſſ. verb. præſens in fine, Barboſ. axiom.* 60.
n. 7. *& in meis adnot. ad dec.* 47. *n.* 34. *& de-*
ciſ. 79. *n.* 24. ac demum de tertiam *Fontanell. de*
20. *pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *p.* 2. *n.* 48. *& ſeqq.*
Molin. de Primog. lib. 2. *cap.* 15. *n.* 10. *in fin.*
Peregrin de fideicomm. art. 42. *n.* 20. *verſ. Hæc*
tamen, Rot. coram B eb. deciſ. 41. *n.* 7. *& dec.*
209. *n.* 3. *p.* 1. *& dec.* 312. *n.* 46. *p.* 6. *rec., &*
in Romana Canonum 23. *Aprilis* 1708. §. *Siqui-*
dem, cor. Me.

Ad ea tandem, quæ poſtremo loco repete-
bant Scribentes pro DD. de Paſſioneis ſuper ve-
teri aſſumpto, quod legitima, in cujus cauſam
Innocentius elegit præfata mobilia, & Muſæum
& cujus vigore diſpoſuit de iiſdem mobilibus,
& muſæo, foret prohibita antecedenter, ſi
non expreſſe, ſaltem æquipollenter per Tybe-
rium illius Patrem, late, & fundate ſatis re-
ſponſum legebatur in præteritis *Deciſionibus cor.*
R. P. D. meo Aldrovando nempe in prima *ſub*
die 7. *Martii* 1712. §. *Quin reſpectu*, & uberius
in ſecunda diei primæ Iulii ejuſdem Anni §. *Non*
obſtat ferme uſque ad finem, ideoque cenſuerunt
Domini ad evitandam inutilem repetitionem ad
eaſdem ſeſe remittere, reſpondentes idcirco,
Sententiam Rotalem eſſe confirmandam.

Et ita reſolutum fuit utraque &c.

FOROSEMPRONIEN. LEGATORUM SUPER FIDEICOMMISSIS LUDOVICI, ET ANTONII.

Lunæ 22. *Ienuarii* 1714.

ARGUMENTUM.

Teſtator an poſſit de re hęredis etiam diſponere, præſertim ſi idem hęres hanc diſpoſitionem acceptet., & quando dicatur de re ſui hęredis diſpoſuiſſe, & ex quibus conjecturis, ac circumſtantiis. Præſumptio *L. Quintus Mutius ff. de donat. int. Vir. & Uxor.* quando procedat, & quando non. Primæ alienationes factæ ab hęrede gravato imputantur in legitimam.

SUMMARIUM.

1 *Bona fideicommiſſaria in ultimo ſubſtituto, vel conditionali non purificata conditione* remanent *libera, & propria illius efficiuntur.*
2 *Teſtator diſponere poteſt de re hęredis præſertim ſi hęres id acceptet.*
3 *Codicillus uti pars teſtamenti confirmat, non deſtruit in compatibilibus idem teſtamentum.*
4 *Appellatione* bonorum meorum *quid compræhendatur.*

5 *Diſ-*

Digitized by Google

5 *Diſſolvi non debet, quod prius non e t ligat um.*
6 *Libertas bonorum præſumenda ſemper eſt niſi concludeater fideicommiſſum probetur.*
7 *Teſtator nunquam ceaſetur diſponere de bonis heredis etiamſi immixta reperiantur cum bonis proprii ejuſdem diſponentis.*
8 *Dictio* -- ſolamente -- *omne, & quodcumque aliud excludit.*
9 *Bona heredis quando contineantur ſub bonis Teſtatoris.*
10 *Dictio* -- miei -- *in quo differat ab alia dictione* -- proprii --, *& late utriuſque dictionis vim expenditur.*
11 *Dictio* -- eſſo -- *eſt perſonaliſſima.*
12 *ſub dictione* -- bonorum meorum -- *an contineantur bona heredis.*
13 *Fideicommiſſum adeſſe non dicitur ſi illud abſorbetur a detractionibus.*
14 *Mulieri aliud habere non præſumetur præter dotem.*
15 *Ad impediendam dotis detractionem ſat eſt ut dos reddatur illiquida.*
16 *Liberatio a redditione rationis, & reſpective prohibitio de illam non petendo quid operetur. Et an remiſſi valeat dolus futurus* ibid. nu. 17.
18 *In redditione rationis una partita debet cum alia uniri.*
19 *Præſumptio* L. Quintus Mutius *quo caſu locum non habeat.*
20 *Primæ alienationes factæ a gravato imputantur in legitimam, & ſecurum reddunt alienatarium.*
21 *Heres gravatus pro ſua legitima alienare poteſt bona fid. icommiſſaria.*
22 *Ultimus ſubſtitutus valet bona fideicommiſſaria ad ſui libitum diſtrahere.*

DECISIO DCXLIV.

POST explanatum, ſive everſum in altera contemporanea *Deciſione* hujus diei nnimentum, & obſtaculum circa fideicommiſſum Tiberii, multiplicatæ quidem apparebat aggreſſiones, ex capite aliorum Fideicommiſſorum *Antonii*, ſcilicet, *& Ludovici*, ſed non idcirco magnificata remanſit lætitia, quia non obſtante repetita utriuſque Fideicommiſſi prætenſione in hodierna audientia, ſententia Rotalis *R. P. D. mei Aldrovandi* confirmationis præſidium obtinuit.

Quo enim ad Fideicommiſſum Antoniis, licet hactenus Domini dePaſſioneis non negarent, quod hujuſmodi Fideicommiſſum nullatenus egrederetur Innocentii perſonam, ſed in ipſo expiraſſet, adhuc tamen contendebant in hac parte ſubſiſtere, eiſdemque DD. de Paſſioneia æquo modo ſuffragari Teſtamentariam ordinationem memorati Tiberii, qui inſtituendo ipſum Innocentium hæredem, eum expreſſe gravaverat reſtituere vocatis in eius Teſtamento non ſolum bona propria ipſius Teſtatoris, ſed etiam propria ejuſdem Innocentii hæredis ſucceſſive injungendo, quod idem Innocentius hæres expreſſe foret obnoxius acceptandi litteraliter ejus Teſtamentum, omniaque in eo diſpoſita; cumque propterea deinceps idem Innocentius volens obtemperare mandatis paternis in omnibus, & ſingulis ſuis partibus acceptare, & implere promiſiſſet cuncta diſpoſita in præfato Teſtamento, ambigi proculdubio nequibat, quod teneretur neceſſario reſtituere quoque Bona compræhenſa in ejuſdem Antonii Fideicommiſſo, cum illa, tanquam purificata, & libera remanſa in ejus perſona, caſu quo, prout contigit obiiſſet ſine filiis, fuiſſent effecta propria
1 ipſius, Juxta *Text. in Leg. Cum Pater, §. Libertis, Leg. qui ſolidum §. penultim. ff. de legat. 2. Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 2. Capyc. Latr. dec. 103. num. 32. Rota dec. 378. num. 26. part. 9. rec. & poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec. 192. num. 16. & in Romana Ceaſuum, &* Cam*biorum ſuper reſervatis* 2. *Julii* 1713. §. *Al tale. coram Me.*

Ultra namque indubitatam propoſitionem, quod Teſtator diſponere valeat de re ſui hæredis, ceſſabat omnis hæſitatio, & amaritudo, ſtante acceptatione præmiſſa, efficiente, quod ſi quæ poteſtas a Teſtatore defuiſſet onerandi hæredem in rebus ſuis, ſuppleta, & valitata
2 remanſiſſet ex voluntate ipſius hæredis, explicite voluntatem Teſtatoris acceptare profitentis, ad firmata per *Rotam dec.* 46. *nu.* 3. *coram Me, & in Avenionen. fideicommiſſi* 25. *Junii* 1700. §. *Al etiam. & ſeqq. & in Illerden. hæreditatis de Gomar.* 4. *Junii* 1703. §. *Et alterum*, pariter *coram Me, & in Romana Immiſſionis* 7. *Maii* 1706. §. *Vel quod idem, coram bon. mem. Caffarello, & in Romana donationis de Corſinis* 3. *Julii* 1711. §. *Præſertim coram R. P. D. Meo Aldrovando.*

Quin aliquo modo præciſæ huic, & expreſſæ voluntati deinde derogaſſet, vel ab ea receſſiſſet Tiberius in ſuis poſterioribus Codicillis: Quoniam derogatio hæc, ſive receſſus non fuit abſolutus ſed præciſe limitatus, & reſtrictus ad Bona Margharitæ Matris ejuſdem Innocentii hæredis, ut ſatis aperte legebatur -- *Dichiarò, e dichiara, che la ſoſtituzione, che hà fatto in caſo, che il Signor Innocenzo ſuo figlio moriſſe ſenza figli, anche per li beni della Signora Margherita ſua Madre, vuole, e dichiara, che queſta iſtituzione, ſoſtitutione, & ordinazione ſuddetta habbia luogo nelli beni, effetti, e ragioni, & azzioni dell' eredità, e robba del medeſimo Signor Teſtatore ſolamente, e non in quelli dell' eredità di detta Signora Margherita, quali vuole ſiino liberi, & aſſoluti del medeſimo Signor Innocenzo, rivocando in queſto ſolamente ogni diſpoſizione, ſalva, e ferma in tutte, e ſingole altre parti, à quali non ſolo non intende derogare, mà conferma in tutto, e per tutto, e particolarmente per la diſpoſizione ne i beni proprii di eſſo Teſtatore* -- Unde non erat trahendus ad derogationem, & correctionem aliarum rerum propriarum præfati Innocentii, potiſſime quia in cœteris ſuis partibus firmam reſtare ſan-

Digitized by Google

ſanxerat ſuam diſpoſitionem, & ordinationem,
quemadmodum de cœtero ex ſui natura operan-
tur Codicilli, ut ſcilicet tamquam additamen-
tum, & pars Teſtamenti confirment, & non
3 deſtruant in compatibilibus ipſum Teſtamen-
tum, ex plene colligi aſſuetis ex *Textus Leg. 2.*
in principio ff. de Iur. Codicillor. per Menoch. de
adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. num. 192. Altograd.
Iun. controv. 31. num. 28. & ſeqq. Andreol. con-
trov. 44. num. 8. & ſeqq. Rota coram Bich. dec.
80. num. 30. & coram Peatinger. dec. 175. nu. 6.
& in meis adnotationibus ad dec. 14. nu. 41. & in
Romana Canonum de Salviatis 14. Februarii 1707.
§. 16. & §. 31. coram Reverendiſſimo P. D. meo
Molines Decano.

Eoque facilius, dum Bona ſuppoſita fidei-
commiſſo Antonii poſſidebantur adhuc a Tybe-
rio, quamobrem ratione ejuſdem poſſeſſionis
bona cenſeri poterant adhuc ſua, àc proinde
de illis infallanter diſponere voluiſſe; appella-
tione quippe *Bonorum meorum*, non ſolum con-
4 tinentur, & ſignificantur Bona, quorum pro-
prietas ſpectat ad diſponentem, ſed etiam in-
cluduntur illa, quibus fruebatur, & quæ poſ-
ſidebat idem Diſponens, *per Textum in Leg.*
meorum, ubi communiter Doctores ff. de verb. ſi-
gnific. Auguſt. Barb. tract. var. appell. 151. n. 1.
Rot. cor. Coccin. dec. 1452. nu. 34. ver. propte-
rea dum Textus loquitur.

Aſt, his parum obſiſtentibus, *Domini* opi-
nati ſunt, Teſtamentum, ac diſpoſitionem
Tyberii, vel nullo modo, vel non clare com-
plecti bona fideicommiſſaria memorati Anto-
nii, de quibus præcipue nihil dixit in Teſtamen-
to, ſolum namque explicite diſpoſuit de dote &
Bonis Margharitæ ejus Uxoris, ideoque cum
jam præfata bona materna Margharitæ in Codi-
cillis exemerit ab injuncto deſuper novo grava-
mine reſtitutionis, non erat quidquam amplius
diſceptandum, cum neceſſe non ſit eximere,
& diſſoluere, quod prius non adjunnenitur li-
5 gatum, ut reſpondit *Rota in Hildeſimen Cano-*
nicatuum 3. Julii 1702. §. Et de cætero, cor. Me
confirmata *2. Jul. 1703. cor Reverendiſſimo D.*
meo Molines Decano.

Non enim ſub illis verbis Teſtamenti — *Tan-*
te per le doti &c. della Signora Margherita &c.
quanto per qualſiveglia altre capo, jus, & azzio-
ne etiam neceſſariiſſima ad eſprimerſi, inſtituiſco,
e ſoſtituiſco &c. Perſpicue, ut diximus, un-
quam includebantur Bona Antonii ab ipſo Tybe-
rio reſtituenda Innocentio, regula quippe in du-
bio ſtat pro libertate, niſi fideicommiſſum pro-
betur, quinimmo eadem regula Juris eapoſcit,
quod Teſtator nuſquam cenſeatur diſponere de
Bonis, quæ ſint propria (utpote ei reſtituenda)
ſui hæredis etiamſi reperiantur immixta cum
6 bonis propriis ejuſdem diſponentis, ut de pri-
ma concluſione teſtatur *Aſſlict. in cap. 1. de con-*
trov. inter maſcul. & fœmin. num. 9. Rota coram
Durano dec. 88. num. 14. & ſeqq. & coram Cer-
ro dec. 324. num. 1. & dec. 109. num. 3. & 26.
par. 19. rec. etiam in Civitatcaſtellanen. prætenſi Iuris
Emphyteutici 22. Iunii 1712. §. Qualitas namque
coram R. P. D. meo Falconerio, & de ſecunda
7 *Gloſſa in Leg. conficiuntur §. Si poſt factum, ver-*
bo teſtatur in fin. ff. de Iur. Codicill. Rota dec. 127.
num. 13. par. 15. recen. & in Maceraten. Lega-
torum, & Fideicommiſſi 18. Iunii 1710. §. Ve-
rum hiſce omnibus, & §. ſeq. & egregie *in §.*
Quamvis etenim hujuſmodi bona ſucceſſive reſti-
tuenda inter ea detineantur, ſeu poſſideantur per
Teſtatorem, coram Me.

Manifeſtius autem, dum in memoratis Codi-
cillis priori explicito gravamini complexivo
bonorum Margharitæ correſpondens, explici-
te non minus de iiſdem Bonis Margharitæ
ademptive mentionem fecit, & ſi quid aderat
in Teſtamento ſuboſcurum, utpote quomodo-
libet contentum, vel velatum ſub univerſalita-
te verborum Teſtamenti, magis profecto effi-
caci, æquipollenti declaratione in iiſdem Co-
dicillis deterſit, & ſubſtulit, dicendo — *dichia-*
ra che queſta inſtitutione, ſoſtitutione &c. abbia
luogo nelli beni effetti, raggioni, & azzioni dell'
Eredità, e robba del medeſimo Signor Teſtatore ſo-
lamente — Major enim non poterat exoptari re-
vocatio cujuslibet contrariæ unquam univerſa-
litatis, quam ſolemnis coarctatio per verba
prorſus reſtrictiva, & taxativa, ut ſunt illa —
8 *Solamente*, quæ omne ſemper, & quodcumque
aliud excludit, ex notiſſimis, & præſertim
Sard. dec. 291. num. 18. & 19. Rot. dec. 253.
num. 9. part. 14. rec. dec. 57. num. 7. coram Me,
cum aliis *in Monopolitano P. æminentiarum 14.*
Martii 1712. §. Cum enim, coram Eminentiſſimo
Priolo.

Animadvertendo ulterius, quod non erat
aſſignabilis ulla ratio, propter quam Tyberius
revocare voluiſſet in Codicillis gravamen ap-
poſitum ſuper bonis tam dotalibus, quam ex-
tradotalibus Margheritæ, quæ ad valde majo-
rem importantiam aſcendebant, & quæ erant
magis libera Innocentii ſui hæredis, & poſtea
æquo modo non revocaverit (ſi quod erat) ſi-
mile gravamen ſuper Bonis Antonii, quæ
erant minoris importantiæ, & quæ non erant
libera Innocentii, tanquam dependentia a caſu
obitus ſine filiis; potiſſime, quia ſcribentes om-
nes maxime fundantur in dicendo, quod tunc
Bona hæredis compræhendi quandoque valeant
ſub continentia Bonorum Teſtatoris, quoties
9 aliunde appareat, plus dilexiſſe fideicommiſſa-
rium, quam hæredem teſte *Menoch. de præ-*
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 107. num. 29. Palm.
nep. alleg. 332. num. 29. tom. 4. Rota coram Cer-
ro deciſ. 139. n. 5. & deciſ. 453. n. 4. par. prima rec.
& in Maceraten. Legatorum, & fideicom. 18.
Iunii 1710. §. Neque ultra verba adeo turbida,
coram Me. Plus autem dilexiſſet, ſi eidem fi-
deicommiſſario, ideſt vel Magdalenæ Matri;
vel Virginiæ Sorori reliquiſſet pinguis patrimo-
nium Margharitæ, quam Antonii magis tenue,
quemadmodum pronunciavit *Salvator noſter in*
Evan-

Digitized by Google

Evangelio Magdalenæ apud S. Lucam cap. 7. per illa verba -- *Simon habeo tibi aliquid dicere* -- At ille ait -- *Magiſter dic: Duo debitores erant cuidam Fæneratori, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta; non habentibus illis unde redderent, donavit utriſque: quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon dixit -- Æſtimo quia is, cui plus donavit; At ille dixit ei -- recte judicaſti* --

Et ob id ad rem parum faciebat, quod replicando Tyberius confirmationem diſpoſitorum in Teſtamento, ſuperadjunxerit -- *e particolarmente per la diſpoſizione de Beni proprj d' eſſo Signor Teſtatore* -- quaſi quod, juxta *Auctoritates* ſuperius laudatas in objecto, ſub nomine *meorum*, ut diximus, compræhendantur etiam ea, quibus Teſtator fruitur, quæve ipſe poſſidet: Nam, ultra quod recurrit ſemper ſupra allata reſponſio minoris profecto dilectionis, quæ facit ceſſare principaliorem rationem aſſumpti, adhuc Tyberius non dixit -- *de miei beni*, ſed *de beni proprj d' eſſo*, dictio namque *miei* latior, quam ſit dictio *proprii*, cum in ipſo vocabulo *miei* includatur poſſeſſio, & in altero *proprii* do-
10 minium, & proprietas, ex his, quæ ad rem habentur penes *Barboſ. appell.* 151. *num. primo, & Rodulph. in. allegat.* 114. *num.* 12. *verſ. aedum in ſuis bonis, ſed etiam in eorum proprijs, Rota in Perusina fideicommiſſi* 21. *Martij* 1710. §. *Nec relevare verſic. per verbum poſſeſſivum* miei, *coram R. P. D. meo Criſpo, & in dictis Maceraten. Legatorum, & fideicommiſſi* 18. *Junij* 1710. *dicto* §. *Fortius autem, verſ. ſatis Indicaverat. coram Me*: Perfecta præſertim altera junctim dictione *eſſo*, quæ eſt magis reſtrictiva ad ipſiſſima bona
11 Teſtatoris, tanquam de ſui quidditate perſonaliſſima, ex traditis per *Cyriac. controv.* 280. *n.* 8., *& ſeqq.*, *Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap.* 240. *per tot. lib.* 1. *& cap.* 9. *lib.* 2.. *Rota coram Duran. dec.* 93., *& dec.* 119. *per tot. & coram Dunozet. Iun. dec.* 910. *num.* 26., *& dec.* 328. *nu.* 21. *coram Peutinger.*, *& in recent. dec.* 127. *num.* 12. *verſ. id quod clarius cum ſeqq. par.* 15. cum aliis abunde relatis *in Romana ſeu Portuen. Caratarum(?) ſuper exceſſu quoad Palum* 26. *Martij* 1708. §. *Et hæc, coram Me.*

Robuſtius, quoniam etiam in abſtractivis terminis verbi, ſeu dictionis *meorum* pro excluſione Bonorum hæredis militat non inferius agmen *Doctorum* mordicus ſubſtinentium, nuſquam contineri ſub eo bona hæredis, inter quos numerari profecto meretur inſignis fideicommiſſariiſta *Peregrin.*, qui relatis contrariis oppoſitum dicit defendiſſe, & obtinuiſſe bis judicari, cum ſucceſſiva exequutione ſubſequta, *in tract. de fideicom. art.* 6. *num.* 10., & complures pro eadem opinione collaudat idem quoque *Toadut.* in alio loco exadverſo non allegato, ubi plenius agit de materia, nempe *in eiſdem civilibus reſolutionibus cap.* 74., *ex num.* 2. *cum ſeqq.* ad quod ſe remiſerat in altero *cap.* 80(?). *ſub num.* 31. *in fine*. & late hanc opinionem firmat *Rota in dec.* 35. *per tot. par. prima recent.*, ubi requirit ad deſtruendam regulam favorabilem hæredi, quod vere urgeant conjecturæ in contrarium, quarum nullæ concurrebant in præſenti, itaut *deciſio* 25. *poſt Card. de Luca in Miſc. ſ. tc.* 4. *lib.* 16. percutiat tantum caſum, quo, ſtante expreſſione clara Teſtatoris compræhendendi bona reſtituenda hæredi, ut litteraliter expreſſerat in ea facti ſpecie, fruſtratorie impugnaretur adeo aperta diſpoſitio tantummodo ex
12 capite erroris, quaſi Teſtator crediderit eſſe ſua, quæ erant alteri reſtituenda, & ſic ad mere præſervandum talem excogitatum errorem, firmatum fuit, quod ſub nomine *meorum* venire poſſent bona quidem poſtea hæredi reſtituenda, ſed de tempore diſpoſitionis poſſeſſa per Teſtatorem.

Expeditus ad ſenſum *Dominorum* a fideicommiſſo Antonii, reſtabat elidendum alterum fideicommiſſum Ludovici, quod ingenere fatebatur D. Sorbolongus purificatum remanſiſſe in abſtracto ad favorem DD. de Paſſioneis, ſed ictum retundebat Sorbolongus cum æque plana primo intuitu exceptione, quod nempe ſi aliqua gleba, vel pars extabat, atque reperiebatur inter Bona per Innocentium legata Virginiæ conjugi, quæ eidem fideicommiſſo Ludovici foret obnoxia, ea longe abſorbebatur a duplici ſignanter detractione, quæ ipſi Innocentio competebat contra memoratum fideicommiſſum, altera vigore dotis Ludovicæ Uxoris ipſius fideicommittentis, atque conſiſtentis in ſumma ſcutorum 3200(?)., & altera in vim legitimæ, quæ Auguſtino Avo prædicti Innocentii debita, erat ab hæreditate Ludovici Patris, & ſic vanum reddebatur diſcurrere de ullo fideicommiſſo quando illud remanebat evacuatum, & abſorptum a longe ſuperioribus detractionibus ſaltem reſpectu ejus, quod importaret transfuſum, ut ſupra,
13 in memoratam Virginiam, ex paſſim congeſtis per *Rot. dec.* 239. *num.* 9. *par.* 18. *recent.*, *& in Prænestina fideicommiſſi* 24. *Novembris* 1702. §. *Nec faceſſit coram claræ mem. Card. Caprara, & in Reatina fideicommiſſi de Severis* 13. *Februarii* 1703. §. *Nec dictæ coram bon. memoriæ Omaana.*

Incaſſum autem prætendebatur a DD. de Paſſioneis, quod prædicta Dos, ſeu detractio pro dote cenſeretur ſatisfacta, vel ſaltem reddita illiquida per adminiſtrationem bonorum ejuſdem Ludovici fideicommittentis geſtam ab ipſa Ludovica tanquam Tutrice, & Curatrice Iulii, & Auguſtini ejus filiorum in pupillari ætate exiſtentium, potiſſime cum ad ejuſdem Ludovicæ manus de facto perveniſſent ex diviſione inita inter ipſam Ludovicam nomine, ut ſupra, filiorum, & Claricem Uxorem Tiberii ſenioris plure pretioſa mobilia, argentaque, necnon in contanti pro coæquandis portionibus eorumdem filiorum ipſa Ludovica a Clarice conſecuta fuiſſet ſcuta 426., & ulterius extinxiſſet quamplures Officiorum ſocietates in præfata hæreditate Ludovici exiſtentes, & ad ejus pa-

par.formiter manus obventas,ut de his omnibus
memorati DD. de Paſſioneis ſatis conſtare cre-
debant es eorum *Summario Num.* 2. 3., & 4.
Cumque ulterius eadem Ludovica plura feciſſet
inveſtimenta nomine proprio , quando aliud
14 habere præter dotem præſumi non poterat ,
obſiſtente *l. Quintus Mutius ff. de donat. inter Vir., & Uxor.*; Hinc donec de prædictis redderet ra-
tionem præfato fideicommiſſo , illiuſque Jura
repręſentantibus , ejus Dos , vel reputari de-
bebat extincta , vel ſaltem , ut præmiſimus ,
15 illiquida , ut esuberat ad impediendam de-
tractionem ejuſdem Dotis , ex his quæ haben-
tur *in dec. 840. num. 25. coram Dunozzett. Iun., & dec. 1217. num. 8. coram Emerix Iun., & in recent. dec. 137. num. 5. par. 15.* eum aliis cu-
mulatis *in Romana Fideicommiſſi de Panthera* 6.
Maij 1709. §. *Præſumpta autem ſolutio , coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore , & in Auximana , ſeu Camerinen. Fideicommiſſorum prima Julij* 1709. §. *Reſpectu vero ad Dotem, coram R. P. D. meo Criſpo , & in Maceraten. Legatorum , & fideicommiſſi ſuper Prædio della Cimarella , & Domuncula cum Apotheca* 23. *Junij* 1710. §. *Et circa alias , & §. Antecedenti , coram Me .*

Siquidem evidenter (ut ipſe D. Sorbolongus
ſubnectebat) ruebat tota machina huius esce-
ptionis , ad quem effectum esuberaſſet ſola
ampliſſima liberatio eidem Ludovicæ facta per
ipſum fideicommittentem ab omnimoda reddi-
tione rationis , uſque ad ordinandum , quod ſi
quid adhuc in reddenda ratione contribueret, &
ſuperfuiſſet reliquatus , etiam in hoc eodem
caſu verteretur in Legatum , quod ipſe fidei-
committens facere intendebat , de eodem reli-
quatu ad commodum Ludovicæ , ut in *Summario* eorumdem DD.de Paſſioneis *Num. primo*, ac
propterea ſtante eadem prohibitione petendi
redditionem rationis , & reſpective liberatione
tam ampla Ludovicæ , ſuperfluum erat de præ-
miſſis partitis , quarum diſcuſſio ad eamdem
16 redditionem rationis pertineret , diſcurrere ,
ut in his terminis advertunt *Menoch. de arbitrar. caſ.* 209. *num.* 12., & *ſeqq.*, *Phanucc. de Iuvent. cap. 2. part. 2. numer.* 52, cum aliis adductis per
Gomez variar. reſolut, tom. primo cap. 12. ſub tit. de legat. num. 83. verſic. non tamen., & verſ. quod tamen limita , & intellige .

Quidquid ſit ubi aliquis dolus cæteroquin in-
excuſabilis , & apertus interveniſſet , tunc ete-
nim fuiſſet forſan diſputabile , an iſte dolus tan-
quam futurus remitti valuiſſet , & verti in le-
17 gatum , es diſputatis per *Rot. in Romana Multiplicorum* 17. *Aprilis* 1693. *coram claræ mem. Cardinali Caprara , quæ eſt inter impreſſas poſt Card. Albit. de inconſtant. in Judic. dec.* 30. *ex num.* 2. *ad num.* 9. & *in Auximana , ſeu Camerinen. fideicommiſſorum* 1. *Julii* 1709. §. *finali cor, R. P. D. meo Criſpo .*

Validius autem , quia quando etiam defuiſſet
tam plenaria liberatio , nonne a contrario per
D. Sorbolongum nocebatur in ejus *Summario Reſponſionis num.* 1. quod Ludovica ab anno
1622. ad annum 1627. ad commodum eorum-
dem filiorum coemerat bona valoris ſcutorum
9000., & ultra monetæ Urbini , proindeque
ecce in quo implicata fuerunt , ſibi ubi decu-
buerant præmiſſæ pecuniæ , mobilia , & res ,
quæ dicebantur obveniſſæ ad manus Ludovicæ ,
itaut facta confrontatione *del dare , e dell' avere*
etiam hodie præciſive a dicta liberatione , quæ
aliquid debet operari , conſtabat *del convaglio di detto dare , e dell' avere* per ea , quæ practi-
18 cantur in hiſce redditionibus rationum , *sbattende una partita con l' altra* , uti conootavit *Roland. a Vall. conſ.* 49. *num.* 20. *lib.* 1. *Gozzadin. conſ.* 17. *num.* 17. *Rot. dec'ſ.* 101. *num.* 8. & *ſeq. coram Ottboban. & decíſ.* 1347. *num.* 2. & *ſequentib. coram Seraphin.*, & *coram Emerix jun. decíſ.* 1203. *num.* 8. & *decíſ.* 297. *num.* 9. *par.* 6. *recent.* & *in Aſculana redditionis rationis* 27. *Ianuarii* 1710. §. *Rurſus , cor. Me .*

Et circa declamata inveſtimenta , quæ no-
mine proprio feciſſe dicebatur Ludovica , in
primis , quando eorum ſumma foret ei adſcri-
benda in debitum mediante præſumptione præ-
fatæ *l. Quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & uxor.* protinus reincideret in ſupra d. Legatum
ſed de cætero , cum per ejus virum fideicom-
mittentem appareret fuiſſe relictum uſumfru-
ctum cum tali verborum prægnantia , ut & non
relinquerent reſtrictionem ad alimenta , juxta
notoriam *Bulgari* conſuetudinem , en pariter ,
quod cum ex eodem uſufructu Ludovica potue-
19 rit pluſquam licite conflare ſummam dicto-
rum Inveſtimentorum , ceſſabat præſumptio
ejuſdem *leg. Quintus Mutius* , ut in propoſitum
paſſim reſpondit *Rota* , & *ſignanter coram Pamphil. decíſ.* 284. *num.* 8. *ibique Add. numer.* 19.
& *ſeqq.* & *coram Merlin. decíſ.* 284. *num.* 3. & 4.
& *in recent. decíſ.* 342. *num.* 6. & 7. *par.* 11. &
decíſ. 197. *num.* 17. & 18. *par.* 12. & *decíſ.* 376.
num. 31. & 32. *par.* 14. & *decíſ.* 14. & *decíſ.* 365.
num. 3. *par.* 18. & *in Romana fideicommiſſi* 18.
Iunii 1706. §. *Etenim , coram Reverendiſſimo Domino Kaunitz .*

Hæc quoad dotem : Quo vero ad alteram in
ſolo iure citra neceſſitatem illius facti reſultan-
tem detractionem legitimæ , prætermiſſis iis ,
quæ ſuper prætenſa ſubiugatione alterius legiti-
mæ prætendebantur a DD. de Paſſioneis etiam
in altera contemporanea *Deciſione ſuper fideicommiſſo Tyberii* , dum inibi ad exuberantiam
ſublatum extitit objectum illud , quod de novo
opponebatur ſuper eo , quod in eodem Teſta-
mento Innocentius conſumpſiſſet legitimam ſi-
bi competentem ſuper bonis Ludovici , dum
præcedenter ſive ante Legata relicta Virginiæ
reliquerat prædium nuncupatum *Piano di Cerreto* valoris ſcutorum 3000. Confraternitati
Sanctiſſimi Sacramenti , ideoque attenta non
minus eadem prioritate ordinis , & ſcripturæ in
legando , quam potioritate , qua fruitur pia
cauſa , in omnem eventum remanſiſſet prius

im.

imputandom idem prædium in eaodem cauſam legitimæ, quando etenim gravatus plures fecit diverſis temporibus alienationes, primæ ſunt illæ, qoæ imputantur in legitimam, & reddunt
20 ſecurum alienatarium, & non poſteriores, ſecundum communiter firmata per *Rocc. diſputat. jur. ſelect. cap.* 10. *num.* 71. *Card. de Luca de fideicomm. diſc.* 162. *num.* 7. *Rota in Praeneſtina fideicommiſſi* 24. *Novembris* 1702. §. *Cumque*, *&* §. *Nec faceſſit*, *coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano*, *& in Spoletana fideicommiſſi* 22. *Iannarii ejuſdem anni* 1702. §. *Pariterque*, *coram Reverendiſſimo Domino dell' Olmo*, *& in Reatina fideicommiſſimi de Severis* 13. *Februarii* 1708. §. *Nec prædicta*, *coram bo: me: Omanna*.

Incontinenti non minori facilitate *Domini* viſum eſt reſtare diſſolutum ex ipſo facto, qoia minime juſtificabatur per DD. de Paſſioneis, quod hujuſmodi prædium foret fideicommiſſarium Ludovici, onde illud poſtea alienando Innocentius, pro legitima ei ſpectaote ſuper bonis ejuſdem Ludovici ex perſona Auguſtini, valuerit præligere, ad normam permiſſionis *leg. Marcellus*, §. Res, *quæ ff. ad Trebell.* Quoniam verificatio, quæ dabatur, exoriens ex ſuprascripta diviſione ſequuta inter Ludovicam & Claricem, percutiebat tempus longe poſterius a die obitus fideicommitentis, & ſic ex hoc ſolo capite non valebat eſſe ſuppoſitum illius fideicommiſſo, ad formam extremi, quod re-
21 quirit *leu final. Cod. de edict. Divi Adriani tollen.* cum adnotatis *in deciſ.* 66. *num.* 12. *coram Me*, *& Rota in Romana Immiſſionis ſuper reſervatis* 3. *Iulii* 1702. §. *Et demum*, *coram bon. mem. Pio*, *& in Placentina bonorum* 25. *Iunii* 1708. §. *fin: cor. R. P. D. meo. Lancetta*.

Aſt multo magis, quia ex notula extradita in hodierna Audientia per D. Sorbolongum *ſub num.* 2. juncta depoſitione duorum Teſtium *n.* 5. valde credibile erat, quod idem prædium *di Cerreto* in totum, vel in conſiderabili parte ſpectaret ad Antonium fratrem ejuſdem Lodovici fideicommittentis: Unde eo ipſo, quod tale prædium non erat proprium Ludovici, ſaltem, ut præmiſimus, in totum, ſed potius Antonii, de eo, ſine infractione fideicommiſſi Ludovici, a qua poterat inſurgere prætenſa conſumptio legitimæ, valuit Innocentius libere, & ad ſui libitum diſponere, tanqoam ca-
22 dente ſub altero fideicommiſſo in ejus perſona purificato, & extincto, ex collectis per *Rotam deciſ.* 198. *num.* 15. *poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. tom.* 3. *& in recen. deciſ.* 378. *num.* 26. *par.* 9. *& in Romana fideicommiſſi de Moronis* 10. Maii 1697. §. *Siquidem*, *coram bon. mem. Pio*.

Poſtremo tandem loco, ſi quam onquam hucuſque deducta reſpectu fideicommiſſi Lodovici pati poſſent hæſitationem, ſive ægritudinem, ſtatim occurrebat, & recurrebat panacæa, ſive pharmacum univerſale ferme in qualibet *Deciſione* inter has Partes conflatum ex inevitabili motivo qualitatis hæreditariæ, quæ efficiebat, ut legata minui oon poſſent a DD. de Paſſioneis illa veſtitis, ac inutiliter reſpective recuſantibus factum, & reſpective voluntatem Innocentii eorum Auctoris abnuere.

Et ita &c. utraque &c.

ALBANEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 29. *Julij* 1714.

ARGUMENTUM.

Late, ac docte examinatur diſpoſitio *LL. Cum avus ff. de Condit.*, *& demonſtrat.*, *& Cum acutiſſimi Cod. de Fideicom.*, & tractatur articulus an fœmina ab initio excluſa, ſed tamen in parte conditionali poſita juvari poſſit æquitate, & præſidio *dd. LL.*

SUMMARIUM.

1 *Parentibus libera teſtandi facultas adimenda non eſt.*

2 *Text.* in L. Cum Avus, & L. Cum acutiſſimi *quid diſponant.*

3 *Teſtatoris voluntas ubi eſt clara ſuppleri nequit ab æquitate Legum.*

4 *Immiſſio vigore* L. Fin. Cod. de ædict. Div. Adr. toll. *debetur ſi conſtet de purificatione fideicommiſſi.*

5 *Reciproca ut locum habeat debet eſſe inte reciprocatos æqualis honoratio.*

6 *Legatarius venire n quit ſub conditione in qua hæredes fuerunt vocati.*

7 *Dictio* — debbano avere *eſt taxativa.*

8 *In parte conditionali contineri non ſolent novæ Perſonæ ſed illæ tantum quæ fuerunt expreſſi vocatę in antecedenti diſpoſitiva.*

9 *Pars conditionalis referri ſemper debet ad proximam.*

10 *Diſpoſitio* LL. Cum avus, & com acutiſſimi *non procedit ſi fæminæ fuerunt excluſæ*, & num. 11. & ſeqq.

12 *Sac. Rota Legibus non alienis exemplis judicare ſemper conſuevit.*

13 *Teſtator magis veriſimile eſt quod includere potius voluerit in ſubſidium fæminas, quam extraneus ſubſtitutus.* & oom. 16.

14 *In dubio capienda ſemper eſt ea interpretatio, quę magis humanitati congruat, ac pietati famuletur.*

15 *Fæmina ex quibus arguatur a Teſtatore in conditionali parte compræhenſa.*

DECISIO DCXLV.

IN poſtremo elogio Gaſpar Sarnanus, de ejus hæreditate ſic diſpoſuerat — *In tutti, e ſingoli altri ſuoi beni &c. ſuoi univerſali Eredi iſtituiſce Gio: Coſmo ſuo figliolo, & il ventre pregnante di detta Maddalena ſua amatiſſima Conſorte, ſe però* ma-

maſchio per egual portione, mà eſſendo femina, debba avere ſolo 600. ſcudi per la dote, quando ſi mariterà è più, ſe parerà à detto ſuo Erede, e non poſſa pretendere altro, e morendo alcuno d' eſſi ſenza figli legitimi, e naturali, ſuccedi quello, che ſopraviverà, e morendo ambedui ſenza figli legitimi e naturali, in detti ſuoi beni, & Eredità ſoſtituiſce ſuoi Eredi Partemia, e Laura ſue ſorelle carnali, e poi li loro figlioli &c. e morendo detta Partemia, o Laura, e loro figli, diſcendenti &c. ſoſtituiſce ſuoi Eredi Franceſco, Simone, Paolo, e Giulio &c. ſuoi Fratelli Cugini &c.

Prædicto autem Teſtatore ab humanis erepto in lucem ex ventre prægnante prodiit Fœmina nempe Catherina, adeoque ſolus Jo: Coſimus univerſam agnovit hæreditatem. Qun pariter in Infantili ætate, & conſequenter abſque filiis defuncto, quæſtio illico exarſit inter Lauram, & Parthemiam ſubſtitutas, ac Catherinam Teſtatoris filiam, cui nam ex ipſis ſucceſſio deberetur: Qua delata ad A. C. Baranzonum hæreditatem iſte cenſuit Catherinæ adjudicandam, eandem a Lauræ, & Parthemiæ prætenſionibus per ſententiam abſolvendo. Cujus deciſioni in articulo tantam involuente dubietatem minime acquieſcentes prædictæ Sorores, ſed Supremi noſtri *Tribunalis* ſententiam ſibi aperiri exoptantes, Commiſſionem idcirco cl. mem. Card. Cerro, tunc S. Rotæ Auditori dirigi curarunt, a quo propoſito dubio -- *An Conſtit. de fideicommiſſo, quod ſufragetur Parthemiæ, & Lauræ*; raritas, & gravitas quæſtionis *Dominos* in contrarias æquæ ſententias traxiſſet, nulla capta extiterat reſolutio.

Ab eo autem tempore, ſuperventis interim fatalibus diebus tam Parthemiæ, quam Lauræ, cauſa hæc, ſive ob aſſertam eorum filiorum paupertatem, ſive ob incuriam, ſive alia de cauſa, ſolvit uſque ad annum 1712. quo, in locum dicti cl. mem. Cardin. Cerri ſuffectus *R. P. D. meus Aldrovandus*, ſub die 10. Junii idem dubium -- *addita alia requiſitione, nempe -- ſeu potius ſit danda immiſſio Bonaventuræ, Dominis* definiendum propoſuit, ſed, licet mutati forent *Domini*, ſciſſis tamen adhuc Iſtorum ſuffragiis, idem prodiit reſcriptum, quod *iterum cauſa proponeretur*, qua per memoratum *R. P. D. Aldrovandum* eorum examini ſub die 17. Feb. anni proxime præteriti, iterum ſuppoſita, eadem ſententiarum varietas audita fuit, adeout juxta conſuetum *Tribunalis ſtylum* acceſſum quinti, & ſexti ſuffragandum, neceſſe fuerit demandare; Cumque *mihi* vice ejuſdem R. P. D. mei *Aldrovandi* abſentis fuerint demandatæ, requiſitis propterea a me hodie ſuper eodem dubio *Dominis* prodiit tandem oraculum *in omnibus negativum*.

Ad excludendam autem quamcunque, vel expreſſam, vel virtualem, aut a lege ſub intellectum Catherinæ vocationem in caſu obitus Joannis Coſimi ſine filiis, præmittebat Scribentes pro Bonaventura receptiſſimam in Jure concluſionem, quod in hac Teſtamentariæ ſucceſſionis materia, totum faciat voluntas Teſtatoris, qui de rebus ſuis ad libitum proprium diſponere valens, nedum proprias ſilias fœminas relicta eis Congrua dote ſecundum locorum ſtatuta, ſed, & filios ipſos maſculos in ſola legitima inſtitutos a reliqua hæreditate, inſtitutis etiam extraneis arcere non prohibeatur, nec propterea aliqua, vel Doctorum, vel Judicum Commiſeratio ſe a demandanda talis, & ſi inordi-
1 natæ, & inhumanæ diſpoſitionis exequutione valeat eximere, ut eſt literalis *Text. in l. cum quæritur, & in l. quum novella, & in tot. tit. digeſtorum, & Codicis de inoffic. teſtam. Aſcan. Clem. in tract. de Patr. poteſt effect. 16. num. 57. Menoch. conſ. 685. num. 1. & ſeqq. Surd. dec. 21. num. 14.* qui multos allegat *Merlin. dec. 208. num. 2. Rot. coram Coccin. dec 143. num. 1. Bich. dec. 317. num. 35. & 36. dec. 357. num. 7. part. 14. Rec.*

Solumque Jure, & leges ſupplere valeant caſus illos ab ipſo Teſtatore inadvertenter omiſſos quos ſi excogitaſſet, veriſimiliter eodem modo, quo lex diſpoſuit, & ipſe Teſtator diſpoſuiſſet, nil aliud facere profitentes, quam ipſius Teſtatoris vices gerere, ejuſque probabilem, & veriſimilem voluntatem declarare, ut ea ita declarata exequutioni poſtmodum demandatur, ita enim ſonare dicebantur famige-
2 rati *Textus in l. cum. Avuſſ. de condit., & demonſtrat., & in l. cum acutiſſimi* C. *de fideicom.* in quibus ſancitur, quoad in caſu obitus filiorum, vel deſcendentium a Teſtatore hæredum Inſtitutorum, conditio ſub qua ſubſtitutus in eorum defectum vocatus exiſtit, non ſecus intelligenda ſit, ſit quam ubi iidem proprii filii, ſeu cæteri deſcendentes ſine filiis decedant, ſupplendo ex integro caſum iſtum nullatenus per Teſtatorem animadverſum.

At ubi clara, & litteralis voluntas Teſtatoris appareat excludendi, nedum propriam filiam ſed, ubi ei luberet, & filium maſculum, recta ea ſola portione, quam Jura præſcribunt, ſane eo in caſu nulla eſſe debeat legis ſuppletio, nullaque pietas liberam Teſtatorum diſpoſitio-
3 nem in hoc caſu valeat retardare per ea, quæ unanimiter proſequuntur *Dec. conſ. 557. nu. 1. Mantic. de Conjecturis ultim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 19. Periſ. conſ. 34. num. 24. lib. 3.* & bo. mem. *Marcellus Severolus* in ejus voto edito in *Florentina legitimæ in preſſ. poſt Card. Albitinum de Inconſt. in judiciis nu.* 115.

His ſolidis, & cuicunque notis principiis præmiſſis, hodiernam quæſtionem jam ad nudum factum, ſeu ad literale verborum a Teſtatore adhibitorum examen redactam ajebant Scribentes pro Bonaventura, prætendebantque clare undique demonſtrare, quod prædicta Caterina nec in parte inſtitutiva, nec in reciprocante, nec minus in conditionali vocata extiterit in caſu obitus ejus Fratris; & quidem non inadvertenter, ſed matura deliberatione; Ideoque innegabilis locus ſubſtitutioni Lauræ, &

Par-

Parthemiæ ejus Auctricum, & literam ejuſdem Teſtatoris diſpoſitioni factus fuerit, ac propterea denegari ei non valeat immiſſio ex notiſſima cenſura *Textus in l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.*

Quodautem in Inſtitutione non fuerit Catharina comprehenſa, clarum ita fore ſubdebant iidem Scribentes, ut neque ejuſdem Catherinę defenſores id inficiari auderent, nimis aperta erat ejuſdem excluſio, ibi -- *In tutti &c. ſuoi beni &c. ſuoi univerſali Eredi iſtituiſce Gio: Coſmo ſuo figliuolo, & il ventre pregnante ſe però ſarà Maſchio per egual portione, mà eſſendo femina, debba avere ſolo 600. ſcudi per la ſua dote &c. e non poſſa pretendere altro*, adeoque in hoc ulterius immemorari ſuperfluum exiſtimabant.

Neque pariter in parte, qua reciprocæ unus alteri ſine filiis obeunti ſubſtituitur, comprehenſam, ſeu de novo admiſſam fuiſſe eamdem Catarinam evidenter prædicti Scribentes pro Bonaventura oſtendere ſatagebant, aſſerentes quod Teſtator inſtitutis hæredibus Joanne Coſimo, & ventre prægnante *ſe ſarà Maſchio*, eandemmet orationem proſequendo, facta tantum parentaſi, qua providere voluit, ut in caſu quo naſceretur fœmina, ea ab hæreditate arceretur & ſola dote contenta foret, ac ad ſermonem de duobus maſculis hæredibus illico in eamdemmet periodo continuata rediens eoſdem tantum inter ſe reciproce ſubſtituerat, ibi -- *e morendo alcuno d' eſſi ſenza figli &c. ſucceda quello, che ſopraviverà &c.* quam reciprocam ſubſtitutionem, de ſolis maſculis hæredibus, in caſu ſcilicet, quo maſculus naſceretur adeo clare verificari aſſerebant ut nullo modo in alium ſenſum trahi poſſe ſola lectura permitteret.

Nec etiam diverſum intellectum legaliter prætendi poſſe ajebant, docentibus legalibus principiis, quod, ut æqualis reciproca ſubſtitutio locum habeat, perneceſſe etiam eſſe debeat inter reciprocatos æqualis honoratio, & gravatio, obſtante inveriſimilitudine, quod
5 Teſtator voluerit eos, quos inæqualiter inſtituerat, æqualiter nihilominus ſubſtituere ex animadverſis per *Rodulphum alleg. 92. num. 33. Bariſ. de ſucceſſ. lib. 7. tit. 3. num. 3.,* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt.* 60. *num. 2., & ſeqq., Rot. coram* Merlin. *deciſ.* 447. *num. 4.*; Quæ fortius in hoc caſu procedere aiebant, quo Catarina nullo etiam inſtitutionis titulo honorata dici poterat, dum loco particularis legatariæ habebatur, adeoque venire nullo modo
6 poterat ſub ea Conditione, in qua poſiti erant ſoli hæredes univerſales, & quidem maſculi allegantes in propoſito *Bart. in l. fin. ff. ad Trebell. & l. Lucius col. pen. verſ. ſed quæro ff. de vulgar. & pupill. Bero conſ. 7. num. 11., & ſeqq. lib. 2., Caſtrenſ. conſ. 123. per tot.* Montic. *de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 1. num. 5. Bari de ſucceſſ. lib. 7. tit. 3. num. 3. in fin. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 261. n. 1. & 2. Afflict. deciſ. 88. nu. 5. in fin. & Rot. in deciſ. 293. num. 2. coram Dunozett.* Titulus enim diverſus ab hærede univerſali, impedit inter maſculum, & fœminam reciprocum Jus ſubſtitutionis, ſeu quod idem eſt Jus accreſcendi, potiſſime quando prout in caſu hæredi, ſeu legatario particulari adjecta ſunt verba taxativa -- *Debba avere ſoli ſcudi* 600. adducendo *Manſ. Conſult. ult. 353. ſub num. 21. Fuſar.* prædicta *quæſtione 261. num. 3. Peregr. de fideic. art. 9. num. 5.* Capyc. *latr dec. 128. num. 4. lib. 2. & Surd. deciſ. 172. num. 7.*

Poſita autem litterali, & omnino veriſimili non Comprehenſione Catenæ etiam in parte reprocativa (prout neque in ea defenſores memoratæ Caterinæ multum inſerere videbantur, cum illius vocationem a tertia tantum parte Conditionali robuſtius deſumere contenderent) in planam, & omnino neceſſariam Conſequentiam venire non comprænſionem Caterinæ in parte etiam Conditionali prædicti Scribentes pro Bonaventura oſtendere prætendebant; Si enim ſub illis verbis, ut aiebant -- *E morendo alcuno d' eſſi ſenza figli legitimi, e naturali, ſucceda quello, che ſopraviverà* Teſtator intellexerat de ſolis maſculis hæredibus æqualiter inſtitutis, prout ſupra ſatis demonſtratum clamabant, dum poſtea immediate ſubiunxit, *e morendo ambedui ſenza figli legitimi, e naturali, in detti ſuoi beni &c. inſtituiſce &c.* evidentiſſime patefaciebat, quod verbum illud *ambidoi* involverat eaſdemmet individualiter Perſonas, de quibus ſupra immediate locutus fuerat, cum dixerat, *e morendo alcuno di eſſi &c.* Ideoque verbum illud *ambidoi* de ſoli maſculis verificari poterat, de quibus tantum reciproca loquebatur; Hunc cæteroquin ſatis ex ſe apertum, & litteralem ſenſum Coadiuvantibus legalibus propoſitionibus, quod nimirum in parte Conditionali contineri non ſoleant novæ Perſonæ, ſed illæ tantum, quæ fuerant expreſſe vocatæ in antecedenti diſpoſitiva: Quodque ſemper pars conditionalis
8 referri debeat ad proximam, ut circa primam connotarunt *Menoch. in conſ. 198. ſub num. 12., Rodulph. allegation. 34. nu. 11. Rot. coram Card.* Cerr. *dec. 910. num. 25., & dec. 956. num. 6. coram Priol., dec.* 208. *num. 9. nec non in dec. 232. num. 14. & ſeqq. par. 19. rec., & in Auximana. ſeu Camerinen. fideicommiſſorum 1. Julij 1709. §. Parimodo coram R. P. D. meo Criſpo*, & in propoſito *Caſtrenſ. in dec. conſ. 123. lib. 1.*, & in ordine ad ſecundam tradiderunt idem *Caſtrenſ.*
9 *ſancdicto conſ. 123. num. 2. verſ. & dicitur Bero conſ. 70. num. 11. in fin. lib. 2. Gratian. conſ. 65. num. 14. lib. 2. Menoch. conſ. 399. nu. 18. Palm. nep. alleg. 169. nu. 5. & ſeqq. cum concordan. apud Rot. in dec. 235. a numer. 16. & ſeqq. parte 16. rec.*

Fruſtra (ut iterum ſubiungebant iidem Scribentes) allegante Catharina, & eius nomine Michaele Angelo Corbo illius hærede mediato ſubſidiariam pietatem, ſeu æquitatem prædictarum §. *Cum avus*, & *cum acutiſſimi*, quoniam, ut ſuperius fuerat in principio animadverſum, ideo

ıdeo filii, vel nepotes, & ulteriores etiam Deſcendentes non nominati, nec vocati a Teſtatore admittuntur ad excludendum ſubſtitutum, quatenus lex ipſa ſupponit, quod & Teſtator ſi de horum exiſtentia cogitaſſet, & ipſe eundem ſubſtitutum poſpoſuiſſet: ſupplendo hoc pacto eandem Teſtamentariam diſpoſitionem, *quod in ea minus ſcriptum, quam dictum fuerat inveniretur*: ſunt verba eiuſdem *l. Cum Avus*.

Huiuſmodi vero præſumptio ceſſare penitus dicebatur eo ipſo, quod de eadem filia fœmina Teſtator ipſe expreſſe cogitaverat, eique a ſua
10 hæreditate poſitive excluſæ de certa quantitate pro matrimonio ſufficienti providerat, ut limitando prædictas *leges* monent *Alban. conſ. 28. nu. 7. Mantic. de Coniectur. ultim. voluntat. lib. 10. tit. 9. in fin. Molin. de Primogen. Hyſpan. lib. 3. cap. 5. num. 31. Card. de Luc. de feud. diſc. 31. num. 8. Rot. dec. 232. num. 29. & ſeqq. part. 19. rec.* Non deficientibus, qui ſolam genericam Cogitationem de filiis ſufficere ad dd. *legum* limitationem aſſeruerint, licet illos expreſſe; & particulariter Teſtator, ut in caſu, non nominaverit, ut videre eſt apud *Altograd. in conſ. 61. num. 15. & ſeqq., & num. 27. lib. 1.*, alias ſi excluſis expreſſe filiabus, cum lege adiecta, ut ſola dote contentæ ſint, locum adhuc haberent prædictæ leges, non dicerentur amplius
11 Teſtatoris voluntatem ſupplere, ſed illam evidentiſſime deſtruere, ut animadvertunt *Gere Spin. conſ. 65. & conſ. 66., utrobique num. 1. & ſeqq. Menoch. conſ. 459. num. 12. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 398. numer. 8. verſ. probatur, Cyriac. controv. 381. num. 78. & ſeq. Baldac. ad Ramon. conſ 66. num. 61. cum ſeqq.*

Eoque indubitantius ſub pio *dd. legum* Præſidio ſe Catharinam tueri non poſſe clamabant, quia prædictæ *leges* loquuntur de filiis filiorum, vel nepotum a Teſtatore indubitanter inſtitutorum, ita ut ii filii, & ſi non nominati, cenſentur tamen a *prædictis legibus* in conditione poſiti ad excluſionem ſubſtituti, ut approbando prædictam *l. Cum Avus* a Papiniano expoſitam ſancivit *Juſtinianus in dicta lege cum acutiſſimi* ibi — *Cum acutiſſimi ingenii vir ſtatuerit &c. ſi quis filium ſuum hæredem inſtituit, & reſtitutionis poſt mortem oneri ſubegit, non aliter hoc videri diſpoſuiſſe, niſi eum filios ejus ſine ſobole vitam reliquerit &c. nos &c. ei pleniſſimum donamus eventum, ut ſi quis hæc diſpoſuerit non tantum filium hæredem inſtituens, ſed etiam filiam &c. vel ab initio nepotum &c., & reſtitutionis onere poſt obitum gravamini ſubiugaverit non aliter hoc ſenſiſſe videatur, niſi ii, qui reſtitutione onerati ſunt ſine filiis &c. fuerint defuncti, ne videatur Teſtator alienas ſucceſſiones propriis anteponere*. In noſtro autem caſu quæſtio hæc cadere poſſet ſi Joanni Coſimo, & ipſi Catharinæ hæredibus inſtitutis datus fuiſſet ſubſtitutus nulla facta mentione filiorum ex dicto Coſimo, & Catharina procreandorum; ab hiſce enim filiis, & ſi non nominatis ſubſtitutus vigore earundem legum remaneret excluſus; ſed cum Teſtator, quoad Coſimum, eius filios in conditione poſuerit, filiam vero Catharinam expreſſe dotari mandaverit, & a ſua hæreditate excluſam litteraliter voluerit, adaptari ſane non valere ad hunc caſum prædictarum *legum* diſpoſitionem prætendebant, cum dictæ *leges* faveant tantum filiis illorum, qui fuerant ſubſtituti, ut conſimilem fœminarum excluſionem ad harum *legum* propoſitum expendent poſt *Bart. in d. l. Cum Avus num. 4. Gabr. conſ. 116. numer. 5. cum ſeqq., & numer. 18. lib. 2. Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 5. num. 3.* cœteriſque abunde congeſtis firmat *Rot. in dec. 95. num. 2. part. 11., & dec. 232. numer. 31. part. 19. rec.*

Firmata vero Catherinæ excluſione in utraque Teſtamentariæ diſpoſitionis parte, nullius relevantiæ fore dicebant memorati Scribentes exempla Tribunalium Pariſienſis, & Mantuani,
12 ſive quia *hoc Supremum Tribunal* legibus, non alienis exemplis Judicare ſemper conſueverit, ſive quia in illis duobus caſibus ſpeciale, & ab hodierno longe diverſum factum concurreret: In caſu enim per Senatum Pariſienſem deciſo pars conditionalis apta dicebatur comprætendere omnes penitus Teſtatoris liberos, ibi — *Si omnes liberi ſui, & poſthumi ſui &c.* prout, & caſus Mantuani, ibi — *E mancando tutti detti figlioli ſenza figlioli come di ſopra &c. in tal caſo gli ſoſtituiſco &c.* — in quo verbo *Tutti*, maior illius deciſionis vis conſiſtere videbatur, ut præſeferebant eius verba in §. *Reſponſum namque fuit &c.* rurſuſque in caſu Senatus Mantuani aderat alterum Teſtamentum ejuſdem Teſtatoris antecedenter conditum, in quo poſt filios maſculos ſubſtitutæ fuerant filiæ fœminæ, & illarum filii, iiſque etiam defectis vocati erant Conſanguinei proximiores extranei, a quo Teſtamento validam aſſerebat idem Senatus interpretationem voluntatis ejuſdem Teſtatoris, quod ita ſenſerit etiam in ſecundo Teſtamento, *ut in dicta deciſ. §. Et eo libentius*.

In caſu autem noſtro Pars illa conditionalis reſtricta eſt ad illos ipſiſſimo duos tantum maſculos in eademmet Oratione inſtitutos, & inſimul reciprocatos, deeſtque illa dictio *Omnes*, quæ quatenus, & hic adfuiſſet reddendo dubiam comprehenſionem fœminæ, excitare forſan, & in hoc Tribunali valuiſſet eandem pietatem, & æquitatem: quæ Pariſienſes, & Mantuanos Judices ad ferendam favorabilem fœmini, quamvis in Inſtitutione excluſis, Sententiam impulerat.

His tamen minime hodie attentis, *Domini* exiſtimarunt Catharinam fuiſſe in parte illa conditionali — *E morendo ambedue* — compræhenſam: ideoque deceſſum cum filiis, ſubſtitutionem Lauræ, & Partemiæ evanuiſſe. Movit autem illos ordo naturæ, & paternus Amor in filios potenti motu deſcendens, ac conſequtiva inveriſimilitudo, quod Pater propria hæreditate filiam orbare voluerit ad hoc, ut ea ad

Soro-

Digitized by Google

Sorores minus ſemper dilectas d.v.iverctur, animadvertentes, quod quatenus etiam caſus, *leg. Cum acutiſſimi Cod. de fideicomm. ſſ.* præſenti Themati in contrario ſenſu non congrueret, adaptabatur tamen ſaltem ratio finalis, & animativa ejuſdem *legis*, qua clauditur eadem lex, ibi — *ne videantur Teſtator alienas ſucceſſiones propriis anteponere*.

Sed re vera omnino adaptari terminos dictarum legum clariſſime reſultabat ea ipſamet Sororum oppoſitione; Si enim in earum ſenſum verbum illud - *ambidoi*, - verificari debebat de ſolis maſculis, quatenus Poſthumus naſceretur maſculus, en, quod iam ipſe Teſtator crediderat fœminam non naſcituram, quia venter prægnans iuxta conſuetum naturæ ordinem de uno tantum, ſive maſculo, ſive fœmina exonerari debebat, & unum tantum ipſe Teſtator naſciturum, ſive maſculum, ſive fœminam opinabatur; Poſito autem, quod Teſtator crediderit ſe relicturum poſt ſe duos maſculos tantum, & nullam fœminam, en, quod intrant termini dictarum legum favore fœminæ non conſideratæ; Si vero dicetur, quod Teſtator crediderit poſſe naſci fœminam, en quod illa comprehenſa eſt ſub illo verbo - *ambidoi* quia cum adeſſet unus tantum maſculus, ad conſtituendam exiſtentiam *d' ambidoi*, pernéceſſe includi debebat, & ipſa fœmina; Ideoque quocumque ſe verterent iidem Scribentes, numquam evitare poterant evidentiſſimum illud dilemma, itaut numquam dictarum Sororum ſucceſſio adaptari valuerit, ſeu earum ſubſtitutio purificari, niſi quatenus duo Coſimi filii ſive maſculi, ſive unus maſculus, & altera fœmina ſine filiis decederent.

Non ſatisfaciente DD. Reſponſione, quod facilius dicendum ſit Teſtatorem de tempore Teſtamenti prædiligere valuiſſe proprias Sorores iam adultas, ſibique optime cognitas, & erga quas amor iam extiterat radicatus, quam filiam fœminam nondum natam, & ipſi Patri adhuc incognitam; Quoniam in caſu etiam per *Papinianum in dicta leg. Cum Avus*, efformato agebatur de ſubſtitutione Patrui, iam cogniti, & quidem in maiori dilectione tanquam maſculi habiti, & tamen diſpoſitionem illam, qua *Papinianus* præferendos filios nondum natos ſanciverat, approbans adamuſſim *Imperator*, talem ſubſtitutionem uti naturæ, & Paternæ charitatis ordini repugnantem aboleri mandavit, ut in fortiori caſu, nempe, quod ſubſtitutus foret ab ipſo Teſtatore deſcendens animadvertit *Emanuel Coſta in dicta leg. Cum Avus num. primo, & ſub num. 3.*, & *Ruin. in conſil. 331. ſub num. 5. in fin. lib. 3.*

Quæ ſi procedunt in prætermiſſione omnino clara, & innegabili filiorum, eo magis attendenda fore in præſenti *Domini* arbitrabantur, quo negari ſaltem non poterat quin vocatio Catharinæ in parte illa præſertim conditionali dubia foret, itaut quælibet interpretatio pro incluſione filiæ ſub ea conditione capienda veniret, tanquam magis propria, magis veriſimilis, ac magis voluntati prudentium Teſtatorum, quales ſemper exiſtimare debemus,
13 accomodata, ut ſuadent *Acebaran. in conſ. 68. num. 3. verſic. item iſta*, *Alexan. in conſil. 17. n. 7. lib. 7.*, *& Barbat. in conſil. 82. numero 8.*

Minime relevante objecto, quod eo ipſo, quod Teſtator de fœmina non intellexerit, tanquam antecedenter ab hæreditate excluſa, nec etiam in parte conditionali dici poſſit incluſa; Quoniam placuit *Dominis* reſponſio, quod cum Catharina non fuerit per modum Regulæ excluſa, ſed tantum in concurſu cum maſculo, nil repugnabat, quod exiſtente maſculo illam in Inſtitutione excluſuam voluerit, quodque in ſuppoſito, quod Poſthumus naſceretur maſculus illos inter ſe reciprocaret; At ex hoc minime neceſſario inferri exiſtimare poterant, quod in caſu per Teſtatorem præviſo, quod Coſimus ſine filiis decederet, ſuperſtite Catharina, ac facto caſu, quod hæreditas ad fœminas devoluenda foret, noluerit propriam etiam filiam in conditione ad ſororum excluſionem ponere. Si etenim Teſtatoris voluntas in Sorores potius, quam in filiam inclinaſſet, utique expreſſis eam verbis exponere non omiſiſſet, ſicut egerat, quando ſuperexiſtentiam maſculi, & ita concurſum fœminæ cum maſculo in mente revoluerat: Optime congruere in hoc etiam caſu exiſtimantes rationem illam in *Decisione Senatus Mantuani ſub §. Animadvertendo* allatarum quod cogitando Teſtator de deficientia maſculorum ſine filiis ſtudioſe in illa parte conditionali omiſerit repetitionem maſculinitatis, ad hoc ut ejus etiam filia ſub ea comprehendi valeret. Quæ interpretatio quatenus etiam remaneret dubia, adhuc ipſa dubietas Catharinæ, ut ſupra dixi, faveret, cum in dubio ſemper amplecti
14 debeant Judices eam interpretationem, quæ magis humanitatis congruat, ac pietatis famuletur, ita ſuadente *Text. in leg. prox. 3. ſſ. de his. quæ in Teſtam. leg. majorem 9. ſſ. de pact.*, *Achil. Petron. de interpretation & reſolution. contract. num. 677. & ſeqq. Paul. rub. in adnot. ad deciſ. 3. num. 42.; & ſeqq. part. 3. recent.* & concordan. in propoſito adduct. *in eamdem deciſ. Mantuana 8. Jan. 1669. §. Ultima*.

Quibus addebatur potens eorundem *Dominorum* animadverſio, quod nempe ſi fœmina aliqua ex Coſimo filio orta fuiſſet, ſane vigore dictæ conditionis — *E morendo ambedue ſenza figli* — evidenter, & indubie ab ea excluſæ re-
15 manſiſſet Laura, & Parthemia earum deſcendentes, ex connotatis per *Ruin. in conſ. 133. nu. 2. lib. 3.*, *Burſatt. conſ. 300. num. 59. lib. 3. Peregrin. conſ. 36. num. 16. tom. primo*, *Torr. de Primogenitur. Ital. part. prima cap. 37. num. 142. Rota coram Merlin. deciſ. 686. num. 3. & in Romana Fideicommiſſi de Palazzolis 4. Julii 1704. §. Quo vero coram bon. mem. Muto*, Quænam ergo ratio patitur, quod ſi fœminæ remotiores in gra-

gradu a Teſtatore, prædictas Parthemiam, ac
16 Lauram a ſucceſſione arcere valuiſſent, inferioris eſſe debeat conditionis propria ipſiuſmet Teſtatoris filia, ut ea ſola Paternæ hæreditatis jacturam lugere debeatur, ut bene in propoſito arguunt *Adden. ad Alex. in conſil. prædicto* 17. *ſub lit. D. prope fin.*, *Fuſar. conſ.* 101. *num.* 4., *Caſtill. de conjectur. ultim. voluntat. cap.* 92. *n.* 24. *&* Capyc. *Latr. deciſ.* 128. *n.* 43. *lib.* 2. *& Rot. deciſ.* 502. *ſub num.* 2. *verſic. cenſetur part.* 4. *diverſ. deciſ.* 34. *num.* 14. *part.* 8. *& deciſ.* 267. *num.* 34. *&* 35. *part.* 18. *recent.* ac in præciſis terminis idem *Senatus* Mantuan. *in ſæpe dicta deciſ. eodem* §. *Animadvertendo in fin.*

Ponderando præterea, quod Teſtator, neque Agnationem, ueque ſexus maſculini prærogativam in ſubſtitutione fuerat contemplatus, ſed potius diſpoſitionem Juri conformem, ac ad inſtar ſucceſſionis inteſtatæ condere profeſſus fuerat, dum poſt obitum propriorum filiorum ſine filiis, vocavit Parthemiam, & Lauram Sorores, & poſt eas, earumque deſcendentes, ad alios remotiores, ab inteſtato tamen iis non exiſtentibus, ſucceſſuros ſe verterat: Unde improbabile uimirum convinci videbatur, quod idem Teſtator eandem propriam filiam, nulla cogitabili cauſa, cum adhuc nata non foret, excludere meditatus fuerit, quando, nec de Agnatione, uec de maſculinitate ſollicitus, ſoli naturalis ordinis charitatis velle proſpicere demonſtraverat;

Nil referre exiſtimantibus iiſdem *Dominis*, quod caſus Senatuum Pariſienſis, & Mantuani magis late paterent, quoniam ultra quod rationibus ſupra relatis moveri profitebantur, obſervaverant ulterius, quod ſi aliqua in caſibus diverſitas intercedebat, non in ea ſola diverſitate fundatæ erant prædictæ *Deciſiones*, ſed in ipſis etiam rationibus, quæ noſtro caſui adamuſſim adaptabantur, quæque pietati, humanitati ordini naturæ, veriſimiliori ipſius Teſtatoris voluntati, ac *legum* hoc caſus ſupplentium cenſuræ, magis congruere videbantur, quaſve. in hiſce miſeratione dignis caſibus ſemper per Judices amplectendos, perpendentes *dictam leg. cum Avus. ff. de condit.. & demonſtrat.* exclamant *Ancharan. in conſ.* 78. *Barbat. in conſ.* 82. *lib.* 3. *Caſtrenſ. in conſil.* 264. *volum..* 2. cæterique quos refert, & ſequitur eadem *deciſio Mantuana ſub* §. *Ultimo*.

Et ita &c. utraque &c.

MONASTERIEN. CANONICATUS.

Lunæ 19. *Februarii* 1714.

ARGUMENTUM.

In Beneficiis laicalibus non intrant Reſervationes Apoſtolicæ; Et quando ad hunc effectum dicatur Beneficium laicale, vel Eccleſiaſticum, & ex quibus arguatur Fundatorem excludere ſemper a ſuo Beneficio voluiſſe quaſcumque Apoſtolicas reſervationes, quemadmodum id facere optime poteſt:

SUMMARIUM.

1 *Reſervatio S. Sedis eſt ab impetrante concludenter probanda contra jam proviſum, & juſto titulo in poſſeſſione exiſtentem. Itaut ſi reſervatio ſit dubia arcendus eſt impetrans, & abſolvendus poſſeſſor* ibid. num. 2.

3 *In beneficiis laicalibus non intrant reſervationes Apoſtolicæ.*

4 *Beneficium tranſlatum in Abbatiſſas in ſtatu Germaniæ an dici debeat Eccleſiaſticum vel laicale.*

5 *Beneficium relictum Perſonis Eccleſiaſticis quando dicatur ſæculare, vel Eccleſiaſticum. Et quid ſi ſit relictum operariis Eccleſiæ meris laicis* ibid. num. 6. *Item quid ſi relictum ſit Capitaneis Poloniæ Adminiſtratoribus bonorum Eccleſiæ, etſi ſimpliciter laicis* ibid. num. 7.

8 *Ad effectum excludendi reſervationes Apoſtolicas ſat eſt tacita fundatorum mens, & voluntas deſumpta ex conjecturis.*

9 *Et excluſa a Fundatoribus hujuſmodi reſervationibus curandum non eſt ſi ad beneficium ſit vocata Perſona Eccleſiaſtica, vel ſæcularis.*

10 *Fundatores præcipere poſſunt, ut Beneficia in ſtatu ſemper laicali perdurare debeant.*

11 *Verbum* liberi *appoſitum in Fundationibus excludit quamcumque reſervationem.*

12 *Excluſio cujaſcumque Superioris in Fundatione Beneficii operatur, ut Excluſæ etiam intelligantur quæcumque Apoſtolicæ reſervationes.*

13 *Literæ Apoſtolicæ in parte magis eſſentiali non juſtificatæ non ſunt executioni demandandæ.*

14 *Excluſio reſervationum ex quibus ab incompatibilitate deſumatur.*

15 *Fides facta a Perſona in dignitate conſtituta, & contra proprium commodum plenam meretur fidem.*

16 *Obſervantiæ interpretativæ pro excluſione reſervationum Apoſtolicarum valde eſt deferendum.*

17 *Pluralitas fundationum non præſumitur, & contrarium alleganti incumbit onus id concludentiſſime demonſtrare.*

18 *Onus probandi obitum Beneficiati in menſe reſervato exiſtente de medio Proviſo ab Ordinario ſpectat ad impetrantem.*

Qui id concludentiſſimis probationibus oſtendere debet ibidem num. 19.

20 *Vacatio ſemper præſumitur in menſe ordinario uti naturali.*

DECISIO DCXLVI.

Canonicatum in Inſigni Collegiata Sancti Bonifacii Oppidi Freeknhorſtenſis, quem ultimo loco vacantem Abbatiſſa Caput Cleri ex utroque Sexu compoſiti in vim facultatis ſibi, & aliis pro tempore in tali munere exiſtentibus a Fundatoribus elargitæ contulerat Joſepho

Geiſ-

Gcisberg, poſtmodum Jo: Antonius Theodorus
exiſtimans fore Sanctæ Sedi reſervatum; eo
quia vacaſſet in Menſe Septembris juxta notiſſi-
ma Germaniæ concordata Papæ reſervato, im-
petrare ab eodem Sanctiſſimo non dubitavit,
expeditiſque Literis Apoſtolicis, cum fruſtra
pro illarum execucione apud eamdem Abbatiſ-
ſam inſtetiſſet, ſatius duxit eumdem Ioſephum
Oppoſitorem, & in actuali Beneficii Poſſeſſione
exiſtentem in Jus vocare, ad quem effectum
obtenta a Sanctiſſimo Commiſſione mihi directa
conſuetum Dominis meis propoſui Dubium
— *An nempe Literæ Apoſtolicæ ſint exequendæ*,
quod fuit *negative* reſolutum.

Omiſſa enim inſpectione, An Literæ juſtifi-
catæ dici poſſent circa Clericatum, & idonei-
tatem Proviſi, ac valorem in iiſdem expreſſum,
principalius ſane Gratiæ Apoſtolicæ fundamen-
tum conſiſtens in reſervatione Papæ narrata,
nullatenus viſum fuit *Dominis* per Impetrantem
juſtificatum, prout contra anteriorem Provi-
ſum, & juſto titulo in Poſſeſſione exiſtentem
1 concludentiſſime probandum eſſe docent *Garz.
de Benefic. part. 6. cap. 3. num. 10. & ſeqq. Mo-
dern. Roman. diſcept. Eccleſ. 12. n. 3. & diſcept.
17. n. 63. & in Parmen. Beneficii 28. Januarii
1701. coram R. P. D. meo Scotto Almę Vrbis Gu-
bernatore impreſſ. apud eandem Modern. Roman.
diſcept. 25. num. 40.*; Itaut ſi quæ reſervationis
dubietas, aut turbiditas Animum Judicis invo-
2 lueret, arcendus foret Impetrans, & abſolven-
dus Poſſeſſor juxta firmata per *Lotter. de re Be-
nefic. libr. 2. quæſt. 45. num. 42. Rota deciſ. 478.
num. 6. part. 19. Tom. 2. Rec.*, *& in Parmen.
Beneficii 28. Januarii 1701. §. Cum enim coram
eodem R. P. D. meo Scotto Almę Vrbis Guberna-
tore, & in Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1706.
§. Præmiſſo enim coram R. P. D. meo Lancetta*.

Quod autem de reſervatione non doceretur;
Nec doceri poſſet per Impetrantem pallam *Do-
minis* emicuit ex ipſa fundatione hujuſmodi Ca-
nonicatuum utriuſque Sexus peracta uſque de
Anno 851. per Laycos, nempe per *Everardum,
& Gevam* Conjuges cum bonis Laycalibus, ac
cum reſervatione ad eorum favorem Juris no-
minandi Canonicos, & Canoniſſas, quouſque
ipſi Fundatores in humanis exiſterent, iis vero
e vivis ereptis præceperant, quod eademmet
facultas, & idem Ius ad Abbatiſſas pro tempore
devolveretur: Poſita autem hujuſmodi laycali-
tate tam reſpectu fundatorum, quam Bonorum,
ex quibus Beneficia dotata extiterant cum con-
ſecutiva Laycalis Juriſpatronatus reſervatione,
3 planum emergit nullas intrare reſervationes
Apoſtolicas, ut millies declaravit *Rota*, & ſi-
gnanter *in deciſ. 589. num. 2. coram Pamphil.,
in Recent. deciſ. 242. nu. 13. part. 19. & in Cre-
monen. Beneficii 14. Maii 1706. §. Abſque eo
quod coram Reverendiſſimo Kaunitz, in Parmen.
Beneficii 16. Januarii 1702. §. Altera coram
Me, & in Vicen. Beneficii 17. Februarii 1713.*

Tom. VI.

§. E converſa coram R. P. D. Aldrovando.

Admittebatur per Scribentes pro Ioanne An-
tonio Theodoro qualitas hæc Laycalis de tem-
pore fundationis horum Canonicatuum, illiuſ-
que perduratio uſque ad obitum Fundatorum ad
effectum etiam impediendæ reſervationis; Aſt
poſt quam iis defectis, Juſpatronatus tranſlatum
fuerat in Abbatiſſas intuitu non certæ illarum
Perſonæ, quæ Fundatoribus incognitæ erant,
ſed qualitatis Religioſæ, eo quod Eccleſiaſtico
Servitio addictæ Monialium Cætui præeſſent,
cum hoc Caſu Fundatores viderentur reſpexiſſe
ad Monaſterium ipſum, ſeu Eccleſiaſticam Di-
gnitatem, non vero ad particularem Abbatiſſæ
Perſonam, prætendebant idcirco iidem Scri-
bentes, quod tale Juſpatronatus effectum illico
4 fuerit Eccleſiaſticum, & uti tali reſervationi-
bus Apoſtolicis ſubjectum, ut diſcuſſo formiter
Articulo dicebatur firmatum per *Rotam in Mo-
naſterien. Vicariæ 12. Maii 1706. §. Eo autem
fortius cum ſeqq.*, & 18. *Maii* 1707. §. *Præſer-
tim coram Omanna*; Non attenta Laycalitate
Patronæ præſentare debentis, quia ubi Locus
Pius, & Eccleſiaſticus principaliter extitit per
Fundatorem conſideratus, itaut ejus intuitu
Juſpatronatus relictum fuerit, tunc qualitas
Laycalis inhærens Perſonæ, quæ tali Loco prę-
ficitur, & cui tanquam Capiti, ac Miniſtro il-
lius Pii, & Eccleſiaſtici Loci Jus præſentandi
relictum fuit alterare nequit Eccleſiaſticam Ju-
5 riſpatronatus naturam ipſi Beneficio impreſſam
ſtatim ac tale jus ipſi Eccleſiaſtico Cætui, ſeu
Loco relictum eſt, ut diſtinguendo firmat *Rota
in deciſ. 661. num. 5. verſic. Etenim eſt diſtinguen-
dum part. 19. Recent.*, & in propoſito Juriſpa-
tronatus relicti Operariis Eccleſiæ meris Laycis,
quod nihilominus Eccleſiaſticum cenſendum ſit
6 & cadat ſub reſervatione, habetur in illa *Bar-
chinonen. Beneficii 12. Junii 1688. §. Agitur,
uſque ad fin. coram Cardinali Matthæjo* ac contra
Capitaneos Poloniæ Adminiſtratores Bonorum
Eccleſiæ, etſi ſimpliciter Laycos reſpondit ea-
7 dem *Rot. in illa Cracovien. Cantoriæ 25. Ianuarii*
1700. §. *Verum coram R. P. D.* Lancetta, & 11.
Maii 1701. §. *Tum quia*, & 6. *Junii ejuſdem
Anni* §. *Reſpectu coram claræ mem. Cardinali Ca-
prara*.

Verum hæ, & ſimiles Theoricæ, quas mo-
dernioribus hiſce temporibus amplecti cæpit *Ro-
ta*, adaptabiles viſæ ſunt *Dominis* in ſuis tantum
Caſibus, in quibus Iuſpatronatus transferatur
in Perſonas Eccleſiaſticas, uti Eccleſiaſticas,
vel in Sæculares contemplatione tamen Loci
Eccleſiaſtici, itaut Fundationum Litera a Pon-
tificiis reſervationibus abhorrere non videatur;
Secus vero dicendum exiſtimarunt in Themate,
quo Fundatores Layci eamdem qualitatem
Laycalem ſemel Beneficio impreſſam, & cu-
juſcumque reſervationis, ac impedimenti
excluſivam, & ipſis Viventibus ad Actum re-
dactam perdurare voluerint etiam in eorum
Succeſſoribus, quamvis Eccleſiaſtici, vel ali-

 cui

cui Pio, ac Eccleſiaſtico Loco præpoſitis, itaut Iuſpatronatus eamdem penitus Laycalem naturam, & qualitatem retinere velint, perinde ac ſi ipſimet Fundatores Layci præſentare deberent; Poſita enim hujuſmodi Fundatorum voluntate excludendi in perpetuum ſimiles reſer-
8 vationes, quam ſufficere etiam tacitam deſumptam ex conjectoris, & argumentis voluit *Rota in deciſ. 476. num. 1. part. 19. Recent.*, ac *in Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. §. Finali coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, & 16. Iannarii 1702. §. At quando coram Me, & 27. Iunii 1703. §. Quoniam coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano, & in Tarraconen. Beneficii 11. Aprilis 1712. §. Excluſio coram R. P. D. meo Lancetta*; Nil amplius referebat, quod Perſona ad Iuſpatronatus invitata foret Eccleſiaſtica, vel Sæcularis, vel proprio intuitu, aut potius Loci Eccleſiaſtici contemplatione in tale præſentandi Munere
9 ſubſtituta; Quoniam utroque Caſu Fundatorum voluntatem huiuſmodi reſervationum excluſivam ſervandam eſſe monent *Corrad. in prax. Benefic. lib. 4. cap. 2. ſub num. 40. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 10. num. 4. Cardinalis de Luca Iurepatronat. diſcurſ. 59. num. 16.* cum aliis *in deciſ. 157. num. 5. & ſeqq. part. 7. Recent, Gloſſ. in cap. 2. verſic.* Collatio *de Præbend. in ſexto Garz. de Benefic. part. 5. Dunozett. Iunior deciſ. 769. nu. 7. Rota in prædicta Vicen. Beneficii 30. Iunii 1713. §. Sicuti coram R. P. D. meo Aldrovando, & in Monaſterien. Beneficii 30. Iunii 1713. §. Minime coram Eodem.*

Quod autem Memorati Fundatores voluerint eorum Beneficia a quibuſcumque reſervationibus exempta, itaut liberæ præſentationi, & Collationi huiuſmodi Beneficiorum nullum impedimentum ullo unquam tempore, vel ipſis Fundatoribus, vel eorum Succeſſoribus afferri poſſet, clare elici exiſtimarunt *Domini* ex ipſis Fundationis verbis, ibi -- *Volumus, ut ſi quis & filiis noſtris Sacerdotibus, Diaconibus, aut ſi i xrum &c. obierit alium, vel aliam in eorum Locum ſubſtituendi, & nominandi facultas non impedita penes nos permaneat. Poſtquam autem Sors beata, & extrema nos Corpore mortalitatis ſolverit præcipimus, & decernimus, ut Thiabilda Devota Dei Famula, ut illius in perpetuum Succeſſoras a Sororibus eligendæ quoties Sacerdotium, vel Diaconia, aut Locus in Congregatione filiarum vacaverit &c. de illo libere, & omnimode diſponat ſine ullius impedimento Poteſtatis Sæcularis, aut Clericalis interventu ordinent, & provideant eodem modo, qualitate, & Statu in memoriam noſtri, uti Nos, ſi in vivis eſſemus, ordinaremus, diſponeremus, & Poteſtate per præſentis fundationis, & dotationis Tabulas acquiſita faceremus;* Ex quibus negari nequit; quod Fundatores eamdem penitus facultatem, quam ſibi abſolute reſervaverant, quæque nequibat per reſervationes impediri, tranſtulerint in Abbatiſſam, alias implicaret Poteſtas Abbatiſſæ providendi *eodem modo, qualitate, & Statu*, quo poterant ipſi Layci Fundatores, & reſtrictio facultatis præſentandi ad paucos Menſes Sanctæ Sedi non reſervatos; Unde manifeſte patet, quod prædicti Fundatores noluerunt, quod alteraretur qualitas, & natura Laycalis Iuriſpatronatus per mutationem Perſonæ Eccleſiaſticam figuram gerentis, ſed in eodem Laycali Statu quocumque futuro tempore perduraret: Nihilo prorſus immutato, quod poſſe præcipi per Fundatores
10 ſupra fuit comprobatum, quibus addi poſſunt *Ricciull. lucubrat. Eccleſ. lib. 4. cap. 13. num. 2. Cardinalis de Luca de Jurepatr. diſc. 7. num. 8., Moderu. Roman. diſcept. Eccleſ. 25. num. 21.*, cum concordan. *in dicta Parmen. Beneficii 16. Januarii 1702. §. At quando coram Me.*

Eamdem reſervationum excluſionem non minus clare, & evidenter patefaciunt verba illa adiecta facultati Abbatiſſæ nominandi, & ſubſtituendi Canonicos quoties Vacatio contingeret, nimirum *libere, & omnimode ſine ullius impedimenta poteſtatis Sæcularis, aut Clericalis*; hæc enim omnem penitus excludunt reſervationem tanquam incompatibilem cum omnimoda libertate a Fundatoribus per ea verba Conceſſa,
11 prout de verbo *libere* quod ſit excluſivum reſervationum tradit *Gonzal. ad Reg. 8. gloſſ. 53. num. 25.* ibi -- *vigeſimo quarto libere, ideſt ſine aliquo reſervationis obſtaculo*, ubi adducit *Text. in Cap. ſi Apoſtolica 35. de Præbend. in 6.*, & verbum *omnimode*, quod æquivalet verbis *omni Caſu* ad tradita per *Rebuff. in l. pecunia 178. verſ. poſtremo ff. de verb. ſignificat., Fuſar. conſ. 52. n. 40. & 41., & Barboſ. dict. 239. nu. 1.*, importatque plenariam diſpoſitionem ad favorem Abbatiſſæ cum alterius cuiuſcumque excluſione, nimirum contra proprii ſenſus naturam reſtringeretur; Si in omni penitus caſu proviſiones non fierent per Abbatiſſam, ſed in maiori anni parte forent S. Sedi reſervatæ, ut patet ad ſenſum.

Omnem vero difficultatis umbram fugare viſa ſunt cætera verba ſuperaddita omnimodæ facultati Abbatiſſæ providendi Beneficia prædicta ibi -- *ſine ullius impedimento poteſtatis Sæcularis, aut Clericalis*, quæ utpote indefinita pandunt deliberatam Fundatorum intentionem, quod nemo in hujuſmodi Beneficiorum proviſione ſe ingereret, ſed abſolute unice ac perpetuo ad Abbatiſſam ſpectaret, excludendo quemlibet Superiorem etiam Eccleſiaſticum indefinite, & ſic etiam Summum Pontificem, a qua Superioris cujuſcumque excluſione reſultare etiam re-
12 ſervationum Apoſtolicarum excluſionem firmavit *Rot. in dec. 769. num. 4. coram Dunoz. Jun. coram Pamphil. dec. 589. num. 2. coram Seraphin. dec. 1263. per tot., & in Recent. dec. 142. num. 13. part. 19., & in Parmen. Beneficii apud Piton. diſcept. Eccleſ. 25. num. 41., & in Vicen. Beneficii 17. Februarii 1713. §. E converſo coram R. P. D. meo Aldrovando*; Animadvertendo præcipue, quod dicta verba non ipſi Iuriſpatronatus reſervationi, ſed Collationi, & proviſio-

ni-

nieorumdem Beneficiorum reperiantur adiecta; Unde magis, magiſque reſultabat enixa Fundatorum voluntas, quod perpetuo, & abſque ulla penitus interruptione, remotoque quolibet Superiorum obſtaculo, proviſiones omnes, quæ contingere valerent, ſemper per Abbatiſſam unice explerentur: Ideoque data tam literali laicalitatis præſervatione, & conſtanti Fundatorum intentione, quod ad ſolam Abbatiſſam ſpectaret proviſio, excluſa quacumque reſervatione, corruebat per conſequens omne literarum Apoſtolicarum fundamentum, quod ſoli reſervationi nitebatur; Ideoque tanquam in parte magis eſſentiali non juſtificatæ minime
13 exequtioni demandari promerebantur, ut quotidie practicari videmus, & ſignanter in *Cremonen. Beneficii* 14. *Maii* 1706. §. *Abſque eo quod coram Reverendiſſimo Kaunitz in Terraconen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712. §. *Conſiſtit coram R. P. D. meo Lancetta in Monaſterien. Beneficii* 30. *Ianuarii* 1713. §. *Minime coram R. P. D. Aldrovando*, *& in Vicen. Beneficii* 17. *Februarii ejuſdem anni* §. *Ex quibus*, *coram Eodem*.

Non attenta replicatione per Scribentes pro Jo: Antonio Theodoro allata, quod cum nimirum fundatio horum Canonicatuum initium deſumat ab anno 850., quo Regulæ Cancellariæ, ſeu reſervationes adhuc non erant adinventæ, nequiverint propterea Fundatores in animo habere hujuſmodi reſervationum excluſionem, quas prævidere non poterant, cum voluntas ad incognita non feratur; Quoniam *Domini* non deſumebant excloſionem reſervationum ſimpliciter ab animo Fondatorum, ſed ab incompatibilitate diſpoſitionis eorumdem cum prædictis reſervationibus, itaut prædicta incompatibilis lex, ſive præceſſerit reſervationes Menſium, ſive fuerit ſubſecuta ſemper earumdem reſervationum excluſionem operetur, ut plene huic
14 obiecto ſatisfacit *Rota in ſæpe allegata Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *Quibus tamen coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *&* 16. *Januarii* 1702. §. *Applicando*, *&* §. *Utique coram* Me, *in Geruuden. Beneficii* 12. *Januarii* 1702. §. *Reſponſum coram Reverendiſſimo Molines Decano*, *& in Tarraconen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712. §. *Minus obſtat coram R. P. D. meo Lancetta*.

Prædictam autem Apoſtolicarum reſervationum excluſionem, quam clarus, & literalis Fundationis tenor operari *Dominis* videbatur indubitabilem ſubinde effecit continuata tot Sæculorum uſque in præſens obſervantia, qua hujuſmodi Canonicatus, & Beneficia ſemper Collata extiterunt ab Abbatiſſa, abſque eo quod ullo unquam tempore, aut ulla vacationum occaſione Dataria in illis manum appoſuerit, aut alias in eorum proviſione ſe ingeſſerit, & tamen nemo non videt inveriſimilitudinem quod in tam longo tot annorum, & Sæculorum decurſu aliquæ non evenerint in reſervatis Menſibus Vacationes, pro quibus ſane non defuiſſent ſtantes ad oſtium Impetrantes, niſi nimirum evidens, & clarum Abbatiſſæ Jus, & Jure fulcita conſuetudo eos retraxiſſet, de qua uſque ad hæc tempora non interrupta obſervantia, ac continuata omni tempore proviſionum ſerie factarum per Abbatiſſas uti Patronas Laicas ad excluſionem tam reſervationum Apoſtolicarum, quam Concordatorum Germaniæ ex certa ſcientia teſtatus eſt uſque de Anno 1693. ipſemet Epiſcopus Monaſterien., *Summario Joſephi Num.* 2., cui conſonat altera relatio Vicarii Generalis ejuſdem Epiſcopi edita de anno 1692. quibus atteſtationibus uti æditis a Perſonis Excelſa Dignitate fulgentibus, & contra proprium
15 commodum deponentibus, quanta fides habenda ſit, monent ad *Text. in cap. Nobiliſſimis* 97. *diſtinct. Roman. in conſ.* 59. *num.* 6., *Cardin. de Luca de Emphyt. diſc.* 63. *a num.* 3., & plenius in *tract. de Judic. diſc.* 30. *num.* 3., *Rot. dec.* 656. *num.* 9. *part.* 2. *Recent*, *& dec.* 1784. *num.* 53. *coram Coccin. dec.* 714. *num.* 16. *coram Merlin.*, *& dec.* 316. *nu.* 4. *coram Bich.* Huiuſmodi autem obſervantiæ in linea interpretativa voluntatis
16 Fundatorum pro excluſione Apoſtolicarum reſervationum maxime deferendum eſſe plene docet *Rot. in memorata Tarraconen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712. §. *Cæterum coram R. P. D. meo Lancetta*, *& in Gerunden. eleemoſynæ Panis quoad Jus nominandi ſuper reſervatis* 26. *Iunii* 1713. §. *Demum coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Abſque eo quod pro huiuſmodi obſervantiæ interruptione mereretur adduci caſus in illa *Monaſterien. Vicariæ* 2. *Iulii* 1706. *coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*; Quoniam, ut animadvertebant *Domini*, in eo caſu agebatur de Vicaria a diverſa Fundatione procedente, quæ nil commune habet cum Canonicatibus erectis ab Everardo, & Geva, de quibus hodie eſt ſermo, ac propterea inallegabile erat tale exemplum, ſeu deciſio illa in Cauſa penitus diſſimili emanata, cum a diverſis, & diſparatis fieri non poſſit illatio ea vulgatis.

Certam autem omnino videntes Impetratoris Defenſores qualitatem Laycalem excluſivam reſervationum Menſium nedum in ipſis Fundatoribus, ſed & in Abbatiſſis Subſtitutis; Eamque plurium Sæculorum Obſervantia tam negativa, quam affirmativa fulcitam, inficiari, hinc cœperunt, quod hodiernus Canonicatus ſit de illis fundatis ab Everardo, & Geva, ſed iſta negatio undique emiſſa nullum Impetranti favorabilem peperit effectum, Siquidem cum Piiſſimi Fundatores integrum hoc Collegium Canonicorum utriuſque Sexus erexerint de Anno 851., ut Memorati Epiſcopus, & Vicarius Generalis Monaſterienſes diverſis vicibus, ac temporibus teſtati ſunt, & ſuper quibus atteſtationibus *R. P. D. meus Aldrovandus* uti Judex Commiſſarius in conſimili Caſu favore Proviſi ab Abbatiſſa de Anno 1705. pronunciaverat; Cumque pluralitas Fundationum non

præſumatur, nec alterius Fundationis in hac Eccleſia detur fumus, præſumptio ſtat, quod hujuſmodi Canonicatus ſemper libere per Abbatiſſam collatus ſit de illis in primordiali Fundatione Everardi, & Gevæ erectis, itaut contrarium Aſſerenti incumbat onus cum exhibitione
17 diverſæ, & novæ Fundationis ejus aſſumptum juſtificandi, ut animadvertit *Rota in Compoſtellana Parochialis de Pardenſu* 22. *Iunii* 1710. §. *Primogeniali coram R. P. D. meo Falconerio, & in eadem* 22. *Iunii* 1711. §. *Atque ex his coram Me*.

Atque hinc poſito, quod hujuſmodi Beneficia non cadant ſub Menſium reſervationibus, ut ſupra fuit comprobatum *Domini* ſuperfluam exiſtimarunt inquiſitionem, num ultimus Proviſus obierit in Menſe Septembris reſervato, nec ne; Et tamen cum onus concludentiſſime probandi talem obitum, exiſtente alio Proviſo ab Ordinario in Beneficii Poſſeſſione ſpectaret ad Impetrantem tanquam primarium ſuæ gratiæ funda-
18 mentum ex firmatis per *Rot. coram Vbald. in dec.* 300. *num.* 2., *& dec.* 14. *num.* 5. *coram Durus., ac in dicta Parmen. Beneficii* 28. *Ianuarii* 1701. *coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*, adhuc ſuæ obligationi non ſatisfeciſſe Impetrantem nonnulli ex *Dominis* exiſtimabaut, cum dictus Impetrans non exhiberet
19 probationes univocas, & cuncludentes vacationem in Menſe reſervato, prout facere debuiſſet iuxta notata per *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 45. *nu.* 42., *Rota dec.* 472. *nu.* 6. *part.* 19. *Tom.* 2. *Recent.*, cum abunde relatis *in Vicen. Beneficii* 17. *Februarii* 1713. §. *Ex quibus coram R. P. D. meo Aldrovando*, præſertim quod e contra Ioſepho Proviſo ab Abbatiſſa Ordinaria Collatrice favebat præſumptio pro vacatione in
20 Menſe Ordinario uti naturali iuxta Doctrinam *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſs.* 11. *num.* 43.

Et ita &c. Utraque &c.

FANEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 23. *Februarii* 1714.

ARGUMENTUM.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Detractiones ex bonis fideicommiſſariis non debentur, quando iſta ex factis alienationibus conſumptæ noſcuntur.*

2 *Primæ alienationes, & non poſtremæ ſunt illæ, quæ imputantur in detractiones.*

Idque procedit etiamſi gravatus rem alienatam poſtea redimeret ibid. num. 3.

4 *Calculus facit probationem probatam.*

5 *Prædium diſtractum a gravato ob ſuas detractiones nunquam reincidit in fideicommiſſum.*

6 *Fruſtra quis petit, quod intus habet.*

DECISIO DCXLVII.

Dominos ad inſtantiam illorum de Carrariis requiſiveram in Audientia diei 19. præ labentis menſis, an eſſet expedienda illorum Cauſa ad formam Deciſionis coram Me promulgatæ ſub die 29. Aprilis 1712., ſed cum multitudine, & gravitate Cauſarum preſſi hujuſce Inſtantiæ diſcuſſionem, quam involvere videbatur Octavius Sperantia ex longa repetitione veterum fundamentorum cum parua variatione figuræ, remiſerint ad præſentem Audientiam, hodie idcirco agnita levitate oppoſitionem *Mihi* iniunxerunt, ut ad petitam expeditionem devenirem breviter diluendo caliginem, quam Octavius, ut ſupra, ſuperinducere ſategerat.

Cum enim dictum fuerit in præfata *mea præterita Deciſione*, quod non obſtante antiquo vinculo fideicommiſſi, ad quod iuſte de cætero aſpirabat Octavius, adhuc duo Prædia, ad quæ expetebatur per eumdem Immiſſio, libera apud Carrarios remanſerant, in vanum idcirco replicabatur, quod, cum eadem libertas prætenderetur ex detractionibus competentibus Hieronymo, & Marco Antonio Authoribus ipſorum de Carrariis in concordata ſumma ſcut. 10440., hæ tamen detractiones remanſerunt extinctæ per alienationes ab iiſdem Authoribus factas in ſuperexcedente quantitate ſcut. 10809., proindeque non eſſet agendum de detractionibus, quando iſtæ reperiebantur iam ex correſpondentibus alienationibus pluſquam conſumptæ, per ea, quæ unanimiter reſponderunt
1 *Natt. conſ.* 199. *num.* 11. *lib.* 1., *Peregrin. de fideicom. artic.* 39. *num.* 14., *Merlin. de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 3., *Rota poſt eumdem dec.* 140. *num.* 4., *& dec.* 141. *num.* 5., *& in recent. dec.* 266. *num.* 15., *&* 16. *part.* 5., *& dec.* 243. *nu.* 23. *par.* 19. *tom.* 1., *& in dec.* 119. *num.* 35. *coram Cerro*.

Verum diſtinguendo tempora, facile concordabantur ſcripturæ, nam quatenus attinebat ad alterum ex Prædiis nuncupatum *del Ponte*, iſtud diſtractum apparebat de anno 1641. pro pretio ſcut. 6000., de quo tempore iam, ut diximus, debebantur illius diſtractoribus memoratæ detractiones in ſumma ſc. 10440., ſicque tunc intrante ad favorem Tertii Poſſeſſoris, ſeu alienatarii notiſſima ſanctione *Textus in L. Marcellus ff. ad Trebell.*, parum faciebat, quod poſteæ iidem diſtractores forte deveniſſent ad ulteriores alienationes, quia non per hoc amiſſa fuerat ea libertas, quæ vigore præfatæ legis tuebatur Jura emptorum, cum primæ alienationes ſint illæ, & non poſtremæ, quæ imputantur
2 in detractiones Teſte *Alex. conſ.* 178. *num.* 4. *lib.* 5., *Aret. conſ.* 18. *num.* 5. *verſic.*, *en hoc ſequitur*, *Ruin. conſ.* 135. *num.* 11. *lib.* 3. *Peregrin. de fideicom. dicto artic.* 39. *num.* 4. *Surd. dec.* 170. *n.* 10., qui ampliat etiam, ſi Gravatus
3 rem alienatam poſtea redimeret, *Rot. dec.* 580. *nu.* 2.

nu. 2. coram. Ludoviſ. & dicta dec. 243. nu. 24., & dec. 380. num. 14. par. 19. tom. 1. recent., & in Ferrarien. alimentorum, & dotium ſuper conſumptione detractionum 11. Martii 1712. §. Eiuſdem coram Eminentiſſimo Priolo, & in illius confirmatoria 20. Januarii 1713. §. Neque etiam coram R. P. D. meo Scotte Almæ Urbis Gubernatore, & in Firmana Commendæ 3. Julii eiuſdem anni §. Quin etiam coram Me.

Quo vero ad alterum Prædium *delle Caſe nuove* venditum pro ſumma ſcut. 3219. non minus evidenter conſtitit apud Dominos, quod cum in diviſione inita inter Marcum Antonium, & Hieronymum ſub anno 1636., Marcus Antonius pro adæquatione portionum de proprio ſolverit ſcut. 2979., & pro totidem in excambium vendiderit Hieronymus eidem Marco Antonio prænominatum Prædium *delle Caſe nuove*, ecce quod per huiuſmodi acquiſitionem Marcus Antonius evaſit Dominus præfati Prædii omnino libere independenter a quolibet fideicommiſſo, cum tunc Hieronymo Venditori competerent coæquales detractiones, itaut junctis huiuſmodi quantitatibus præventive ad omnes alias alienationes importantibus ſcut. 9219., non remanebant, habita confrontatione temporum,
4 conſumptæ detractiones in maiori ſumma ſcut. 10440. tunc competentes, ut ex calculo limpidiſſimo, qui facit probationem undique probatam, ut inquit *Rota in Romana fideicommiſſi de Pinis ſuper Penſionibus 12. Decembris 1698. §. Sane coram R. P. D. meo Lancetta, & in Romana liquidationis fructuum 30. Januarii 1699. §. Quo præmiſſo coram eodem, & in dec. 97. numer. 6. coram Me.*

In nihilo relevante, quod poſtea de ejuſdem Prædii diſtractione actum fuerit ſub anno 1670. quando jam intermediæ ſucceſſerant alienationes per Octavium adductæ. Quoniam cum Prædium effectum fuit liberum in Marco Antonio, ipſeque neque in hiſce decantatis alienationibus conſumpſerit proprias detractiones pro ſua virili ſcut. 5000., & ultra, iſtudque Prædium coemerit libere per Iura intactarum detractionum Hieronymi ejus fratris, & deinceps illud Andreæ nepoti, is, qui receperat in vim donationis hujuſmodi Prædium liberum, & immune ab omni fideicommiſſo, potuit ſemper libere vendere Carrariis, ut diximus, ad ſimi-
5 litudinem de Bonis diſtractis vigore *Authen. res quæ, Cod. commun. de legat.*, ut ait *Rota deciſ. 49. num. 6. deciſ. 1274. num. 1. deciſ. 1362. n. 9. coram Emerix Jun., & in Romana fideicommiſſi, ſive Cantelæ Angeli 29. Aprilis ejuſdem anni §. Domini coram Me, & in Ferrarien. alimentorum & dotium ſuper conſumptione detractionum 11. Martii 1712. §. Quoniam pariter coram Eminentiſſimo Priolo*, & alibi paſſim.

Recurrebat poſtremo quod dictum fuerat in præterita deciſione ſub §. *Finali*, quod Octavius habens præ manibus ſcuta mille maternæ dotis Andreæ, necnon Prædium *della Durante* valoris ſcut. 3000. quæ omnia attinebant ad Andream obligatum de evictione, utique, ſi aliqua quantitate defuiſſet ſupra coopertimen-
6 tum detractionum (quod tamen erat ſecus ex jam dictis) verificabatur ſemper contra ipſum Octavium Adagium, *fruſtra petis quod intus habes ad Text. in §. Si res aliena Inſtit. de legat. Gloſſ. in l. ſi quis §. Final. verbo edatur ff. de edendo, Davyx. Index, ſive repertor. Iu is Civil. in verbo petere tom. 7. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 731. num. 27. tom. 4.* cum aliis *in Romana fideicommiſſi 6. Maii 1709. §. Et altera coram* Me, *& in Peruſina tranſactionis 8. Iunii 1711. §. Et altera pariter coram Me.*

Et ita &c.

REATINA JURISDICTIONIS.

Veneris 23. Februarii 1714.

ARGUMENTUM.

Juriſdictio ex quibus arguatur quod fuerit cum alienatione Prædii, ſive Tenutæ vendita late in tota hac deciſione diſſeritur, & an ſit neceſſarium in illius venditione Beneplacitum Apoſtolicum.

SUMMARIUM.

1 *Titulata poſſeſſio Iuriſdictionis tanquam ad manutentionis effectum ſufficentiſſime probata, revocari amplius in dubium nequit.*

2 *Ex vicinitate prædiorum ſcientia de actibus poſſeſſoriis reſultat.*

3 *In ſua poſſeſſione ſemper eſt quis manutenendus, præſertim ſi de tali poſſeſſione conſtet ex ipſamet contrariæ partis confeſſione.*

4 *In iuriſdictionalibus manutentionem parere non valet ſola poſſeſſio, niſi aliquo legitimo, ac valido titulo ſuffulta ſit.*

5 *Iuriſdictio niſi exprimatur nunquam venit in venditione Prædiorum, ſeu Tenutarum, quidquid ſit ubi vendatur Caſtrum.*

6 *Poſſeſſio nunquam debetur deficiente titulo, vel eo detecto invalido.*

7 *Iuriſdictio ſi vendatur regulanda eſt ad rationem ſc. 2. cum dimidio pro quolibet centenario*, & num. ſeq.

9 *In venditione Iuriſdictionis requiritur beneplacitum apoſtolicum*; Limita num. 16.

10 *In diſcordia copiæ etſi authenticæ cum originali, ſeu protocollo, ſemper ſtandum eſt originali, non vero ſcripturæ ab eo exemplatæ.*

11 *Nemo alteri plus iuris tribuere valet, quam ipſe habet.*

12 *Corruente baſe qua nititur Gratia Principis corruit etiam ipſa Gratia.*

13 *Inſtrumentum ſemel in actis admiſſum, atque approbatum, de illius legalitate dubitari deinde nequit.*

14 *Serotina appoſitio non levem calumniæ ſuſpicionem inducit.*

15 In-

15 *Iuriſdictionis venatio ſub qua verborum amplitudine comprehendatur.*

DECISIO DCXLVIII.

TRibus *Sententiis*, alteri nimirum A. C., & binis *Rotalibus* quibus manutentio favore fratrum de Gambaris in quaſi poſſeſſione exercendi Iuriſdictionem in octo partibus cum dimidia Caſtri diruti Bulgarettæ decreta fuerant, præviis tamen conſuetis *Deciſionibus*, prima nempe *Eminentiſſimi Prioli diei* 5. *Februarii* 1700., & altera *R. P. D. mei Lancettæ diei* 20. *Iunii* 1701. minime adhuc acquieſcentes Comites de Mereriis, ſed ulterius ſibi blandientes earum revocationem obtinere ſe poſſe ſub præſidio cujuſdam Inſtrumenti originalis dationis inſolutum prædicti Caſtri emanatæ de Anno 1660., ſecundam propterea reſtitutionis in integrum commiſſionem *mihi* uſque *de Anno* 1702. dirigi obtinuerant, quam tamen cum ipſi proſequi non curaverint, per decennium, & ultra ea ſiluit, donec ad Inſtantiam Comitis Laurentii Soderini univerſalis bonorum Comitis Hieronymi Mererii Donatarii eandem inſtantiam e cineribus excitantis, ac ad normam prædictæ Commiſſionis requiſivi hodie *Dominos* -- *An conſtet de re judicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum*, fataleque iterum prodiit reſponſum -- *Conſtare de re judicata*.

De validitate etenim nulla audiebatur conquæſtio, Juſtitia vero iterum præfulgebat ex iiſdemmet actibus poſſeſſoriis legitimo titulo ab emptione oriente ſuffultis, quibus in præteritis inſtantiis Joannes Baptiſta; Frateſque de Gambaris plene docuerant, quippe reſultare indubie agniti fuerant ex electione Prætoris, promulgatione Ædictorum, ſeu Bannimentorum deputatione Cuſtodum ad avertenda, ſeu impedienda damna allegantibus animalibus in herbis, ac frugibus inferri ſolita, cum ſucceſſivis accuſationibus in eorum Tribunali, & conſequutiva damnorum emendatione a Iudice dicti Caſtri Dominis Animalium injuncta: In quorum Iuriſdictionalium actuum quaſi poſſeſſione nedum extitiſſe Ioannem Gambarum de Lancellottis, ſed & eo defuncto continuaſſe Petrum aliosque de Gambaris Modernos ejuſdem Caſtri Condominos, ac poſſeſſores plene fuerat demonſtratum: unde titulata poſſeſſio Iuriſdictionis tamquam ad manutentionis effectum ſufficientiſſime probata, revocari amplius indubium non valeret quamvis de ſcientia eorum-
1 dem actuum in illis de Mareriis per Gambaros doceri per poſſibile non potuiſſet ad tradita *per Caſtrenſ. in l. Servitutes num.* 9. *C. de ſervitut.*, *Felin. in cap. de quarta num.* 4. *verſic. item fallit in habente titulum de præſcript. Actolin. reſolut.* 32. *num.* 24. *Rota dec.* 435. *num.* 12. *par.* 9. *rec.* cum concordan. in prædicta *deciſione hujus cauſæ Eminentiſſimi Prioli* 5. *Februarii* 1700. §. *Nec pro effectu.*

Dixeram autem *per poſſibile*, quoniam ultra quod ex vicinitate Tenutæ Caſtri Bulgarettæ cum Caſtro Acreæ per Mareriis poſſeſſo, præſumptio ſcientiæ prædictorum actuum reſultare dicenda erat, obſervat *Anton. de Marin. alle-*
2 *gat.* 62. *verſic.*, *& quando. Allograd. conſ.* 97. *num.* 75. *tom.* 2. *Rot. dec.* 1459. *num.* 9. *coram Seraphin. dec.* 222. *num.* 6. *cum ſeqq. coram Buratt. & dec.* 461. *nu.* 8. *nec non dec.* 466. *nu.* 7. *par.* 4. *recent.* eamdem ulterius ſcientiam poſitivam, ac innegabilem concludebat comparitio Iuridica eorumdem de Mareriis mediante Perſona d. Caſtri per Gambaros deputato, pro impetranda relaxatione quorumdam Animalium, quæ in actu, quo in Agris prædicti Territorii Bulgarettæ depaſcebantur, fuerant per Cuſtodes a Gambaris appoſitos capta, & ad Caſtrum abducta, quoque idem Miniſter Fratrem de Mareriis, non niſi præſtita cautione de reficiendis damnis recuperare valuerat; Qui actus nedum, ut dixi, incontrovertibilem talis Iuriſdictionis ſcientiam in ipſis de Mareriis convincebant, ſed, & importantes inſuper claram eorumdem Mareriorum confeſſionem Iudicialiter emiſſam, quod talis Iuriſdictio in Gambaris actu reſideret, efficiebant, ut in eadem Iuriſdictionis poſſeſſione forent omnino manutenen-
3 di, ut in propoſito animadvertit *Rot. in dec.* 422. *num.* 2. *&* 3. *poſt Poſth. de Manutent. deciſ.* 474. *num.* 6. *coram Bich.*, *& in Tiburtina bonorum* 11. *Febr.* 1705. §. *Accedentibus cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*.

Nullam merentibus ponderationem actibus illis recognitionis Cadaverum, condemnationum pro damnis datis, ac aliarum Civilium definitionum ſuper rebus ad idem Caſtrum Burgarette ſpectantibus, aliiſque e contrario per Mererios ad concludendam eorum quaſi poſſeſſionem alias deductis, & hodie iterum repetitis Quoniam cum *Domini* ſatis ſuperque dictorum actuum irrelevantiam in anteactis *deciſionibus* patefactam dignoverint, ſcilicet in *dec. Eminentiſſimi Prioli ex* §. *Data autem Iuriſdictione*, & *deciſione R. P. D. mei Lancettæ* §. *Quibus contraponi*, ubi tales actus, vel non legitime probati, vel clandeſtini, vel uti uſurpativi per recurſum ad Papam nullius roboris effecti demonſtrabantur ad eas idcirco *Domini* inutili repetitioni parcentes ſe remiſſive habuerant.

Veritatem, & efficaciam tot actuum Juriſdictionalium per Gambaros exercitorum, & propriorum inſubſiſtentiam, ſeu etiam irrelevantiam agnoſcentes Mererii, ita ut ſi a ſolis actibus poſſeſſoriis manutentio regulanda foret, nil ſibi favorabile ſperare umquam valerent, acuerant ingenium, & exponentes propoſitionem illam, quod in Iuriſdictionalibus manutentionem parere non valeat ſola poſſeſſio, niſi aliquo le-
4 gitimo, ac valido titulo ſuffulta ſit, de qua *Peregrin. in conſ.* 2. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 1. *Alciat. reſponſ.* 50. *num.* 9. *lib.* 6. *Spad. conſ.* 4. *num.* 16. *lib.* 1. *Rovit. conſ.* 58. *num.* 6. *&* 7. *& in Prænaſt.*

matt. de juriſdict. non turba Pragmatt. prima n. 33.
Capyc. dec. 77. n. 7. Rot. dec. 312. n. 13. coram
Bvratt. & dec. 36. a n. 14. ad 36. coram Bieb. Ti-
tulum proinde, cui Gambari inherere dicebantur
toto hodie cunatu infringere initebantur.

Cum enim, ut ajebant, Comes Thomas de
Mareriis olim utriuſque Caſtri, nempe Bur-
garettæ, & Aſcreæ Dominus de Anno 1660.
inſolutum dediſſet Angelo Marerios Auctori
Fratrum de Gambaris partem Montaneæ, ſeu
Tenutæ ejuſdem Caſtri Diruti Burgarettæ in
ſatisfactionem Dotis Lauræ ejus Uxoris ſcuto-
rum 250. nullaque in originali Inſtrumento
eiuſdem aſſignationis Dotis legeretur facta men-
tio de venditione Iuriſdictionis, quinimo ex
cunctis facti circumſtantiis, ut ſubdebant, de-
ſumeretur aperta voluntas eam nullatenus
transferendi, nullam propterea in ea datione
inſolutum venire potuiſſe Iuriſdictionem, aje-
bant, quę ſi non eſprimatur numquam venit in
venditione Prædiorum, ſeu Tenutarum, quid-
5 quid ſit ubi vendatur Caſtrum, vel Territorium
ut diſtinguendo eoſdem caſus firmat *Roman. in*
conſ. 444. ſub n. 6. verſic. quamobrem, & tradit.
Bald. in conſ. 328. num. 2. libr. 4. & ſequitur Pa-
riſ. in conſ. 10. a num. 50. ad 55. & ſeqq. lib. 1.
Alberat. de Feud. tit. quibus med. Feud. amid.
§. Item ſi quis num. 4. Mantic. de tacit. lib. 4.
tit. 14. ſub num. 11. verſic. ſi concedat unam Ter-
ram, & tit. 16. nu. 29. & ſeqq. & Joſeph. de
Roſ. conſult. 6. num. 20. tom. 2. nullaque conſe-
quutive manutentio, nec Angelo Marerio qua-
tenus ipſe compareret, nec Fratribus de Gam-
baris illius jura veſtientibus deficiente titulo,
6 ſeu detecto hodie invalido debeatur juxta fir-
mata *per Menoch. de retinen. poſſ. remed. 3. num.*
639. & num. 683. Poſth. de manuten. obſervat.
42. num. 155. Card. de Luc. de Cenſibus
diſc. 11. ſub num. 7. verſic. ſecus autem, & de
penſ. diſc. 30. num. 6. Rot. cor. Priolo dec. 41. in
fine dec. 620. num. 24. coram Bieb. dec. 540. nu.
11. & 12. poſt eamdem Poſth. ac in Reatina Pen-
ſionis 29. Aprilis 1711. §. Atque hinc coram Re-
verendiſſime Molines Decane.

Facti antem memorati circumſtantias, ex
quibus in dicta datione inſolutum reſultare
contrariam potius Partium voluntatem, non
trasferendi nimirum dictam Iuriſdictionem ex
pluribus deducebant Marerii, & primo, quod
fructus dictæ Tenutæ regulati fuerint ad ratio-
nem quatuor cum dimidio pro quolibet cente-
nario, quando ſi habita fuiſſet ratio de Iuriſdi-
ctione, eorumdem fructuum valutatio non ex-
7 ceſſiſſet rationem ſcutorum duorum cum dimi-
dio, ut connotat *Pariſ. in conſil. 20 nu. 57. & 70.*
lib. 1. Menoch. de preſumpt. lib. 3. præſumpt. 97.
nu. 47. Roſental. de Feud. cap. 5. concl. 6. nu. 4.
Cancer. var. reſol. lib. 3. num. 53. & 32. & in
individuo monet *Rot. in deciſ. 348. coram Celſ.*
nec non dec. 249. nu. 4. par. 17. rec.

Secundo, quod Angelus Aſſignatarius, ad
docendum in Iudicio, quod valor prædictæ Te-
nutæ eius dotali Credito non correſponderet,
produxerat olim articulos in quibus inter fru-
ctus d. Tenutæ ſpecificaverat tantummodo na-
8 turalis, ac induſtriales, nempe - *oltre il frutto*
del grano, erbaggio, noci, caſtagne, e ghiande
non rende altro frutto nulla facta mentione de
fructu a Iuriſdictione procedente, & Caſtri pre-
tium augente, & ſiſtente in recadentiis, devo-
lutionibus, Laudemiis, pedagiis, gabellis,
curſibus aquarum mulctis, ac ſimilibus, quos
enumerat *Laganez. de fruct. part. 1. cap. 20. a*
num. 1. per tot.

Tertio vero, animadvertendo, quod in
eadem datione inſolutum nullum, nec repor-
tatum, nec minus reſervatum fuerat benepla-
citum Apoſtolicum, cuius impetrationem ad
9 validandam Iuriſdictionis tranſlationem omnino
præcipit S. M. *Urbanus VIII.* in eius *Conſt. 63.*,
& monet *Morot. de Feud. tit. de Feud. qui cnr.*
vend. ſub nu. 1. in fine, verſ. quædam ſunt bona,
Roſenthal. de Feud. cap. 5. concluſ. 6. numer. 4.,
Rocc. diſput. 57. num. 43.

Verum tota Moles huius diſcurſus tamquam
inſubſiſtenti, & minus vero ſuppoſito nixa, col-
labeſcere illico, & nil reſpective concludere
Dominis viſa erat, tot enim actus poſſeſſorii
expleti per Gambaros, eorumque Auctores,
qui innegabiles erant, valido adeo, ac legitimo
undequaque titulo roborari apparuerant, ut
nullo, vel ſomniabili prætextu manutentionem
iiſdem denegare ullatenus ſe poſſe exiſtimarent,
fulciti enim ii erant dupplici venditione cele-
brata prævio Chirographo Sanctiſſimi; altera
nempe de anno 1691. favore Ioannis Gambari,
& altera anni 1697. favore Petri Gambari, in
quarum utraque vendita iiſdem legebantur con-
troverſa bona *cum Dominiis ac iuriſdictionibus*
eiſdem annexis; Abſque eo quod memoratos
Dominos a Sententia tot es favore fratrum de
Gambaris in hoc manutentionis Iudicio con-
ſtanter prolata, dimovere valeret hodierna ſu-
peraddita declamatio, quod nempe in datione
inſolutum facta per Thomam Hieronymi Pa-
trem favore Angeli Mediati Auctoris Fratrum
de Gambaris comprænenſa eſpreſſe non legere-
tur Iuriſdictio Caſtri Bulgarettæ, ſed tantumo-
do ipſa Montanea, ſeu Tenuta ut preſeferebat
lectura ipſius originalis Inſtrumenti eiuſdem da-
tionis inſolutum in actis hodie exhibiti ubi ſcri-
pta non apparent verba — *Et cum Iuriſdictionibus*
quæ tamen leguntur in copia exemplata per
Gambaros producta, & ſub cujus falſo tranſla-
tæ Iuriſdictionis ſuppoſito (ut aiebant ſcribentes
pro Mareriis) Manutentio per *Tribunal* erronee
elargita Gambaris declamabatur; Cum æte-
roquin certi iuris eſſe ſubderent iidem ſcriben-
tes, quod in diſcordia copiæ, etſi authenticæ
10 cum originali, ſeu Protocollo ſemper ſtandum
ſit originali, non vero ſcripturæ ab eo exempla-
tæ ex *Gloſ. in §. Illud vero Protocollum Authen.*
ad Tabellionem, Bart. in l. Sempronius 48. nu. 3.
ff. de legat. 2. Caſtrenſ. *Conſ. 420. numer. 3. verſ.*
ſuper

ſuper quo etiam lib. 2., *Covarun. pract., quæſt. cap.* 19. *ſub nu.* 3. *verſ.* 3. Conſtat. *Parexade edit. Inſtrumenti tit.* 1. *reſol.* 3. §. 1. *num.* 40., & 48., & *Rot. Coram Buratt. dec.* 294. *num.* 12., *ac deciſion.* 544. *a numer.* 4. *ad* 7. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.*, Unde inferebant quod ſi Juriſdictio non fuerat in Angelum tranſlata, transferri nec etiam valuerit in Gambaros mediatam cauſam ab illo habentes, cum nemo alteri plus Juris tribuere
11 valeat, quam ipſe habeat, ut in propoſito notat *Rub. apud Spad. in Conſ.* 4. *num.* 119. *verſ. nec ideo cum ſeqq. lib.* 1. dictoque jure ceſſante, ceſſet etiam Gratia Principis præſupponens ad
12 ſui robur idem ius tamquam baſim, cui ipſa nitatur, ut in ſpecie obſervant *Spad. in Conſ.* 4. *num.* 14. *verſ. confirmatia, ac num.* 51., & *ſeqq., lib.* 1., & *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 102.

Quoniam obiectum hoc in quo totum robur ſcribentium pro Mareriis collectum hodie apparebat non una, ſed multiplici, & æque valida, ac ſufficienti reſponſione diluì *Dominis* videbatur. Primo enim (quidquid etiam dicendum foret de qualitate huius Protocolli (de qua ſatis non conſtare unus ex *Dominis* animadvertebat) irrationabili omnino videbatur quod fides hodie adimenda foret illi Inſtrumento publico authentico, & extenſo ab eodemet Notario quod in Iudicio toties productum, recognitum, atque approbatum extiterat per noſtrum *Tribunal*, ne dum in tribus Inſtantiis huiuſmet Cauſæ, in quibus ſemper admiſſa fuerat legalitas eiuſdem Inſtrumenti, ſed & occaſione aliarum
13 diſceptationum in noſtro *Tribunali* habitarum, nempe dotis eiuſdem Lauræ numquam impugnati, iuxta ea, quæ in propoſito tradit *Cancer. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 1. *ſub num.* 302. *verſ.*, & *quod tollit omnem difficultatem*. & monuit *Rota in Hydruntina fideicommiſſi* 4. *Iunii* 1700. §. *Non obſtat coram clar. mem. Card. Caprara*.

Secundo Iudiciali huic obſervantiæ ſuperaccedebat alia etiam extraiudicialis conſiſtens in continuata quaſi poſſeſſione tot actuum Iuriſdictionalium, tam per eumdem Angelum Aſſignatarium, quam per habentes ab eo cauſam indefinenter exercitorum vigore prædictæ dationis inſolutum, quæ obſervantia evidentiſſime docet tale Inſtrumentum vere legale, ac nulla falſitatis macula notandum exiſtere, oppoſitionemque eidem Inſtrumento tam ſerotine factam non levi calumniæ ſuſpicione laborare,
14 ideoque penitus reiiciendam, ac ſpernendam ut monet *Rot. in Cracovien. Parochialis* 14. *Maii* 1696. §. *Idque facilius coram bon. mem. Pio in Panen. Immiſſionis* 27. *Iunii* 1695. §. *Neque refragatur coram eodem in Bononien. pecuniaria* 11. *Decembris* 1699. §. *Minuſque par. coram eodem*, & *in Rom. Pecuniaria* 5. *Maii* 1700. §. *Fin. coram Me*.

Poſtremo animadvertebant *Domini* quod ubi etiam verificaretur, dictum verbum - *cum Iuriſdictionibus* abſolute deeſſe in memorato Inſtrumento dationis inſolutum, adhuc tot, & tanta verba illi æquipollentia aderant nimirum - *cum omnibus*, & *ſingulis Iuribus*, *uſibus*, *pertinentiis Item omnia jura &c. nullo jure &c.* ut firmiter omnino exiſtimarent ſub illa verborum
15 amplitudine comprehendi quoque *Iuriſdictionem* iuxta notata per *Rocc. diſput. Iuris cap.* 58., *num.* 3. *Tondut. quæſt. beneſ. part.* 3. *cap.* 176. *n.* 13., & *reſol. civil. cap.* 84. *num.* 18.

Hincque nullius in propoſito relevantiæ apparuerant coniecturæ illæ per Marerios ſupra indicatæ, ex quibus tranſlationem Juriſdictionis in memorato Inſtrumento dationis inſolutum excludere ſatagebant. Et quidem nil ad eorum intentum concludere videbatur, quod fructus reperirentur liquidati ad rationem quatuor cum dimidio pro quolibet centenario, prompta enim per Gambaros dabatur reſponſio, quod liquidatio illa, quæ ab Arbitrorum Judicio, non a Partium conventione proceſſerat, regulata fuerat a fructibus dotalibus, qui cum deberentur Angelo ad rationem ſeptem pro centenario, mirum non erat, ſi ſtante tranſlatione etiam Iuriſdictionis, redacti fuerant ad ſcuta tantum quatuor cum dimidio; Ultra quod talis etiam Iuriſdictio in nomine potius, quam in actualitate, ſeu realitate conſiſtebat cum Caſtrum eſſe dirutum, ac Vaſſallis deſtitutum, & decadentiæ de mandato *S. Congregationis Boni Regiminis* fuerint ſublatæ, ita ut nulli ſint fructus dictæ Iuriſdictionis, ac inſuper memoratum Caſtrum pro dote aſſignatum obnoxium erat proximæ evictioni ex parte Tancredis, prout de facto ſubinde evictio ſequuta fuerat, unde nil mirum ſi in hoc diverſo ab aliis caſu taxatio fructuum ſuperexceſſit conſuetas bonorum feudalium taxationes, ut bene perpendendo huiuſmodi circumſtantias, conſimilem, ac etiam maiorem taxationem tuetur Ioannes Andreas Georgius *allegat.* 24. *n.* 32. *verſ. in caſu noſtro*.

Atque ex his reſponſionibus ſublata remanet alia ſuperius allata per Marerios coniectura, quod nempe Angelus inter fructus Caſtri, ſeu Tenutæ ſibi aſſignatæ, enumeraret ſolos fructus Prædiales, non vero Juriſdictionales; Quoniam cum talis enumeratio non excluderet poſitive ipſos fructus Juriſdictionis, ac inſuper concurreret aſſignatio eiuſdem Juriſdictionis in Inſtrumento dationis inſolutum, & in ſequelam aſſignationis prædictæ concurreret actuum Iuriſdictionalium exercitium, in nulla proinde conſideratione habenda videbatur illa fructuum Prædialium enumeratio, quæ alios Juriſdictionales non excludebat, quique in tantum omiſſi fuerant, in quantum illa Juriſdictio, ut diximus, nullos, vel ſaltem paucilſimos fructus reddere apta erat.

Prout eadem levitate laborare oppoſitionem defectus beneplaciti Apoſtolici *Domini* obſervabant cum illud neceſſarium non fore in alienationibus factis favore ſubditorum S. Sedis. &

Con-

Digitized by Google

Condominorum ac in Inveſtitura comprahenſorum, qualis erat idem Angelus, pandat Bulla S. M. *Urbani VIII. lo* 151., ut etiam animadvertit *Card. de Luc. de Feud. diſcu.* 67. *num.* 8., *& Rot. in dec.* 167. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 5. *rec.*

Hæcque exuberare pro confirmatione tot Sententiarum, ſolam *manutentionem* Gambaris tribuentium, cum non agatur in Petitorio *Dominii* reſponderunt utraque &c.

NULLIUS, SEU FOROLIVIEN. CASTRORUM.

Luna 26. *Februarii* 1714.

ARGUMENTUM.

Duello quæ pœna ſit præſcripta. Late, ac docte tractatur articulus an reintegratio a ſupremo Principe obtenta per reum d. Criminis operetur etiam ad Feuda jam ad S. Sedem, vel ad alium devoluta, & ſuper quibus cepta jam fuerit poſſeſſio, & an etiam d. plenaria reintegratio comprahendat etiam Jus tertio jam quæſitum.

SUMMARIUM.

1 *Duello inflicta reperitur pœna ſupremæ capitis diminutionis, & confiſcationis omnium bonorum.*

2 *Feuda Sæcularia devolvuntur cauſa confiſcationis ad Principem, ſeu Fiſcum ſæcularem.*

3 *Et feuda Eccleſiaſtica ad Eccleſiam.*

4 *Et dominium utile iſtiuſmodi feudorum conſolidatur cum directo ex ipſo Juris miniſterio.*

5 *Citatio melior exquiri nequit, quam conſenſus, & patientia.*

6 *Dominus directus quando poſſit Feudi poſſeſſionem apprahendere propria authoritate, atque de illo Vaſſallum inveſtire.*

7 *Titulus, & cauſa confiſcationis quando reducta dicatur ad non titulum, ſeu cauſam.*

8 *Reſtitutus ex gratia ad ſtatum priſtinum quo erat ante delictum perpetratum ſunt ei omnia bona reſtituenda.*

Et quando hujuſmodi reintegratio ſit operativa, & ad quem effectum ibid. n. 9. & ſeqq.

12 *Officiorum, vel Beneficiorum natura fere in omnibus aſſimilatur illi Feudorum.*

13 *Beneficiatus degradatus ſi a ſummo Pontifice fuerit reintegratus, & reſtitutus, præjudicium non ideirco irrogatur Patrono Laico, & de ratione.*

14 *Privatus Officio ſi a Principe fuerit reintegratus, non cenſetur ad diem Officium reintegratus ſi ejus collatio ad Principem reintegrantem non ſpectabat.*

15 *Nec ſub hujuſmodi reintegratione comprahenſa dici poteſt pœna jam parti applicata.*

16 *Gratia abſolutoria non valet reſtituere condemnatum ad illa Bona, & Feuda, quæ aliunde acquiſita fuerunt quam ab ipſa ſententia*, & n. ſeqq. uſq. ad 18.

19 *Confiſcatio quando corruat ex non ſcientia Principis.*

20 *Proſcriptio derivans ab ipſo duello prompte valet executioni demandari quin ulla præcedat ſententia declaratoria facti notorii.*

21 *Supplicatio Gratiæ facta Principi importat confeſſionem criminis, ſeu delicti perpetrati.*

22 *Sententia publicata ſuper delicto facit, ut feudi proprietas, & illius dominii utile dominium attrahat*, & n. ſeqq.

23 *A fideicommiſſo arguere valet ad feuda.*

24 *Sententia condemnatoria alicujus delicti, & Bannum quid ſint.*

25 *Princeps ſupremus etſi habeat omnimodam Juriſdictionem etiam quoad res Perſonas, & bona Eccleſiaſtica in dubia tamen hujuſmodi Juriſdictione, & auctoritate uſus non præſumitur.*

26 *Statuta Pontificia auctoritate confirmata an, & quo caſu comprahendant res, & Perſonas Eccleſiaſticas.*

27 *Feuda Eccleſiaſtica nunquam veniant in reintegratione, præciſe non facta auctoritate Eccleſiaſtica.*

28 *Fiſcus ab initio omnia bona delinquentis capit, illaque tantum reſtituit deinceps iis, ad quos peculiari jure pertinere reperit.*

29 *Fiſcus confiſcat omnia bona delinquentis non ſolum in eo Territorio in quo fuit judicatum, ſed etiam in quocumque altero Territorio, ſeu ditione.*

30 *Reintegratio plenarie facta a ſupremo Principe reintegrat delinquem etiam in præjudicium tertii.*

31 *Et an hoc procedat in feudis ob aliquod grave crimen jam devolutis.*

32 *Confiſcatio quando oriatur ipſo facto, & ipſo jure.*

33 *Duellum quando dicatur formale, & quando uti tale puniendum eſt*, & num. ſeqq.

34 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

35 *Gubernator Almæ Urbis plenariam habet juriſdictionem etiam circa res, & perſonas Eccleſiaſticas.*

36 *Facta tanquam potentiora prævalent verbis.*

37 *Reintegratio facta a ſupremo Principe eviteri nequit, aut interverti ab inferioribus.*

38 *Corruente principali corruit acceſſorium.*

39 *Solo Principi ſupremo licet reviviſcere facere jura jam extincta.*

40 *Manutentio nuſquam datur niſi poſſidenti.*

41 *Non omnis manutentio neceſſario requirit poſſeſſionem naturalem, ſeu actualem, ſed contentatur quandoque mera civili, quemadmodum practicatur in Inveſtituris, & quomodo.*

42 *Jus ex facto oritur.*

43 *Facti notorietas ex quibus probari poſſit.*

44 *Verbum* preteſo *tollit ſemper, & enervat ſubſtantiam confeſſionis.*

Google

DECISIO DCXLIX.

JAM bonorum proſeriptionem, quam *Sacroſanctum Æcumenicum Concilium Tridentinum*,
ultra univerſa ferme in idem conſpirantia proclamata, edicta, & Sanctiones cunctarum
Gentium, præſcripſit *in Seſſ. 23. de Reformat. cap.* 19. adverſus committentem illud parti-
culare certamen, quod *Monomachiam*, ſeu
Duellum vocant, ejuſque Socios, & Patrinos,
perpeſſus vigore contumacialis Proceſſus, ac
Sententiæ D. Philippus Maria Marchio Ben-
tivolus a Summa glorioſe regnantis Pontificis
clementia, & benignitate ſibi remitti impe-
travit: Aſt quia ioterim, ſive intermedie
Eminentiſſimo Fabrono commendari contin-
gerat Abbatia S. Hilarii de Galeata, a qua de-
pendebant in vim directi dominii Caſtra Mon-
tis Veteris, & Sambuceti per eundem D. Mar-
chionem prius detenta, iſque, ot par erat, illa
de manibus Fiſci tanquam ſibi, & non ipſi Fi-
ſco devoluta illico recuperare ſategerat, ſuc-
ceſſive reportando a Curia Gubernatoris ſuper
iiſdem Feudis, ſeu Caſtris favorabile Decre-
tum pro manutentione, & quateous opus ſit
reintegratione.

Hinc in hujuſmodi ſupervento ſtatu gratiæ
D. Marchio recurſus habuit ad prælaudatum
Emioentiſſimum pro aſſequenda illius vigore
prædictorum Caſtrorum relaxatione, ſed pe-
titioni annuere non poſſe opinante D. Cardi-
nali, niſi ad ſummum mediante conceſſione
novæ Inveſtituræ, quam ipſi Marchioni elar-
giri non renuebat, deſuper ob id exorta fuit
controverſia, quæ fuit ab initio repoſita Judi-
cio Congregationis particularis, poſteaqoe de
communi utriuſque contendentis conſenſu de-
finitioni *Sacræ Rotæ*; quamobrem *Ego*, qui in
vim poſtremæ Commiſsionis mano Sanctiſſimi
Signatæ præelectus fueram *Ponens*, ſive *Rela-
tor*, negocium propoſui ſuper Dubio facile in-
ter Partes concordato, nempe — *de cujus bono
Iure conſtaret etiam ad effectum manutentionis*.

Scribentes igitur pro D. Cardinali aeriter
prætendebant, illud corſi favore militare,
quoniam cum ex premiſſo Delicto, cætero-
quin per univerſum Orbem abhorrito, & de-
teſtato, ipſo Jure inflicta reperiretur poena ſu-
premæ Capitis diminotionis, & præſcriptionis
omnium Boaorum, ut præter ipſum *Concilium*,
1 & ſuperventas etiam acriores *Pontificum* or-
dinationes, & ſignanter *fam. mem. Pii IV. in
Conſtitutione* 21. § 3. & 4. confirmata per *fa.
mem. Gregorium* XIII. *In Conſtitutione la* 78.,
nec non in altera *fa. mem. Clementis VIII.*
inter ejus impreſſas *la* 11., de qua *Pignattel-
lus conſult.* 88. *n.* 77. *to.* 9. *Rovit ſuper Pragmat.
Regn. Pragmat.* 1. *de duell. num.* 41., *Praſ. re-
ſponſ. Fiſci* 4. *nu.* 20., *Fragoſ. de regim. Chri-
ſtian. Reipublic. part.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 2. *a num.*
113., *Maſſin. de Confiſc.* 10. *ex num.* 13. uno
ore conelamarunt *Barboſ. in cap.* 1. *de Cleric.
pugnant. in duell. num.* 3. *Sanchez. in Decalog.
lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 27., *Diaz. in prax. cap.* 104.
num. 33., *Suarez. de Cenſur. diſput.* 31. *nu.* 48.
litt. B., *Borell. de Magiſtrat. edict. lib.* 2. *cap.* 1.
num. 36., & 37., *Theſaur. de pœn. Ecclef. ver-
bo duellum cap.* 2. *num.* 1. *Pignattell. d. conſult.
Canon.* 88. *num.* 79. *num.* 9., *Raynald. obſervac.
Crimin. tom.* 1. *cap.* 9. §. 1. & 2. *num.* 8., *Sayr.
de Cenſur. lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 21. & *ſeqq.*

De plano ſubintrabat, ut quemadmodum
Feuda Sæcularia incontinenti devolvuntur in
hoc Confiſcationis caſu ad Principem, ſeu Fi-
ſcum Sæcularem illorum Dominum directum,
2 & immediatum ad *Text. in cap.* 1. §. *Illud de
prohibit. feudor. alienat.*, *Capyc. de feud.* §. *feu-
dorum devolutio*, *verſic. ſubditus Baronis*, *Mar-
tin. Laudenſ. eodem tract. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 2.
Foce. de ſubfeud. lib. 2. *auctorit.* 29. *num.* 1.,
Io. Granc. de Pont. lectura feudal. 22. *num.* 29.
Afflict. dec. 282. *num.* 12. *ibique Urſill. nu.* 15.

Ita a pari, & validiori ratione, Feuda Ec-
cleſiaſtica ſubito revertantur ad Eccleſiam
eorumdem Feudorum Dominante quæ dire-
3 ctam, ex coacervatis plena mano poſt *Text.
in cap. felicis de pœnis in* 6. *per Ancaran. ibid.
num.* 4. *Franc. in* §. *nullas num.* 2., & antiquio-
ribus omiſsis *Paſſerin. num.* 24., *Menoch. conſ.*
825. *a num.* 5. *ad* 16.. *Soccin. Sen. conſ.* 121.
num. 18. *lib.* 4., *Roland. conſ.* 96. *num.* 9., &
ſeqq. lib. 1., *Alvarot. de feud. tit. de prohibit.
feud. alienat. cap.* 1. §. *Illud*, *Lanar. de feud.
tit. ſi Vaſſallus feudo privetur num.* 48., *Fari-
nacc. quæſt.* 25. *num.* 50. & *ſeqq.*, Cyriac. *con-
trov. forenſ. cap.* 342. *num.* 1. 2., & 3., *Bella-
mer. deciſ.* 742. *num.* 2. & *ſeqq.*, *Boer. deciſ.*
263. *num.* 9. *verſic.* & *ſic*, *Afflict. deciſ.* 282.
num. 14. *Rot. poſt primum volum. conſil. Fari-
nacc. dec.* 16. *n.* 23.

Remanente ſiquidem io his terminis Feudo
abſque ullo ſubalterno otili, & immediato Do-
mino, neceſſe profecto exiſtit, quod idem uti-
4 le Dominium non ſolum revertatur, ſed ex pro-
pria natura attrahatur a Dominio directo, at-
que cum eo, ipſo Juris miniſterio, conſolide-
tur, juxta cenſuram alterius *Text. in cap.* 1. §.
*Denique tit. quæ fuit prima cauſa Benefic. amitten.
Scharder. de feud. par.* 3. *att.* 24. *ſect.* 8. *num.* 21.
& *par.* 19. *cap.* 6. *num.* 18. *Roſental. eod. tract.
cap.* 10. *concl.* 51. *num.* 53. *Argel. de legit. Con-
tradict. quæſt.* 17. *num.* 31. & *ſeq. Peregrin. dec.*
127. *num.* 7.

Abſque eo, quod hujuſmodi conſolidationi,
quæ, ut diximus ope Juris emergit, obſtaret ul-
latenus in capeſſenda prædicta actuali poſſeſſio-
ne defectus citationis ipſius D. Marchionis; Ul-
tra namque, quod eidem acquiſitioni poſſeſſio-
nis notoriom erat, aſſenſum præſtitiſſe clar. me.
Cardinalem Capraram, qui partes ejuſdem
D. Marchionis agebat, ideoque, ſtante hujoſ-
5 modi conſenſu, & patientia, alia melior intrin-
ſeca, & ſpecialis citatio noo poterat exquiri;
teſte

Digitized by Google

teſte *Felin. in cap. 1. num. 18. de Judic. Bald. in l. Contumaciam num. 36. Cod. quomodo, & quando Judic. & in cap. 2. num. 13. de Teſtib. Vant. de nullit. ex defect. Citat. num. 17. Gratian. diſcept. 156. num. 1. Rot. coram Caſſador. dec. 2. de Judic. & cor. Dunoz Jun. dec. 787. n. 7. & in rec. dec. 37. in fin. par. 6. dec. 121. num. 4. part. 8. & deciſ. 246. n. 17. part. 12. & ad ornatum Card. de Luc. de Dot. dec. 31. num. 45.*

Attamen cum jam, ex præmiſſis, ope, & Miniſterio ſolius Juris fuerit facta reverſio, & conſolidatio cum Dominio directo, ad quid in recuperanda ſimplici detentatione e manibus Fiſci laceſſire, & citare D. Marchionem jam ab ipſo feudo, ejuſque poſſeſſione dilapſum? idque adeo verum, ut non ſolum in his terminis Dominus directus queat appræhendere Feudi poſſeſſionem, ſed & alium de novo Vaſſallum
6 inveſtiendo illud alteri concedere, ſeu transfundere, quemadmodum circa primam portionem coruſcabat ex *gloſſ. in cap. Felicis, verſic. ſi qua vero Feuda, verbo diſponat, de pœnis in 6. & in cap. qui periculum, §. Præterea in penult. notabil. ibique Franc. in tert. notabil. de elect. in 6., Hoſtienſ. in cap. accepta, de reſtit. ſpoliat. Azor. Inſtit. moral. lib. 5. cap. 8. quæſt. 3. verſic. idem Juris eſt, & verſic. quando Clericus*, & circa ſecundam ex *Baldo in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Alexand. conſ. 44. num. 3. verſ. ex quibus lib. 3. Caſtrenſ. conſ. 68. num. 2. lib. 2. Tiraquell. in l. ſiunquam Cod. de revocand. donat. verbo revertatur n. 340.*

Introeundo autem & altius perſcrutendo viſcera meritorum, & boni Juris, parum relevabat, (ut præcitati ſcribentes proſequebantur) quod ſupremus Princeps, & Pontifex gratioſe cunctas pœnas remiſiſſet, & obſterxiſſet per illa ampliſſima verba -- *gratioſe remiſit, & condonavit, & ad famam, gradus, honores, & priſtinam libertatem, ac ſtatum, in quibus antea erat, præterquam ad Bona, & Jura quomodolibet Fiſco, & R. C. A. incorporata ſeu incorporanda, reſtituit, repoſuit, & plenarie reintegravit, Proceſſumque deſuper fabricatam, ac Sententiam, ut ſupra, latam cum omnibus inde ſequutis, caſſari, & aboleri, & pro caſſa &c. haberi voluit, & mandavit* -- quaſi vero per iam effrenatam reſtitutionem fuerit procul dubio redactus titulus confiſcationis ad non titulum, & cauſa proſcriptio-
7 nis ad non cauſam, ex iis, quæ unanimiter affirmarunt *Roland. a Valle conſ. 45. num. 25. lib. 4. Natt. conſ. 471. num. 3. Odd. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 99. num. 75. Rocc. diſput. Jur. cap. 71. num. 11. Capparell. reſol. fiſcal. 70. num. 17. Peregrin. de Jur. fiſc. lib. 5. tit. 2. num. 26. Rot. coram Cavalcr. dec. 255. num. 11. & coram Merlin. dec. 125. num. 43.* repetita *dec. 448. par. 5. tom. 2. recent.*

Eo ſiquidem ipſo, quod Marchio repoſitus fuerat per eamdem gratiam in ſtatu, in quo erat ante Delictum perpetratum, de plano ſe queretur, quod reſpondendus quoque foret ad bona, quæ ex cauſa ejuſdem Confiſcationis, & proſcriptionis, & in illius ſequelam quoque modo devoluta cenſeri potuerant ad Dominum dire-
8 ctum, ex doctrina *Andreæ de Iſernia in Commentar. ad res feudal. tit. de Vaſſal. decrepit. ætat. pag. 107. a tergo, & pag. ſequenti Felin. in cap. inter quatuor num. 5. de majorat. & obed., Odd. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 99. art. 10. num. 82. & ſeqq. Peregrin. de Jur. fiſc. lib. 5. tit. 2. numer. 53. & ſeqq. Manſ. conſult. 361. num. 12. Torr. var. Iur. tom. 1. tit. 2. quæſt. 37. num. 25. Rot. coram Seraphin. dec. 998. num. 9. & coram Merlin. dec. 125. n. 46.*

Replicabant quippe, quod hæc utique ampliſſima reintegratio poterat, efficax eſſe, & operativa in iis, quæ concernebant Intereſſe Principis reintegrantis, gratiamque elargientis, ſed non ita res ſe habebat, quando, ut in præſenti, tractabatur de adimendo Jure Tertii,
9 & maxime Eccleſiæ per ea, quæ ſolide demonſtrarunt ad normam *Text. in l. 2. §. Si quis do Principe, & §. Merito. ff. ne quid in loco public. l. & ſi §. Sed quod, & l. quod ſi minor. l. Scivola de min. l. Bene a Zenone, C. de quadrien præſcript. l. reſcripta, C. de precib. Imperator. offeren. l. quoties, Cod. de eden. l. ſi quando, Cod. de inoff. Teſtam. Alexander in l. Gallus, §. Et quid ſi tantum num. 2. ff. de liber. & poſthum. Raynald. obſervat. Criminal. cap. 2. §. 4. num. 27. & ſeqq Chriſtin. d. Belgic. 149. num. 4. lib. 1. Baitell. de ultim. volunt. deciſ. 96. num. 4. Rot. poſt Merlin. de legitim. dec. 28. n. 11.*

Contrarium dumtaxat vel vix procedente, quando hujuſmodi reintegratio nullatenus per viam gratiæ proveniret, ſed ex capite Innocentiæ, vel publicæ cauſæ, vel demum aliquo alio modo per viam Juſtitiæ, quia tunc revera titulus reduceretur ad non titulum, quemadmodum alii volunt, quoties reintegratio ex cauſa
10 alicujus publici boni, vel publicæ utilitatis proficiſcetur, ut ſuper prima limitatione adverterunt *Scilicet & Caman. in l. fin.* Cod. *de Sentent. paſſ.* Larr. *allegat. fiſcal. 43. num. 6. de Marin. alleg. 44. num. 10. tom. 3. Capon. diſcept. 395. num. 28. Staiban. reſol. 105. num. 16. & ſeqq. Peregrin. de Jur. fiſc. lib. 5. tit. 2. num. 44. Torr. var. Iur. quæſtion. d. quæſt. 37. n. 22. tom. 1. Franc. dec. 213. num. 52. ibique Carol. Anton. de Luc. numer. 8. Adden. ad Rovit. dec. 17. num. 16. Rot. coram Seraphin. d. dec. 998. n. 13.* & ſuper altera *Bartol. in l. quemcumque in fine*, Cod. *de fide* Inſtrum. *& haſt. fiſcal. lib. 10.* Muta *in Conſtit. Regn. Sicil. tom. 3. cap. 148. n. 58. Anthunez. de donat. Reg. lib. 2. cap. 29. num. 75. Scip. Theodor. allegat. 58. num. 22. in fine, Torr. quæſt. 37. num. 24. Rovit. dec. 37. num. 16. Rot. in rec. dec. 271. num. 16. par. 14.*

Quapropter quotieſcumque; prout hic, pertractatur de ſimplici gratia ad ſummum per verba ſolummodo apta comprehendere Feuda, majores noſtri diſtinguere conſueverunt, quod vel peragitur de Feudis, quæ pendent, & reco-

gnoſcuntur a Principe reintegrante, tuncque
ſubincludi valeant in gratia etiam ipſa Feuda:
Secus vero, ſi tractetur de Feudis, quæ ad alium
pertinebant, & propter Confiſcati Delictum
11 jam ad ipſum alterum Dominum directum no-
ſcebantur ipſo Jure reverſa, ut apprime tuetur
*Bald. in l. 1. num. 24. quæſt. 51. ff. de rer. diviſ.
Idem de feud. cap. 18. ſub num. 14. verſ. pone, Res
tit. hic finitur lex. Burſatt. conſ. 54. num. 32. lib.
1. & conſ. 587. num. 8. 15. & 17. & 20. lib. 2.
Barca Tantbebergb. de feud. lib. 5. tit. quibus
modis feud. amitt. §. Item ſi fidelis, Petr. de Ra-
venn. d. feud. ſecund. part. nonæ part. ſect. 11.
quæſt. 51. num. 21. & par. 10. ſect. 6. num. 28.
Roſentall. eodem tract. cap. 10. concluſ. 38. nu. 79.
Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. nu. 39. Cyriac.
controv. 341. num. 31. & Theſaur. in deciſ. Pe-
demontan. 166. num. 6. & 10.*

Confirmabant hoc ipſum exemplis tum Offi-
ciorum, tum Beneficiorum, quorum naturæ
fere per omnia aſſimilatur illa fœudorum, ut
in ordine ad Beneficium cenſent relati apud *Bel-*
12 *lon. de Iur. accreſcen. cap. 6. quæſt. 37. num. 68.
& ſeqq., & num. 76. Roſentall. de fœud. cap. 6.
concluſ. 76. num. 4. Rovit. in pragmat. 1. de titul.
ſeu abuſ. inſcript. num. 85. & ſeqq. clar. me. Card.
de Luca de fœud. diſc. 8. num. 17. Rota in Leo-
dien. Beneficii 27. Junii 1707. §. Et quamvis in
fine, coram Reverendiſſimo Kaunitz*, & circa of-
ficium tradunt *de Ponte conſ. 16. num. 5. tom. 1.
Mart. conſ. 53. num. 2. & ſeqq. Frecc. de ſub
fœud. lib. 2. quæſt. 51. num. 2. Io. Andreas Georg.
in repetit. feudal. cap. 5. num. 5. & cap. 53. num.
28. & 29. Theodor. allegat. 41. num. 3., & 53.
Vincent. de Anna allegat. 103. num. 3. Maſtrill.
de Magiſtrat. lib. 2. cap. 24. num. 35. & cap. 18.
num. 19. Noguerol. allegat. 33. num. 5. Franciſc.
Rocc. de Offic. rubric. 19. numero 5. de Ponte de-
ciſ. 28. num. 5. & 6. Boer. deciſ. 350. num. 4. co-
lumn. 2. in princip.*

Reſpectu etenim Beneficiorum valde perſtrin-
gens (ad eorumdem Scribentium ſenſum) erat
illud, quod ſi aliquis Beneficiatus præcedenter
extiterit degradatus, & condemnatus, Sum-
mus vero Pontifex illum reintegrando reſtituat
ad Beneficium, non tamen per hoc hujuſmodi
13 reſtitutio præjudicium irrogat Laico Patrono,
cui interim quæſitum fuit Ius præſentandi alium,
ad *Gloſſ. ultim. in cap. quamvis de reſcript. in 6.
Lambertin. de Iurepatronat. artic. 8. quæſt. prin-
cip. 6. lib. 3. Odd. de reſtitut. in integr. quæſt. 98.
artic. 3. num. 36. Capyc. Latr. conſultat. 62. num.
63. Rota in antiquioribus deciſ. 48. de conceſſ.
Præbend.*

Similiter ubi quiſpiam privatus legitime fue-
rit Officio, deindeque; extiterit reintegratus a
Principe, non ob id cenſetur reſtitutus, & exi-
ſtere valet reintegratus ad idem Officium, ſi
ejus collatio ad Principem reintegrantem non
14 ſpectabat, ſicuti fuit judicatum apud *Rovit.* in
illa celebri *deciſ. 37. num. 6. & ſeqq.* in qua idip-
ſum demonſtrabant Scribendo *Capyc. Latr. dicta
conſultat. 62. num. 62. & ſeqq. de Marin. variar.
reſolut. lib. 1. cap. 68. num. 3. Capon. diſceptat.
395. num. 26. Tom. 5.*

Quinimmo ex hac eadem identitate rationis,
neque etiam compræhenſa, dici poteſt, me-
diante beneficio conſimilis reintegrationis, pœ-
na jam Parti applicata, vel applicanda, ut in-
quit *Imperat. in leg. 1. Cod. de in Ius vocando,*
ibique *Gloſſ. Pariſ. de Puteo in tract. de ſindicat.*
15 *verbo compoſitio cap. 7. num. 12. Frageſ. de re-
gim. Reipubl. Chriſtian. tom. 1. lib. 4. diſput. 11.
num. 251. & ſeqq. Cyriac. controv. 348. num. 2.
& ſeq. Roſental. de fœud. cap. 12. concluſ. 38. nu.
78. Caſtill. controv. Iur. lib. 6. cap. 41. ſub num.
147. Adden. ad Sanfelic. deciſ. 407. verſic.
Quinto obſervandum, Maſ. conſult. 361. num.
16. Boer. deciſ. 65. num. 3.* addito, quod, ut
bene etiam *Spada* ſubjungit *in conſil. 70. num. 8.
lib. 3.* reſtitutio non compræhendit penſiones,
quæ fuerunt extinctæ, & conſequenter fuit ac-
quiſitum jus libertati Beneficii.

Robuſtius iſta locum ſibi vindicare contende-
bant Scribentes, quando privatio delinquentis,
& acquiſitio facta per Tertium minime proma-
nat, tanquam a ſua cauſa immediata a Banno,
vel ſententia lata contra Fæudatarium, ſed pro-
ficit penitus aliunde, & ex titulo prorſus diver-
ſo, in hiſce quippe terminis, qualiſcumque
etiam plenaria reſtitutio non valet extorqueri
ad bona Tertio acquiſita, ſive ad Fæuda devo-
luta ad Dominum directum; ſicuti namque in
contrario caſu reſtitutio poſſet reintegrare Ban-
nitum ad ea fæuda, ſeu Bona, quæ amiſit ex
16 ſententia veluti ex cauſa redacta ad non cau-
ſam, ita in hujuſmodi hypotheſi non valet gra-
tia reſtituere condemnatum ad illa Bona, &
Fæuda, quæ aliunde acquiſita fuerunt, quam
ab ipſa ſententia, quæ nunquam valeat reputari
cauſa huiuſcemodi acquiſitionis, ut optime de
feudo obloquentes diſtinguunt *Andr. de Iſernia
de feud. tit. de Vaſſall. decrepit. ætat. fol. 108.*, &
melius *fol. 109. col. 1. Bald. in leg. final. num. 5.
Cod. de ſentent. paſſ. Gayll. de pac. public. lib. 1.
cap. 19. num. 16. 17. 26. & 31. poſt med. Fari-
nacc. de delict. quæſt. 7. num. 36. Martin. Lau-
den. de feud. lib. 2. tit. 14. num. 11. & 12. Ro-
ſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 38. num. 74. Pe-
regrin. de Iur. Fiſc. lib. 5. tit. 2. num. 53. Bella-
mer. deciſ. 741. num. 2. & deciſ. 743. in principio,
& num. 9. circa fin. Rota coram Merlin. deciſ. 125.
num. 45. & ſeqq.*

Quamobrem, applicando ad rem, cum Ca-
ſtra Montis veteris, & Sambuceeti exiſtentia
de Dominio Menſæ Abbatialis S. Hilarii incon-
tinenti ad eamdem Menſam reverſa fuerint ex
proſcriptione inducta ipſo Iure per Sacros Cano-
nes, Pontificias Conſtitutiones, & Concilia ex
ipſo momento perpetrati Duelli, vires idcirco
ad eorum retroacquiſitionem porrigere nequa-
quam poterat reſtitutio, quæ vix ſolummodo
valebant abolere ſententiam, & effectus ab illa,
tanquam a ſua immediata cauſa, reſultantes, &
depen.

Digitized by Google

dependentes, ut egregie explicat *Iſernia tit. de Vaſſall. decrepit. ætat. fol.* 109. *column. penult. prope fin. verſic. Ex culpa commiſſa*, *Afflict. eod. tit. de Vaſſall. decrepit. ætat. fol.* 147. *n.* 12. *verſ. Pone aliud exemplum*.

Atque ob id ubicumque: alteri ipſo Iure per Delictum applicatur fendum (ex. gr.) Agnatis, non ex quo poſtea culpa remittitur Vaſſallo, aut tollitur ſententia condemnatoria, Princeps gratioſe remittens cenſetur, aut poteſt adimere Agnatis quicquid eis extitit devolutum indepen-
18 denter ab ipſo Principe remittente, ut optime ſubdit idem *Afflict. num.* 8. *verſic. Solutio, aut feudum*, *Menoch. conſ.* 304. *num.* 61. *Roſental. de feud. dicto cap.* 10. *concluſ.* 38. *num.* 70. quodque dicitur de Agnatis a fortiori procedit in ordine ad Dominos directos, ubi quippe reſtitutio ipſa non nocet Agnato, multo minus obeſt Domino directo, ex demonſtratis ab *Hartman. Piſtor. quæſt.* 44. *num.* 6. *lib.* 2.

Quin tali diſcurſui refragari unquam poſſet (ut iidem Scribentes ſubdebant) quod etiam poſita lege proſcriptionis ipſo Iure, adhuc tamen ad eamdem proſcriptionem cum effectu ſubeundam ſemper requiratur ſaltem ſententia declaratoria facti, ſine quo proſcriptio ipſa non ſequeretur, neque ipſum ſulum Ius quicquam de per ſe poſſet operari, ac propterea per Principem ceſſata hujuſmodi ſententia, atque proceſſu tale factum concludente, ac juſtificante,
19 collabeſcat perneceſſe ipſa confiſcatio, cæteroquin a Iure ſtatim inflicta, ex animadverſis per *Decian. tractat. criminal. lib.* 7. *cap.* 33. *num.* 24. *Noguerol. allegat.* 12. *n.* 72. *& ſeqq. Solorzan. de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 58. *Vant. de nullit. ex defect. Proceſſ. num.* 94. *Cabal. reſolut. Criminal. cap.* 33. *n.* 1. *&* 2. cum cæteris late congeſtis per *Antunez. de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 49. *& ſeqq.*

Quoniam replicabant, quod unico verbo poterant iidem Scribentes ſeſe expedire, ſtante ejuſdem facti, ſeu commiſſi Duelli notorietate, quo caſu proſcriptio derivans incontinenti ab ipſo Duello prompte valet exequutio-
20 ni demandari, citra imaginabilem neceſſitatem, quod ulla præceſſerit ſententia declaratoria facti de ſui natura notorii, ad mentem *Text. in cap. Cum ſecundum, de hæretic. in* 6. *Abbas in cap. ad noſtram, verſic. Sed quæro, de jurejurand.* & poſt *Gloſſ. in cap. Cum ſit Romana, de appellat. & in cap. cum non ab homine*, ubi etiam *Felin. verſic. Limita primo, de Iudic.* *idem Felin. in cap. Rodulphus num.* 35. *de reſcript. Bald. in leg. hæreditas, Cod. de his, qui bus ut dign. num.* 9. *Angel. in leg.* 1. §. *Qui eum in fine num.* 1. *ff. de his, qui notant. infam. Afflict. de feud. tit. quæ ſint regalia, verbo condemnatorum num.* 11. *fol.* 349. *Caſtrenſ. conſil.* 68. *ſub num.* 1. *lib.* 2. *Decian. tract. Criminal. lib.* 7. *cap.* 32. *num.* 24. *in fine*, *Noguerol. allegat.* 12. *num.* 73. *Boſſ. tit. quomodo procedatur in Crimin. notor. num.* 78. *fol.* 100. *Benintend. dec.* 37. *num.* 11. *Rota deciſ.* 16. *num.* 8. *poſt primum volum. conſil. Farinacc.*

Et nihilominus duplex, & æque facilis occurrebat hujuſce objecti reſolutio; altera, quod dum idem Marchio ſupplicaverat ipſi Principi, ut gratiam reſtitutionis, ſeu reintegrationis ſibi impartiri dignaretur, eademmet ſupplicatio, eademmet ſubſequuta conceſſio
21 per neceſſarium antecedens ſecum trahebat confeſſionem perpetrati facti, criminis, ſeu delicti, ut pleno calamo dixerunt, & comprobarunt ex *Text. in l. Cum precum, Cod. de liber. cauſ. Gabriel. de confeſſ. concluſ.* 4. *nu.* 1. *& ſeqq. Rota in Faventina Primogenituræ de Naldis* 16. *Ianuarii* 1708. §. *Nec prædictis in principio*, & in ejus confirmatoria 9. *Aprilis* 1709. §. *Supradictis coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, cum aliis relatis *in Romana Primogenituræ, & Fideicommiſſorum de Corſinis die* 10. *Decembris* 1710. §. *Præcipue vero, coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Et altera, quod ſtatim, ac extitit publicata ſententia de cœtero ex præmiſſis non neceſſaria ad pœnam, ſed requiſita ad ſimplicem declarationem facti, ipſum factum illico remanſit ſatis, ſuperque comprobatum, ſolumque deſtruibile reſtaſſet per viam Juſtitiæ eamdem ſententiam, & factum in ea juſtificatum conterentis, & annullantis ex contrariis probationibus, quod cum ſubſequutum, imo nec tentatum fuerit, ecce quod ab ipſo inſtanti publicatæ ſententiæ, & factæ declarationis delicti, alio non expectato, pœna legis, ipſiuſque Juris ſubintravit, & ſubito natura, & proprietas Feudi, ſeu illius Dominii directi ſubalter-
22 num, & utile dominium attraxit, ex jam dictis, & ſignanter etiam ex *Bald. conſ.* 301. *num.* 3. *verſic. in contrarium, & num.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. *Andreas de Iſern. de feud. ſæpedicto tit. de Vaſſal. decrepit. ætat. fol.* 107. *a ter. column.* 7. *in princip. Afflict. eodem tract. tit. quæ ſint Regalia, verbo condemnatorum num.* 23. *Boſſ. tract. crimin. tit. de crimin. Læſæ Majeſt. num.* 7. *& plur. ſeqq.*

Idipſum quotidie procedere videmus in Majoratibus, Primogenituris, & fideicommiſſis, a quibus etiam de per ſe licet argumentum trahere ad Feuda, ad tradita per *Caſanatt. conſ.*
23 57. *num.* 61. *Peregrin. conſ.* 77. *num.* 5. *lib.* 3. *& de fideic. art.* 27. *num.* 4. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 379. *num.* 4. *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. *Serader. de feud. par.* 10. *ſect.* 9. *num.* 114. *Roſentall. eodem tract. cap.* 1. *concluſ.* 17. *num.* 2. *ibique Aiden. litt.* C. *Altogr. Jan. controv.* 2. *num.* 4. *verſic. ex quibus*, *Saminiat. controv.* 62. *num.* 21. Cum eum in illis privatio delinquentis non proveniat a ſententia, niſi in ordine ad declarationem ipſius facti, itaut potius remanente in ſuis caſibus fideicommiſſo penes confiſcatum illius fructuum, tanquam ejuſdem confiſcati hæres anomalus, capax exiſtat Fiſcus, ſed bene proma-

net

nei a Teſtatore, & fideicommittente, hinc ea-
dem declaratione facti nondum ſublata, vel
caſſata per Principem, ſi aliquo medio tempo-
re Jus, mortuo civiliter delinquente, devo-
lui contingat ad alium, utique ſubſequens po-
ſtea reintegratio non facit, quod illi tertio
intermedie Jus adipiſcenti, illud idem Jus in-
terim legitime quæſitum auferri poſſit, ſeu
auferatur, ex quo nimirum tale Ius non pro-
veniebat a ſententia tanquam cauſa, ſed a fa-
cto, illa mediante, comprobato, & de in per
Juſtitiam minime deſtructo, ut abundius con-
ſtabat ex adductis in *d. Romana Primogenituræ,
& fideicommiſſorum de Corſinis* 10. *Decembris*
1710. §. 15. *&* §. 16. & in ejus confirmatoria
17. *Aprilis* 1711. §. 20. 23. 24. *&* 26. *coram
R. P. D. meo Aldrovando*.

Itaut tantum abſit, quod Sententia, & Ban-
num reputentur cauſa acquiſitionis, & dici un-
quam valeat, quod ſi talis non fuiſſet Banni-
tus, & condemnatus, non intraſſet devolutio,
vel acquiſitio Juris ulli Tertio, quin potius Sen-
tentia, & Bannum vice cauſæ exiſtimetur, &
ſit ſimplex declaratio, ſive implementum con-
ditionis, ex qua per legis cenſuram, vel in
24 vim Inveſtituræ aut fideicommiſſi ſequatur
illa Juris, & Bonorum devolutio ad alterum,
uti proſequuntur *Bald. in leg. fin. num.* 5. *Cod.
de ſentent. paſſ. Socin. Jun. in l. Gallus*, §. *Et
quid ſi tantum num.* 116. *& ſeqq. ff. de Liber. &
Poſthum Nell. de Bannit. p.* 1. *tert. temp. nu.* 10.
Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 5. *tit.* 2. *num.* 54.
Fragoſ. de regim. Reipublic. Chriſtian. tom. 1.
lib. 4. *diſput.* 11. *num.* 251. *&* 252. *Bellamer. de-
ciſ.* 243. *num.* 9. cum aliis *in d. Romana Primo-
genitura de Corſinis* 17. *Aprilis* 1711. §. 25. *co-
ram R. P. D. meo Aldrovando*.

Hucuſque prætendebant memorati Scriben-
tes illorum adductas rationes, & fundamenta
ſuperabbundare; Sed adhuc poſtremo adiicie-
bant quod eo magis, & indubitabilius ea pe-
rurgebant inſpecta ad partes natura bonorum,
ſeu Feudorum, de quibus agebatur, nempe
quod non erant Feuda ſæcularia, ſed pure, &
immediate Eccleſiaſtica, de quibus neque in
ſupplicationibus D. Marchionis, nec in gratia
Supremi Principis ulla per umbram facta lege-
batur mentio: Quamvis enim in eadem Prin-
cipis perſona coaleſcat, & unita reperiatur
plenaria, & omnimoda Juriſdictio, etiam
25 quoad res, perſonas, & bona Eccleſiaſtica,
in dubio tamen hujuſmodi Juriſdictione, & au-
ctoritate uſus non præſumitur, ut ait *Card. de
Luca in relatione Rom. Curiæ diſc.* 2. *num.* 12.
& de Regal. diſc. 55. *num.* 5. *Rota in Rec. deciſ.*
51. *num.* 12. *& ſequentibus part.* 12.

Et de facto videmus, quod ſtatuta ipſa per
Pontificiam roborata confirmationem nuſ-
quam comprehendunt res, & perſonas Eccle-
ſiaſticas, quoties in rubro, vel in nigro eædem
res, & perſonæ Eccleſiaſticæ non ſint nomina-
tæ, ſeu litteraliter comprehenſæ, ut cætera
exempla relinquendo, liquet ex iis, quæ ſu-
per ſtatuto Urbis unanimiter *Scribentes*, *&
Sacra Rota* firmarunt *in deciſ.* 256. *num.* 10.
26 *part.* 11. *& deciſ.* 165. *num.* 7. *&* 16. *part.* 19.
Recen. & in Viterbien. Manutentitionis 14. *De-
cembris* 1699. §. *Quoniam*, *&* §. *ſeqq. coram
R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Quatenus enim pertinebat ad ſupplicatio-
nem certe de Feudis Eccleſiaſticis nullus in
ea factus apparebat ſermo, quinimo etiam ſim-
plex mentio facta in ſupplicatione parum pro-
fuiſſet quando ſuperventa Gratia de iis non lo-
quebatur, tunc enim potius demonſtrabat, in-
ſtantiam fuiſſe rejectam, ut manifeſte conſta-
bat ex *Summ. num.* & reſpective ex traditis
per *Rot. in Romana Cenſus* 31. *Martii* 1710.
§. *Quin adverſus in finem coram* Me, ideoque
Feuda Eccleſiaſtica nuſquam venire in reinte-
27 gratione, præciſe non facta auctoritate Ec-
cleſiaſtica dixerunt *Barſatt. conſ.* 187. *num.* 35.
& 37. *Odd. de reſtitut, in integr. par.* 2. *qu.* 98.
art. 15. *num.* 136. *Peregrin. de Jur. Fiſc. lib.* 5.
tit. 2. *num.* 75. *Boſſ. tract. crim. tit. quomodo pro-
cedatur per act. in delictis num.* 43. *Frecc. de
Subfeud. lib.* 2. *authorit.* 29. *num.* 5. *Cyriac.
controv.* 342. *num.* 5. *& ſeqq. Afflict. dec.* 361.
num. 22. *& ſeqq.*

Poſtremo nec obeſſe replicabant, quod ſi
reſtitutio adverſus ſententia in Curia Gubernii
prolatam, illiuſque ceſſatio non amplectaba-
tur, ex proxime ponderatis, bona, & feuda
Eccleſiaſtica, ita neque etiam a fortiori ſen-
tentia præfata, feuda, & bona Eccleſiaſtica
valebat amplexari: unde per conſequens, ceſ-
ſante cum ipſa ſententia, declaratione facti,
nova ſaltem ſententia ejuſdem facti declarati-
va requiretur, licet Fiſcus occupando eadem
feuda videretur illa ſub prædicta ſententia ſatis
comprehendere intellexiſſe: Reſpectu ſiqui-
dem hujus occupationis ſubdebant, quod ne-
mo non ſcit, quod Fiſcus ab initio non curat
de qualitate, & circumſtantiis bonorum, quæ
delinquens, & reſpective confiſcationem paſſus
detinebat, ſed tanquam non aſſuetus (ut fert
etiam adagium) litigare manibus vacuis, in-
diſtincte ſemper omnia bona delinquentis ap-
prehendit, illaque tantummodo deinceps re-
28 ſtituit iis, ad quos peculiari jure reperit per-
tinere, ad normam *Text. in leg. cum Fiſco* 9.
ff. ad Senat. Conſult. Sillan. leg. 2. *ff. de aliment.
& cibar. legat. & leg.* 2. *Cod. ad leg. Juliam de
vi publica, clar. mem. Card. de Luc. de emphyt.
diſc.* 61. *num.* 3. *de donat. diſc.* 74. *num.* 5. *de
feud. diſc.* 35. *num.* 2. *& diſc.* 56. *num.* 5. *& de
judic. diſc.* 3. *num.* 61. *Rot. apud Capyc. Latr.
conſult.* 75. *num.* 279. *& in rec. deciſ.* 523. *nu.* 4.
& 5. *par.* 18. *tom.* 2.

Quod vero ad prætenſam neceſſitatem novæ
ſententiæ, nequaquam illa requirebatur: indu-
bitata quippe praxis eſſe videbatur, quod unuſ-
quiſque Fiſcus confiſcet in ſuo, pro inſtantanea
idcirco acquiſitione plenæ confiſcationis factæ,
vel

Digitized by Google

vel faciendæ in ordine ad Menſam abbatem ſatis erat, etiam ſine actis, ſententiam ſuper ipſo facto, ſeu declaratione facti fuiſſe latam, non ſolum ad præjudicium ejuſdem delinquentis in eodem dominio, in quo fuit judicatum, ſed
29 etiam in quocumque altero Territorio, vel ditione, ex *Bald. conſ.* 141. *num.* 2. & *conſ.* 268. *num.* 1. *in fin. lib.* 2. *Oldrad. conſ.* 17. *nu.* 3. & *ſeq. Albert. Brun. conſil. feudal.* 412. *Boſſ. tract. crimin. tit. de remed. ex ſol. Clement. Princip. nu.* 53. *Clar. in prax. crimin. quæſt.* 78. *nu.* 26. *ibique Bajard. n.* 24. *cum tribus ſeqq.*, *Peregrin. de jur. Fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 139. *Schrader. de feud. tom.* 2. *par.* 9. *ſect.* 8. *num.* 41. *in fin. Pallent.* 18. *Roſental. eodem tractat. cap.* 10. *concluſ.* 38. *num.* 71. & *concluſ.* 41. *num.* 36. *tom.* 2. *Boer. deciſ.* 264. *num.* 7. *Guidopap. deciſ.* 76. *per tot. Afflict. deciſ.* 182. *num.* 12. *ibique Urſill. num.* 55. & *ſeq. Rot. deciſ.* 16. *num.* 6. & *ſeqq.* & *num.* 21. *ibique Cantolin. litt. C. poſt primum volumen conſil. Farinac.*

His nihilominus parum obſiſtentibus, in contrariam *Domini* abiere ſententiam, baſim reſolutionis jactantes in ampliſſima littera reintegrationis Pontificia liberalitate conceſſæ D. Marchioni, juxta verba ſuperius tranſcripta ſub §. *Introeundo*: Cum enim illa mediante fuerit D. Marchio repoſitus in eo ſtatu, in quo erat ante condemnationem, nempe *circa famam*, *gradus*, *honores*, & *priſtinam libertatem*, *ac ſtatum*, & condemnatio, Proceſſus, ac ſententia, ita mandante Supremo Principe, penitus fuerint abolitæ, reſciſſæ, ac caſſatæ ad omnes, & quoſcumque effectus, perſpicuum effici videbatur, quod hujuſmodi gratia reintegraverit D. Marchionem etiam ad bona, & feuda quæcumque, in quorum poſſeſſione ante delictum, & condemnationem reperiebatur, alias contra ejuſdem gratiæ amplitudinem, & univerſalitatem manifeſte dimidiaretur, ſecundum late, & per rem judicatam ſtabilita per Sac. Tribunal in *Romana Fideicommiſſi*, & *Primogenituræ de Corſinis* 10. *Decembris* 1710. & 17. *Aprilis* 1711. *cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Poſita igitur hujuſmodi plenarietate, & amplitudine gratiæ, qua major dari poſſa non videbatur; nil amplius adverſabatur unicum, vel potiſſimum fundamentum præmiſſorum Scribentium, quod nempe devolutio feudorum, de quibus agebatur, minime proveniret ab ipſa ſententia, Proceſſu, & condemnatione, ſed independenter a proſcriptione inflicta per *Sacros Canones*, Apoſtolicas Conſtitutiones, ipſumque *Œcumenicum Concilium Tridentinum*: Nam ponderabatur in primis, quod actum eſſet de quibuſcumque reintegrationibus, quæ fruſtratoriæ, & inutiles ſemper redderentur, cum ſemper illarum reſpectu dici poſſet, quod independenter ab ipſa ſententia confiſcatio eſſet demandata, & inflicta, quoniam ſemper ſententiæ conſimiles confiſcationem imponunt innixæ alicui legi, vel alicui Conſtitutioni aut bannimento vim ejuſdem legis ſortienti, itaut ſpreta hac generalitate objectionis, ſeu diſcurſus, de facto affirmaverint, & cum effectu concluſerint *Doctores*, & *Tribunalia*, quod etiam in delicto læſæ Majeſtatis, per quod certe de jure communi intrat confiſcatio, & nihilominus conſimiles ple-
30 nariæ reintegrationes reintegrant prætenſam delinquentem, etiam in præjudicium tertii, ut videre eſt apud *Bero conſ.* 60. *num.* 19. *lib.* 3. *Natt. conſ.* 471. *num.* 41. *Andreas de Iſern. in comment. ad uſus feudor. tit. de vaſſall. decrepit. ætat. pag.* 27. *a tergo*, & 108. *Bellamer. deciſ.* 742. *Oldus de reſtit. in integr. par.* 2. *quæſt.* 99. *artic.* 10. *num.* 80. & *ſeqq. Peregrin. de jur. Fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 53. & *ſeqq. Manſ. conſult.* 361. *num.* 12. *Rota deciſ.* 125. *num.* 45. & *ſeqq. cor. Merlino*.

Excepto namque; caſu gratiæ, ſeu reintegrationis omnino plenariæ, ſeu quod alias peragebatur de delicto feudali perpatrato, & commiſſo contra naturam feudi, vel perſonam Domini directi, itaut pœna confiſcationis proveniat ex lege, vel natura ipſius inveſtituræ, in quibus
31 circumſtantiis regulam quandoque abſtractive limitarunt, nempe in prima *de Marin reſol. lib.* 1. *cap.* 68. *n.* 3., *Capon. diſcept.* 395. *num.* 26. *tom.* 5., *Rovit. deciſ.* 37. *num.* 6. & *ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 515. *nu.* 3. *par. prima diverſor. repetita poſt Merlin. de legitim. deciſ.* 27., & *in recent. deciſ.* 313. *num.* 16. *par.* 18., & *in deciſ.* 25. *num.* 15. *inter recollectas adornatam Card. de Luc. de legat. tom.* 2., & in ſecunda *Bellamer. concluſ.* 742. *de reſtit. in integr. verſ. Pone ergo*, & *ſub num.* 9., *Felin. in c. 2. ... inter quatuor num.* 5. *de majorit.*, & *obedient.*, *Odd. de reſtit. in integr. par.* 2. *quæſt.* 99. *art.* 10. *num.* 82., & *ſeqq.*, *Peregrin. de Jure Fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 53., & *ſeqq.*, *Natt. conſ.* 471. *num.* 4., & *ſeqq.*, *Pariſ. conſ.* 1. *num.* 47. *tom.* 4., *Manſ. conſult.* 361. *num.* 11., & *ſeqq.*

Remanet de cætero in ſuo robore regula præmiſſa de ceſſatione nimirum cujuslibet effectus Sententiæ mediante reintegratione, etiamſi Sententia ipſa niteretur confiſcationi, & pœnæ demandatæ ex diſpoſitione Iuris communis, aut harum, vel illarum Conſtitutionum, ut præciſe declarat, & explicat *Bellamer. de reſtit. in integr. pluries citat. concluſ.* 743. *num.* 1.

Fortius vero hæc eadem militabant, & corruere faciebant ſtrepitum a præfatis Scribentibus in contrarium elevatum ſuper confiſcatione oriente ipſo facto, & ipſo Iure, quia cum ſemper hoc procedere intelligatur quando inſimul
32 concomitatur Iuris diſpoſitionem iudicialis declaratio illius facti, a quo tale Ius exoritur quemadmodum pro indubitato demonſtrarunt *Decian. tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 33. *num.* 24. *Nogueroll. alleg.* 12. *num.* 12., & *ſeqq.*, *Solorzan. de Iur. Indiar. tom.* 2. *cap.* 25. *num.* 58.

Quomodo propterea poterat tale factum apparere declaratum, & eſſe effective, uti prætendebatur, ſequutum, niſi mediante fabricatio-

tione Proceſſus, & promnigatione Senteotiæ,
ad effectum enim, ut ipſo Iure ex cauſa Mono-
machiæ poſſent congruere, & locum ſibi vindi-
care Conſtitutiones Apoſtolicæ, & Concilia
Generalia, ſatis profecto non erat ab extra ex-
titiſſe rumorem ipſius geſti Duelli, vel ſequuti
Homicidii, niſi per formalem Proceſſum præci-
ſius coruſcaret, eſſetque probatum, quod reve-
ra tale Duellum extitiſſet cum ſuis requiſitis
circumſtantiis commiſſum, & perpetratum;
non omne enim ſingulare certamen de Iure ar-
ripitur, & plectitur tanquam Duellum, niſi in-
33 terveniant illa peculiaria requiſita, & circum-
ſtantiæ omnino neceſſariæ in hoc abhorrito, &
deteſtabile Crimine, de quibus late diſcurrunt,
& animadvertunt *Bonacin. tom. primo tit. de ex-
communicat. diſput. 2. quæſt. 6. punct. primo num.
6., Barboſ. in Collect. ad Sac. Concil. Trident.
ſeſſ. 25. cap. 19. de reformat. num. 10., Antonell.
de temp. legal. lib. primo cap. 29., Maſſin. de Con-
feſſ. quæſt. 10. num. 19., & ſeqq.* cum aliis addu-
ctis per *Iacob. Pignatell. conſult. Canon. 88. ex
num. 87. tom. 9. Panimol decif. 144. num. 2., &
ſeqq. fere per tot.*

Cumque; propterea talia requiſita, tales cir-
cumſtantiæ non poſſent unquam cenſeri judicia-
liter concludentiſſime probatæ, niſi per Orga-
num Proceſſus legitime conſtructi, & conſecu-
tive Sententiæ deſuper prolatæ, utique cum ip-
ſe Proceſſus, & inſimul Sententia fuerint ex ſu-
prema Principis auctoritate ceſſatæ penitus, &
circumſcriptæ, ecce quod pœna inflicta ipſo Iu-
re per defectum probationis facti, ſeu illius de-
34 clarationis remanebat undequaque in ſola figu-
ratione, vel umbra ſine corpore, & prorſus ine-
xequenda, etiam ex regula vulgatiſſima — *non
entis nullæ ſunt qualitates* — de qua *Rot. in Tira-
ſonen. Portionis 7. Maii* 1703. *§. Cæterum in fine,
coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano, &
in Romana Pecuniaria ſuper Contributo 23. Iunii*
1704. *§. Circa, coram Me, & in Romana Sal-
viani ſuper ſubhaſtatione 23. Martii* 1705. *§. Cir-
ca vero*, pariter *coram Me*.

Neque; hic amplius idcirco congruebat op-
poſitio, ſive peculiaris animadverſio, quod ver-
ſaremur in Gratia non obloquente de Feudo, &
Bonis Eccleſiaſticis, unde locum ſibi uſurparet
tam reſpectu ſupplicationis pro eadem Gratia,
quam reſpectu ipſius conceſſionis aliquis defe-
ctus poteſtatis, & voluntatis in ordine ad Prin-
cipem Gratiam ſucceſſive facientem: Siquidem,
35 ultra quod Almæ Urbis Gubernator plena-
riam habens Juriſdictionem, etiam erga res, &
perſonas Eccleſiaſticas Teſte *clar. mem. Card. de
Luc. in relat. Roman. Cur. diſc. 36. num. 2.*

Jam poſitive devenerat ad confiſcationem
Feudorum, de quibus agebatur, illorumque
appræhenderat poſſeſſionem, unde non poterat
dubitari de ejus intentione, & ſcientia, ac reſ-
pective voluntate, adeout non obſtante refle-
xione, ut ſupra, quod Fiſcus unquam aſſuetus
non ſit litigare manibus vacuis, adhuc cum res
tractaretur in ſtatu Eccleſiaſtico, in eo non
erat facilis præſumenda ignorantia, & per con-
ſequens defectus intentionis, & voluntatis, ea
namque ſemper clarius elucet per facta, quam
36 per verba, quibus ſemper prævalent eadem
facta tanquam potentiora, ut millies reſpondit
in Aunimana Pecuniaria 9. Iunii 1702. *§. Eliſa,
coram Me, & in Peruſina Dotis, & fructuum* 12.
Decembris 1710. *§. Tanto magis, coram R. P. D.
meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Ro-
mana Redditionis rationis* 17. *Junii* 1709. *§. Ne-
que*, pariter *coram Me*.

Etultra pariter, quod nefas erat diſputare de
poteſtate concedentis eamdem Gratiam cum
verſaremur in Summo Pontifice reduplicative
in ſe continente, & tanquam Eccleſiæ Univer-
ſalis Antiſtite, & tanquam Principe eccleſiaſtico
in ſuo Statu Eccleſiaſtico omnimodam poteſta-
tem ſuper iiſdem rebus, & perſonis Eccleſiaſti-
cis, itidemque; exiſtentibus in Dominio Eccle-
ſiaſtico; ac propterea in his terminis ambigi ne-
quibat de illius Juriſdictione, ſatis exercita in
generalitate reintegrationis, quamque propte-
rea ſub his prætextibus effingere non poterant
37 ſubalterni, & inferiores, ex optime definitis per
*Cart. Iun. conſil. 1. nu. 29., Dec. conſ. 3. num. 3.,
Gabriel in ſuis Concluſ. de Iur. quæſit. non tollen.
concluſ. 1. num. 16., Mart. de ſucceſſ. legal. par.
3. art. 1. quæſt. 14. n. 15., Mart. Medic. decif.
41. num. 17., & ſeqq.*

Ceſſabat nihilominus in univerſum tota ma-
china diſcurſus, ejuſdemque oppoſitionis, ex
quo, retento prædicto indubitabili principio,
quod per abolitionem Proceſſus, & Sententiæ
factum non appareret amplius factum, & quo-
modo ullam prætendere poterat Eminentiſſi-
mus Abbas ad ſui beneficium applicationem
Conſtitutionum, & Conciliorum ſibi ipſo Jure,
vel alias quomodolibet miniſterio legis inducen-
tium devolutionem, dum deficiebat ſuppoſitum,
ſeu fundamentum facti præſuppoſiti per ipſas
Conſtitutiones, & Concilia? corruente ſiquidem
antecedenti (cæteroquin infallanter neceſſario)
38 principali, corruit penitus & quodcumque
conſequens, & quodcumque acceſſorium, ex
congeſtis per *Cravett. conſ. 202. num. 38., &
conſil. 231. num. 2., Monac. decif. Florent. 29.
num. 16., Rota coram Mantic. decif. 15. num. 5.,
& decif. 199. num. 9., & decif. 37. num. 4. coram
Me juxta impreſſionem Urbis.*

Eoque; magis, dum de tempore, quo idem
Eminentiſſimus judicialiter inſurrexit pro recu-
peranda, ſive retinenda poſſeſſione in Curia Gu-
bernatoris, jam præmiſſa reintegratio emana-
verat, illiuſque vigore D. Marchio reperieba-
tur omnimode in ſuo priſtino ſtatu libertatis, &
honoris, ac Bonorum repoſitus ſub contextuali
abolitione, &, ut ita dicamus, combuſtione
Proceſſus, & Sententiæ, in rerum natura ob id
nequaquam tunc juſſu Principis amplius exiſten-
tium; unde non poterat ob hanc hodiernam,
ſeu poſteriorem prætenſionem facere reviviſce-
re,

re, neque etiam mediante novo Proceſſu,
pretenſionem iam abolitam, & eatinctam ex
facto, & auctoritate Superioris, cum non li-
ceat, niſi Supremo Principi facere conſimiles
reviviſcentias, ſive infufflare ſpiritum vivifi-
39 cantem rebus, vel caſibus, aut Juribus extin-
ctis, & connotatis per *Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 93. *nu.* 16., *Antonell. de loc. legal. lib.* 3.
cap. ultim. num. 45., *Rocc. diſput. Iur. cap.* 71.
num. 7., & *nu.* 28., *Mart. Medic. examinat.* 41.
numer. 9., *Balduec. rer. judic. tit.* 3. *decis.* 28.
num. 30., *Rot. coram Merlin. deciſ.* 125. *num.* 8.,
num. 48., & 49., & in individuo obſervavit,
& definivit ſtante hac præcedentia reintegra-
tionis ante captam poſſeſſionem, *Rot. in de-
ciſ.* 16. *num.* 24. *poſt primum volum.* Conſilior.,
Farinacc. Itaut *Burſatt.* Scribens in eadem Cau-
ſa in oppoſitum, *ut in conſil.* 187. *tom.* 2. ſuccum-
bere coactus fuerit.

Nullatenus ob id ſubſiſtente contrario ſuppo-
ſito ab initio, quod nempe D. Cardinalis repe-
riretur, vel reperiri ſatis evinceretur in poſ-
ſeſſione feudorum priuſquam gratia reintegra-
toria prodiiſſet; de hujuſmodi namque ante-
cedenti actuali poſſeſſione nulla oſtendebatur,
vel minima probatio, quodque apparere id
non potuerit, ea quo fuerit quodammodo bo-
na fide, ſeu amicabiliter obſtrictus, & deten-
tus à Mediatoribus, ſeu interpoſitionibus, &
præcibus Virorum ſummæ Dignitatis, itaut
propterea de facto ferme immediate poſt eam-
dem gratiam, mandato de manutenendo in
ejuſdem Gubernatoris Curia reportaverit, quod
utique etiam de per ſe perneceſſe ſupponebat
40 præambulam, & legitimam poſſeſſionem,
cum manutentio nuſquam detur non poſſiden-
ti, ad *Text. in leg. prima ff. uti poſſidetis*, *Palm.
Nep. alleg.* 2. *num.* 3., & 9., *Rot. deciſ.* 5. *nu.* 2.
deciſ. 7. *num. primo deciſ.* 106. *num.* 2. *dec.* 154.
num. primo deciſ. 156. *num.* 6. *apud Poſtb. de ma-
nut.*, & *coram Merlin. deciſ.* 137. *numer. primo*,
& *in Recent. deciſ.* 68. *numer.* 2. *par.* 19. *tom.
primo*.

Perſtringenter etenim replicabatur, quod
primum impedimentum a Mediatoribus præ-
ſtitum valebat quidem in ſe verum eſſe, ſed
apud *Dominos* nequaquam pariter extitit un-
quam juſtificatum: Circa autem mandatum de
manutenendo, ultra quod adverſus illud eaar-
ſit non modica deinceps amaritudo, quamo-
brem etiam de facto Eminentiſſimus Abbas
ſucceſſive paſſus eſt in Sac. Auditorio cauſam
diſpungi non jam ſuper ipſa manutentione,
ſed ſuper bono Jure, & de cætero non omnis
manutentio neceſſario exquirit Poſſeſſionem
naturalem, ſeu actualem, ſed contentatur
quandoque mera civili, prout effective ſæpè-
ſepius practicatur, etiam, ſine illius appræ-
41 henſione in ſuis circumſtantiis non abs re,
etiam favore, ſeu reſpectu ejuſdem Domini di-
recti, quando ſcilicet, alio non obſiſtente, ex
illius parte prætendantur devolutio, ſeu re-

verſio alicujus feudi, vel emphiteuſis (ex.gr.)
ex Capite cæteroquin non controverſæ deficien-
tiæ lineæ inveſtitæ, ut dixit, *Rota apud Poſtb.
de manut. deciſ.* 226. *num.* 4., & *coram Cerro
deciſ.* 423. *nu.* 14., & *cor. Emer. Iun. dec.* 425.
num. 1.

Atque ex his facile dilabebatur cætera om-
nia, quæ ſuperius in obiecto noſcebantur eſſe
promota; decidebat ſiquidem prætenſa ipſo Ju-
re conſolidatio Dominii utilis cum directo,
cur ita ſequi nequaquam per poſſibile valeret,
durante adhuc Inveſtitura, niſi ea facto præ-
ſuppenente, vel ſecum trahente proſcriptio-
nem, ac mortem civilem Vaſſalli, ſed de
hujuſmodi facto, ea præmiſſis, nulla appare-
bant amplius veſtigia per jam ſequutam caſſa-
tionem Proceſſus, & Sententiæ, in quibus hu-
juſmodi factum poterat contineri, ſive inter-
42 cludi, quodcumque enim Ius abſque facto ſta-
re non poteſt, cum ex illo adamuſſim enaſca-
tur, uti vulgatum eſt per notiſſimum *Text. in
leg. Si ex Plagis §. Inclivo Capitolino ff. ad leg.
Aquil.*, *Rot. in Baren. Decimarum* 15. *De-
cembris* 1702. §. *In hoc coram R. P. D. meo Lan-
cetta*.

Reliqua autem eaempla Beneficiorum, Of-
ficiorumque, cum ſimilibus, forte valuiſſent
urgere, quoties durante Banno, & Proceſſu,
Eminentiſſimus D. Cardinalis poſſeſſionem ap-
præhendiſſet, aut feuda in alium poſitive tran-
ſtuliſſet, ut ſunt termini eorundem exemplo-
rum; Aſt non, quando reintegratio, & repo-
ſitio in priſtinum ſtatum preceſſit appræhenſio-
nem ejuſdem poſſeſſionis, in hac namque hy-
poteſi non ita faeile gratia ſuperventa potuiſſet
avellere Jus perfecte, vel Domino, vel Cleri-
rico, Patrono, aut alteri reſpective acquiſi-
tum, & effective acquiſitum, & effective,
mediante poſſeſſione, tranſlatum in Tertios,
per ea, quæ bene diſtinguendo, voluit *Calde-
rèn.* quem refert, & ſequitur *Lambertin. de
Iur. patronat. lib.* 3. *quæſt.* 6. *princip. artic.* 8.
num. 2., *Monſ. conſult.* 361. *num.* 12., & 13.,
Bellamor. deciſ. 743. *in princip.*, & *ſub num.* 9.
& animadverſum fuit *in dicta Romana Primoge-
nituræ, & Fideicommiſſorum de Corſinis* 10. *De-
cembris* 1710. §. 18. *coram R. P. D. meo Aldro-
vando*.

Et in rei veritate ſoliditatem hujuſmodi
fundamentorum, quæ pro parte D. March. mi-
litabant, prænoſcendo ſcribentes pro D. Car-
dinali, ſtudebant, ut ſupra vidimus in obiectis,
inſinuare, quod vel alia declaratio ipſius facti
non requireret, quam ſimplex publicatio, ſeu
prolatio Sententiæ, vel quod idem factum ſu-
perlative comprobatum remanſiſſet ea ipſa no-
43 torietate, aut demum ex ſupplicatione por-
recta per eumdem D. Marchionem, ad men-
tem *Text. in leg. Cum precum, C. de liberal.
Cauſ.*, *Rot. deciſ.* 313. *num.* 15. *part.* 18. & *co-
ram Manzaned. deciſ.* 294. *num.* 2. & *in Faven-
tina Primogenitura de Naldis* 9. *Aprilis* 1709.

§. *Supradictis coram R. P. D. meo Scotto.*

Verum nulla ex his adimadverſionibus vacillare faciebat præmiſſa, nimiſque undique robuſta fundamenta; non quidem prima, quia ex proxime adductis fortaſſe eadem publicatio profuiſſet, quando, ſequuta tali publicatione, incontinenti, ſeu immediate capta extitiſſet ex parte Eminentiſſimi Abbatis poſſeſſio, ſed cum id non effecerit re integra, imo, quando manutentionem expetiit, intermedie jam obtinuiſſet D. Marchio plenariam reintegrationem, ob quam erat abolita eadem Sententia, publicatio, & quodlibet factum ſub ea præſuppoſitum, & non aliunde probatum cum omnibus inde ſequutis, & quonam modo poterat attendi idem factum tanquam cauſa, ſi per ſubſequutam caſſationem intermediam, obliteratum reperiebatur factum, & cauſa facti reducta ad non cauſam, uti in propoſito hujus cauſæ reductæ ad non cauſam habetur *in dicta Romana Primogenitura, & Fideicommiſſorum de Corſinis* 10. *Decembris* 1710. §. 3. *cum pluribus ſeqq.*

Neque pariter refragabuntur ſecunda circa aſſertam notorietatem; Nam valebat quidem dici forte notorium, quod D. Marchio fuiſſet præſens pugnæ, ac homicidio, quod contigit, ſed ſciri nequaquam poterant, & eſſe notoria (ut ſuperius animadvertimus) requiſita ſubſtantialiter neceſſaria ad evincendum formale Duellum effectivum. Et in ordine poſtremo ad ſupplicationem, nullatenus erat in comperto, quomodo hujuſmodi ſupplicatio D. Marchionis extitiſſet concepta, ſive explicata, nec ea exhibebatur, ſive oſtendebatur ex parte Eminentiſſimi, imo praxis ſemper nos edocet, quod hujuſcemodi ſupplicantes non emittunt has adeo limpidas ſupplicationes, ſeu confeſſiones, ſed ſemper adiiciunt expreſſo in pre-
44 cibus delicto verbum -- *preteſo* -- de cujus importantia eſt ſemper tollere, vel enervare ſubſtantiam confeſſionis, ut patet ex *Caſtald. conſult.* 184. *num.* 19., & reſpondit *Rota coram Durano deciſ.* 71. *num.* 4. *& coram Cerr. deciſ.* 558. *num. primo, & ſecundo, & in Sarſinaten. devolutionis* 3. *Iunii* 1712. §. *Quoad ſecundam verſ. ujus fuit verbo prætendit, quod tendit ad negandum, coram R.P.D. meo Aldrovando.*

Et quoniam ex hucuſque inſinuatis, & deductis, ſæpius mentio facta fuit de Deciſionibus *in Romana Primogenitura, ſeu Fideicommiſſorum de Corſinis ſub diebus* 6. *Maii, &* 16. *Decembris* 1710., ac denique 17. *Aprilis* 1711. *coram R. P. D. meo Aldrovando*, palam, ſeu perſpicuum erat, quod illæ non valebant magis identifice ferire, & individuare materiam, ſeu quæſtionem reſolutam in præſenti: Sacrum quippe Auditorium reſpectu caſus hodierni minime dubitavit, quod Bona Marchionis Camilli, quæ poſtmodum effecta extiterunt obnoxia confiſcationi, veruntamen ante Delictum, Bannum, & Sententiam actualiter abeo detinebantur, ei per conſimilem amplitudinem gratiæ reintegratoriæ forent reſtituenda, etiamſi, quod magis erat, nonnulla interim reperirentur penes Tertium; In tantum vero idipſum non ſtatuit reſpectu Primogenituræ, in quantum eadem Primogenitura in vim primogenialis ordinationis per mortem interea Marchionis Nerii Primogeniti, & per contemporaneam incapacitatem ejuſdem Marchionis Camilli derivantem a maxima capitis diminutione non adhuc ſublata, legitima delapſa erat in perſonam Marchionis Franciſci Mariæ Fratris, qui, ita civiliter mortuo eodem Camillo, nedum ſucceſſerat, ſed etiam poſſeſſionem ipſius Primogenituræ appræhenderat, antequam ulla reintegratio favore prænominati Camilli prodiiſſet, quemadmodum latiſſime habetur declaratum, diſtinctum, atque firmatum *in ſecunda, & tertia Deciſione* 10. *Decembris* 1711, & 17. *Aprilis* 1711. *coram prælaudato R.P.D. Aldrovando.*

Liquere itaque de bono Jure D. Marchionis, etiam ad effectum manutentionis, *Domini* cenſuerunt.

Et ita utraque &c.

CASSANEN. BENEFICII.

Veneris 2. *Martii* 1714.

ARGUMENTUM.

Manutentio in Jure præſentandi datur illi, qui ultimum ſtatum pro ſe habet in vim *Cap. Conſultationibus de Jurepat.* Poſſeſſorium tunc abſorbetur a petitorio, quando probationes ſuper petitorio adductæ ſunt claræ, neque ullam patiuntur difficultatem. Probatio filiationis, ſeu deſcendentiæ ex quibus deſumatur.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio in Jure præſentandi debetur ei, qui ex ultimo ſtatu reperitur in poſſeſſione Iuriſpræſentandi.* Limita n. 4.

2 *Neque hoc caſu cumulandum eſt poſſeſſorium cum petitorio, niſi probationes ſuper petitorio adductæ ſint clariſſimæ*, & num. 11.

3 *In jure præſentandi præferuntur ſemper maſculi excluſis fæminis.*

5 *Nulla dari nequit ſtringentior linea contentiva, quam quæ derivat a communi Patre, vel Avo, a quo uterque de quibus agitur deſcendit.*

6 *Probatio deſcendentiæ deſumitur ex fide Baptiſmatis.*

7 *Item ex Teſtamento.*

8 *Probatio filiationis, & deſcendentiæ arguitur ex Capitulis matrimonialibus.*

9 *Enunciativa antiqua, & emiſſa in actu ſerio, & proportionato bene probat.*

10 *Deſcendentia non ſolum a ſimplicibus Teſtibus, ſed per fidem Baptiſmatis, & publica inſtrumenta probatur.*

12 *Sub-*

u

Digitized by Google

12 *Subſequens deſcendentia non eſt ſufficiens ut ſit probata, ſed probari quoque debet prima, a qua ſubſequens deſcendit.*

13 *Teſtamentum non legale, ſed ſimplex ejus copia carens requiſitis* Cap. 1. de ſid. inſtr. *attendi nullatenus meretur, & num. ſeq.*

15 *Subſcriptio Notarii in copia extracta in Regno Neapolitano omnino requiritur.*

16 *Scriptura extra protocollum reperta nullam fidem meretur.*

17 *Falſitas ſcripturæ ex quibus arguatur.*

DECISIO DCL.

ADverſus geminum Judicatum, quod favo-
rabile prodierat Dominico Antonio, tam
ſcilicet in partibus coram Ordinario, quam in
noſtro *Sac. Auditorio* coram R.P. D. meo Criſ-
po, tertio provocans, & inſurgens Cajetanus,
utpote agnoſcens, quod veteribus munimentis
inſiſtens in vanum adlaborabat, ideo nova ſu-
peradſtruxit, per quæ credidit mutare facere
ſententiam ab eodem R. P. D. meo Criſpo præ-
latam, ſed adeo eum ſpes fefellit, ut audive-
rim hodie mihi citra ſcrupulum reſponderi,
ſententiam Rotalem eſſe confirmandam.

Fundamentum quippe, cui nitebatur memo-
rata ſententia antecedens, ſiſtebat in eo, quod
Franciſca Proneptis, vel Abneptis Gulielmi
Deodati, quæ præſentavit Dominicum Anto-
nium, reperiebatur in quaſi poſſeſſione præſen-
1 tandi, proindeque ad favorem ejus Præſenta-
ti militabat celebris ſanctio *Text. in cap. Conſul-
tationibus, de Iurepatr., de qua Barboſ. in eod.
cap. num. 2. Garz. de Benefic. par 5. cap. 5. num.
121. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 34. nu. 21.,
Rota coram Emer. Iun. dec. 367. num. 9.. & in
rec. dec. 319. n. 4. par. 16., & in Mediolanen.
Prioratus 25. Junii* 1700. *§. Cæterum omnes. co-
ram Me, & in Gerunden. Beneficii de Ola 7.
Maii 1705. in princ. coram Eminentiſſimo Priolo,
& in Verulana Abbatiæ 23. Aprilis 1706. §.
Aggrediendo, coram cl. me. Card. Caprara, &
in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Pri-
mo, pariter coram Me*, cum aliis *in Bononien.
Beneficiorum de Caſtello 12. Decembris 1712. §.
Inſtitutio, coram R. P. D. meo Criſpo*: Quod-
que ad illius debilitationem minime refraga-
bantur ea, quæ Cajetanus aduxerat pro firman-
do bono Jure, & ſtabiliendo petitorio in oppoſi-
tum, ex quo probationes eiuſdem boni Juris. &
petitorii vel non erant ex ſemetipſis concluden-
2 tes, vel ſaltem non in ea claritate coruſcarent,
ut poſſent abſorbere poſſeſſorium, & evitare
diſpoſitionem præfatorum *Textum*, prout om-
nino deſideratur, per ea, quæ poſt *Ciarlin. con-
tr. 211. num. 69., & 70. Lotter. de re Benefic.
lib. 1. quæſt. 34. num. 29.. & ſeqq. Rota dec. 114.
num. 5. par. 14. rec., & in Melevitana Iuriſpa-
tronatus 31. Martii 1702. §. Minuſque, cor.
R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Guberna., &
in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §.
Conſtabilitatis, cor. Rño P. D. meo* Molines *De-
cano*, uberrime habentur reaſſumpta, & de
ordine Tribunalis explicata, ſive extenſa *in di-
cta Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §.
Quod ſi non adhuc, & §. Tetigimus ſupra, verſic.
Et in ſpecie, cor. Me.*

Prætendebat ſiquidem hodie Cajetanus luci-
dius demonſtrare, quod cum origo hujuſce Ju-
ris præſentandi promanaret ab indulgentia: &
largitate Pontificia, nimirum *Sa. Me. Clemen-
tis VII.* quemadmodum liquebat ex illius Breve
tranſcriptio in *Summario ejuſdem Cajetani num.*
1. Undequaque idcirco limpide ex ejus lectura
appareret, quod tale Jus præſentandi primario
ſpectaret ad majorem natu maſculum de fami-
lia Deodata, & in ſubſidium ad fœminas, illa-
rumque pariter natu majorem; ac propterea
cum ipſe Cajetanus extitiſſet præſentatus a Ca-
rolo, Cæſareo, Blaſio, Dominico, & Joanne
Antonio maſculis de prædicta familia Deodata,
non foret in concurſu admittenda ad præſentan-
dum Franciſca tamquam fœmina, ut non ſolum
in iſta, ſed in omni alia materia, perſpecta hac
3 ordinatione prælationis maſculorum, habetur,
ſignanter in illa *Bononien. fideicommiſſi de Barbe-
riis 17 Ianuarii 1710. §. Minime, coram R.P.D.
meo Aldrovando*, & in terminis Juriſpatronatus
tradiderunt *Guttier. Canon. quæſt. lib. 2. cap. 1.
num. 64., & Rota in Hortana Beneficii 1. Iulii
1700. §. Tuſque, cor. Eñe Priolo, in Romana
Iuriſpatronatus 3. Iulii 1705. §. Ex lectura, co-
ram Rño P. D. meo Molines Decano, in Faventi-
na Iuriſpatronatus 12. Maii 1710. §. Stante igi-
tur, coram Me.*

Dataque propterea hac innegabili præfinitio-
ne proveniente a prædicto Breve pluſquam
æquipollente cuilibet Inſtrumento publico,
non erat amplius dimicandum, quod verſare-
4 mur in limitatione, & caſtigatione prædicto-
rum *Textum*, ſicuti ſine contradictore firma-
runt *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 34. num.
29., & ſeqq. Ciarlin. d. controv. 211. num. 69.,
& 70. cum aliis congeſtis in dicta Mediolanen. Be-
neficii 1. Aprilis 1707. §. Quod ſi coram Me.*

Quod autem prælaudatus Carolus, cæteri-
que ejus fratres, qui eumdem Cajetanum præ-
ſentaverant, eſſent de vera Familia Deodata,
& ſi non effectiva Gulielmi primi Acquiſitoris
(a quo nec poterat ulla Familia effici, & effor-
mari, cum foret in linea cælibi, & Eccleſiaſti-
ca conſtitutus) ſaltem de illius contentiva, de-
ſumere ſatagebat idem Cajetanus per aſſenſum
gradualem, & diſtinctum uſque ad Ferdinan-
dum fratrem actualem ejuſdem Gulielmi, cum
dari nequeat ſtringentior contentiva, quam
quæ derivat a communi Pater, vel Avo, a
5 quo uterque, de quibus agatur, deſcendat,
Teſte *Bald. in conſ. 335. num. 7. lib. 3., Bero
conſ. 77. nu. 15. lib. 2., Simon. de Pret. de inter-
pret. ultim. volunt. lib. 3., ſolut. 11. nu. 43. Ca-
rol. Anton. de Luc. de lin. legal. art. 1. n. 31.*

Et quidem incipiendo ab eiſdem Carolo,

ciuique Fratribus, quod ipſi deſcenderent, ut in Arbore, a Joanne Petro, dupliciter oſtendebant, nempe per fidem Baptiſmatis, necnon per Teſtamentum ipſiuſmet Ioannis Petri, Sum-
6 mario num. 13., & 14., prout de primo genere probationis connotarunt Surd. conſ. 1. num. 45. Rota coram Merlin. deciſ. 70. num. 3., coram Buratt. deciſ. 709. num. 5. coram bo. me. Emerix Iun. deciſ. 1281. num. 7., in Amerina Fideicommiſſi 26. Iunii 1697. §. Minuſque coram bo. me. Muto, in Ferrarien. Primogenitura 4. Februarii 1709. §. De hanc autem deſcendentia, verſ. fidium Baptiſmatis, coram Rmo D. meo Decano, & coram Me in dec. 38. num. 9. deciſ. 46. num. 32., & in ordine ad ſecundum docuerunt relatis per Rot. coram Vbaldo deciſ. 66. num. 6., & deciſ. 90. num. 7. & coram Cerro dec. 715. num. 4.; & in rec. deciſ. 406. n. 5., & deciſ. 434. n. 8. par. 1.

Quodque idem Ioannes Petrus foret Filius Cæſarei junioris, ut in eadem Arbore, elucebat eodem ferme ineluctabili modo probandi deſcendentiam per gradus diſtinctos; Edocebat nempe per conſimilem fidem Baptiſmatis, & per ultimum elogium ejuſdem Cæſarei Iunioris, d. Summ. num. 9. & 12. Unde recurrebant Auctoritates mox adductæ, quibus addi poteraot Bonden. collect. legal 34. num. 144., & ſeqq. tom. 1., Rota coram Adguell. deciſ. 58. num. 18., & coram Zaratt. deciſ. 39. num. 5., & coram Cavaler. deciſ. 129. num. 2., & deciſ. 251. num. 1., & ſeqq. coram ſa: me: Alexandro VIII., & in Vaden. Caaonieatai 14. Martii 1712. §. Deſcendentia, cor. R. P. D. meo Lancetta, confirmata coram eodem 5. Decembris 1712. §. Hujuſmodi.

Et proſequendo immediatam juſtificationem deſcenſus Cæſarei Junioris a Carolo Seniore, afferebatur uniformis fides ex libro Baptiſmali deſumpta conjunctim cum Capitulis matrimonialibus, quæ oſtendebantur inita inter eumdem Carolum Seniorem, uti Patrem præfati Cæſarei futuri Sponſi, necnon Joannem Antonium Rincivallem, uti pariformiter Patrem Dianoræ deſponſandæ cum ipſo Cæſareo, d.
8 Summ. num. 7. & 8. per ea, quæ ſimiliter ad probationem filiationis, & deſcendentiæ ex hujuſmodi fidantiis, ſeu Capitulis uno ore arguerunt congeſti per Rot. coram Comitulo deciſ. 148. num. 6., coram Buratt. deciſ. 755. num. 7. coram Pen. deciſ. 1522. num. 16., coram Coccin. deciſ. 219. num. 5., coram Celſo deciſ. 347. num. 3. coram Priolo deciſ. 177. num. 15. in rec. dec. 472. num. 9. part. 1. deciſ. 132. num. 2. par. 2., deciſ. 331. num. 2., & 3. par. 6., dec. 132. num. 4. part. 13. in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ 21. Iunii 1700. §. Quod denique, coram bon. mem. Jacometto, impreſſ. apud Modern. Forolivien. in Collectan. deciſ., & rer. judic. tit. 3. deciſ. 12. ſub num. 15. & in Neapolitana, ſeu Civitatis Caſtelli deſcendentiæ 14. Iunii 1700. §. Cum enim, coram Eminentiſſimo Priolo, impreſſ. apud eumdem Modern., ubi proxime dicto tit. 3. dec. 11. num. 1.

Reſpectu vero ſimilis deſcenſus Caroli Seniores in ordine ad Cæſareum Seniorem, deficere quidem videbatur documentum fidei Baptiſmalis, ſed omnino æquipollenter dabantur in Summ. num. 6. Capitula Matrimonialia inter eumdem Carolum Seniorem, & Marchiſiam Deodatam, in quibus idemmet Carolus enunciabatur filius Cæſarei, ideoque clarum
9 non minus remanebat, quod hæc enunciativa adeo per antiqua, & emiſſa in actu adeo proportionato, ſufficientem probationem induceret, ex recollectis per Alex. conſ. 90. nu. 11. lib. 5. Jaſon. conſ. 34. num. 7. lib. 1. Cravett. de antiquit. tempor. part. 1. num. 73. Maſcard. de probat. concl. 790. num. 5. Genua de verb. enunciativ. lib. 2. quæſt. 33. num. 9. Rota coram Cerro deciſ. 803. num. 11., coram Coccino deciſ. 105. num. 6., coram Pęnia dec. 275. num. 6., dec. 90. num. 5. par. 5. dec. 132. num. 2. part. 13. & dec. 803. num. 1. part. 19. tom. 2., & apud Modern. Forolivien., ubi ſupra d. dec. 11. num. 6. tit. 3.

Reſtabat duplex gradus ad perfecte demonſtrandam prædictam identitatem, &, ut ita dicamus, contentivitatem Familiæ cum Gulielmo; ſed ille immediatus Cæſarei Senioris in ordine ad Ferdinando Gulielmi Fratrem abunde eliciebatur ex ipſa Teſtamentaria diſpoſitione præfati Ferdinandi, qui uti proprios filios legitimos, & naturales hæredes effecerat univerſales eumdemmet Cæſareum una cum Domioieo, Silvio, & Tullio, dicto Summ. num. 4., & inſimul legando adamuſſim Gulielmo Abbati ducatos quinquaginta, eum denotaverat -- ſuo ſtimatiſſimo Fratello -- cum ſubſequuta diviſione inter nominatos Ferdinandi filios in idem concidentes, ſicque recurrentibus in propoſito Teſtamenti eiſdem prorſus conſiderationibus, & Auctoritatibus ad juſtificandam deſcendeotiam, ſeu filiationem, probata in bono Jure emergebat rigoroſa etiam per gradus diſtinctos eadem gratis controverſa
10 deſcendentia, quæ non jam ſolum a ſimplicibus Teſtibus, ſed per fides Baptiſmatis, & publica Inſtrumenta luce clarior apparebat, ut reſpondit Rota in Spoletana fideicommiſſis 6. Februarii 1702. §. Minus adverſatur, coram R. P. D. meo Lancetta, & in Compoſtellana Parochialis 2. Iunii 1706. §. Accedit coram Emo Priolo, & in Romana Domus, ſive Palatii 2. Decembris 1707. §. Neque, cor. bon. mem. Omanna.

Aſt Domini, cæteroquin animadvertentes, quod plures ex præmiſſis hodie exhibitis de novo juſtificationibus non jam, ut prius, fundatis in fragili depoſitione Teſtium, & contra quos urgere in propoſito poterat diſpoſitio Textus in cap. Licet, de Teſtib., & late deducta in illa Tuden. Parochialis de Revertene 25. Iunii 1708. cor. Me, & magis ad rem perſtringenter ponderata in præcedenti Deciſione 27. Martii 1713. coram R. P. D. meo Criſpo in
11 §. Procedendo ferme uſque ad finem, ſed elicitæ ex ſcripturis, & Inſtrumentis, de quibus ſupra,

non

non erant fortaſſe ita clare, ut poſſent abſorbere poſſeſſorium, & deſervire ad enervationem præfatorum *Textum*, ut pariter habetur *in d. Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Quod ſi non adhuc*, *cor. Me*.

Adhuc majorem turbiditatem, & uſque nunc inſuperabilem ex parte Cajetani agnoverunt in illis gradibus; qui veram connexionem, & coaleſcentiam juxta Arborem faciebant in propinquiori, & magis neceſſario nexu erga Gulielmum; nam quod Cæſareus Senior revera foret filius Ferdinandi, quodque is exiſteret Frater præcitati Gulielmi, aliunde non evincebatur, quam ex prædicto ſuppoſito Teſtamento ſolius Ferdinandi, & tamen, ut præmiſſimus, id erat concludentiſſime, & apprime probandum, cum parum referret, quod reliquæ deſcendentiæ, ſeu filiationes forent
52 probatæ, & non liqueret de primis annulis, a quibus ſubſequens catena promanabat, & pendebat, ut per *Text. in cap. licet ex quodam, Teſtib.* firmat *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 70. *num.* 1. *Rota coram Durano deciſ.* 8. *num.* 4., & *coram Coccin. deciſ.* 105. *num.* 12., & *in Romana Fideicommiſſi* 18. *Junii* 1700. *fere per tot. coram Rmo Dño meo Decano*, & *in Forolivien. loci Conſilii* 3. *Julii* 1711. §. *Excluſa ex his*, *coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & egregie ponderatum fuit *in d. Vaden. Canonicatus* 14. *Martii* 1712. §. *Atque hinc*, *coram R.P.D. meo Lancetta*.

Hujuſmodi autem Teſtamentum nimium vacillare in ſua legalitate viſum eſt; quoniam nullam faciem publici Inſtrumenti in primis præſeferebat, ſed tanquam ſimplex, aut non
53 tuta copia, ac carens aſſuetis requiſitis *cap.* 2. *de fid. Inſtrum.*, nullatenus attendi merebatur, adnotata per *Covarr. pract. quæſt. cap.* 21. *num.* 4. *Rota dec.* 471. *num.* 7. *part.* 18. *rec.* & *in Romana Jocalium* 26. *Martii* 1708. §. *Nec majus cor. Emo de Polignach*.

Diximus, *ſimplex*, *aut non tuta copia*: quia ſupponebatur dumtaxat, Matricem, ſeu originale Teſtamentum fuiſſe exaratum, atque rogatum a quodam Annibale Barleſe, cujus Codices extabant penes quemdam alterum Notarium Joſephum Mancinum, qui jam fato ceſſerat Annis abhinc 17., abſque eo, quod ullo modo doceretur, quod poſtmodum idem Joſeph Maucinus eamdem copiam, quæ exhibebatur, effective exemplaſſet a ſuo vero Originali, nullibi apparente, quod ipſe Mancinus manu propria, proprioque caractere copiam hanc exaraverit; Notarii ſiquidem in calce ejuſdem copiæ ſubſcripti tantummodo reſtabantur, præfatum Mancinum fuiſſe publicum Notarium, ſed quod deinceps ipſe de propria manu eamdem copiam confecerit,
54 nullum aderat teſtimonium, nullum documentum, & proinde deficiebat eſſentiale requiſitum Juridici exempli, quando neſcitur a quo fuerit illud conſcriptum, & exaratum, ac denique proprio ſigillo, ſeu ſigno communitum, *ex Gloſ. in l. generali*, *C. de Tabellionib. lib.* 10 *Bart. in l. Divus*, §. *Etiam Senatus*, *ff. ad l. Corneliam de falſ. Bald. in auth. ſi quis in aliquo num.* 10. *C. de eden. Menoch. conſ.* 996. *num.* 10. *cum ſeqq. Rota cor. Buratt. dec.* 666. *num.* 4., & *coram Ludoviſ. dec.* 454. *num.* 3., *ibique Adden. num.* 6., & *in Tarentina Immiſſionis* 17. *Martii* 1710. §. *Animadverſum*, *coram R.P.D. meo Lancetta*.

Atque hæc exuberaſſent, præcipue perſpecto loco, in quo ſequuta erat prædicta extractio; Cum enim Civitas Marathea ſita exiſteret in Regno Neapolitano, præfata eadem ſubſcriptio Notarii per Pragmaticas ejuſdem Regni omni-
55 no reddebatur neceſſaria, ex iis, quæ habentur animadverſa pleno calamo *per Scopp. ad dec. Gratian. obſer.* 167. *num.* 1., & *fere per tot. Rocc. reſp.* 12. *num.* 9. *cum duob. ſeqq. lib.* 2. *Maradeus in praxi præſent. Inſtrum. cap.* 4. *nu.* 568., & *Rot. in d. Tarentina Immiſſionis* 17. *Martii* 1710. §. *Maxime quia*, *cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Quodque pejus erat eadem atteſtatio, ſeu munimen in calce ſubſcriptorum Notariorum adiecta explicite pręſeferebat, ſeu fatebatur, quod memorata copia fuerat extracta (ſunt verba præciſa) *a faſciculus Notarii Annibalis Barleſe Civitatis Marathea &c.* & ſic a folus undique vagantibus, & quomodo neſcitur inſertis, & per conſequens eo magis obuoxia erat ſuppoſitioni, vel defectui legalitatis, cum ex prædictis Conſtitutionibus ſpecifice caveatur, quod Notarii illarum Partium redigant quotannis in Prothocollis omnia inſtrumenta, adeout ſi ulla Scriptura extra idem Prothocollum reperta fuerit, nec rogationis effectum,
56 nec publici documenti vim ſortiri queat, ut poſt *Afflict. ad d. Conſtit. Regni verbo Bajulos num.* 47. *Grammat. dec.* 39. *num.* 17. præciſe adnotavit, & definivit *Rota in ſæpedicta Tarentina Immiſſionis d.* §. *Maxima quia*.

Quid plus? ſaltem ad effectum magis offuſcandi claritatem indubitanter requiſitam ad caſtigationem *prædictis Cap. Conſultationibus*, dum Antonius Mancinos filius præfati Ioſephi, qui ſupponebatur extraxiſſe d. copiam Teſtamenti ab hiſce cartulis, ſeu faſciculo Annibalis Barleſe, quæ Cartulæ poſt obitum d. Ioſephi Patris conſervabantur penes eumdẽ Antonium Notariũ, palam profitebatur, quod de ordine Regii Conſilii perluſtrans eumdem faſciculum, ſeu folia memorati Annibalis, adinvenerit, quod prædictum Teſtamentum in illis non aderat de tempore, quo vitam agebat Ioſeph ejus Pater, &, ut præmiſimus, præſuppoſitus Exemplator ejuſdem Copiæ; quod ſane adminiculum maximum pondus in contrarium adiiciebat corruenti de per ſe, vel nimium vacillanti veritati aſſ.
57 Copiæ, & ſcripturæ, ex his, quæ proſequendo conclamarunt *Farin. de falſit. quæſt.* 153. *n.* 144. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 20. *n.* 32., &

Digitized by Google

& conſ. 42. n. 11. Merudens a. cap. 4. n. 549. Gramm. d. dec. 106. n. 37. Rota dec. 73. n. 20., & 21. par. 11., dec. 74. n. 12. par. 18., & dec. 108. n. 14. par. 19. rec., & in præfata Tarentina Immiſſionis eod. §. Maxime in fin. cor. R. P. D. meo Lancetta.

A' primo igitur ad ultimum cum vix a tota ſerie deſcendentiæ ex parte Cajetani valeret oſtendi, quod alia Familia illorum de Deodatis præexiſteret in Civitate Marathea, quidquam nullatenus faciebat ad approbationem conjunctionis cum Familia Gulielmi, prout fuiſſet omnino neceſſarium ad ſuperius tradita, & ad duriſſimum effectum, de quo agebatur.

Et ita &c. Utraque &c.

FOROSEMPRONIEN. LEGATORVM SVPER PECVNIIS.

Veneris 16. Martii 1714.

ARGUMENTUM.

Aditio hæreditatis ex quibus circumſtantiis, & adminiculis probata dici debeat. Sicuti cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati, ita hæres apprehendendo poſſeſſionem bonorum hereditariorum dicitur illam apprehendiſſe titulo teſtatæ ſucceſſionis, non vero inteſtatæ. Bona, ut cadere valeant ſub fideicommiſſo, quid probare neceſſe ſit.

SUMMARIUM.

1 *Hæres impugnare nequit Teſtamentum ſui Authoris.*
2 *Hæres hæredis eſt hæris Teſtatoris.*
3 *Aditio hæreditatis ex quibus probata remaneat.*
4 *Hæres adiens hæreditatem ſi ſe hæredem eſſe recuſet tenetur conficere Inventarium, alias dicitur hæres ſimplex.*
5 *Cauſa teſtati ceſſare facit cauſam inteſtati.*
6 *Poſſeſſio referenda ſemper eſt ad titulum verum, non autem præſumptum, vel reſolutum.*
7 *Actus judicialis jam factus controverſi amplius nequit.*
8 *Proteſtatio contraria facto non attenditur.*
9 *Legatum eſt donatio a defuncto relicta ab hærede præſtanda.*
10 *Legata non tenetur ſolvere qui non eſt hæres, neque uti talis poſſidet bona hæreditaria.*
11 *Teſtium depoſitiones vel in genere, vel de auditu nullam probationem conſtituunt.*
12 *Filius tam brevi tempore poſt obitum Patris habere non præſumitur pecunias, & res a Patre provenientes.*
13 *Teſte Sacerdoti, & Religioſo valde deferendum eſt.*
14 *Caracteris veritas ex quibus arguatur.*
15 *Quid neceſſe ſit ut bona cadant ſub fide. commiſſo.*
16 *Adminiſtrator non compellitur reddere rationem niſi de rebus quas ad illius manus deveniſſe juſtificetur.*

DECISIO DCLI.

COronante, ut ferre ſolet adagium, ſemper opera fine, formiter, magiſque acriter ſolummodo in hac poſtrema Audientia, in qua per Me duo ultima Dubio *Dominis* propoſita fuere tam *ſuper pecuniis*, quam *ſuper R miſſoria*, fuit reaſſumpta colluctatio circa qualitatem hæreditariam DD. de Paſſioneis correlative ad Innocentium, licet in toto decurſu totius Cauſæ ſemper habitam pro conſtanti; Cum enim preſupponerent iidem DD. de Paſſioneis, Innocentium, qui tot legata adſcripſit Virginię Conjugi in ejus Teſtamento, adinveniſſe in hęreditate, & Patrimonio Tiberii Patris, ſibique applicaſſe ingentem pecuniarum ſummam, cum quibus abſumere valuiſſet detractiones ei competentes, juncta pręcipue omiſſione Inventarii, & ob id ſub hoc pretextu nequiviſſet D. Sorbolongus toties ſe tueri ſub clypeo iſtarum detractionum, nulla alia potentior pro ejus parte adduci poterat, prout de facto adducebatur replicatio, quam quod eędem quodammodo detractiones redderentur ſuperfluæ, cum in univerſum DD. de Paſſioneis nequirent unquam Teſtamentum, & diſpoſitionem evadere ipſius Innocentii, etiamſi illa quomodolibet exceſſiſſet
1 eaſdem detractiones, dum illius erant Hæredes, ad *Textum in l. cum a Matre, C. de rei vindicat.* cum concordan. per *Baratt. dec. 265. n. 12. & dec. 326. n. 3., & dec. 36. nu. 7. coram Me. & in Nullius, ſeu Terræ Pontiani Cenſus 2. Maii 1710. §. Quo enim, coram bo. me. Caffarello.*

Reaſſumentes igitur *Domini* hanc inſpectionem, minime ambigerunt, quin de hujuſmodi abſorbente qualitate ſuperabunde conſtaret, & deinceps etiam ad partes, quatenus opus fuiſſet, negarunt pręmiſſum ſuppoſitum reperitionis, & applicationis pecuniarum Tiberii ad ſui commodum factę per Innocentium, atque ita ex utroque fundamento pręcedentem ſententiam *R. P. D. mei Aldrovandi* etiam ſuper hiſce pecuniis confirmaverunt.

Et quidem reſpectu primę partis, videlicet qualitatis hęreditariæ, non erat hęſitandum de principio illius transfuſionis in Virginiam Sororem, & reſpective DD. de Paſſioneis; cum enim pręfatus Innocentius litteraliter ſcripſiſſet hęredem priori loco Magdalenam ejus Aviam, & conſequutive ſubſtituerit poſt ejuſdem Magdalenæ obitum Virginiam ſororem, eadem vero Virginia pariformiter fuerit relicta hæres a pręnominata Magdalena, hinc eo ipſo, quod Virginia ipſius Magdalenæ hæreditatem acceptavit, & adivit, ut de hiſce omnibus liquebat in hodierno *Summ. Num. 5. & 6.* palam ſequebatur, quod præciſive a ſubſtitutione primæva Innocentii in ejus favorem ordinata, Virginia, tamquam hæres Magdalenæ hæredis,
2 incontinenti evaſit hęres Innocentii, cum nemi-

minem lateat, quod hęres hæredis dicitur, &
eſt hæres Teſtatoris, *ad Text. in l. qui per lon-
giſſimam 194. ff. de regul. Jur. l. hæredis appella-
tio, ff. de verb. ſignificat. Rota coram Jacobo Eme-
rix dec. 654. & deciſ. 752.* otrobique *nn. 2. in
Reatina fideicommiſſi 9. Decembris 1701. §. Mo-
tivum, coram Me, & in Cajetana Pecuniaria
6. Iunii 1712. §. Validum, coram R. P. D. meo
Criſpo.*

Quod autem Magdalena prima directa hęres
Innocentii illius adiverit hæreditatem, non
minus evidenter apparebat es poſſeſſione illius
bonorum per eaodem Magdalenam appræhenſa
in vim ſpecialis Procuratoris ad hunc effectum
conſtitoti, nam quando titulo hæredis expreſſo
per Teſtatorem adjungitur factum poſitivum
ejuſdem hæredis inſcripti in capeſſenda poſſeſ-
ſione illius bonorum, nequit amplius hæſitari
3 de certa, & incontrovertibili acceptatione, ſi-
ve aditione hęreditatis, ut advertunt per *Text.
in l. 1. §. Prætermittere, ff. ſi quis omiſſa cauſa
Teſtam., & Gloſſ. in l. ſi is, ad quem, ff. de ac-
quiren. vel omitten. hæred. in verb. non erit, ibi-
que Alexand. n. 1. Redeanſeb. conſ. 78. n. 12.
lib. 1. Bonden. collect. legal. 47. nu. 31. verſ. hæc
omnia certiora reddantur lib. 1. Maaſ. conſult.
624. num. 6. verſic. & ſi alia, Thomat. dec. 51.
n. 34. & ſeqq. Balduce. rer. judic. dec. 25. n. 19.
& 20. tit. 3. Rota in Nullius, ſeu Terra Pontia-
ni 19. Aprilis 1706. §. Quin coram Rmo Kaunizt,
& in Reatina fideicommiſſi de Severis 13. Februa-
rii 1708. §. Simplex autem, coram bo. me. Oman-
na.*

Indubitabilius vero, dum etiam eadem Mag-
dalena aliud pariter ſpecificum Procuræ manda-
tum exaraverat in perſonam Speranzę ad præ-
ciſum effectum adeundi præfatam hęreditatem,
licet cum expreſſione *ab inteſtato, & cum bene-
ficio legis, & Inventarii*, prout illud ſucceſſive
confecit, *d. Summ. Num. 2. & 3.* & quod non
minus eſt, etiam poſtea judicialiter pluries ſe ſe
eadem Magdalena profeſſa eſt, & enunciavit
hęredem pręditi Innocentii ab inteſtato, *Sum.
Num. 4.*; ideoque juncta olterius hac expreſſa
aditione, non erat amplius negabilis qualitas
hæreditaria, dum circumſtantia, & adjectio
beneficii Inventarii non erat efficax exuendi
eandem qualitatem ad omnes effectus, donec,
& niſi ita adiens ſaltem plene demonſtret fuiſſe
illud legitime confectum, & de bonis deſcriptis
in ipſo Inventario, & a Teſtatore provenienti-
bus opportunam, ac præciſam reddat rationem,
alias hæres beneficiatus remanet cum prima
4 qualitate, & veſte ſimplicis hæredis, ut in pro-
poſito neceſſitatis exhibendi Inventarium *Poſth.
reſol. 111. n. 11. & ſeqq. Rota dec. 582. n. 10.
apud eumdem Poſth. de manut. & in recent. dec.
31. n. 12. par. 11. & dec 42. n. 7. par. 17.* & in
propoſito reddendi rationem *Rota coram Mer-
lin. dec. 721. nu. 3. & coram Priol. deciſ. 374. nu.
5. cum duobus ſeqq. & in Foroliviien. fideicommiſſi
de Torellis ſuper reſervatis 20. Martii 1705. §. Se-
cundus titulus, coram bo. me. Muto, & in Ro-
mana Silviani 2. Iunii 1710. §. Quæ, coram
R. P. D. meo Molines Decano.*

Firmata igitur hujuſmodi qualitate hæredi-
taria in Magdelena, ejuſque transfuſione in
Virginiam, parum quoque relevabat, quod
Magdalena inſimul adiviſſet ſupradictam hęre-
ditatem ſolummodo ab inteſtato, non autem
ex Teſtamento. Quomodo enim poterat con-
tinuari poſſeſſio per tantum tempus, & per
ipſam Magdalenam, & per Virginiam ſub hoc
prætenſo titulo, quando Teſtamentum per
tot, ac tot *Deciſiones*, & ſententias, contradi-
cente ipſa Virginia, fuerat a *Sacro Auditorio*
declaratum pro valido, proindeque ſicuti cer-
5 tum erat, quod cauſa teſtati fecerat ceſſare il-
lam inteſtati, juxta diſpoſita per *Text. in l. quan-
diu la 2. & l. nec is §. fin. ff. de acquiren. poſſeſ.
Rota dec. 279. n. 10. par. 15. & dec. 510. n. 2.
par. 18. & dec. 136. n. 1. par. 19. rec. & in Pen-
nen. Beneficii ſuper pertinentia 17. Martii 1710.
§. Difficultas, coram R. P. D. meo Aldrovando*;
ita poſſeſſio bonorum Teſtatoris retenta etiam
poſt eaſdem ſententias, & rem judicatam a
Virginia, non potuit remanere penes eandem
Virginiam, niſi ex titulo vero, & quem illa
tanquam pręſens in Iudicio ſuper prædicto Te-
ſtamento tam acriter diſceptato non poterat
ignorare, alias debuiſſet dimittere, & non re-
tinere eandem poſſeſſionem; quoties enim præ-
tenſus titulus reducitur ad non titolum, & titu-
lus verus ſolum eſt operativus retinendę poſſeſ-
ſionis, talis poſſeſſio non valet referri, niſi ad
6 titulum verum, & non ad titolum penitus reſo-
lutum, ad *Text. in l. duo fratres 77. ff. de acqui-
ren. hædit. ibique Gloſſ., Bald. conſ. 272. lib. 5.
num. 2. verſ. tertia ratio lib. 5. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 45. vol. 1. n. 38. Ferentill. ad Burat.
dec. 128. n. 20. Rota cor. Seraphin. dec. 1262.
n. 6. & ſeq. to. 2.*

Abſque eo, quod hujuſmodi retentio poſſet
appodixri aliis titulis, non obſtante canoniza-
tione Teſtamenti, militantibus favore Virginię;
nempe fideicommiſſorum, donationis, necnon
reintegrationis, bonorum emphyteoticorum:
In primis namque hi omnes prætenſi tituli inte-
graliter cooperire non poterant cuncta bona
Innocentii retenta per Virginiam, itaut non
remaneret qualitas in ejus perſona hæreditaria
reſpectu ejus, quod ſuperaſſet in tam pingui pa-
trimonio prætenſos titolos, & quatenus etiam
valuiſſent illam obtegere, jam fuerant in poſ-
ſeſſorio iidem tituli examinati, atque rejecti,
& vigore talis rejectionis, niſi Virginia ſuffulta
extitiſſet etiam vero titulo Teſtamenti, obſtri-
cta extitiſſet exire e poſſeſſione, & non in illa
continuare, prout uſque ad hodiernam diem
continuavit, exceptis bonis comprehenſis in
legato facto in Teſtamento Virginię Conjugi,
cujus occaſione præfati tituli fuerunt in omni-
bus: & in eodem Judicio poſſeſſorio rejecti,
quamadmodum videre eſt in cunctis *Deciſioni-
bus*

bus deſuper editis, & quorum titulus eſt *Foro-
ſemproniem. Manutentionis*, prima *die* 14. *Ianua-
rii* 1692. *cor. Rño P. D. Molines Decano*, ſecun-
da *die* 2. *Maii ejuſdem Anni coram eodem*, &
tertia *die* 13. *Aprilis* 1693. *coram bo. me. Manuel*.

Quid ultra? dum præfata Virginia etiam præ-
ciſe proteſtata fuit, quod per exhibitionem hu-
juſmodi titulnrum, fideicommiſſorum nempe,
donationis, ac reintegrationis, necnon bono-
rum emphyteuticorum, illa nuſquam intelle-
xit, *neque intenderit* (ſunt verba præciſa ejuſ-
dem proteſtationis relata in *Summ.* D. Sorbo-
bolonghi *coram R. P. D. Aldrovando* diei 26.
Iunii 1712. *Num.* 6.) *non intenderit* inquam,
*impugnare, neque aliquo modo contravenire aſi.
diſpoſitioni Teſtamentariæ bon. me. Innocentii Sab-
batelli fratris, ſi quæ ſit, & eſſe dicitur*: Unde
ad quid, uti *Domini* conſiderabant, refricaba-
tur indubium, an eadem Virginia foret hæres,
vel non Innocentii, dum ipſa proteſtando nimis
implicite, & neceſſario id ipſum fatebatur in
ordine ſaltem ad effectum non impugnandi Te-
ſtamentum ipſius Innocentii, quatenus validum
reperiretur, aliud quippe non efficit, & ope-
ratur qualitas hæreditaria, quam ut non poſſit
ea veſtitus impugnare diſpoſitionem Teſtatoris,
ut toties præmiſſum fuit, ac propterea dum
hoc ipſum tam explicite proteſtabatur, certe
non poterat deſtruere illud, quod in eadem
proteſtatione continebatur, neque valebat
7 amplius controvertere actum judicialem,
quem fecit, ſecundum animadverſa per *Hon-
ded. conſil.* 89. *n.* 31. *& ſeqq. lib.* 1. *Rota dec.*
213. *n.* 3. *& ſeqq. par.* 14. *recent.* cum aliis abun.
de congeſtis *in addit. ad decif.* 58. *n.* 13. *&* 14.
coram Me, juxta Romanam impreſſionem.

Subſequens autem præſervatio eorumdem
titulorum nihil illam adiuvabat; quoniam ex
diametro pugnabat cum litterali expreſſione
ejuſdem proteſtationis emiſſæ, non impugnan-
di ſcilicet prædictam diſpoſitionem Teſtamen-
tariam (etiamſi dubitative) quatenus ſcilicet
ſaltem adeſſet, & tantummodo uti ſonant illa
alia verba - *ſi quæ ſit, & eſſe dicitur*, non enim
compati ullo modo valebant, quod per præ-
tenſa fideicommiſſa, per prætenſam donatio-
nem, per prætenſa bona emphyteutica quid-
quam, vel minimum quadrantem poſſet detra-
here de diſpoſitione poſtea valida declarata In-
nocentii, dum illa eandem non impugnare in-
tendebat, & ſic ea præſervatio nihil in ſe opitu-
lari valebat, tanquam deſtructa in ſemetipſa,
8 & tanquam contraria facto poſitivo retentionis
premiſſorum bonorum, per ea, quæ quotidie
affirmata noſcuntur per *Rot. in decif.* 386. *num.*
7., *& decif.* 1089. *num.* 4. *coram Emerix Jun.*,
& in Romana fideicommiſſi de Albericis 3. *Julii*
1702. §. *Quia velut, coram Me, & in Romana
Cambii* 14. *Maii* 1706. §. *finali coram bo. me.
Omanna*, & egregie fuit animadverſum *in Vi-
terbien. Legati* 25. *Junii* 1703. §. *Nullius effica-
cia, coram bo. me. Caſſarello*.

Pro coronide tandem in ſignum manifeſtiſſi-
mum aditæ, & acceptatæ hæreditatis per Vir-
giniam demonſtrabatur ex parte D. Sorbolon-
ghi, quod DD. de Pallinneis ejuſdem Virginiæ
hæredes complura ſolverunt legata, quæ nun-
quam ab eis, vel tanquam hæredibus ab inteſta-
to, vel vigore titulorum, quos præſervabant,
erant ſolvenda, hæcque erant quidem Cenſus
ad Innocentio legati cuidam Cappellano ab eo
præelecto, Prædium *Pian di Gualdo* D. Tena-
gliæ, ac etiam Confraternitati Sanctiſſimi Sa-
cramenti ſcuti 561. exburſata correſpective ad
fructus ab eiſdem Paſſioneis perceptos a Prædio
Cerreti, ipſi jam Confraternitati legato in præ-
dicto Teſtamento Innocentii, ultra alia ſucceſ-
ſive decurrentia, necnon poſtremo dimittendo
plures alios Legatarios minoris quantitatis,
prævio depoſito pecuniarum in S. Monte Pieta-
tis Foroſempronii expleto ab Agente eorum-
dem DD. de Paſſioneis ſub Anno 1702. ſicuti
perſpicue evincebatur *in Summario* ejuſdem
Sorbolonghi ſuper Remiſſoria *ex num.* 13. *uſque
ad* 17. *incluſive*; nulla enim alia probatio forſan
validior, & potentior aditæ hæreditatis queit
exoptari, quam ſolutio legatorum ad formam
Teſtamenti, vigore cujus ſolvens inſcriptus ap-
parebat hęres, ita præſeferente eadem defini-
9 tione legati, quæ juxta *Text. in l. legatum eſt ff.
de legat.* 2., *& Inſtit. lib.* 2. *tit.* 22. *de legat. eſt
donatio quædam a defuncto relicta, ab hærede præ-
ſtanda*, & de cætero adnotarunt adducti per *Gi-
ballin. de univerſ. negoc. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 12.
artic. 1. *num.* 1. *Rota in Maceraten. Legatorum,
& fideicommiſſi* 18. *Iunii* 1710. §. *Et ſane truti-
nando, coram Me*.

Perperam vero opinabantur DD. de Paſſio-
neis etiam hunc poſtremum ſcopulum, & Syr-
tem evitare, ſub prætextu, quod ipſi ſolverint
hujuſmodi legata in obſequium *Sacri Auditorii*,
mandatorumque metu; Quia neceſſe non erat
præſtare obſequium, & pannice pavere, exu-
berabat etenim relinquere bona hæreditaria, &
hæreditatem, ſi poſſent (jam enim fuerat adi-
ta) cum ubi quis non eſt hæres, nec tanquam
talis poſſidet bona hæreditaria, non teneatur
10 ſolvere legata, ut eſt ratio, in qua ſe fundant
ſuperius allegati, quibus addi poſſunt *Bartol. in
l. gerit. n.* 26. *ff. de acquiren. hæred. Capon. diſcept.
forenſ.* 3. *n.* 29. *Rota coram Ubald. dec.* 319. *n.*
2., *& in Reatina fideicommiſſi de Severis* 11.
Aprilis 1707. §. *Fuiſſe vero, & in ejus confirma-
toria* 13. *Februarii* 1708. §. *Simplex autem, co-
ram bo. me. Omanna*.

Jacta igitur hac baſe ſolidæ ſubſiſtentiæ qua-
litatis hæreditariæ, ſupervacaneum remanebat
deſcendere ſecundo loco ad præfatum ſuppoſi-
tum præexiſtentiæ pecuniarum Tiberii, & ap-
plicationis illarum ſibi factæ per Innocentium:
ſed nihilominus *Domini* agnoverunt, juſtifica-
tiones deſuper allatas a DD. de Paſſioneis ad præ-
miſſum effectum minime ſufficere, cum in
pri-

primis adducerent Teſtes de auditu, quod Tiberius reliquiſſet ſcuta circiter 18000. ut in eorum *Summario num.* 1. ſeptemque alios Teſtes pariter de auditu referentes, Tiberium reliquiſſe in ejus hæreditate ingentes pecuniarum ſummas, ut *in eodem Summario num.* 2., juncto etiam examine aliorum duorum Teſtium, *num.* 3., qui in genere videbantur aſſerere ſimpliciter -- *che il Signor Tiberio ſuo Padre laſciò*
11 *de Contanti*, iſtæ namque ſane depoſitiones, vel in genere, vel de auditu nullam, vel parvam vim in Judiciis conſtituunt, ex coacervatis in *dec.* 132. *num.* 4., *& dec.* 987. *num.* 3., *& ſeqq. coram Emerix Iun.*, *& in Spoletana*, *ſeu Nullius oblationis* Ceræ 18. *Maii* 1705. §. *Et in omnem*, *coram Me*, *& in Romana* Locorum Montium *ſuper Domino* 3. *Iunii* 1711. §. *Non relevantibus*, *coram Rm̃o P. D. Molines Decano*.

Quin Teſtibus ſupradictis ullum, vel leve adminiculum præbere poſſent cumulatæ in idem præſumptiones videlicet, quod ſequuta ex providentia glorioſæ, & ſan. mem. *Innocentii XI.* reductione monetarum ad juſtum pondus, ſub obligatione tranſmittendi ad Urbem illas minoris, injuſtique ponderis, Innocentius Romam tranſmiſerit ſummam ſcutorum 1524. 60., arguendo ob id, quod hujuſmodi inferioris ponderis moneta nimis veriſimiliter fuerit ſelecta, & excerpta a longe ſuperiori quantitate bonæ, & juſtæ monetæ; rurſuſque, quod vis poſt geminos Menſes a die obitus Tiberii Patris, ducendo Uxorem, magnas ſubiverit expenſas, & ulterius ſcuta duo millia tradiderit Matri Virginiæ Uxoris, eam reintegrando de Prædio occaſione dotis, ac demum conquiſiverit ad ejus commodum Cenſus ſcutorum 2500. *Summ.* DD. de Paſſioneis *nu.* 10. 11. *&* 12. ſicque junctis hiſce adminiculis clare comprobaretur, repertas fuiſſe in Hæreditate Tiberii pecunias in quantitate de proximo comprobata per Teſtes, cum filius tam
12 brevi tempore habere non præſumatur, niſi pecunias, & res a Patre provenientes, ut notarunt *Angel. conſ.* 85. *num.* 2. *Cyriac. contr.* 477. *num.* 3., *& ſeqq. Paſchal. de patr. poteſt par.* 1. *cap.* 3. *num.* 10., *&* 11. *Rota coram Bich. dec.* 129. *num.* 20., *& in Romana fideicommiſſi* 26. *Junii* 1702. §. *Nec in dubium coram cl. me. Cardinali Caprara*, *& in Romana Pecuniaria* 2. *Iunii* 1710. §. *Et ſane*, *coram Em̃o Priolo*.

Aſt *Domini* hujuſmodi adminicula reputarunt etiam de per ſe vacillantia, itaut nullum poſſent præbere Teſtibus fulcimentum: nam circa tranſmiſſionem dd. ſcutorum 1524. 60. ad Urbem, juſte non poterat inferri, quod cunctæ ad eum in primis pertinerent, & quod non potuiſſet Innocentius, ad faciendam rem gratam Amicis, illas propriis adjungere, & ad Urbem ſecundum Edicta Principis tranſmittere; prout neque argui valebat, quod longe plures eſſent monetæ juſti ponderis apud eum remanſæ, ea ſiquidem tempeſtate Sanctiſſimus ille Pontifex hanc generalem reductionem indixit, & generaliter mederi procuravit, quia generalis erat morbus, reſque devenerat ad extremum, & ſi has, vel illas adhuc Innocentius habuiſſet, longe prævalere poterat præſumptio, quod vel in hujuſmodi quantitate pecuniæ promanarent ab introitibus Innocentii, cum illi forent admodum pingues, prout etiam ex quo eidem retroceſſa fuerant, & extincta plura Capitularia provenientia ab Auguſtini Avi libera hæreditate, quemadmodum teſtificabatur Pater Guerra Sacerdos
13 Religioſus Congregationis S. Philippi Nerii, cui admodum deferre conſuevit *Sac. Auditorium*, ut apparet etiam ex *Deciſionibus* in altera *Foroſempronien. Teſtamenti* ſignanter 11. *Decembris* 1697. §. *Agnoſcens prius*, *& §. Et ex his*, *&* 17. *Februarii* 1698. §. *Verum Domini*, *coram Me*, *inter hactenus in Urbe impreſſas* 22. *num.* 12., *&* 13., *& ſub num.* 15. *& dec.* 29. *num.* 2.

Noviſſime, ſed pariter inutiliter aſſerebantur quædam notulæ nummorum, quæ dicebantur eſſe repertæ in Domo Tiberii Patris Innocentii, ſolumque prima noſcebatur exarata ſub Anno 1688., aliæ vero nullum Annum præſeferebant, prætendebanturque de cætero eſſe conſcriptæ a Sacerdote Bartholomæo de Rubeis, qui in eadem Domo Tiberii permanebat; ſiquidem, & ſi ad aſſerendum caracterem ejuſdem Sacerdotis darentur quædam fides extrajudiciales etiam aliorum Sacerdotum, nihilominus, deſuper interrogatus ipſe Bartholomæus de veritate ejus caracteris, conſtanter ſemper reſpondit per hæc verba -- *ho veduto*, *e conſiderato la ſcrittura di queſta Carta*, *e dico eſſere conſimile al mio Carattere*, *ma lo non poſſo giurare*, *chi ſia il mio ſtante l'eſſere in uſo di contrafare i Caratteri*; unde ſi Cauſæ reſolutio aliquo modo dependiſſet ab hac circumſtantia, prout extnties præmiſſis minime dependebat,
14 adhuc aliæ certificationes requirebantur pro adſtruenda veritate hujus caracteris, ut notarunt *ſcribentes*, & ſignanter *Bald. conſ.* 255. *num.* 6. *lib.* 1. *Theſaur. quæſt.* 24. *num.* 9. *Vela diſſert.* 23. *num.* 11. cum aliis lato calamo adductis *in dec.* 8. *num.* 3., *&* 25. *coram* Me, *& in Romana Pecuniaria* 13. *Iannar.* 1710. §. *Non attento*, *coram Em̃o Priolo*.

Potiſſime, quia etiam prima notula confecta reperiebatur poſt mortem Tiberii, nil que exprimebat, ut exprimere debuiſſet, a quo eadem pecuniæ provenirent, ſemper namque erat ſatis, quod nullo modo juſtificaretur, quod eſſent revera Tiberii, & ſub ejus Domi-
15 nio, ſive in bonis exiſtentes de tempore obitus, quemadmodum neceſſarium eſt, ut cadere valerent ſub fideicommiſſo ejuſdem Tiberii, ad *Text. in l. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollen.* cum aliis *in dec.* 66. *num.* 12. *coram Me*, *& in Romana Immiſſionis ſuper reſervatis* 4. *Iulii*

1702. §. *Et demum , coram bon. mem. Pio.*

At, quod magis erat, cum ſola, & ſimplex exiſtentia hujuſmodi pecuniarum non ſufficeret ad effectum juſtificandi ulterius, quod ad manus Innocentii filii perveniſſent, ad finem illum obligandi reintegrare fideicommiſſum Tiberii, adeo hujuſmodi probatio longe deſiderabatur in facto, quinimo ex parte D. Sorbolonghi oſtendebatur per geminos Teſtes, quod ſecuto obitu præfati Tiberii, Claves, ſub quibus cuſtodiebantur pecuniæ, obvenerant ad manus Magdalenæ Matris ejuſdem Tiberii, *Summ.* ejuſdem Sorbolonghi prioris Inſtantiæ *num.* 2. *&* 3., & hodierno *num.* 1., & ſic poſita tali probatione omne ſuppoſitum, & omnis ſequela ejuſdem ſuppoſiti manifeſte ibat in præceps, cum nec etiam poſitivus Adminiſtra-
16 tor compellatur reddere rationem, niſi de rebus, quas ad illius manus deveniſſe juſtificetur, teſte *Bartol. in l. ultima* §. *final.* C. *de adminiſtr. Tutel. Eugen. conſ.* 19. *num.* 1. *lib.* 1. *Caſtald. conſult.* 251. *lib.* 2. *num.* 7. *&* 8. *Rota deciſ.* 470. *per tot. part.* 1. *dec.* 297. *num.* 19., *& ſeqq. par.* 10. *deciſ.* 155. *num.* 3. *part.* 19. *rec.*, *& in Romana Pecuniaria* 6. *Junii* 1701. §. *Ita etiam, coram bon. mem. Muto, & in Romana fructuum Cenſus* 26. *Januarii* 1705. §. *Hic autem, coram Me.*

Et ita quoad hoc quintum Dubium *Domini* reſolverunt, utraque &c.

PLACENTINA MULTIPLICI.

Veneris 2. *Martii* 1714.

ARGUMENTUM.

Multiplicum a Teſtatore ordinatum cum dictione illa *ſubito*, & ab herede, vel Adminiſtratore neglectum debent ab iſtis refici omnia damna, & intereſſe quanti nimirum intererat ſi d. multiplicum fuiſſet factum. Legatarius, ſive Executor teſtamentarius an amittit legatum ſi non adimplevit ea, quæ Teſtator ordinavit.

SUMMARIUM.

1 *Heres, ſive adminiſtrator non conficiens inveſtimentum, ſive multiplicum reficere debet damna, & intereſſe quanti nimirum intererat ſi dictum multiplicum fuiſſet factum*, & nu. 3. *Quod procedit abſque interpellatione ſi Teſtator dictum multiplicum fieri juſſit* ſubito ibidem num. 2.

2 *Dictio* ſubito *importat poſitivam obligationem abſque ulla interpellatione.*

4 *Et fructus multiplici non facti reſtituendi ſunt in ea quantitate, in qua tempore negleti multiplici currebant.*

5 *Legato indignus redditur, qui negligit implementum teſtamentariæ diſpoſitionis.*

6 *Legatum relictum executori teſtamentario cum cenſeatur relictum contemplatione oneris munera, & onere non adimpleto illud amittit. Declara & limita* num. ſeqq.

7 *Damni emendatio in caſu, quo nulla pœna eſt a Teſtatore inflicta loco implementi habetur.*

DECISIO DCLII.

INjunxerat Sacerdos Cæſar Onedus in Supremis ejus Tabulis Capitulo Cathedralis Placentiæ in Exequturem Teſtamentarium ſuarum diſpoſitionum electo, ut confecto poſt ejus obitum omnium Bonorum Inventario, diſtractiſque, Vino, frumento, Animalibus, cunctiſque Mobilibus ad neceſſariam Bonorum ſtabilium culturam non deſervientibus, ex eorum pretio, ac fructibus perceptis æs alienum ipſius Teſtatoris in primis diſſolvere, reſiduum verò quatenus ad libras 9000. aſcenderet in erectione Canonicatus ſub Invocatione Divi Caroli in eadem Eccleſia Cahedrali implicaret ex quibus libræ 7000. Theſaurario Capituli pro diſtributionibus quotidianis ejuſdem Canonicatus aſſignarentur aliæ libræ 1000. in Sacriſtiæ beneficium cederent, reliquæ vero libræ 1000. eidem Capitulo perſolverentur, adjecto tamen onere Miſſarum 365., quæ in ejus Animæ, ſuorumque Conjunctorum ſuffragium celebrarentur, relicto quoque Jurepatronatu activo Laurentio Rubeo, ejuſque Deſcendentibus, & paſſivo pro prima vice Clerico Gaſpari Marzocchi, & in ejus defectum Joſepho Rubeo cum prælatione quocumque futuro tempore Familiæ de Rubeis,

Quoniam vero anxius tali erectionis Teſtator præviderat quod ex venditione Mobilium, ac fructuum jam ex Stabilibus recollectorum, deducto, alieno ære, prædictæ libræ 9000. ſuperaſſe forſitan non valuiſſent, provide id circo demandaverat eidem Capitulo Exequtori, ut in hoc caſu nedum reſiduales illas pecunias ea injuncta venditione retractas, ſed & medietatem fructuum a ſuis Bonis recolligendorum Multiplico ſive in Bancis Romæ, ſive alterius Civitatis, tutis tamen ſubiiceret, quouſque ſumma librarum 8000. conflaretur qua ad tam enixe volitam erectionem deveniri poſſet; Condonata altera fructuum medietate eidem Capitulo in præmium diligentis Adminiſtrationis, quam eidem injunxerat ac onere inſuper adjuncto, ut Miſſas duas qualibet Hebdomada celebraret.

Quatenus demum ad talem in ejus Cathedrali Eccleſia erectionem devenire memorato Capitulo non luberet ad eandem adminiſtrationem Capitulum S. Antonini vocaverat eidem demandando fundationem prædicti Canonicatus in ejus Eccleſia cum iiſdem dote, oneribus, cæteriſque conditionibus, quas Cathedrali Eccleſiæ Capitulo præſcripſerat.

Erepto ab humanis Pio Teſtatore, adminiſtrationem illico aſſumpſerat Capitulum Cathe-

Digitized by Google

thedralis facultatum ſibi attributarum vigore ad alienationem Mobilium, ac ſemoventium deveniens, ſtabilia locans, penſioneſque percipiens, nunquam tamen, comperta inſufficientia ſummæ ex dicta venditione receptæ pro Canonicatus erectione, ullum Inveſtimentum pro demandato multiplico conficere curaverat, quamvis tam Mazzocchius a Teſtatore ad dictum Canonicatum nominatus quam Laurentius poſtmodum de Rubeis pro mentis Teſtatoris implemento diverſis vicibus inſtetiſſent, donec repudiata de anno 1690. per memoratum Capitulum adminiſtratione citatis dumtaxat Felice, & Raphaele de Rubeis non vero Capitulo S. Antonini eidem Cathedrali Capitulo ſubſtituti in judicium prædictum Capitulum pro rationis dictæ adminiſtrationis coram Ordinario redditione vocatum extitit coram quo electis hinc inde Peritis, ac ad Cauſam admiſſo ſæpedicto Capitulo S. Antonini per Sententiam ab eodem Ordinario prolatam definitam extiterat Primo quod fructus omnes per Capitulum Cathedralis exacti deductis tamen expenſis in eorum recollectione inſumptis Capitulo S. Antonini reſtituerentur; Secundo detrah:ndam eſſe favore primodicti Capituli ad formam Teſtamentariæ diſpoſitionis fructuum omnium medietatem pro toto eo tempore, quod ad conflandam ex Inveſtimento ſummam librarum 8000. requirebatur; Tertio damnatum extiterat idem Capitulum ad reficiendam Capitulo S. Antonini intereſſe lucri ceſſantis, quod perceptum fuiſſet ex pecuniis, ut ſupra retractis, & ex altera medietate penſionum, & reddituum, ſi factum fuiſſet Inveſtimentum a Teſtatore ordinatum ad rationem tamen librarum quinque pro ceutenario, & tam pro tempore quo conflanda erat dicta ſumma librarum 8000., quam abinde uſque ad annum 1690. ab ſolvendo demum Cathedralis Capitulum a cæteris interuſuriis, quæ ex Cauſa omiſſi in longius tempus multiplici per Capitulum ſubſtitutum prætendebatur, quod proinde hujuſmodi determinationi plene non acquieſcens, Cauſam appellationis mihi delegari curaverat, unde propoſito hodie Dominis dubio — *An, & ad quam rationem teneatur Capitulum Cathedralis ad damna, & intereſſe, & an debeatur Legatum in Caſu*, prodiit reſponſum — *Capitulum Cathedralis Eccleſiæ teneri ad damna, & intereſſe, & legatum deberi juxta modum quo vero ad liquidationem, Periti electionem demandarunt.*

Exordiendo enim ab obligatione reficiendi damna, & intereſſe certa omnino Dominis ea viſa erat ineſſe Capitulo Cathedralis, cui uti Teſtamentario Exequtori cum a Teſtatore injunctum fuiſſet onus ſtatim multiplicaodi reſiduum pretii ex Mobilium venditione retrahendi, ac fructuum ſuorum ſtabilium medietatem uſque ad ſummam librarum 8000. ubi prædictum reſiduum ad libras 9000. deducto alieno ære non aſcendiſſet, ſuſcepta vero adminiſtratione cætera omnia quæ venditionem Mobilium, ac fructuum recollectionem reſpiciebant in eorum commodum adimplens ſolummodo in injuncto Inveſtimento defeciſſet, citra ullam hæſitationem ſuccedere videbatur inevitabilis obligatio reficiendi damna & intereſſe, quanti
1 nimirum intererat ſi dictum multiplicum fuiſſet conflatum *ad Text. in l. ſi mandavero §. Sicut ff. mandati, & in l. ſtipulationes, l. ſi fundum, & l. ſi quis ab alio ff. de verb. obligat., Gratian. diſcept. 67. num. 3., diſcept. 240. nu. 35., & ſeqq., & diſcept. 579. num. 9. Leotard. de uſur. qu. 20. nu. 10., Card. de Luc. de Regal. diſc. 23. num. 23., de Credit. diſc. 59. num. 4., de uſur. diſc. 19. nu. 10. In meo tractatu de Commerc., & Mercat. diſc. 62. num. 62., Saminiat. lib. 1. contro. 17. num. 2., Rota cor. Dunoz Jun. dec. 527. nu. 4., & ſeqq. coram Bich. dec. 303. num. 2., & ſeqq., coram Priolo dec. 259. num. 4. & dec. 294. num. 34., dec. 207. num. 2., & dec. 698. num. 1. part. 19. Rec., nec non in Romana Pecuniaria 10. Januarii 1708. §. Namque, & in Romana Cambiorum 25. Junii 1709. §. Evidentius autem cum ſequentibus utraque coram Me, in Romana Cenſus 7. Junii 1709. §. Obligatio autem coram R. P. D. meo Aldrovando*, & in individuo Exequtoris ob omiſſum Inveſtimentum pecuniæ hæreditariæ ad damna, & Intereſſe condemnati eadem *Rota in Romana ſeu Portugallien. Pecuniaria 5. Martii 1706. §. De credito, confirmata 2. Julii ejuſdem anni ſub §. Minus relevat coram R. P. D. meo Scotto Albæ Urbis Gubernatore*, & quidem nulla requiſita interpellatione, cum dies a Teſtatore ſub illa dictione *Sabita* adiecta interpellaret pro homine, & importa-
2 ret poſitivam obligationem *illico* prædictas pecunias, ac fructus inveſtiendi, ut tradit *Palm. alleg. 191. num. 71., Saminiat. controv. 17. nu. 27., & ſeqq. Rot. poſt Cenc. de Cenſ. dec. 479. num. 12. poſt Merlin. de legitim. dec. 29. num. 6. verſ. quæ quidem interpellatio coram Rembold. dec. 360. nu. 1., & 5. coram bon. mem. Emerix Jun. dec. 454., & dec. 1053. utrobique nu. 1., & in dec. 789. nu. 6. par. 18. rec.*

Ex hac autem Inveſtiendi obligatione, ex qua Tribunal Inveſtimentum librarum 8000. pro jam conflato habuit, itant ad d. Capitalis exburſationem Capitulum Cathedralis omnino adſtringendum eſſe viſum fuerit, ſuccedebat altera pariter fructuum illorum obligatio quos tale multiplicum pro completo ſuppoſitum fa-
3 vore Canonicatus erigendi proportionabiliter reddidiſſet juxta *Theor. Bart. in l. Tutor., qui repertorium §. Si poſt depoſitionem ff. de adminiſtr. Tutor. Cagnol. in l. curabit. num. 23. C. de act. Empt., Gabriel. conſ. 26. num. 8. in fine lib. 1., Covarr. var. reſol. libr. 2. cap. 2. ſub num. 1. §. Illud ſane in fine, Gratian. diſcept. 240. num. 35., & diſcept. 579. num. 3. & ſeqq., Card. de Luc. de fideicommiſſ. diſc. 189. num. 5. Rot. coram Bich. dicta dec. 303. num. 34. & dec. 116. num.*

4. verſic. quantitat vero par. 13. ac dec. 207. nu. 4., & dec. 658. nu. 1. par. 19. rec., & late in *Romana Fideicommiſſi de Avila ſuper noviter reſervatis 19. Junii 1712. n §. Atque ex hac ipſa ratione, & ſeqq. coram Me.*

Conſtabilita vero qualitate obligationis præſtandi nimirum libras 8000., ſeu totum id quod deducta ſumma reſiduali retracta ea venditione Mobilium deerat ad conflandam prædictam Summam librarum 8000., nec non perſolvendi quoque interuſuria, & fructus, quos eædem libræ 8000. annuatim reddere valuiſſent ubi, & ex ſubinde inſtatu fructifero repoſitæ fuiſſent, emergebat illico altera inſpectio, a quo nempe præciſo tempore incipere deberet Inveſtimentum, in quo loco, & in qua Reddituum quantitate ad hoc ut regulari poſſet tempus, quo confecto inveſtimento librarum 8000. incipere deberent earum fructus, ſed & hanc hæſitationem facili negocio abſolverunt *Domini* demandando quod procederetur cum regula, & norma in ſimilibus contingentiis præſcribi ſolita, & ſignanter in illa *Romana Fideicommiſſi de Avila 23. Maii 1713. coram me*, quod nimirum Inveſtimentum conſiderandum ſit, ac si in Urbe in Locis Montium peractum fuiſſet prout, & ipſius Teſtatoris voluntati conforme eſſe ſuadent verba ejuſdem diſpoſitionis ibi — *voglio &c. che detta Capitoloſia obligato &c. a mettere sù li Banchi di Roma, overo altri Banchi d' altra Città ben conti, a ſicuri li denari &c.*, quo circa perpenſa quantitate ſummæ quæ ad conflandam ſummam librarum 8000. deſiderabatur, & deductis a die Venditionis Mobilium, & fructuum ſex menſibus a Tribunali elargiri ſolitis pro reperiendo inveſtimento, & remittendis ad Urbem pecuniis, ac deinde aliis duobus Menſibus inter unum, & alterum Inveſtimentum eadem de Cauſa decurrere ſolitis pariter demptis, facile erit inſpecta quantitate Capitalis quod in manibus Capituli ea venditione Mobilium ſupererat, & quantitate fructuum, quos de eo tempore loca Montium in Urbe reddebant ac demptis menſibus prædictis, dignoſcere, de quo tempore diei potuerit prædictum multiplicum librarum 8000. expletum, ab eo autem tempore quo abſolutum per fictionem apparebit, incipere debeant fructus ejuſdem Capitalis ad eandem pariter ratam reddituum Locorum Montium, juxta tamen quantitatem illam, quam in ſingulo reſpective anno ſive ante contingen-
4 tes reductiones ſive poſt reddere conſueverint, ut in propoſito faciendum quoque monet *Conſtantin. ad ſtat. urb. diſc. unic. de loc. Mont. art. 1. ſect. 4. num. 195. Ego in meo tractatu de Commerc., & mercat. diſc. 62. num. 60., & diſc. 65. num. 4. Rot. deciſ. 16. num. 20., & 21. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*. Et quidem pro toto tempore, quo Capitulum Cathedralis prædicta hæreditaria Bona adminiſtravit, eorundemque adminiſtrationem a ſe penitus cum effectu abdicavit.

Deſcendendo autem ad Legatum medietatis fructuum, illud deberi Capitulo Cathedralis uſque ad effectivam Bonorum dimiſſionem Domini exiſtimarunt; Etſi enim prædictum Capitulum diligentem, & fidelem Bonorum hæreditariorum adminiſtrationem, & Teſtamentariæ diſpoſitionis implementum neglexerit, per
5 quam incuriam ſe Legati beneficio, & correſpectiva ad talia onera Teſtatoris largitione indignum reddiderat ad *Text. in leg. etiam ſi Patris 3. ff. de legat. primo leg. poſt legatum §. Amittere, ff. de his quæ ut indign. aufer. l. qui tutelam 28. ff. de Teſtam. tutel.*. & in ſpecie de legato facto Executori, ut cenſeatur contemplatione oneris, & Officii relictum, ac propterea munere
6 non impleto auferendum docet *Covarr. in Cap. Joannes num. 3. de Teſtam. Peralt. in l. prima n. 63. pag. 43. ff. de legat. primo relat. per Mierez. de Majorat. par. 1. qu. 39. n. 108., Baez. de decim. Tutor. præſtan. cap. 5. num. 21. cum. ſeqq., & n. 27., Galeott. cont. 59. n. 48. verſ. ut in Executoribus, Carp. de exequt. Teſtam. lib. 1. quæſt. 18., Craſſ. de ſucceſſ. §. Exequtores quæſt. 14. clar. mem. Card. de Luc. de Legat. diſc. 22. nn. 3., & 6.*

Attamen cum Domini in prædicti Capituli præjudicium omnia a Teſtatore demandata tam quoad multiplicum quam quoad illius fructus pro rite, ac recte peractis habuerint, ſicuti itaque ſi in rei veritate denegari non potuiſſet Capitulo Cathedralia correſpectiva eidem oneri Legati elargitio, ſi vere, & cum effectu ultra Bonorum adminiſtrationem, quam peregerat, & de qua rationem reddere ac reliquatum perſolvere non detrectabat multiplicum etiam, & quidem progreſſive fructiferum confeciſſet ita nec deneganda videbatur in hoc caſu quo ad damna, & intereſſe ejuſdem omiſſi inveſtimenti damnabatur itaut effectus idem omnino a Teſtatore volitus oriatur quoad, ea quæ ab ipſo Teſtatore potuerant demandari, unde ſi in rei veritate Capitulum præſtare cogitur totum id quod eandem adminiſtrationem cum ſuis legibus præſcriptum reſpicit merito, & præmium labori condignum conſequi debere jubet notiſſima regula, de qua *Text. in Cap. qui ſentit de regul. Jur. in 6., & l. ſecundum naturam ff. eodem tit.* emendatio enim damni in hoc Caſu, quo nulla pœna a Teſtatore inflicta eſt, loco im-
7 plementi habetur ex Theorica *Bald. in l. cum proponas la 2. n. 1. verſ. quia ſatisfactio pœnæ, ibique Alex. C. de pact. deciſ. conſ. 380. ſub. n. 3. verſ. ſecundo quia Cyriac. contr. 129. nn. 30., & ſeqq. Rocc. diſp. Jur. ſelect. cap. 83. n. 8., & 9., & Reta cor. Cavaler. dec. 217. num. 6.*, & quidem pro omni tempore quo in d. adminiſtratione permanſit, quamvis ex poſt eam dimiſerit, ut proſequuntur *Hodiern. ad Surd. dec. 38., Capyc. latr. conſult. 106. utrobique nu. 2. Zacch. de Salar. quæſt. 66. n. 17., Rot. poſt. eund. dec. 69. num. 31., & dec. 291. n. 3. part. 1. rec.*

Præſertim quod idem Capitulum Cathedralis

ſe

by Google

ſe oneri celebrationis binarum Miſſarum in qualibet hebdomada præſcripto, & quarum etiam intuitu prædictum Legatum medietatis fructuum elargitum fuerat, plene ſatisfeciſſe edocebat, unde multo magis Domini in ſenſu confirmabantur quod ſæpedictum legatum correſpectivum ad omnia ſive vere, ſive ficte, realiter tamen adimpleta omni jure eidem Capitulo deberetur, ut ponderat *Caren. reſol. 41 per tot., & ratiocinat. Card. de Luc. de uſur. diſc. 31. ſub n. 2., & ſub num. fin. verſ. ſed hujuſmodi ac firmat Rot. in dec. 90. n. 29., & ſeqq. part. 19. rec.*

Et ita in hunc modum Domini cenſuerant utraque &c.

MACERATEN. FIDEICOMMISSI SUPER RESERVATIS.

Lunæ 5. Martii 1714.

ARGUMENTUM.

Habes in.

SUMMARIUM.

1 *Exiſtentia bonorum tempore obitus fideicommittentis probatur ex ejus aſſertione in poſtremis tabulis.*
2 *Et ex confeſſione gravati.*
3 *Alienatio bonorum fideicommiſſariorum ab alienantis confeſſione probatur.*
4 *Reintegratio pro bonis fideicommiſſariis contra præceptum teſtatoris alienatis fieri debet ab alienantibus ſive eorum hæredibus* & num. 5.
6 *Confeſſio in actu ſeria prævalet tranſactioni nullæ. Reintegrationem pro rebus fructiferis alienatis ſequitur fructuum condemnatio a die motæ litis.*

DECISIO DCLIII.

REportata per Canonicum Antonium Ulixeum a *Sacra Rota* præviis tribus ſententiis, & re judicata, generali immiſſione ad univerſa Bona fideicommiſſaria Camilli de Ulixeis, ad quæ in ejuſdem poſtremis tabulis fuerat invitatus cum ſucceſſiva earumdem ſententiarum acceptatione per Hoſpitale Civitatis Maceratenſis hæredem Aloyſii Junioris ultimi hæredis gravati emiſſa, ſatis ſibi non eſſe conſultum arbitratus, niſi per idem noſtrum *Tribunal* ſpecifice etiam, ſeu nominatim individuarentur, ac deſignarentur ſingula Bona Jura, & credita ſub eodem fideicommiſſo cadentia, contra quæ approbatam actionem poſſet dirigere, impetrata idcirco nova commiſſione directa R. P. D. meo Aldrovando, diſputatoque coram eodem conſecutique dubio -- *An conſtet de re judicata, & ſuper quibus Bonis cadat illius executio*, obtinuerat reſcribi -- *conſtare de re judicata, & executionem cadere ſuper Domibus, & Vinea exiſtentibus apud Hoſpitale, necnon ſuper creditis Cenſuum contra tertias perſonas, & ſimul contra hæreditatem Laurentii*; quo vero ad *reliqua credita* per Canonicum prætenſa ea fuerant novo, & particulari examini reſervata.

Devoluta vero Cauſa per appellationem ab Hoſpitali interpoſitam adverſus ſententiam ſuper prædicta Bonorum identitate per eumdem *R. P. D. meum Aldrovandum*, ſubinde latam ad *R. P. D. meum Criſpum.*, repropoſitaque *Dominis* etiam diſenſſione reliquorum creditorum, ut ſupra reſervatorum cum dubio -- *An in ſequelam d. rei judicatæ ſuper fideicommiſſo conſtet de identitate Bonorum etiam quoad reſervata, & ſuper quibus* reſponſum fuerat *affirmative juxta modum*. Plura ſcilicet ex dd. creditis per Canonicum prætenſis admittendo, nonnulla vero alia reprobando, ut videre eſt in illius *deciſione ſub die 12. Junii 1712.* edita, ubi ſingulæ partitæ tam approbatæ, quam reprobatæ ſuo ordine recenſentur: Dum autem inter eas partitas pro quibus conſtare de identitate reſponſum fuerat, ſecundo loco enumeraretur ea ſcutorum 1200. quæ ab Hoſpitale deberi Canonico Ulixeo per ſententiam *R. P. D. meus Criſpus* pronunciaverat, adita propterea per eidem Hoſpitale *Signatura Juſtitiæ*, ac impetrata ſuper prædicta ſecunda partita nova commiſſione cum clauſula -- *Alteri qui ad legitimam* -- mihi directa, exquiſivi hodie a *Dominis* -- *an ſit procedendum ad legitimam executionem mandati Rotalis pro ſc. 1200. cum fructibus in caſu &c.* qui *affirmative* edidere reſponſum.

Cum enim de fideicommiſſi exiſtentia, ejuſ-
que purificatione in dicto Canonico Ulixeo
nulla ut ſupra ſubeſſet queſtio Probibitio cujuſ-
cumque alienationis a fideicommittente ſuis
hæredibus, & ſubſtitutis injuncta ex ipſo Teſta-
mento pateret, identitas duodecim Locorum
Montium, eorumque exiſtentia in Bonis ipſius
fideicommittentis de tempore ejus obitus ne-
dum ab ipſius Teſtatoris aſſertione in iiſdem
poſtremis tabulis emiſſa reſultaret, quam ad
1 hunc effectum ſufficere notant *Pacion. alleg. 95.
num. 26. Rota deciſ. 290. num. 9. coram Dunozet.
ſen. dec. 630. num. 6., & ſeqq. par. 18. tom. 2.
recent., & in Faventina Primogenituræ de Naldis ſuper identitate* 19. *Aprilis* 1709. §. *Hujuſ-
modi coram Eminentiſſimo Priolo*, ſed & ex ge-
mina confeſſione Caroli dicti fideicommittentis
hæredis medio juramento uſque de anno 1644.
in poſitionibus emiſſa plene comprobaretur,
2 Itaut amplius in dubium revocari nequiret, ut
tradunt *Conſtantin. ad Statut. Urbis annot. 8.
artic. 1. num. 13., & ſeqq. tom. 1. Rot. deciſ.
575. num. 6., & 10. coram Cavaler. deciſ. 779.
num. 1. verſic. eſt enim effectus par. 2., & deciſ.
326. nu. 10. par. 10. recent.*, eorumdem vero lo-
corum montium alienatio ab eodem Carolo
una cum cæteris ejus fratribus hæredibus gra-
3 vatis facta plene quoque deſumeretur pariter
ex

Digitized by Google

ex confeſſione eorumdem gravatorum in publico concordiæ inter ipſos ſtipulatæ Inſtrumento qua nullam majorem dari probationem docet *Text. in cap. per tuas de probat.*, *& l. cum tela ſecunda Cod. de tranſact. Rota in deciſ.* 179. *num.* 10., *& deciſ.* 411. *num.* 6. *par.* 19. *tom.* 1.
4 *recent.* inevitabilis oriebatur obligatio reintegrationis fideicommiſſi pro pretio bonorum contra expreſſam Teſtatoris voluntatem alienatorum, ex *Textu in l. quidam* 25. §. *Si quis, ff. ad Senatus Conſult. Trebell.*, *& l. fin.* §. *fin. ff. de legat.* 2., *Cyriac. controv.* 5. *num.* 23. *Rot. coram Card. Cerr. deciſ.* 665. *num.* 9., *&* 10., *& deciſ.* 1306. *num.* 1. *coram Emerix Jun.*

Non relevante reſponſione per Hoſpitale alias afferri conſueta, quod nempe pretium retractum ex dd. locis montium fuerit per eoſdem hæredes gravatos erogatum partim in diſſolvendo ære alieno ipſius Teſtatoris, partim vero in elevanda, ſeu in ampliorem formam redigenda ipſius Teſtatoris Domo, ut ipſemet in ſuo teſtamento præſcripſerat; quoniam abunde dictis objectis ſatisfacit *deciſio R. P. D. mei Criſpi in* §. *Non attentorum ſeqq.* ubi firmatur, nec edificationem, aut reaptationem in genere, nec in ſpecie juſtificari, & Creditores Teſtatoris fuiſſe ex ipſius præcepto cum ſuæ hæreditatis fructibus non cum Capitalium alienatione dimittendos; Unde ſemper
5 ſubſiſteret quod alienatio contra Teſtatoris præceptum peracta; eſſet omnino a Contravenientibus, ſeu ab eorum hæredibus emendanda, ut ultra ſuperius adductos monent *Cagnol. in l. qui dolo num.* 1., *verſ. accedant, ff. de reg. Jur.*, *Rot. coram Celſ. dec.* 141. *num.* 5., *& deciſ.* 235. *num.* 2., *&* 3., *& coram Emerix Jun. deciſ.* 241. *num.* 1., *cum Cyriac. concordan. in deciſ.* 440. *num.* 1. *par.* 19. *recent.*

Prætenſio vero Hoſpitalis, quod eadem loca montium non forent *duodecim*, ſed tantum *novem*, illico inſubſiſtens, & erronea detegebatur tam ex lectura Teſtamenti memorati Camilli fideicommittentis, quam ex ſupradicta confeſſione ipſorum hæredum gravatorum in jurata eorum reſponſione ad poſitiones emiſſa, in quibus pro *duodecim* enumerantur, quibus ſane confeſſionibus tanquam emiſſis in
6 actibus feriis validis, & ab omni ſuſpicione immunibus, major ſane præſtanda eſt fides, quam illi informi tranſactioni inter eoſdem fratres initæ quam pluries uti nullam, & colluſivam *Sacram Rota* rejecerat, & a qua prædicti numeri diminutio deſumebatur.

Reintegrationi autem fideicommiſſi in prædictis duodecim locis montium, vel in illorum pretio ſcut. 1220. conſecutiva etiam *Dominis* viſa eſt reſtitutio fructuum a die motæ litis per hæredes alienantium facienda, cum enim prædicta loca montium eſſent de ſui na-
7 tura fructifera, reficiendi propterea ſunt ſubſtituto omnes illi fructus, quos ſaltem a die motæ litis percepiſſet ſi eorumdem locorum montium poſſeſſionem ſimul cum aliis fideicommiſſariis Bonis apprehendere valuiſſet, quorum perceptioni cum obſtaculum præbuerit illegitima eorumdem locorum montium alienatio per gravatos indebite peracta, omnis per conſequens æquitas, & juſtitia expoſcit, quod omne damnum ex vetita illa alienatione ſubſtituto illatum reficiatur, ut reſpondit *Balduec. ad Ramon. conſ.* 8. *num.* 9. *verſic. imo ad fructus tom.* 1. *Petr. de fideicom. quæſt.* 3. *num.* 3. *Peregrin. eodem tract. art.* 49. *nu.* 108. *Rot. dec.* 252. *num.* 29. *coram Bich.*, *& in Romana prælaturæ de Vecchiarellis* 10. *Martii* 1698. *in princip.*, *& in Bononien. Cenſus* 7. *Maii* 1703. §. *Cumque*, *& ſeqq. utraque coram Me.*

Et ita informante tantum Canonico Ulixeo, Hoſpitali vero pluries laceſſito, diuque expectato *Domini procedendum eſſe ad legitimam executionem mandati Rotalis pro ſcutis* 1200. *cum fructibus a die motæ litis cenſuerunt &c.*

MACERATEN. FIDEICOMMISSI SVPER RESERVATIS, QVOAD SCVTA 4000.

Lunæ 5. *Martii* 1714.

ARGUMENTUM.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Damna intereſſe reficienda ſunt per gravatum non implentem ædificium a fideicommittente demandatum favore fideicommiſſarii.*

2 *Fideicommiſſarius rem, & pretium recipere nequit a gravato.*

3 *Condemnatio ob omiſſam ædificationem fieri nequit in ſpecie non probata impenſa pro eadem requiſita.*

4 *Et proinde Rota demandat electionem Architecti ad effectum delineandi cum indicatione expenſæ.*

DECISIO DCLIV.

JUxta facti ſeriem in altera mea contemporanea *deciſione hujuſce diei* recenſitam; cum Canonicus Antonius Ulixeus ad fideicommiſſum Camilli indubie vocatus expetiiſſet *ſub die* 22. *Junii* 1712. per Organum *R. P. D. mei Criſpi a Sacro Tribunali* declarationem, num ultra Domus, Cenſus, Vineas, cæteraque Bona immobilia, ſuper quibus ei decreta fuerat immiſſio, poſſet contra Hoſpitale Maceratenſis Urbis hæredem ultimi gravati expetere ſatisfactionem etiam pro ſeptem Creditorum partitis, quarum diſcuſſio *ſub die* 4. *Maii* 1711. *coram R. P. D. Aldrovando*, fuerat particulari examini reſervata, votique compos *coram prædicto R. P. D. meo Criſpo*, quoad tres tantum evaſiſſet, reli-

quis

quis quatuor pro inſubſiſtentibus, & indebitis declaratis; expedita propterea cauſa ad inſtantiam prædicti Canonici ſuper partitis ejus favore reſolutis, non curata e contra per Hoſpitale expeditione ſuper aliis, in quibus ipſum fuerat abſolutum, devolutoque per novam Commiſſionem ad me toto negocio, propoſui hodie ad inſtantiam ejuſdem Canonici Vlixei *Dominis* meis dubium concernens ſeptimam partitam, ſuper qua *coram R. P. D. meo* Criſpo, non fuerat exauditus nimirum -- *an ſit ſtandam, vel recedendum a deciſis ſub die* 22. *Junii* 1713., *quoad ſeptimam partitam ſcutorum* 4000. *ex cauſa neglectæ conſtructionis Palatii*, exiitque reſcriptum -- *In Deciſis juxta modum*.

Commemorabat ſiquidem Canonicus Vlixeus, quod licet Camillus Primogenituræ inſtitutor primitus *mandaverit ſolvi omnia debita &c.* (ſunt ejus verba) *quibus omnibus ſolutis, & ſatisfactis mandavit vendi debere per dictum ſuum hæredem duodecim loca Montium, quæ ipſe Teſtator habet in Urbe, & cum pretio illorum, & fructibus ſuorum Bonorum fabricari ſuam Domum, in qua de præſenti inhabitat, & conſtrui pulcherrimam parietem, & ut dicitur -- Una belliſſima facciata, & in ea januam ſimiliter, & condecenter dicto Parieti, & in eum affigi lapidem cum infraſcriptis verbis ſculptum videlicet -- Soli Primogenito in infinitum*. Nihilominus ejus hæredes gravati Univerſos fructus, quos ſpatio annorum ſeptuaginta perceperant, non curato illius diſpoſitionis implemento, in proprios uſus convertere non dubitaverant, quamvis ſua hoc ædificii nunquam tamen elevati prætextu, præfata loca Montium ad eum effectum deſignata diſtraxiſſent; Ideoque cum memorati hæredes illud præceptum redundans in ejuſdem Canonici ſubſtituti commodum adimpleri neglexerint, præfatumque opus non minori impenſa quam ſcutorum 7000. & ultra perfici potuiſſet, mitem propterea eſſe ejus petitionem Canonicum Vlixeum exiſtimabat, eam reſtringendo ad ſc. 4000.
1 quæ ſibi loco damnorum, & Intereſſe deberi contendebat, ut in durioribus terminis tradunt *Gratian. diſcept.* 540. *num.* 49., *& ſeqq.*, *& nu.* 74. *Card. de Luca de fideicom. diſc.* 189. *num.* 5., *Rot. deciſ.* 641. *num.* 1. *coram Emerix Jun. deciſ.* 207. *num.* 1. 2., *&* 10. *par.* 10. *recent.*, *& faſtas in Romana fideicommiſſi de Avila ſuper reſtitutione in integrum* 15. *Maii* 1611. §. *Et ſane cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Neque ejus prætentioni obeſſe poſſe idem Canonicus æſtimabat, animadverſionem habitam *in deciſione R. P. D. mei* Criſpi *ſub* §. *Nec diſſimile*, quod ſcilicet eo ipſo, quod hæreditas Gravatorum per *Sacram Rotam* damnata extitit ad reintegrandum fideicommiſſum de illis locis 12. Montium, quæ ad dictæ Fabricæ effectum Teſtator deſignaverat una cum eorum fructibus a die motæ litis, non poſſit hodie peti alia condemnatio pro dicto opere non expleto, alias fideicommiſſarius reciperet rem, & pretium,
2 & pro eodem Credito duplicatam conſequeretur ſolutionem; Quoniam hoc memoratæ *deciſionis* fundamentum corruere ajebat idem Canonicus ex rimatione ipſius facti, non enim Teſtator pro elevatione Palatii, *con belliſſima facciata* taxative reliquerat loca illa duodecim Montium, ſed ultra illa impendi etiam fructus ſuorum Bonorum præceperat ibi -- *Mandavit vendi duodecim Loca Montium, & cum pretio illorum, & fructibus ſuorum bonorum fabricari ſuam Domum, & conſtrui pulcherrimam parietem*; Unde dum ultra pretium eorumdem Locorum Montium, in ſenſu Peritiæ per Canonicum exhibitæ in ejus *Summario num.* 7., adhuc fuiſſent impendenda alia ſcuta 6000., & ultra, non poſſe dici exiſtimabat, quod receptis ſcutis 120. pro pretio illorum locorum Montium, eorumque conſecutivis fructibus, receperit quoque pretium totius Domus, quæ non niſi cum longe majori ſumma poterat elevari.

Vim equidem hujus argumenti ſentiebant *Domini*, ſed cum pro rata Locorum Montium, quæ erant in conſtructione fabricæ impendenda, quæque ſibi cum fructibus reſtitui obtinuit Vlixeus, inquietandi ulterius non viderentur hæredes gravati, alias pro ea rata verificaretur, quod fideicommiſſarius peteret rem, & pretium, & de cætero *Dominis* liquide, & legitime hic, & nunc non conſtaret quid, & quantum in demandata fabricæ conſtructione ultra dd. Loca Montium foret ulterius impendendum cum quantitas per Canonicum exagerata deſumatur tantum a Peritia extrajudiciali per ipſum
3 exhibita, quando condemnationem præcedere deberet legitima æſtimatio, & liquidatio impenſæ, quæ pro implenda Teſtatoris voluntate requirebatur, idcirco aſſueta prudentia reſervarunt *Domini* actionem Canonico Vlixeo pro
4 liquidatione prædictæ ſummæ in demandata fabrica impendendæ decernendo propterea *electionem Periti Architecti ad effectum conficiendi lineamentum proſpectus Domus ædificandæ ad formam Teſtamenti, cum neceſſaria impenſæ indicatione*, qui eſt modus per eoſdem Dominos præfinitus.

Et ita &c. Unica &c.

CAVEN. MOLENDINORUM.

Luna 9. *Martii* 1714.

ARGUMENTUM.

Fuſe in præſenti deciſione examinatur, ac deciditur quæſtio an prohibitio conſtructionis novi Ædificii comprehendat etiam reædificationem edificii temporis vetuſtate collapſi, & quid ſi idem Ædificium antiquam formam immutaverit, & ad alios uſus fuerit converſum.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Operis demolitio rite, ac recte decreta executioni eſt illico demandanda.*

2 *Prohibitio conſtructionis novi Ædificii trahi nequit ad reædificationem antiqui.*

Dummodo Ædificium ultra antiquam formam non protraberetur ibid. n. 3.

Neque hoc caſu intrat novi operis nunciatio ibid.

Limita n. 5. & ſeqq.

4 *Pacta irritant Iuris diſpoſitionem.*

6 *Pactum negativum quid operetur.*

7 *Contra pactum quod operetur eſt nullum, & irritum.*

8 *Nemo præſumitur negligens in re propria, niſi contrarium pactum ſibi obeſſe ſciat.*

9 *Acquieſcentia non præjudicat ſtante infirmitate.*

10 *Ius præcarium eſt ſemper, & quandocumque revocabile.*

11 *Lapſus 40. annorum requiritur ad præſcribenda Iura Cathedralium.*

12 *Forma antiqui Ædificii mutata, mutatum etiam dicitur Ædificium.*

DECISIO DCLV.

DEmolitionem Molendini frumentarii, nec non reductionem Valcheriæ in priſtinum ſtatum, quas Abbati, & Monachis Sanctiſſimæ Trinitatis Congregationis Caſſinenſis Ordinis Sancti Benedicti, una cum damnorum omnium refectione favore Reverendiſſimi Epiſcopi Caven. *R. P. D. meus Cerrus* de eo tempore in Tribunali A. C. Jus integerrime dicens demandaverat, noſtrum quoque *Tribunal* tamquam Juri, & æquitati omnino conſonans per Sententiam *R. P. D. mei Criſpi*, prævia ejus *deciſione dici* 20. *Martii* 1711. in ſecunda Inſtantia approbaverat, ſed adhuc Monachis non acquieſcentibus, novam ulterioris appellationis Commiſſionem mihi *Signatura Iuſtitiæ* direxit, ad cujus normam ſuper prædictæ Rotalis Sententiæ confirmatione, vel infirmatione hodie per Me conſulti *Domini*, unanimi voce *pro illius confirmatione* reſponſum edere non dubitarunt.

Eamdem enim juridicam determinationem ſuadebat eadem penitus, & in nulla ſui parte immutata facti ſeries, qua docebatur, quod cum ad erectionem Epiſcopatus Cavenſis devenire cupiens ſan. mem. *Leo* X., commiſiſſet cl. me. *Cardinali de Aragonia*, ut illius dotem ex Bonis ad Abbatem, & Monaſterium prædictum pertinentibus in ſcutis 1400. conſtitueret, inter quæ aderat conceſſio quarumdam Aquarum cum Molendino frumentario, ac altero Opificio ad polienda panna extructo, *Valcheria* nuncupato, incorporatis e contra in dictæ dotis retributionem, ſeu correſpectivitatem eidem Caſſinenſi Congregationi tam Monaſterio Sancti Laurentii de Averſa, quam Præpoſitura Sanctiſsimæ Trinitatis de Capua cum eorum Juribus, ac pertinentiis, impleta tandem de anno 1514. in omnibus Summi Pontificis mente, memoratus Cardinalis, nec non Abbas, & Monachi Monaſterii prædicti Sanctiſsimæ Trinitatis perpetua, & inviolabilia pacta, quibus hujuſmodi correſpectivæ aſsignationes in ſuo tunc determinato redditu, & fructu quocumque futuro etiam tempore conſervarentur, ſolemni ſtipulatione, ſeu tranſactione firmaverant, inter quæ hoc legebatur *quod neque pro parte Monaſterii, neque pro parte Epiſcopi pro tempore exiſtentis poſſit fieri aliquod novum ædificium in dicta Aqua prope dictum Monaſterium, & ab eo quincentos paſſus*, ut neutra Pars inficiebatur.

Poſt duo autem fere Sæcula, quibus prædictæ conventiones fuerant inviolabiliter, ac religioſe hinc inde ſervatæ, nacta de anno 1682. per Monacos, ſeu eorum Abbatem occaſione, quod bon. mem. Epiſcopus de Afflictis decrepitam agens ætatem in extremis laborabat, novum Molendinum frumentarium in eadem aqua prope Monaſterium extrui curaverant; de anno vero 1697., arrepta altera occaſione; quod Reverendiſsimum Epiſcopum Gibertum Succeſſorem urgens Generalis Inquiſitionis munus extra propriam Diœceſim detinebat, aliud antiquum Molendinum, quod iiſdem Monachis ad uſum frangendi tritici ſemper in præteritum deſervierat, in Valcheriam pro pannis expoliendi converterant; Quas novitates cum ſibi valde præjudiciales animadverteret bon. mem. Epiſcopus Pignattellus per translationem Epiſcopi Giberti ad Eccleſiam Fanen., de eodem Epiſcopatu proviſus, eo nimirum quia lucrum, quod Monachis ex dictis ædificiis adaugebatur, Menſæ Epiſcopali per conſequens diminueretur, optima idcirco ratione talem reddituum jacturam avertere ſatagens, judicialem imploraverat auctoritatem, quam ſine evidenti Injuſtitiæ nota tam A. C., quam noſtrum *Tribunal* eidem denegare non potuiſſent, ideoque juremerito prædictorum operum contra ſolemnia pacta extructorum, ac Menſæ Epiſcopali præjudicialium demolitiones rite, ac recte decretas exequutioni omnino demandandas fore præcipiebatur,
1 ita ſuadente *Text. in leg.* 9. *Cod. de ſervitut. & aqu.*, *& leg. Fideicommiſſa* 11. §. *Si quis illicite ff. de legat.* 3., *Jaſon. in leg. Cætera* 43. *num.* 7. *ff. de legat. primo*, *Caſtrenſ. in conſ.* 247. *num.* 1. *verſ. Notandum in fin.*, *& verſ. Concluditur ergo lib.* 2., *Gratian. cap.* 957. *nu.* 43., *Cyriac. controv.* 462. *num.* 35. *verſ. Cum igitur*, *Gobb. de Aquis quæſt.* 15. *num.* 4. *&* 28. *verſ. Quia tale pactum*, *Panimoll. deciſ.* 26. *annot.* 2. *num.* 13. 14. *&* 15. *cum Concordan. in prædicta deciſ. R. P. D. mei Criſpi* §. *Juſtæ Epiſcopi*.

Abſque eo, quod Juſtitiam prædictæ Rotalis Sententiæ obumbrare ullo modo valeret unica

illa

illa exceptio in præteritis etiam lucu.ntus fuſe
deducta, & hodie pariter totis viribus per Scri-
bentes pro Monaſterio iterum promota, qua
reſpectu Molendini frumentarii prætendeba-
tur, quod illud utpote jam ab antiquo tempo-
re ad idem opus elevatum, & vetuſtate poſtea
collapſum, reficere, & in primævam formam
reſtituere hodie valuerit Abbas, abſque eo,
quod ſuprarecenſitæ tranſactioni contraveniſſe
dici valeret, cum enim in ea nonniſi novi om-
nino ædificii conſtructio remanſerit interdicta,
illa per conſequens prohibitio trahi nullatenus
quiret ad reædificationem antiqui Molendini
dirnti, cum reficere non ſit de novo ædifica-
2 re, ſed in priſtinum Statum reſtituere, adeo-
que ſub prohibitione non cadens, ut animad-
vertit *Antunez de Donat. Reg. lib. 3. cap. 3.
num. 62., & cap. 28. num. 181., ac cap. 39.
num. 6., Cepoll. de Servit. cap. 59. num. 1. in-
ter Tractat. magn. tom. 6. par. 2., Lancellot. de
Attentat. part. 2. cap. 4. limitat. 1. num. 42.*,
dummodo ædificium ultra antiquam formam
non protraheretur, unde in his terminis novi
3 operis nuntiatio non intraret, ut docet etiam
*Text. in leg. 1. §. Si quis ædificium ff. de nov. oper.
nunciat.*, & innuere videtur *Paulus in leg. Ser-
vitutes §. Si ſublatum ff. de ſervit. Urban. Præ-
dior.*, & ultra generalas propoſitiones, quas
in propoſito tuentur, *Roland. a Vall. conſ. 62.
num. 9. lib. 3., Caſtrenſ. conſil. 242. verſ. prima
quia pactum lib. 2., De Marin. var. Reſolut.
lib. 2. cap. 214. num. 1. & ſeq. uſque ad 4., Car-
pan. ad Statut. Mediolan. cap. 417. num. 63.,
Cardinal. de Luc de Servitut. diſc. 19. num. 4.,
Conſtantin. ad Statut. Urb. tom. 2. annot. 42.
num. 104. Rot. coram Mantic. deciſ. 163. nu. 4.*,
cæterique per eoſdem Scribentes relati in ter-
minis quoque reædificationis Molendini in lo-
co, ubi aliud collapſum aderat antiquitus, &
illius veſtigia inſpiciantur, edocent *Jaſon. in
l. quominus ff. de damn. infect. num. 203., Me-
noch. conſ. 121. num. 28.*, *Carol. Anton. de Luc.
ad Gratian. cap. 480. ex num. 1. §. Tale Molen-
dinum, & in annot. ad De Marin. tom. 2. cap.
214. nu. 11.*

Quoniam has, & conſimiles omnes propo-
ſitiones per eoſdem Scribentes pro Monaſterio
coacervatas, in ſuis propriis caſibus quando-
que veras, extraneas tamen omnino, & in-
applicabiles in præſenti themate reddebat facti
ſuppoſiti inſubſtantia, quod nempe in ſitu con-
troverſi Molendini frumentarii aliud ſimile,
& ad eumdem uſum deſtinatum ędificium, ve-
tuſtate tamen poſtea collapſum antiquis tem-
poribus elevatum reperiretur; Et quatenus
per merum poſſibile rudera antiqui, & vetu-
ſtiſſimi Molendini extitiſſe dici valerent, adhuc
inapplicabiles quoque eaſdem legales propoſi-
tiones efficiebant verba ipſa tranſactionis, &
clara ipſorum tranſigentium voluntas, ſeu
finis, a quo prohibitio idem Molendinum
reædificandi promanabat; per pacta enim tolli
Jurium ſanctiones, ac legum efficaciam, &
4 diſpoſitiones irritari nemo eſt, qui non ſciat,
& edocent *Gloſſ. magn. in leg. aſſiduis. Cod. qui
potior. in pign. habeatur, Epiſc. Roec. cap. 59.
num. 34. & 35. tom. 1., Rota in dec. 52. n. 39.
coram Bich.*, & alibi paſſim.

Et quidem de exiſtentia antiqui Molendini
in eodem ſitu, nulla concludens probatio pro
parte Monaſterii afferri videbatur, ut perſcru-
tatis diligentiſſime depoſitionibus Teſtium
omnium hinc inde tam pro parte Monaco-
rum, quam Epiſcopi in faciem loci examini
ſuppoſitorum, ac diſpunctis Peritorum rela-
tionibus animadvertit *deciſio R. P. D. mei Cri-
ſpi a §. Quod attinet & ſeqq.*, ubi enunciando
quoque vetuſtiſſima Annalia Monaſterii per
Partem Rodulphum alias ejuſdem Monaſterii
Abbatem jam a Sæculis exarata, & ab ejuſdem
Monaſterii Archivio formiter extracta, nec
non antiquiſsima Inſtrumenta annorum 1582.,
1584., 1630., & 1671., contrarium potius
evidentiſsime convinci videbatur, quæ omnia
cum particulari, & ſolerti examine fuerint in
prædicta *deciſione* expoſita, & a contrariis ali-
quorum Teſtium per Monachos inductorum
depoſitionibus plene etiam vindicata, & ad illa
ideirco inutili repetitioni parceres *Domini* ſe
remiſsive habuerunt.

Quatenus vero ad Monaçorum ſuppoſito ge-
rendum morem, dici adhuc valuiſſet, quod
antiquitus aliud Molendinum inibi extitiſſet,
adhuc eiuſdem reædificationem cecidiſſe ſub
pacto prohibitorio in memorata tranſactione
appoſito pro indubitato *Domini* exiſtimabant;
poſita enim totali eiuſdem ſuppoſiti Molendini
deſtructione iam a pluribus ſæculis, & ita lon-
ge ante prædictam tranſactionem ſequuta, cum
immutatione etiam curſus Aquæ ad priſtinum
naturalem alveum reſtitutæ, & nullo amplius
exiſtente canali, aut aquæ ductu, in quo præ-
cipue Molendini forma, qualitas, & ſubſtantia
verſatur, ut Teſtes ipſi per Monacos inducti
quoque admittebant, ita ut inapplicabiles om-
5 nino viderentur termini refectionis, ſeu repa-
rationis. eadem ſane Juris cenſura determi-
nanda videbatur huiuſmodi reædificatio, qua
nova quoque omnino ędificia interdicuntur,
ut a contrario innuere videtur, *Bart. in leg.
quo minus num. 29. ff. de fluminib.*, ibi — *Re-
quiritur primo, quod ædificium in aqua factum
ſit ita dirutum, ut aqua recipiat ſuum primum
curſum, ſi enim diruptum eſſet modicum &c. re-
manet quis in Iure &c. laſo, ibidem ſub num. 97.,
Alberic. in l. inter ſtipulantem §. Sacram ff. de
verbor. obligat., Crot. in leg. Si is qui pro empto-
re 15. num. 9. ff. de uſucap., Decius in l. quod
te, num. 57. ff. ſi cert. pet.*, & in individualibus
quoque terminis, *Caſtrenſ. in conſil. 247. ſub
num. 1. lib. 2., Fulgoſ. conſ. 193. ſub num. 3.,
& conſ. 456. num. 16., Sigiſmun. Loffred. con-
ſil. 13. num. 10., Cyriac. contr. 310. num. 125.,
& num. 132., & ſeqq., Henrig. de Molendin.*

quæſt. 52. *num.* 12., *Capyc. Latr. conſult.* 116. *num.* 17. *ad* 27.

Quæ eo fortius in hodierno caſu procedere videbantur, quia cum de tempore tranſactionis prędictum Molendinum indubie non extaret, ac expreſſe, & litteraliter conventum fuerit, *quod in dicta aqua fieri non poſſit aliquod novum ædificium*, ſane per hoc pactum negativum interdicta remanſerat hinc inde quælibet nova reædificatio, nulla penitus excepta, cum
6 talis ſit eiuſdem negationis efficacia, ut docet *Text. in leg. Iulianus in princip. ff. de legat.* 3., *leg. fin. ff. de pæn. legat.*, *Iacob. de Niger. in leg.* 1. *num.* 9. *ff. ſi cert. pet.*, *Bald. conſil.* 358. *nu.* 4. *libro primo*, *Saminiat. controv.* 133. *num.* 33. *tom.* 2. cum concordan. *per Rot. in deciſ.* 806. *nu.* 2. *cor. Seraphin.*

Et quidem optima ſuadente ratione; cum enim redditus Menſæ Epiſcopalis ad ſtatutam annualem ſummam ſcutorum 1400., ideo aſcenderent, quia major Molendinorum numerus de eo tempore non adeſſet, & tranſigentes in mente indubitate habuerint eorumdem redditunm conſervationem, ac omni etiam futuro tempore ſubſiſtentiam, idcirco ſubtilitates Juris, quibus diminutio contingere valeret de medio tollere volentes, quodcumque penitus novum ædificium prohibuere voluerunt, ex quo redditunm hinc inde conſtitutorum diminutio ſequi poſſet, adeoque cum Monachi non doceant, quod de anno 1514. tale Molendinum ſuperextaret, quinimmo totalis ejuſdem deſtructio de eo tempore ſit in confeſſis, manifeſte ſubſequi videbatur, quod eiuſdem reædificatio, tam verbis tranſactionis, quam tranſigentium voluntati omnino adverſaretur, ideoque tamquam Epiſcopo
7 contra litterale pactum prejuditialis foret omnino de medio tollenda, ut monet *Panimoll. in dec.* 26. *annot.* 2. *nu.* 10., *& ſeqq. & melius Rot. in dec.* 61. *nu.* 3. *par.* 4. *tom.* 2., *& dec.* 683. *nu.* 4. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.*

Quæ omnia evidentiora efficiebat longæva duorum fere ſæculorum obſervantia, qua Monachi in memoratis Aquis nihil innovare auſi fuerant, tale enim ædificium, tamquam non levem pariens utilitatem, ſagaces ſane Monaſterii Superiores prius extollere non omiſiſſent, niſi ſibi litteralia obſtare pacta ſciviſ-
8 ſent, ut in propoſito ratiocinatur, *Card. de Luca in conflict. obſerv.* 249. §. *Adhuc*, *& de Regal. diſc.* 167. *ſub nu.* 7. §. *Omnemque*, *Maſcard. concl.* 1093. *nu.* 1., *Rot. dec.* 543. *nu.* 43. *coram Dunozett. Iun.*

Nullam merente conſiderationem acquieſcentia Epiſcoporum Anteceſſorum per annos 15. a die innovationis; quoniam, ut ſupra fuit animadverſum, gravis Epiſcopi de Afflictis, decrepitæ ætati conjuncta ægritudo, & neceſſaria Epiſcopi Giberti abſentia, nedum eorum acquieſcentia ab obiecto vindicare valebant, ſed inſuper magis, magiſque patefaciebant malum Jus Monacorum, qui tales morbi, & reſpective abſentiæ circumſtantias pro extruendo controverſo ædificio non expectaſſent, ſi illud Jure permittente elevare ſe poſſe exiſtimaſſent; quod autem ſtante infir-
9 mitate, acquieſcentia non præjudicet, eſt *Text. in leg. quæſitum ff. de re Iudic.*, *& cap. cum in tua* 6. *verſ. Ut puta ſi nimiæ Infirmitatis, qui matr. accuſ. poſſ.*, *poſt Bartol. in leg. Is qui poteſt num.* 17. *verſ. Niſi ipſe ff. de acquir. hæred.*, *Odd. de reſtitut. in integr. quæſt.* 11. *art.* 6. *nu.* 12., *&* 28., & de abſentia docet *Text. in l. ſi is* 31. *ff. ex quibus cauſ. major*, *eodem cap. Cum in tua*, *ubi gloſ. verſ. non potuit lit. I.*, *& Bartol. in d. leg. is qui poteſt n.* 17. *ff. de acquir. vel dimitten. hæreditat.*

Indubitabilius autem, quia data enim ſcientia, & patientia eorumdem Epiſcoporum, liberum adhuc erat Epiſcopo Pignatello Jura ſuæ Eccleſiæ ab iniuſta Monaſterii occupatione
10 vindicare ex permiſſione, *Text. in cap.* 2. *de precariis*, *cap. Quod quis* 35. *quæſt.* 9., & ut tradunt *Hoſtienſ. in cap. Cum contingat num.* 1., *Abb. nu.* 18. *de for. compet.* *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 28. *nu.* 156., *Rot. coram Emerix Iun. dec.* 529. *num.* 7., præſertim quia 40. anni ad
11 præſcribenda Cathedralium Jura requiſiti effluxi adhuc non fuerant, *ex Auth. quas actiones Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Canon. placuit* §. *Quas actiones* 16. *qu.* 3. *cum adduct. per Sard. dec.* 1. *nu.* 4., *& per tot.*, *Rot. dec.* 12. *n.* 5. *coram cl. me. Card. Carre*, *& in dec.* 754. *nu.* 16. *par.* 18. *recent.*

Quo vero ad Valeheriam, in quam converſum fuerat Molendinum frumentarium eorumdem Monacorum, eius pariter demolitio, & in priſtinum ſtatum reductio omni Jure præcipienda *Dominis* viſa erat, negari enim ullatenus non valebat, quod hoc eſſet novum omnino ædificium, cum ſublata antiqua forma Molendini, nova alterius ædificii omnino diverſi forma ad diverſum etiam uſum deſerviens elevata fuerit, ideoque cum priſtina operis facies fuerit omnino immutata, nulli dubium eſſe poterat, quod ea ſub pacto prohibitivo cadere debuerit ex *Text. in l.* 1. §. *Opus novum ff. de nov. oper. nunciat.*, *l.* 1. §. *Sed ſi*
12 *quis ff. de rivis*, mutata enim forma, penitus, & ſubſtantia interempta dicitur *per Text. in leg. Iulianus* 9. §. *Sed ſi quis rem ff. ad exhiben.*, quem ſequitur *Gloſſ. in cap. Cum. ex injuncto, verb. opus autem*, ubi *Soccin. num.* 34. *de nov. oper. nunciat.*, *& in leg. qui uſumfructum verb. facta ſit ff. de uſufr.*, *Iaſon. in d. l.* 1. §. *Et poſt operis n.* 2. *ff. de nov. oper. nunciat.*, ibi — *Nota in verbo opus, quod dicitur novum opus, quando alteratur priſtina facies rei*, *Caſtrenſ. conſ.* 247. *nu.* 1. *verſ. Pactum lib.* 2., *Beroas in conſ.* 144. *nu.* 15. *verſ. Alioquin*, *& verſ. Sed Lactantius*, *Gratian. cap.* 84. *num.* 19., *Capon. diſcept.* 167. *n.* 8. 13. 23., *& ſeqq.*, *Cyriac. controv.* 462. *n.* 37. §. *Tertio.*

Præ-

Præcipue, quod ex hac immutatione maximum Menſæ Epiſcopali præjudicium inferebatur, cum redditus ejus Valcheriæ in tranſactione aſſignatæ per ſuperadditionem alterius conſimilis ædificii longe diminuantur, vel ſuaderi facillime poteſt, & docuit hæc brevis intermedia obſervantia, adeoque eam eſſe in priſtinum redigendam clamat lex ipſa tranſactionis, ſuadet mens tranſigentium, præcipit omnis æquitas, & docet *Padill. in l. altius num. 22. verſ. Sed difficilis Cod. de ſervit., & aqu., Ruin. conſ.* 80. *nu.* 1. *&* 2. *lib.* 1., *& Sard. dec.* 131. *num.* 4.

Agnoverunt equidem in præſenti propoſitione eorum malum Jus Abbas, & Monachi, ideoque ad præces converſi exorabant hodie, ut noſtrum *Tribunal* eiſdem ſaltem permitteret retentionem novi Molendini, ſe offerentes Valcheriam penitus deſtruere, ſub ea ratione, quod cum unum Molendinum frumentarium ſemper habuerint, & habere debeant, idem ſit quoad intereſſe Epiſcopi, quod ipſi habeant Molendinum illud, quod noviter conſtruxerunt loco alterius in Valcheriam converſi, alias duplici impenſa nihil Epiſcopo proficiente gravarentur, ſi cogerentur, tam Molendinum frumentarium, quam eamdem Valcheriam deſtruere, & priſtinum Molendinum ſuper ejuſdem Valcheriæ ruinis iterum elevare.

Nec ab hac indulgentia aliena erat primo obtutu conſueta *Dominorum* pietas; ſed cum Epiſcopus in ejus reſponſione oſtendere ſatageret longe majus præjudicium inferri Menſæ Epiſcopali ex hoc novo Molendino frumentario, quam ex veteri in Valcheriam converſo, tam ratione ſitus, & majoris molitionis, quam ratione aquarum, quæ in majori quantitate in hoc novo Molendino collectæ, majori etiam impetu defluentes ſaxis, & arenis officinas Molendinorum Epiſcopi implent, ideo *Domini* ſolita maturitate procedentes, ſententiam pro nunc Rotalem confirmare ſimpliciter cenſuerunt, mihi injungentes, ut interim deputarem Peritum, qui referre debeat, an, & quale præjudicium Epiſcopo inferatur, ſi novum Molendinum loco alterius diruti, & in Valcheriam immutati ſubſiſtere permittetur, hicque eſt modus *a Dominis* eorum reſcripto adiectus.

Et ita &c. Utraque &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lunæ 12. *Martii* 1714.

ARGUMENTUM.

Monialis profeſſa cum uſquequo vivit retinet jura ſanguinis, & agnationis, ideoque ſi a Teſtatore poſt obitum omnium maſculorum fuerint vocatæ fæminæ, tunc Monialis ſuccedere poteſt, nec ſit locus ſubſtitutioni aliorum; Quod procedit etiamſi ratio excluſiva Profeſſorum fuerit illa propagationis, & conſervationis bonorum in Familia, ſtirpe, vel progenie. Nomine -- *deſcendentium in infinitum* -- continentur tam maſculi deſcendentes poſtea profeſſi, quam fœminæ deſcendentes poſtea profeſſæ.

SUMMARIUM.

1 *Mens Hominis eſt ambulatoria uſque ad mortem.*
2 *Non implicat ceſſionem realem, & abdicativam, contemplatione tamen ejus in quem dirigitur effici tranſlativam.*
3 *Subſtitutioni alterius lineæ nunquam ſit locus niſi penitus extincta prima linea.*
4 *Moniales uſquequo vivunt retinent jura ſanguinis, & purificata fæminarum conditione ad ſucceſſionem concurrunt.*
5 *Conditionem conceptam* -- ſe non ci foſſero più di linea maſculina. -- *ſi Religioſus de medio exiſtens evaneſcere facit.*
Et de ratione ibid. n. 6.
7 *Ad excludendas a ſucceſſione Moniales quæ verba in Teſtamento debeant concurrere.*
8 *Verba maſculos comprahendentia trahi nequeunt ad fæminas.*
9 *Dictio* -- itaut -- *ſtat ſemper declarative, expoſitive, vel limitative. Declara* num. 18.
10 *Maſculinum trahi nequit ad fæmininum.*
11 *Fæminæ quando per poſterius vocatæ a Teſtatore ſint.*
12 *Perſonæ de medio extantes ſi ſunt incapaces ſuccedendi ex voto Teſtatoris impedire nunquam valent immiſſionem ſubſtituto.*
Quod procedit etiam reſpectu temporalis admiſſionis durante vita ibid. n. 13.
14 *Ratio excluſiva Profeſſorum ſi eſt propagatio, & bonorum conſervatio in Familia, nec minus ad vitam capaces dicuntur eæ perſonæ, quæ non ſunt aptæ propagare, & conſervare familiam in poſterum*, & num. ſeq. *Limita* n. 17. & ſeqq.
16 *Ratio eadem non debet in uno admitti, & in altero reſpui.*
17 *Sub nomine* -- deſcendentium in infinitum -- *continentur tam maſculi deſcendentes poſtea profeſſi, quam fæminæ deſcendentes poſtea profeſſæ.*
18 *Ratio ubi eſt contraria, ſeu difformis dicto, prævalet ſemper ipſi dicto.*
19 *Fæminæ præferri nunquam debent maſculis*, & num. ſeq.
21 *Renunciatio adeo extinguit jura renunciantium, ut prorſus habeantur pro vita functis.*

DECISIO DCLVI.

Flaminius ordinando perpetuum graduale, & agnatitium fideicommiſſum, initium ſumere præcipiens in perſonis quatuor ejus filiorum, Mutii videlicet, Felicis, Patritii, atque Vincentii, fœminas intermedie deſcendentes per viam regulæ excluſerat, illaſque dumtaxat reintegraverat in caſu, quo tota linea maſculina defeciſſet, finaliter ſubſtituendo poſt utram-

que lineam, maſculinam ſcilicet, & fœmininam extinctam, proximiores ex Domo, & Familia ſua de Donatis, donec Codicillando in locum eorumdem proximiorum ſuffecit Monaſterium, & Fratres Beatæ Mariæ ſupra Minervam, juxta illam variabilem, & ut dicunt, ambulatoriam voluntatem, quam ad ſolatium vitafungentium *Jura* largiuntur, quemadmo-
1 dum ad Populum loquendo dicebat *Conſtantinus Imperator in leg. prima Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.*, & reaſſumpſit *Juſtinianus in §. Diſponat itaque, Auth. de nupt.* cum concordan. apud *Trentler. conſil.* 23. *num.* 48., *Thoming. deciſ.* 13. *num.* 41. *claræ memoriæ Cardin. de Luca de fideicom. diſc.* 141. *nu.* 28., & dictum fuit in *dec.* 33., *& dec.* 44., utrobique *n.* 1. *cor. Me.*

Ad normam itaque hujuſce diſpoſitionis, explicatæ tamen cum aliquibus verbis ſuo loco recenſendis, quæve in progreſſu tribuerunt cauſam præſenti diſſidio, finaliter obeunte de Anno 1712. inter eoſdem Deſcendentes maſculos abſque ulla ſobole poſtremo loco Felice, idcirco nuncupato Juniore, ſcriptis hæredibus ejus proximioribus ex latere materno cognatis, nempe Franciſco Abbate, & Didaco de Paiva, repertæ ſunt remanſiſſe ſuperſtites de recta deſcendentia Teſtatoris duæ tantum fœminæ, ſæculo cæteroquin demortuæ, utpote vitam profeſſæ Monaſticam, quamobrem exorta fuit dubitatio, ad quem pertineret prædicta ſucceſſio adaperta jam per mortem prænominati Felicis Junioris, prætendentibus iiſdem Fratribus detentoribus ejuſdem fideicommiſſariæ hæreditatis ſaltem hic. & nunc obiicere præfato Monaſterio ſupra Minervam noviſſimo loco vocato dictum evulgatum. & reſpective adſcriptum *Joannis Andreæ — Subſtitutio de te non loquitur*, de quo *Socein. Iun. conſil.* 185. *num.* 3. *lib.* 2., *Rodulphin. allegat. Iur.* 113. *num.* 26., *Rota deciſ.* 149. *num.* 3., *&* 4. *part.* 16., *& in Perus. ſinu fideicommiſſi* 21. *Martii* 1710. *§. Toto ſiquidem, cor. R. P. D. meo Criſpo.*

Ratio ita dicendi penes eos illa erat, quod nequaquam uſque dum purificata conditione extinctionis totius deſcendentiæ per ſuperexiſtentiam præfatarum Monialium Hieronymæ, & Erminiæ, ſuſpenſa, & pro nunc inefficax procul dubio fuerat ultima ſubſtitutio facta de Monaſterio, eoque caſu duplici titulo intermedia fruitio ejuſdem Hæreditatis erat permittenda ipſis de Paiva, tum ſcilicet, ex quo ipſi ſoli erant hæredes memorati Felicis Junioris ultimi poſſeſſoris, tum, & fortius, quia idem Felix Junior eorum Auctor Jura conquiſiverat prædictarum Monialium mediante ſolemni renunciatione, & ceſſione per eaſdem Moniales, ſignanter Erminiam facta occaſione præfati ingreſſus, & Profeſſionis in ipſum Felicem Juniorem per ea verba — *Et ne Iura, & Bona prædicta &c. renunciata remaneant vacantia, ſubſtituit, & ſubrogavit in ſui locum Dominum Felicem acceptantem pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque* — unde controverti nequaquam poterat, quod ſi aliqua ſucceſſio, ſaltem vita durante, ſpectabat ad ipſas Moniales, illa transfuſa erat litteraliter, & expreſſe in Felicem, ejuſque hæredes, quales erant Fratres de Paiva, cum non implicet, ceſſionem, etiam de cætero realem, & abdicativam,
2 contemplatione tamen ejus, in quem effective dirigitur, effici tranſlativam, teſte *Baldo in conſil.* 437. *libr. primo*, *Montan. contr.* 10. *num.* 5. *verſic. Quo ſit*, *Donad. de renunciat. tom. primo cap. final. num.* 28., *& ſequent.*, *Torr. variar. Iur. quæſt. titul.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 33., *&* 36. *verſic. Nec eſt curandum Tomo primo*, *claræ memoriæ Cardinal. de Luca de renunciation. diſcurſ.* 6. *num.* 13.

Quod autem præcitatæ Moniales adhuc viventes ad omne pejus efficerent, conditionem non fuiſſe purificatam favore Monaſterii, palam eſſe, ut præmiſſimus, videbatur, quoniam nec proximiores de Domo, & familia de Donatis in Teſtamento ultimo loco vocati, nec Monaſterium in eorumdem proximiorum vicem ſubrogatum, apparebant ullo modo ſubſtituti, niſi in caſu, quo utraque, ut diximus, linea tam maſculina, quam fœminina penitus defeciſſet, ut clare ſonabant illa ſperiora verba — *Ita, ut nemo, nec maſculus, nec femina ex deſcendentibus, & ex progenie ipſius Domini Teſtatoris ſupereſſet, tunc ad ſucceſſionem ſupradictorum Bonorum vocavit, & admitti voluit proximiores &c.* prindeque uſque dum ſuperexiſtentibus nedum una, ſed duabus feminis, innegabiliter promanantibus a recta deſcendentia, & progenie Teſtatoris, cenſeri nequaquam poterat ullo modo purificata tam explicita conditio, ut
3 uno ore affirmarunt *Peregrin. de fideicom. art.* 4. *num.* 10., *Manſ. conſult.* 278. *numero primo*, *& ſeqq. tom.* 3., *Rot. deciſ.* 631. pariter *nu.* 1. *part.* 19. *rec.*, *& in Romana, ſeu Reatina Prælegati* 9. *Decembris* 1709. *§. Sed poſthabitis in fine, cor. R. P. D. meo Falconerio*,

Abſque eo, quod ullatenus, perſpecta qualibet Juris cenſura, poſſet hæſitari, quod eædem Moniales tamquam Moniales non eſſent capaces ſuccedendi, cum illæ proculdubio ſemper vita durante retineant Jura ſanguinis, & ceſſante maſculorum concurſu, vel aliarum fœminarum, quæ poſſent Familiam protrahere, in qualibet diſpoſitione etiam ordinata, ſive reſpiciente agnationem, in ſubſidium ſaltem veniant etiam Moniales, ex plene coacervatis
4 ex *Text. in leg. Deo nobis* 44. *§. Hoc etiam, Cod. de Epiſcop., & Cleric.* per *Ang. Rodulphin. alleg.* 132. *num.* 11. *claræ memoriæ Cardinal. de Luc. de fideic. diſc.* 63. *num.* 3., *Scopp. ad Cod. Fabrian. explanat.* 44. *numero primo*, *Rot. poſt Conſil. ad Peregrin. de fideic. deciſ.* 40. *§. Objecta vero Profeſſio, & deciſ.* 433. *n.* 3., *& ſeqq. part.* 12. *rec.*, & latius in *Bononien. fideicommiſſi* 28. *Ian.* 1707. *§. Accedendo ergo, cor. R̃mo Kaunitz.*

Qui-

Quinimo, etiamſi in nihilo, per ali ... hy-
potheſim in concreto, forent eædem Moniales
ſucceſſibiles, adhuc tamen pura exiſtentia in
humanis illarum, quæ certo certius, compre-
henſæ erant in deſcendentia Teſtatoris, idem
Monaſterium ſubſtitutum, ſeu, quod idem eſt,
proximiores excluſiſſet, quemadmodum in ca-
5 ſu conſimilium verborum -- *Non ci foſſero più
di linea maſcolina*, in propoſitu Religioſorum de
medio exiſtentium late per *Text. in leg. filius
familias* §. *Cum quis rogatus ff. de legat. primo*,
Surd. conſil. 557. *num.* 15. *verſic. Intantam autem*,
cum reliquis copioſa manu allegatis habetur in
celebri *Romana fideicommiſſi de Sericiis*, alias
deciſ. 266. *coram Caroll.*, cum non ſolum in
conditionibus nudum factum inſpiciatur, ſed
nec ſit inconveniens, ut quis faciat deficere
6 conditionem, & tamen non poſſit ſuccedere,
ad *Rot. in deciſ.* 151. *numero primo*, & 2., & *per
tot. part.* 3. *recent. deciſ.* 265. *num.* 12. *cum duob.
ſequent.*, & *deciſ.* 370. *num.* 12. *part.* 13., &
in Æſina, ſeu Maceraten. *Dotis* 26. *Jun.* 1709.
§. *Siquidem ante med. cor. R.mo D. Molines De-
cano*.

Oſtenſo itaque, quod fœminæ, etiam Monia-
les, in qualibet diſpoſitione rigoroſe quoque
agnatitia, vel ſint in ſe capaces ſuccedendi,
durante earum vitæ naturalis decurſu, vel
etiam ex abundanti, quatenus mediante abdi-
cativa renunciatione, aut alias quomodolibet
extitiſſent ejuſdem ſucceſſionis incapaces, fa-
ciebant obſtaculum venienti ſubſtituto ſub præ-
dicta conditione, nullatenus amplius poterant
ad earum excluſionem etiam temporalem ex-
torqueri illa verba, quæ intra viſcera progreſ-
ſivæ ſubſtitutionis Teſtator adjecerat, nempe --
*Declarando etiam Dominus Teſtator, & ita man-
dans, quod id, quod diſpoſuit de morte naturali,
intelligatur de morte civili, ita ut ſi quis maſculus
tam natus, quam naſciturus, & ex deſcendenti-
bus in infinitum, aliquam Religionem intraret, &
profiteretur &c. ipſo jure, ipſoque facto abſque aliqua
declaratione pro mortuo, ut ſi naturaliter mortuus
eſſet, habeatur, quia intentio ipſius Domini Teſta-
toris eſt, ut bona perpetuo conſerventur in familia,
ſtirpe, & progenie ſua maſculina, & ea deficiente,
in fœminina, ut ſupra dictum eſt &c.*: Quoniam
in primis ſtatuendam eſſe, dicebant ſcribentes
pro iiſdem Fratribus de Paiva, regulam incon-
cuſſam, quod ad effectum arcendi a ſucceſſione
fideicommiſſaria Moniales, ſeu illarum Jura
veſtientes, requirantur verba tam certa, &
irrefragabilia, ut quatenus ea poſſint aliud im-
portare, quam excluſionem præcipue tempo-
ralem Monialium, vel Monaſterii, nuſquam
trahenda ſint ad hunc abſurdum intellectum,
itaut contraria in hoc requiſita voluntas Teſta-
7 toris palpari debeat undequaque evidens, &
clara, ſicut in punctualibus terminis poſt *San-
chez. in ſumm. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 25., *Roderic.
quæſt.* Canonic. *tom.* 2. *quæſt.* 78. *art.* 13., *Ca-
ball. conſ. civil.* 147. *n.* 9. *verſ. Nam quando, Rot.
dec.* 434. *n.* 2. *verſ. Verum non viſum part.* 12.
recen.

Applicando ad rem, tantum aberat, quod
voluntas dici mereretur in noſtra hypotheſi
clara, & indubitata, quin potius littera præci-
ſa ſonaret in oppoſitum, dum præmiſſa verba
loquebantur ſolummodo de maſculis, & proin-
de citra violationem ejuſdem litteræ nequibant
8 extorqueri ad comprehendendas fœminas, ex
connotatis in ſpecie per *Rot. in Romana fidei-
commiſſi Nicolai de Maffiolis* 20. *Januarii* 1701.
§. *Et quod, cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Ur-
bis Gubernatore*.

Facilius reflectendo ad plura, eademque
ſolidiſſima argumenta, quæ qualitatem, & im-
portantiam litteræ ex ſe ſufficientis robuſtius
communibant: Primo nempe, quia poſtquam
dixerat Teſtator -- *Id, quod diſpoſuit de morte
naturali, intelligatur de morte Civili*, -- imme-
diate ſubiunxit -- *Itaut ſi quis maſculus &c.*:
Ideoque cum de fœminis per antea non memi-
nerit, & deinceps ageretur de progreſſu, in eo
loco, ſubſtitutionum injunctarum dumtaxat fa-
vore maſculorum, quodque plus eſt, fœminæ
jam reperirentur excluſæ per viam regulæ, nul-
la ſuppetebat ratio, quare inopportune, &
inordinate ſub prædicta declaratione contra
ipſam litteram includerentur fœminæ, præſer-
9 tim cum dictio illa immediate ſuperadjecta --
Itaut -- ſtet ſemper declarative, expoſitive, vel
limitative, ut docuerunt *Alciat. conſil.* 44. *nu.*
30. *libr.* 9., *Surd. conſil.* 315. *num.* 28., *Alte-
grad. conſil.* 91. *num.* 8. *libr.* 2., *Bellon. Iun.
conſil.* 34. *num.* 24., *Urceol. conſult.* 57. *num.* 37.
Rot. Lucen. poſt Torr. de Primogenitur. deciſ. 15.
num. 35., & *Sacra Rota deciſ.* 16. *num.* 10., &
ſequent. part. 17. *recent.*, & *deciſ.* 618. *num.* 12.
coram Emerix Iunior.

Vehementius, quia retento hujuſmodi in-
tellectu, ſeu conſideratione ad locum, in quo
fuerant appoſita prædicta verba, illa nec erant
congrua fœminas amplecti; Teſtator quippe
poſtea non uſurpavit terminos indifferentes, &
complexivos utriuſque ſexus (ex: gratia) -- *Si
quis, vel ſi aliquis ex deſcendentibus in infinitum
aliquam Religionem ingrederetur* ! ! unde ſal-
tem tale vocabulum indifferens ! ! *Si quis ex
deſcendentibus* ! ! valeret trahi ad continen-
das etiam fœminas, ſed, ut animadvertimus,
ſe poſitive reſtrinxit ad maſculos, ut ibi ! ! *Si
quis maſculus tam natus, quam naſciturus, & ex
deſcendentibus in infinitum*: Et per conſequens
nimia violentia fieret iiſdem verbis, loco etiam,
rationi, & ſenſui repugnans, trahendo quomo-
10 dolibet maſculinum ad fœmininum, ut fert
etiam ſine tot rationibus regula, de qua *Alto-
gr. conſil.* 92. *num.* 54. *libr. primo*, & *conſil.* 80.
num. 21. *libr.* 2., *Molin. de Primogen. Hiſpan.
libr.* 3. *cap.* 5. *num.* 69., *Torr. de Majorat.*, &
Primogenit. Ital. part. 2. *quæſt.* 2. *num.* 6., *Rota
poſt eandem deciſ.* 56. *num.* 9. *Tom.* 3.

Peraugebatur mirabiliter diſcurſus obſervan-

do

do ulterius, quod adeo verum exhibebat, per prædicta verba -- *Id quod diſpoſuit de morte naturali &c.* non potuiſſe cadere in mente Teſtatoris fœminarum comprehenſionem, dum ſi uſque tunc fœminas etiam Sæculares deſcendentes, & capaces indiſtincte excluſerat ad incluſionem maſculorum, cur neceſſe habebat comprehendere fœminas Moniales, & Profeſſas? Ideoque totum hoc ad oculum ſemper magis, magiſque demonſtrabat, quod prædictam legem æquiparativam mortuorum civiliter, & naturaliter appoſuit ſolummodo favore maſculorum deſcendentium ſuæ propriæ Lineæ effectivæ, non autem in genere, & in ſempiternum, dum potius e converſo etiam proximioribus de Domo fœminas, quas a principio ex-
11 cluſerat, antepoſuit per illa verba adjecta ante vocationem eorumdem proximiorum de Domo -- *Quia intentio Domini Teſtatoris eſt, ut bona perpetuo conſerventur in Familia, Stirpe, & progenie ſua maſculina, & ea deficiente, in fœminina*, ex traditis per *Torr. de Primogen. part. prima cap. 38. num. 244., Ang. Rodulphin. alleg. 132. num. 9., Palm. Nep. alleg. 101. num. 4. cum duobus ſequen.*, & magis punctualiter per *Rot. dec. 151. n. 4. par. 3. rec.*

Adverſus omnia hæc inſurgentes Defenſores Monaſterii ſupra Minervam demonſtrare contendebant, quod ſuperexiſtentia prædictarum Monialium, & ſignanter Erminiæ renunciantis ad favorem fratrum de Paiva, nullo modo poterat eſſe impedimento Immiſſioni expetitæ per idem Monaſterium, quia quoties perſonæ, quæ ſunt de medio, penitus exiſtunt incapaces ſuccedendi ex voluntate Teſtatoris, nuſquam præ-
12 pedire valent Immiſſionem ulteriori ſubſtituto, ut præter generalia, de quibus apud *Rede. naſcum conſil. 85. num. 11., Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap. 7. gloſſ. 5. num. 11., Mantic. de Conjectur. ult. voluntat. libr. 8. titul. 2. num. 35., Torr. de Primog., & Majorat. Ital. part. 2. quæſt. 18. num. 58. claræ memoriæ Cardinal. de Luca de fideicommiſſ. diſcur. 225. num. 8., Rota coram Danoz. Iunior. deciſ. 996. num. 14., & ſequent., & in recent. deciſ. 544. num. 2. part. 2. deciſ. 346.*
13 *num. 12. part. 12.*, etiam reſpectu temporalis admiſſionis durante vita animadverterunt *Caſtill. quotid. controver. libr. 6. cap. 162. num. 10., & ſequent., Caren. reſolut. 153. num. 5., & 6., Rodulphin. allegat. 120. num. primo, & ſeqq., Maſtrill. deciſ. 65. num. 2., & 3., Rot. in recent. deciſ. 434. ante nu. 1. par. 12. deciſ. 207. num. 2. par. 16., & inter impreſſ. ad ornatum Card. de Luc. dec. 48. n. 2. tom. 2. lib. 10.*

Hujuſmodi incapacitatem, ſi non de Jure in abſtracto, ex manifeſta tamen in caſu noſtro Teſtatoris voluntate, quæ prævalet ipſi Juri, palam egregere dicebant, dum in concreto caſus, de quo agebatur, excluſio Profeſſorum in aliqua Religione, ſeu Monaſterio reſultabat non jam ex quo relictum eſſet aliquod fideicommiſſum ſimpliciter Conſanguineis, Agnatis, vel illis de certa Familia, in quibus terminis utique ſaltem vita durante Profeſſi, vel Profeſſę in aliqua Religione gaudere poſſent tamquam de agnatione vera, & effectiva exiſtentes temporali fruitione hujuſmodi ſucceſſionis, & fideicommiſſi, ſed ex quo Teſtator explicite bis rationem hujus excluſionis explicavit, dicendo, ut præmiſimus -- *Quia intentio ipſius Domini Teſtatoris eſt, ut bona perpetuo conſerventur in familia, ſtirpe, & progenie ſua maſculina, & ea deficiente, in fœminina*, quod etiam repetiit occaſione prohibendæ alienationis, ibi -- *Et quia, ut præmiſſum eſt, ipſe Dominus Teſtator cupit Bona in Domo, & familia de Donatis modo, quo ſupra, conſerventur, ſive quibus ſæpe ſæpius Familię, etſi nobiliſſimæ, non ſine dedecore dilabuntur*; Quapropter, ubi ratio excluſiva Profeſſorum fuit illa propagationis, & reſpective conſervationis Bonorum in Familia, ſtirpe, vel
14 progenie, nullo modo etiam ad vitam dicuntur capaces ex perſonæ, quæ non ſunt aptę propagare, & conſervare familiam in poſterum, juxta communiorem ſententiam, de qua *Decian. conſil. 259. num. 12., Pariſ. conſil. 22. nu. 9., & 10. lib. 3., Menoch. conſil. 722. num. 32., & 33, & 41., Altograd. Senior conſil. 96. nu. 16. 18. 20. cum pluribus ſequen., & fere per tot. lib. 1. Covarruv. variar. reſolut. libr. primo cap. 19. num. 11., Faber. in Cod. lib. 6. titul. 22. deſinit. 25., Peregrin. de fideicom. artic. 28. num. 81., & 82., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 430. nu. 2., R. P. D. Fatinell. reſponſ. 48. num. 17., & reſponſ. 49. num. 6., & ſequent., & num. 12. tom. 1., Franc. deciſ. 29. num. 3., & ſeqq., Rot. coram Celſo deciſ. 339. n. 3., & 4., & in rec. deciſ. 135. n. 17., & 19. par. 7., & deciſ. 207. n. 8. part. 16.*

Militante igitur, & urgente præmiſſa concluſione, ſeu limitatione adverſus regulas ab initio deductas ab in contrarium ſcribentibus, in nihilo amplius merebatur introſpici, quod per exiſtentiam prædictarum Monialium deficeret conditio, ſub qua factæ legebantur alię vocationes proximiorum, ſive Monaſterii ſupra Minervam illorum loco ſubrogati, etiam (ut dicebatur) quando per diſcurſum extitiſſent incapaces: Siquidem, ut ipſi ſcribentes ſubnectebant, non poterant dici amplius exiſtere ad effectum, de quo agebatur, in rerum natura illæ perſonæ, quæ per voluntatem Teſtatoris effectæ reperiebantur demortuæ, uti diſtinguendo plures caſus, ſignanter quando excluſio Profeſſorum eſt adeo effrenata, ut
15 importet omnimodam annihilationem, pleniſſime habetur apud *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 64. per tot.*, & ſignanter *ſub nu. 10.* ubi quod cum hac diſtinctione in *Rota*, & Curia, & hoc Jure paſſim vivitur, *Saminiat. controv. 143. nu. 13., Manſ. conſultat. 18. n. 57. & 58., Rota in Imolen. Adminiſtrationis 11. Ianuarii 1704. §. Hoc autem, coram bon. memor. Omana, & in Romana, ſeu Ariminien. Fideicom-*

Digitized by Google

commiſſi 14. *Martii* 1710. §. *Quæ intelligentia*, *coram Reverendiſſimo Kaunitz*, *& in Romana Cambii*, *ſeu Relevationis a Moleſtiis* 27. *Junii ejuſdem anni* §. *fin. cor. Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano*.

Quin ad obfuſcandam aliquo modo hanc claritatem juvaret præfata littera, quæ videbatur eſſe reſtricta ſolum ad maſculos; Præterquam enim poſita prædicta intentione excludendi ipſos maſculos Profeſſos ex voto propagationis Familiæ, & conſervationis perpetuæ Bonorum in illa, ſive in deſcendentia, ſtirpe, & progenie tam maſculina, quam fœminina, æque conveniebat, quod tam maſculi, quam fœmininæ incapaces hujus propagationis, & perpetuæ conſervationis eſſent comprehenſæ,
16 ne eadem ratio in uno admitteretur, & in altero excluderetur, contra monitum *Juris conſulti in leg.* 1. *de legat.* 1.

Nihilominus objectum forte in ſui littera ſubſtitiſſent, quotieſcumque Teſtator dixiſſet ſimpliciter -- *Ita ut ſi quis maſculus*, *tam natus*, *quam naſciturus*, *&c.* -- aſt cum ſubjunxerit, -- *& ex deſcendentibus infinitum aliquam Religionem intraret*, *& profiteretur*, *ipſo Jure pro mortuo*, *ut ſi naturaliter mortuus eſſet*, *habeatur*: & quis non videt, quod in illis communibus, & indifferentibus verbis, -- *Et ex deſcendentibus in infinitum* -- recte continentur tam maſculi deſcendentes poſtea Profeſſi, quam fœminæ deſcendentes poſtea Profeſſæ, & hoc perſpecta ſolummodo, & abſque ullo labore, ipſa
17 naturali, & propria vocabuli ſignificatione -- *Deſcendentibus in infinitum* -- ex collect. apud *Redenaſc. conſ.* 10. *num.* 44., *&* 68., *Gabriel. de Verbor. ſignific. concl.* 6. *nu.* 106., *Fuſar. de Subſtitut. quæſt.* 323. *nu.* 1., *Moli. reſol.* 58. *nu.* 18., *& reſol.* 92. *nu.* 5., *Manſ. conſult.* 131. *nu.* 26., *&* 27. *Palm. Nep. allegat.* 163. *nu.* 13., *Rota in Recent. dec.* 620. *nu.* 3. *par.* 19. *tom.* 2., *& in Romana Fideicommiſſi* 10. *Decemb.* 1692. §. *Verbum autem*, *cor. Reverendiſſ. P. D. Molines Decano*, confirmata 22. *Iunii* 1693. §. *Tanto magis*, *cor. eodem*.

Et ob id nihil roboris adjungebat illa dictio -- *Ita ut*; -- quia ſive ſit declarativa, ſive exemplificativa, ſive alio quoquo modo intelligenda, non tamen delebat illa alia ſubſequentia ſub eadem dictione ſubincluſa, -- *Et ex Deſcendentibus* -- æque amplexiva tam Virorum, quam fœminarum; præcipuæ ſubingrediente ſtatim illa ratione talis incluſionis, & reſpective æquiparationis mortis civilis, & naturalis, -- *Quia intentio ipſius Domini Teſtatoris eſt*, *ut Bona perpetuo conſerventur in Familia*, *& progenie ſua maſculina*, *& ea deficiente*, *fœminina*, -- unde cum ultra vocabulum commune, & indifferens -- *Deſcendentibus* -- concurreret etiam immediata ratio conſervationis Bonorum in progenie fœminina protendens ad uberiorem capacitatem ejuſdem propagationis, & conſecrationis etiam in fœminis Sæcularibus, non eſt aſſignabilis diſparitas, quare eadem dictio -- *Ita ut* -- reſtringat magis diſpoſitionem ad maſculos, de quibus loquutus fuerat ſupra, quam ad fœminas poſt maſculos ſuccedere debentes, & de quibus infra immediate loqui intendebat, prout loquutus fuit ante ſubſtitutionem proximiorum: ubi enim ratio (quatenus opus) exiſteret contraria, ſeu difformis dicto, prævalet ſemper,
18 & ineluctabiliter ipſi dicto, ut inquit *Giovagnon. conſ.* 26. *num.* 8. *lib.* 1., *Radenaſch. conſ.* 29. *nu.* 49., & aliis adductis *Rot. poſt Torr. de Majorat.*, *& Primogenit. Ital. dec.* 32. *num.* 2.; *& inter impreſſ. ad ornatum Card. de Luc. tom.* 2. *lib.* 10. *dec.* 74. *nu.* 8.

Atque ex his parum refragari valebat, quod nedum Teſtator exprimendo prædicta verba -- *Declarando &c.* -- non meminerit de fœminis, imo eas indiſtincte etiam pro regula excluſiſſet: Quoniam ſi ſupra loquutus non fuerat, loquutus fuit, ut vidimus, immediate infra, & ſi fœminas excluſerat anterius, poſtea eas reintegravit in ſubalterno genere vocationis; dumque poſtremo, ne volitum finem propagationis præpediret, Viros Profeſſos nuſquam reintegravit, cur reintegraſſe, vel non excluſiſſe exiſtimandus eſt fœminas Profeſſas? Id enim ſomniando, foret anteferre fœminas ſupra maſculos, quod Jura noſtra nuſquam præ-
19 ſumunt, aut admittunt, ex iis, quæ ponderata noſcuntur penes *Mart. conſ.* 107. *n.* 41., *Ariver. Beniell. conſ.* 66. *num.* 68., *Mantic. de Conject. ult. voluntat. lib.* 8. *tit.* 18. *nu.* 3.

Eoque evidentius, quia quemadmodum non reintegravit maſculos Profeſſos, quando tranſitum fecit ad fœminas, & quo nam ſpiritu reintegrare voluiſſe, vel non excludere putandum eſt fœminas Profeſſas, quando per voluntatem expreſſam extincta linea fœminina ſecundo loco ſubſtituta vocavit proximiores de Domo? Duo enim contra omne rationis dictamen ſubſequerentur, alterum, quod fœminæ Profeſſæ jam excluſæ poſt defectas fœminas ſæculares ſi adfuiſſent, reintegrarentur ſine ullo indicio reintegrationis, & alterum, quod magis eſt, quod reintegrarentur in præjudicium ſubſtitutorum de ipſa Domo Teſtatoris, id enim ſicuti nimium repugnat, ſcilicet, quod proximiores de Domo ſubſtituti pro ulteriori propagatione, & conſervatione Bonorum in ſua deſcendentia excluderentur per Moniales incapaces ejuſdem propagationis, ita pariter repugnat in præjudicium Monaſterii, quod ratione Animæ propriæ plus diligendæ, quam cuncti proximiores, eorumdem proximiorum loco plenarie, & ad omnes effectus extitit ſubrogatum, ad regulam *Text. in leg. Qui in Ius ff. de Reg. Iuris*.

Quod ſi hujuſmodi ſuperallata contraria ratiocinia ita facile, & ſine ratione admitterentur, ſive quod fœmina Monialis, & Profeſſa non foret æque comprehenſa ſub vocabulo mor-

mortis Civilis, dari etiam practice potuiſſet caſus, & abſurdum ſupra tactum, quod fæminæ etiam ſingulariter fuiſſent antepoſitæ maſculis; ſuppoſito enim, quod hodie inſimul, & unice ſuperſtites reperirentur maſculos Profeſſus, & fæmina pariter Profeſſa, utique maſculus, tamquam habitus pro mortuo, cæteris defectis non poſſet ad ſucceſſionem aſpirare,
20 fæmina verò ſic, quo nihil irrationabilibus, adea, quæ in propoſito habeotur apud *Manſ. conſult.* 15. *nu.* 1., *Urceol. de Tranſact. quæſt.* 18. *nu.* 17., *Rot. cor. Emerix Jun. dec.* 1256. *n.*9., *&* 10., *& ſequent.*, *& in Romana Legitima* 15. *Maii* 1699. §. *In hac*, *verſic. ſtante*, confirmata 23. *Januarii* 1702. §. *Reſpectu itaque*, *coram Me*, quarum prima eſt *in ordine la* 90. *num.* 6. *inter meas deciſiones hactenus in Urbe impreſſas*, & nuperrime *in Foroſempronien. Legatorum ſuper Bonis Emphytheuticis* 19. *Januarii currentis anni* §. *Idipſum*, pariter *coram Me*.

Pro coronide Defenſores Monaſterii admodum pro omnimoda excluſione Monialium inſiſtebant ſuper eo, quod etiam præciſive a voluntate Teſtatoris, ex facto proprio ſe ſe mortuas effeciſſent, mediante ampliſſima, & abdicativa iſtarum renuociatione, quæ adeo Jura extinguit renunciantium, ut prorſus ha-
21 beantur pro vita functis, ex iis, quæ contra ea ab initio inſinuata affirmantur per *Caſareg. ad Statut. Iannen. de Succeſſ. ab inteſt.* §. 12. *nu.* 41. *&* 42., *Andreol. controv.* 310. *num.* 13., *Palma Nep. allegat.* 375. *num.* 36., 38., *&* 41. cum reliquis *in Annot. ad dec.* 48. *nu.* 23. *inter hactenus ut ſupra impreſſ. cor. Me*.

Verum *Domini* præciſe non immorando ſuper relevantia ejuſdem renunciationis, ſed ſerio advertentes, matureque librantes utrinque præmiſſa argumenta, non dubitarunt unanimi ſuffragio firmiora citra ſcrupulum reputare fundamenta ſecundæ partis militantia pro Monaſterio; ideoque dandam eſſe eidem immiſſionem cenſuerunt, ſicuti laudabiliter etiam cenſuerat in altera Inſtantia R. P. D. Cincius A. C. Locumtenens.

Utraque &c.

SALISBURGEN. PRIMOGENITURÆ.

Luna 12. *Martii* 1714.

ARGUMENTUM.

Ubi agitur de concurſu plurium contendentium, de anterioritate eorum crediti, ille præfertur, & reputatur anterior, qui habet pro ſe inſtrumentum publicum, vel chirographum ſui crediti trino teſte munitum juxta vulgatiſſimum *Text. in L. Scripturas Cod. qui potior. in pignor. habren.* etiamſi d. inſtrumentum, & chirographum appareat ratione datæ poſterius, quando ex altera parte deducitur creditum de ſuſpicione antidatæ valde ſuſpectum.

SUMMARIUM.

1 *Creditum anterius illud ſemper eſt quod conſtat ex publico inſtrumento.*

Limita ibid. n. 2.

3 *Teſtis non eſt attendendus ſi præciſe non deponat de anno.*

4 *Teſtis obſcure loquens attendi non meretur.*

5 *Melior probatio librorum Parochialium, ac Baptiſmalium haberi nequit quam ex inſpectione, ac recognitione proprii Ordinarii.*

6 *Teſtis aſſumens partes potius Iudicis, quam Teſtis non eſt attendendus.*

7 *Periti ſolum ſtatum, & factum enarrare debent.*

8 *Decreta, & reſolutiones Sacrarum Congregationum ab Eminentiſſimi Præfectis tantummodo ſubſcribuntur.*

9 *Ocularis inſpectio quemcumque probationis gradum tranſcendit.*

10 *Depoſitio alicujus in dignitate conſtituti, & aliunde etiam comprobati plene probat.*

11 *Procurator, vel Sollicitator integram non merentur fidem ſi deponant favore eorum Clientis.*

12 *Exceptio ſerotine objecta non attenditur.*

13 *Teſtis Sacerdos Religioſus, ac nullum intereſſe habens plene probat.*

14 *Teſtis de auditu deponens etiamſi ſit Sacerdos non attenditur.*

Idemque dicendum eſt ſi deponat ad perpetuam nu. 15.

16 *Uti quis poteſt illi probationibus quibus uſa fuit illius Pars adverſa.*

17 *Teſtes etſi informes, & inſufficientes aliquod tamen adminiculum faciunt.*

18 *Baptiſmum quando agitur de Perſonis prænobilibus fit quandoque in ipſis Palatiis.*

19 *Subſcriptio alicujus neceſſaria non eſt ſi ſcripturæ corpus integre ab eo ſcriptum fuerit.*

20 *Scriptura tempore non ſuſpecto confecta plene probat.*

DECISIO DCLVII.

REpropoſita per Me præſenti Cauſa *ſub die* 3. *Iulii Anni delapſi*, dubia ſtetit inter Collitigantes victoria, promanavitque idcirco reſcriptum -- *Dilata, & coadiuventur probationes pro Comitem Carolum VVinceslaum, & ſcribatur ſtricte ſuper tranſactione*; Verum ſupervento ad Urbem exoptato præſidio, & fulcimento probationum ex parte prædicti Comitis Caroli winceslai, *& de theſauris* Iuriſprudentiæ, & ingenii *proferentibus* propterea *nova*, *& vetera* Defenſoribus prænominati Comitis, perſtitum conſequutive fuit *in deciſis*.

Et quidem ſuper allatæ probationes, & documenta effecerunt, quod ubi Judicis ſtatera manebat, ut diximus, in ambiguo, ſive quodam æquilibrio, pernecesse cæpit inclinare, adimen-

adimendo ex una lance pondera præcipuæ rationis, quæ videbatur prius militare pro altero Comite Carolo Ferdinando oppoſitore, & adiiciendo nova grana in altera ſuapte natura gravitante pro Carolo Vvinceslao, unde jure-merito tota bilanx in præceps ivit pro prędicta perſiſtentia reſolutionis captæ coram Me *ſub die* 20. *Februarii prædicti Anni præterlapſi*, juxta ea, quæ præponderante ratione favore unius ex contendentibus ſemper a Judice practicari ſolent, ac debent, teſte *Alben. conſ.* 95. *num.* 2. *Mantic. de tacit.*, *& ambig. lib.* 12. *tit.* 21. *num.* 42. *verſ. probabilibus rationibus*, *Rota coram Merlin. deciſ.* 714. *num.* 30., *&* 31., *& deciſ.* 29. *num.* 7. *coram* Coccina, cum aliis adductis *in deciſ.* 80. *num.* 28. *juxta impreſſionem Urbis coram Me*, *& in Imolen. Concurſus ſuper uſuris* 10. *Junii* 1709. §. *Et quamvis*, *verſ.* Ideoque *etiam pendus*, pariter *coram* Me.

Præcipuum quippe, ut diximus, pondus ſubſtantivum præteritę incertitudinis præponderantiæ fundabatur in medulla rationis, & exemplo *Cæſareæ* ſanctionis in celebri *l. ſcripturas*, *C. qui potiores in pign. hab.*, ad cujus normam aſſerunt uno ore *Scribentes*, quod ubi agatur de concurſu plurium contendentium de anterioritate earum crediti, ille præferatur, & reputetur anterior, qui habet pro ſe Inſtrumentum publicum, vel Chirographum ſui crediti trino Teſte munitum, etiamſi hujuſmodi Inſtrumentum, ſeu Chirographum appareat ratione datæ poſterius, quando ex altera parte deducitur dumtaxat creditum in ſimplici, & a
1 ſuſpicione antidatæ non immuni Apodixa firmatum citra rogitum Notarii, & trium Teſtium ſubſcriptionem, ut præter jam allatos reſpondit *Rota deciſ.* 24. *num.* 5. *coram Me juxta impreſſionem Romanam*, *& in Romana Pecuniaria* 27. *Junii* 1703. §. *Tamen*, *coram clar. me. Cardinali* Caprara.

In facto namque de præterito certo certius ſupponebatur, quod nativitas Comitis Sebaſtiani, ex cujus jure veniebat Comes Carolus Ferdinandus, luce meridiana nitidior appareret, ſignanter ex partita Baptiſmi clare, & limpide cantantis ſub die 19. *Septembris* 1657.; Unde cum e converſo probatio antecedentis nativitatis Comitis Philippi Ferdinandi Patris Comitis Caroli Vinceslai penderet a partita Baptiſmatis in longe diverſa, ac remota Regione ſequuti conſcripta *ſub die* 4. *Februarii ejuſdem Anni* 1657., & hæc deſumeretur ex Libro Parochi illius Loci magis dubio, quinimo in ſe ſuſpecto, ſignanter ſaltem de regiſtratione prefatę diei, ſeu antepoſitione temporis antecedentis ad Menſem Septrembris, prędvalere ob id quodammodo neceſſario deberet in hoc conflictu fides partitæ Comitis Sebaſtiani nullam omnino admittens ambiguitatem, & ſuſpicionem, prout in ſubſtantia per modum objecti concludebatur in præcitata *mea Deciſione diei* 20. *Februarii* 1713. ex §. *Inſurgentes* ferme uſque *ad* §. *Et huiuſque Defenſores*, cum argumentis, & *Auctoritatibus* inibi in ſequelam adductis.

Aſt hodie cum haſtenus adſcito auſilio prædictarum novarum probationum, indeque retortis Armis patefacerent præcitati Defenſores, quod tanta certitudo, & claritas non effulgebat (ut in objecto ſupponebatur) ex parte Comitis Caroli Ferdinandi in ſua partita Baptiſmatis, dum in ea prę cæteris dicebatur -- *fù Compadre l'Illuſtriſſimo Signor Guerino Giuſtino al nome del Reverendiſſimo*, *& Eminentiſſimo Signor Guidobaldo Conte di Thun Cardinale Arciveſcovo di Salzburg*: quando tamen ex faſtis, & regeſtris Eccleſiaſticis, ac Hyſtoriarum teſtimonio convincebatur eadem aſſertio nidicamus falſa, ſaltem violenter erronea, ex quo præfati Guidobaldi elevatio ad Apicem Cardinalitiæ Dignitatis ſequuta non extitit, niſi nimis ex poſt, videlicet *ſub die* 7. *Martii* 1667. ut apparebat ex *Synthemate vetuſtatis ſuper Anno* Chriſti 1667. edito per *Nicolaum Angelum Caferrum poſt Indicem Operis in fine*, ubi numerabat ultra cæteros creatos Cardinales ſub eadem die a ſa. me. Alexandro VII. ſignanter *Ioannem Delphinum &c. Guidobaldum de Thun Germanum Archiepiſcopum Saliſburgenſem*, *Ludovicum Borbonium*, *Ludovicum de Moncada*; idemque confirmabat celeber *Ciaccon. de Vitis, ac geſtis Pontificum* juxta noviſſimam impreſſionem *tom.* 4. *pag.* 764. *& ſeq.*, ubi pariter poſt publicationem factam quatuor aliorum Cardinalium, quos in ſcrinio pectoris retinuerat præcedenter idem *Alexander* VII. ſubiungebat hic Auctor -- *eadem die* 7. *Martii Anni* 1667. *Anno ejuſdem Pontificatus* XII. *evulgatis ſupradictis quatuor Cardinalibus Alexander VII. quatuor alios de novo Purpuratorum Ordini adſcripſit*, *qui fuerunt* -- *Ioannes Delphinus Patritius Venetus &c. Guidobaldus de Thun*, *ſeu de Thunno Nobilis Germanus &c.*

Hinc nequibat amplius congruere diſpoſitio, & ratio prædicta *Textus in dicta l. Scripturas*, *& Doctorum* cum illius cenſura procedentium; eo enim ipſo, quod partita Baptiſmatis ob hanc manifeſtam, & innegabilem erroneitatem vacillare indubitanter in hac parte palpabatur, reddebat quoque perneceſſe totam ipſam partitam aliquo modo ſuſpectam, aut ſaltem non omnino limpidam, & claram, ſupponit enim *eadem l. Scripturas*, per Apocam trino Teſte
2 roboratam, vel Inſtrumentum publicum probationem eſſe probatam, quemadmodum obſervant *Natt. conſ.* 569. *num.* 3. *Rot. coram Dunoz. Iun. deciſ.* 658. *num.* 3., *& coram Priolo deciſ.* 276. *num.* 1., *& in rec. deciſ.* 356. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 14., *& dec.* 38. *n.* 6. *coram Me juxta Romanam impreſſionem*.

Satagebant ulterius iidem Defenſores Comitis Caroli Vvinceslai (licet id *Domini* ſolum admitterent ex abundanti) minuere fidem, ſeu adminiculum ejuſdem partitæ Baptiſmatis reſultantem ex dicto quorundam Teſtium, quos Comes Carolus Ferdinandus junctim cum ea-

dem mos enunciata partita produxerat. Cum
primus interrogatus de ten pore, ſive de Anno
nativitatis prædicti Comitis Sebaſtiani aperte
reſpondiſſet -- *non mi ricordo preciſamente l' An-*
no - etſi poſtea animoſe ſubderet -- *mò sò, che*
haverà 47. anni; ſecundus vero nihil in ſubſtan-
tia firmum deponere videretur, ut ex illius le-
ctura coruſcabat, & ejus etiam dicto, ibi -- *per*
quanto la memoria mi ſerve -- ac propterea ſubde-
bant, quod hujuſmodi Teſtes potius enerva-
bant ipſam partitam, congruente primo Teſti
3 doctrina *Bartoli in l. de ætate num. 7. verſ. inter-*
rogate de Anno ff. de Minor. cum qua conveniunt
Crave, t. conſil. 6. num. 106., Ruin. conſ. 12.
num. 14. verſ. alii vero Teſtes lib. 5. Natt. conſ.
53. num. 3. verſ. de Anno præciſe non recordatur,
Surd. conſ. 77. num. 20. prope fin. verſ. minus
obſtat, Poſth. reſol. 91. nu. 3. & ſeqq., Thomat.
deciſ. 50. num. 81., Rota deciſ. 774. num. 4.
verſ. in primis ex illis verbis -- non præciſe recor-
datur de Anno -- part. 2. rec. & coram Emer.
Jun. deciſ. 176. num. 5., & in Ferrarien. Reno-
rum ſuper fructibus 21. Junii 1700. §. Quo vero
coram Me, & in Firmana Immiſſionis 2. Junii
1702. §. finali, coram bo. me. Pia; & quoad al-
terum obſcuriſſime, ut prætendebant, teſti-
ficantem, ex dictis in propoſito per *Bald. in*
4 *conſ. 286. in fine lib. 1., Corn. conſ. 56. num. 4.*
lib. 2., Cravett. conſ. 125. num. 11. Rota deciſ.
209. num. 22. coram Dunozet. Jun., & in deciſ.
8. num. 5. & deciſ. 77. num. 16. juxta Romanam
impreſſionam utraque *coram* Me, *& in Giennen.*
Adiunctorum 13 Februarii 1702. §. Inſuper,
coram Reverendiſſimo P. D. meo Decano, cum
aliis lato calamo relatis *in Reatina Juriſpiſcan-*
di 13. Januarii 1710. §. Verum, & in Placenti-
na Decimarum 16. Maii ejuſdem Anni pariter
coram Me.

Conſtito igitur ex præmiſſis apud *Dominos*,
quod prædicta pars ſtateræ favens Comiti Ca-
rolo Ferdinando vice gravitandi aſſurgeret,
quodque ex oppoſito altera pars Iura continens
Comitis Caroli Vvinceslai per nova, ut præmi-
ſimus, grana mox recenſenda, deprimeretur,
parum amplius ambegerunt inhærere præce-
denti reſolutioni; Nam ultra ea, quæ latiori
calamo demonſtravimus *in præterita Deciſione*
diei 20. Februarii 1713. ex §. Præmiſſa hac hypo-
theſi pluribus ſeqq. in rei veritate per ſuperadjun-
ctas probationes nimia lux ſuperventa fugare
videbatur antiquas caligines; hodie quippe de
novo aſſerebatur duplex alia recognitio facta ab
eodem Conſiſtorio Pragenſe, una nempe de
Anno 1704. in Epiſtola directa Conſiſtorio Sa-
lisburgenſi, & poſtremo ſubſcripta quidem ſub
Anno 1713. ſed de cætero ad requiſitionem
Eminentiſſimi Cardinalis Daviæ tunc Apoſtoli-
ci Nuncii Viennenſis antecedenter exarata, in
qua, ut patebat ex *Summario* Vvinceslai *Num.*
2. aperte demonſtrabatur, quod non ſolum li-
ber, de quo agebatur, carebat in ſe ipſo, ſive
in ſui toto omni ſuſpicione fraudis, ſed quod
præciſe hujuſmodi met particula cantans de
Baptiſmate Comitis Philippi Ferdinandi in præ-
ſentia totius Archiepiſcopalis Conſiſtorii exami-
nata, fuerat comperta pro vera, ac legitima
circa ortum, & Baptiſmum ejuſdem Comitis
Philippi Ferdinandi connotatum ſub memorata
die 4. Februarii 1657., individuando etiam te-
norem ejuſdem partitæ, & deſignando, quod
ſpatio in albo relicta in prætitato libro ob eo-
rum anguſtiam erant incapacia ſuperimpoſitio-
nis alterius cujuſcumque partitæ, ac demum
recte exponebatur, qua ratione appoſitæ fuiſſent
litteræ N. B., ſcilicet *nota bene*, nempe quod
eædem litteræ, ſeu Ciſra, & ſignum per idem
Conſiſtorium recognita qualificarent, ſubſe-
quentem partitam Menſis Novembris, & An-
ni 1656. referibilem eſſe ad eumdem Menſem,
& Annum 1656. in quo reperitur appoſita ſimi-
lis Ciſra eodem atramento conſcripta; Melior
autem in faciem loci teſtificatio deſumi non po-
terat, quam ex inſpectione, & recognitione
5 proprii Ordinarii circa hoſce libros Parochiales,
& Baptiſmales, ad mentem *Textus in cap. Con-*
querente, de Offic. Ordinarii, cum cæteris ad-
ductis *in Deciſione R. P. D. mei Criſpi §. Ad cu-*
jus ſtyli, quibus addebatur id ipſum punctualiter
comprobans *Polidorus Ripa obſerv. 247. nu. 2.,*
& 3., & per totam.

Quin ullo modo refragaretur pro hujoſmodi
atteſtatione obnubilanda, quod ea reduceretur
ad ſolam fidem Vicarii Generalis id in prędi-
cta atteſtatione exprimentis, quodque bene
perſcrutando illam liqueret, partes potius Ju-
dicis condemmet Vicarium, quam Teſtis aſ-
6 ſumpſiſſe, onde ex hoc ſolo capite in ea pes
figi non poſſet, ſicuti in ſimili propoſito circa
Teſtes monuerunt per *Textum in cap. 1. de con-*
feſſion. in 6., Corn. conſ. 62. nu. 3., Caball. re-
ſol. Crimin. caſ. 180. num. 6. per tot., Farinacc.
de Teſt. quæſt. 68. num. 62. Rota coram Ludoviſ.
dec. 517. num. 19., & dec. 107. nu. 33. par. 2.
diverſ., & in rec. deciſ. 475. num. 4. par. 14.,
& deciſ. 147. num. 1. par. 18., & in durioribus
terminis Peritorum, qui ſolum ſtatum, & fa-
7 ctum debent enarrare, proſequuti ſunt allati
per *Cephal. conſ. 104. nu. 26., Rota coram Coc-*
cin. dec. 422. nu. 7., & 8., & coram Otthobon.
dec. 205. num. 12., & coram Dunoz. Jun. dec.
826. nu 9., & in rec. dec. 764. nu. 7. verſ. quia
ad Iudicem, non ad Peritum pertinebat, par. 18.
tom. 2.

Siquidem, reſpectu primæ objectationis, ex
ipſo ventre ejuſdem atteſtationis effulgebat,
quod totum intervenerat Archiepiſcopale Con-
ſiſtorium, ibi -- *totumque Archiepiſcopale Con-*
ſiſtorium Pragenſe, necnon aliis verbis -- *a no-*
bis in officio Archiepiſcopali ſeſſione ordinaria
conſtitutis -- *Summario* Wioceslai *Nu. 1. & 2.*;
quod vero ſubſignatus appareret ſolus Vicarius
Generalis, necnon ſolus Cancellarius, ne-
quaquam poterat debilitare legalitatem atte-
ſtationis omnium nomine expletæ, quemad-
mo-

Digitized by Google

modum familiaris eſt conſuetudo in quibuſcumque Epiſtolis, reſolutionibus, & Decretis *Sacrarum Congregationum*, ea namque a Præfectis dumtaxat ſubſcribuntur, etſi emanaverint cum ſuffragio aliorum S. Romanæ Eccle-
8 ſiæ Cardinalium, ut ſcriptum reliquit *Card. de Luca in relatione Romanę Curiæ diſc. 15. nu. 16.*, & agnitum fuerat quoque nuviſſime practicatum occaſiune ſententiæ Neapolis datæ in illa *Neapolitana nullitatis Matrimonii 31. Ianuarii proxime præteriti cor. R.P.D. meo Scotto.*

In ordine autem ad alteram parte præmiſſi objecti, ſimplex lectura manifeſtabat oppoſitum, dum pręfata atteſtatio, & ſignanter illa exhibita *In dicto Summario num.* 2. vice uſurpandi Iudicis partes ferme ſimpliciter referebat nudum factum, quod ipſum Conſiſturium obſtringebatur referre, & illud ſulummodo concomitanter, quod de ſui natura, & ea quadam neceſſitate in conſequentiam ocularis judicii, & Inſpectionis proveniebat, quando etenim ſignificabatur, quid nam liber, quid partita *oculis ſubjecta fidelibus* in ſui aſpectu comparuiſſent, & comparerent in pręſentia, ut diximus, totius Conſiſtorii, hæc profecto ocularis viſio trahebat in ſequelam etiam judicium
9 ex illo facto viſui ſubjecto reſultans, & ob id dicitur, quod ocularis inſpectio quemcumque tranſcendat gradum probationis, ea congeſtis per *Bald. conſ. 399. num. 6. vol. 1., Cart. ſen. conſ. 70. nu. 6. Ioan. de Monte in tract. de finib. cap. 3. nu. 8. Maſcard. de probat. concluſ. 8 n. 19. & 20. vol. 1., Capyc. Latr. conſult. 22. num. 2. lib. 1., Rot. coram Emer. Iun. dec. 1103. nu. 11. & in rec. dec. 562. par. 19. tom. 2., & in Ferrarien. Bonorum ſuper datione in ſolutum* 30. Ianuarii 1710. *§. Secunda, quod Iudex, verſ. aliæ non ſunt indagandæ probationes, coram R. P. D. meo Falconerio, in Romana Fideicommiſſi 20. Iunii* 1712. *§. Non minus incaſſum in fin., verſ. & ocularis ipſa inſpectio Iudicis, coram Me.*

Præter hæc ulterius in claſſe, ſeu faſciculo novarum probationum adiiciebatur in id ipſum alia teſtificatio moderni Abbatis, & Prioris, totiuſque Monaſterii, & Conventus S. Joannis ſub Rupe, in cujus Eccleſia Parochiali Liber prædictus aſſervabatur; hęc etenim teſtificatio non poterat affinius, & perſtringentius legitimitatum Libri, & Partitæ controverſæ vindicare per illa verba — *dictam Matriculam* (Baptizatorum nempe, Copulatorum, & Mortuorum) *ab Anno* 1647. *incipientem, & ſe ad Annum uſque* 1668. *protendentem ſemper, hodiernumque in diem pro quibuſvis effectibus tam in Spiritualibus, quam temporalibus, ut veram, & indubitatam ab omnibus habitam, & agnitam, neque unquam legitimitatem, & auctoritatem illius in omnibus, & ſingulis clauſulis, ſignaturis, & partitis ſuis in dubium tractam, aut revocatam fuiſſe*: quamobrem non leve pondus exinde Lanci, aliiſque de proximo adductis documentia imprimebatur, dum hujuſmodi teſtimonium, veluti procedens a perſona conſtituta in Dignitate Abbatiali, cum tota deſuper accedente Univerſitate circa factum, de quo perfectiſſimam informationem habere pro-
10 cul dubio compellebantur, non modicum utique fomentum veritati tribuebat, ex traditis per *Dec. conſ. 50. num. 4. Cravett. conſ. 99. n. 6. cla. me. Card. de Luca de Iudic. diſc. 32. num. 19. Rota coram Buratt. deciſ. 193. num. 5. & 6. & coram Emerix Iun. deciſ. 763. num. 2.*

Atque hinc parum *Domini* credebant poſſe deferri cuidam relationi Chriſtophori Schlegel unici in aſſerendo tot prætenſos defectus, & vitia ejuſdem Libri: ultra enim, quod idem Schlegel in hac identifica Cauſa dicebatur explevisse partes Procuratoris Comitis Sebaſtiani prioris Collitigantis, itaut illius nomine comparuerit non ſolum in conſiſtorio Pragenſi, quam penes Aulicum, & Cæſareum Conſilium Viennenſe, ut in primo *Caroli Ferdinandi Summario coram me Num.* 10. & in ſecundo *num.* 1. ac propterea ob veriſimilem affectionem erga Clientem, & Cauſam, integram ſibi fidem aſſerere nequibat, per ea, quæ in ſimilibus terminis
11 Procuratoris, vel ſollicitatoris, etiam poſt Cauſam terminatam, affirmavit *Gratian. diſcept. for. cap. 980. num. 19.*, & reſpondit *Rota coram Gregor. deciſ. 178. num. 3. ibique Alden. num. 5., & in Romana Dotis, & Lucri 10. Decembris 1703. §. Potiſſime quia, in fine, coram bo. me. Mato, & in Saliſburgen. Iurium Parochialium 1. Julii 1712. §. Maxime, coram R. P. D. meo Criſpo.*

Adhuc ſimultanee animadverſum fuit, quod de tempore, quo præſens Cauſa in præfato Aulico Conſilio Viennenſi pendebat, ibidem nequaquam Schlegel protulit hujuſmodi relationem, quando quodammodo in faciem Loci, ſeu ſaltem vicinius detegi intuitive potuiſſet ſubſiſtentia, vel in ſubſiſtentia allegatorum defectuum: ideoque recte congruebat in tali caſu ea propoſitio de non attendenda exceptione illegalitatis alicujus ſcripturæ, quoties non coruſcabat oppoſita in Judicio de Partibus, ſed ſerutine objecta ſolum in Curia coram Judice appellatio-
12 nis, ſecundum ea, quæ conſiderata fuerunt *in deciſ. 113. ſub num. 13. verſ. nec impugnatio apud Poſth. de Manut., & coram Rembold. deciſ. 74. num. 1. in Cracovien. Parochialis* 14. *Maii* 1696. *§. Idque faciliùs, cor. bon. mem. Pio, & in Melphiten. Cappellaniæ* 17. *Iunii* 1699. *§. Replicatione minime attenta, cor. bon. mem. Mato.*

Pro coronamento tandem, & novo munimine illorum, quæ tacta fuerunt occaſione vindicandi Librum, ſeu Partitam controverſam *in præterita Deciſione diei* 20. *Februar.* 1713. *ſub §. Et alteram*, quod nimirum eadem partita fuerat ſcripta de manu P. Matthęi Ferdinandi quodam Archiepiſcopi Pragenſis, exhibitum fuit ſolemne Teſtimonium P. Ioannis Poskinger Profeſſi in præfato Monaſterio S. Ioannis ſub Rupe in ætate annorum 56. conſti-

tuti ſuper legalitate effectivi caracteris ejuſ-
dem P. Matthæi; is enim prævia facultate fe-
rendi prædictum Teſtimonium habita a pro-
prio Abbate medio iuramento retulit coram
Notario, & Teſtibus, quod cum ab initio hu-
iuſce Cauſæ fuerit ablegatus a ſuo tunc tempo-
ris Abbate, ut Pragam deferret Librum Bapti-
ſmale, de quo agitur, expetitum ab illius Con-
ſiſtorio, præſente præ cæteris Comite Carolo
Ferdinando tradidit illum Franciſco Liepure
Cancellario Curiæ Archiepiſcopalis, qui, ut
conſtat ex interrogatoriis opportune factis,
recognovit, partitam, de qua agebatur, exa-
ratam fuiſſe de manu præmemorati P. Mat-
thæi, idque palam expreſſit: Quamobrem
cum id, quod dicebatur *in eadem præterita
Deciſione*, quodammodo præſuppoſitive, vel
ſub Nube, hodie in aperto fieret manifeſtum
mediante hujuſmodi Teſtimonio, non videba-
tur ultra quærendum, cum eidem Teſtimonio
non modica fides eſſet attribuenda, & tan-
quam deponenti de facto proprio, & tanquam
Religioſo, & inſignito caractere Sacerdotali,
nullumque habenti in præſenti materia inte-
13 reſſe, ſicuti in ordine ad primam propoſitio-
nem habetur in *dec. 111. nu. 9., & dec. 168.
nu. 16., & deciſ. 289. nu. 1. coram Buratt., &
coram Cerro dec. 340. num. 3., & in recent. dec.
70. num. 9. part. 16. dec. 378. num. 10. part. 17.
dec. 101. nu. 7. part. 18., & in Romana Œcono-
miæ, ſeu redditionis rationis 14. Martii 1698.
§. Pariformiter, coram Reverendiſſimo dell' Olmo,
& in Romana Domus ad Curſum 27. Iunii 1710.
§. Facilitori, coram Reverendiſſimo Kaunitz*, &
quoad ſecundam docent *Menoch. conſ. 921. nu.
89., Rot. coram Mantic. dec. 325. nu. 1. in fine,
verſ. & huic atteſtationi, & ſub nu. 4. verſ. item
ei credendum, & coram Ninot. dec. 20. nu. 10.
in fine, & in recent. deciſ. 192. nu. 3. part. 3.,
dec. 594. nu. 17. part. 5., dec. 11. nu. 8., & 9.
part. 7., dec. 312. nu. 7. part. 9., & dec. 552.
nu. 15. part. 18.*

Robuſtius vero ſuperaccedente præcipuo ad-
miniculo reſultante a conſimili jurata decla-
ratione alterius Religioſi Sacerdotis ferme
octuagenarii, qui pariter ſub opportunis in-
terrogatoriis requiſitus teſtificabatur, ſeſe au-
diviſſe ab olim P. Fulgentio Pilek Priore ejuſ-
dem Monaſterii, quod Comes Philippus Fer-
dinandus Sacro Baptiſmate fuerat ablutus in
Caſtro Nisburg a prædicto P. Matthæo Mona-
ſterii S. Joannis tunc temporis Abbate, & dein-
ceps aſſumpto ad Metropoliticam Infulam
Pragenſem, quodque denique munus Patrini
expleverat Cardinalis de Harach; Quamvis
enim tam iſtum quam antecedens Teſtimo-
nium, quoties ſubſtantia negocii ſtetiſſet in
eorum depoſitionibus, de ſtricta Iuris cenſura
14 parum veniret attendenda, ut de Teſtibus,
vel deponentibus de auditu, etiamſi ſint Sacer-
dotes, dixit *Vermigliol. conſ. 15. num. 41., &
conſ. 403. nu. 3., Farinacc. conſ. 40. num. 32.,
Rota coram Emerix Iun. dec. 132. num. 5., nec
non in Ferrarien. Bonorum ſuper manutentione
29. Aprilis 1711. §. Verum quatenus, verſ. qui
licet Sacerdos, coram Me*, vel de Teſtibus ad
15 perpetuam examinatis affirmarunt *Scribentes
in l. ſi quando 28. Cod. de Teſtibus, & in cap. 2.
eodem tit., Rot. dec. 13. part. 5., & dec. 306.
nu. 20. part. 6., & deciſ. 168. num. 38. par. 12.
recent., & in Illerden. Diſtributionum 10. Fe-
bruarii 1702. §. Multoque, coram R̃mo* Domino
dell' Olmo.

Nihilominus duplicato clypeo conterebat ob-
jectum; circa namque examen ad perpetuam, ſeu
depoſitionem extrajudicialem primario reſpon-
debatur, quod etiam ex parte Comitis Seba-
ſtiani ad fulcimentum eius Baptiſmatis fuerant
allatæ depoſitiones penitus extrajudiciales; Un-
de nulla ſuberat ratio, quod eodem genere
probationum, & Armorum, quo uſa fuerat
Pars Adverſa, uti non potuerit etiam Comes
16 Wincеslaus, ut ad rem comprobant adducti
per *Adden. ad Pamphil. dec. 331. num. 11. in
fine, Card. de Luc. de Iudic. diſc. 32. num 25.,
Rota coram Vbaldo dec. 81. nu. 3. poſt med. verſ.
tum ex eo, & dec. 321. num. 9., & coram Bich.
dec. 347. nu. 7., & in Romana Pecuniaria 2. Iu-
nii 1710. §. Quibus Iuris, cor. Emo Priolo*.

Secundario demum reſpondebatur, quod
cum vis non conſiſteret in probatione deſum-
pta ex hiſce Teſtibus, ſed in aliis demonſtratio-
nibus uſquedum recenſitis, itaut ſolum præfa-
ta Teſtimonia cœteroquin inſignia dumtaxat
afferretur pro abundantiori adminiculo, &
paruo grano in Lance ab initio memorata, ne-
gari idcirco nequaquam poterat, quin iſti
Teſtes quomodocumque, ac etiam ex officio
17 examinati aliquod conſtituerent adminicu-
lum, per ea, quæ relatis concordantibus vi-
dere eſt apud *Adden. ad Pamphil. deciſ. 648.
nu. 22., Rota coram Verall. dec. 206. a num. 6.
ad finem, & dec. 208. nu. 8. part. 2., & coram
Buratt. dec. 441. num. 4., & inter collect. ad or-
nat. Card. de Luca tom. 1. lib. 9. dec. 16. nu. 14.,
& 15.*

Quin præterea ſubſiſteret prætenſa enerva-
tio hujuſmodi majoris præſidii ſub ea ratione,
quod P. Matthæus eo tempore non exerceret
officium Parochi, ſed Monaſterio præſideret
in longe ſuperiori munere Abbatis actualis;
Nemo quippe ire poteſt inficias, quod tam in
obſequium Eminentiſſimi Patrini, quam Co-
mitis Paridis, qui erat inſimul Genitor bapti-
zandi, & Dominus ejuſdem Caſtri Nisburgh,
Infans baptizaretur a Miniſtro longe Superiori,
ut practice teſtatur *Prances de Eccleſ. Cathedr.
cap. 19. nu. 37. cum. duobus ſeqq.*, & quod plus
eſt, quando agitur de Perſonis, ſeu Infantibus
abluendis magnatitiæ qualitatis, quod etiam
(ut contigit in hac hypotheſi) expleatur hu-
18 juſmodi functio extra Parochialem Eccle-
ſiam, & in ipſis Palatiis Progenitorum, ut pa-
riter obſervarunt *P. Caton. controv. moral. lib. 2.*

con-

controv. 2. cap. 4. num. 53., Fux. Jordan. var. elucubr. lib. 3. tit. 1. nu. 13., & ſeqq., Franeet de Ecclef. Cathedral. dicto cap. 19. nu. 4., Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 7. num. 17., Komaguer. ad Conſtit. Synodal. Gerund. lib. 4. tit. 1. cap. 11. nu. 5.

Conſtabilita certitudine ſcripturæ, ſive caracteris P. Matthæi, mole ſua ruebant reliquæ objectiones, & præ cœteris, quod deeſſet ſubſcriptio ejuſdem P. Matthæi; dum illa nullatenus reddebatur neceſſaria, ſtatim ac integra
19 partita proprio illius caractere legebantur conſcripta, juxta diſpoſitionem *Text. in leg. cum antiquitas 28. §. finali Cod. de Teſtament., Roman. conſ. 303. nu. 1., Franciſc. Aretin. conſ. 64. num. 5. §. Secundo præmitto, verſ. nec poſt dicere Vermigliol. conſ. 392. nu. 8., Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 8. limit. 8. nu. 12., Surd. dec. 137., Rota coram Durano dec. 368.* utrobique *nu. 5.*

Jugulabantur pariter ea, quæ magnificabantur ſuper aſs. ſuppoſitione ejuſdem partitæ: Præter namque quod nefas in primis erat præſumere delictum in Viro adeo Religioſo, ætate conſpicuo, & qualitatibus circumſepto, adhuc quia oportuiſſet ſupponere antidatam, talis antidata nec per umbram erat excogitabilis; Quis enim divinare poterat, quod ſuper antelatione, de qua tam acris accidentaliter hodie inſurrexit altercatio, perſpectis illius temporis circumſtantiis diſceptandum foret, improbabili nimium, vel ſaltem remota cadente ſpe, quod linea Comitis Philippi adſpirare valeret ad hanc Primogenituram, cum tunc ſupereſſent plures, ac plures Perſonæ, quibus ante illa omni Jure, & ex litterali diſpoſitione piiſſimi, ac eximij Archiepiſcopi Salisburgenſis Paridis de Lodron erat devolvenda, ſecundum ea, quæ paſſim dicimus de quo-
20 cumque Codices, vel Scriptura confecta tempore non ſuſpecto, ut videre eſt apud *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 391. num. 3., Add. ad Bucatt. dec. 905. nu. 6., Rota dec. 879. nu. 4. coram Seraph., & dec. 100. in fine part. 4. diverſ. & in Romana Salviani 27. Junii 1698. §. Adſtipulantibus, & §. Et demum, coram Rmo Domino dell' Olmo, & in Romana Salviani 27. Junii 1703. §. Videtur in præſenti, & §. Additur, coram clar. mem. Cardinali Capraræ.*

Hiſque proinde ſuperadditis fundamentis, & ponderibus veteri reſolutioni, & *Deciſioni prædictæ coram Me editæ ſub die* 20. *Februarii* 1713., nempe confeſſione ſenioritatis a Comite Sebaſtiano emiſſa reſpectu Comitis Philippi Ferdinandi, una cum tranſactione celebrata poſt ſuperventum judicatum *Sacri Tribunalis coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, ac denique, quod verſabamur in ſimplici Judicio exequutionis Litterarum Hortatoriarum, quas ſcripſerat, ſeu tranſmiſerat Auguſtiſſimus Imperator, in quo ſolet quandoque ſuperabundare, quædam ſummaria, & extrajudicialis cognitio ſuper meritis, ſicuti latius *in eadem præterita Deciſione* quoque fuerat animadverſum, minime in hoc novo certamine ambegere *Domini*, quod ſtatera convenientiæ, æquitatis, & juſtitiæ præponderante pro Comite Winceslao, debita illius favore foret perſiſtentia *in Deciſis*.

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA SECRETARIATUS APOSTOLICI.

Veneris 13. Aprilis 1714.

ARGUMENTUM.

In reſignationibus Officiorum etiam factis auctoritate Supremi Principis an intret evictio etiam ſi iſta fuerit, vel non expreſſe conventa, & pretium ſecuto tali evictionis caſu a quo debeat refundi late deciditur.

SUMMARIUM.

1 *Refuſio pretii tunc ſolum intrat quando vel de ſui natura ineſt obligatio præciſa, vel intercedit expreſſe promiſſa evictio.*
2 *Evictio in quibus contractibus intrare nequeat.*
3 *Reſignatarius ex extinctione Jurium in Reſignante ſequuta ipſum ſolum Principem in ſuum recognoſcit Authorem.*
4 *Reſignantes quo caſu teneantur reſtituere Reſignatariis eam quantitatem, quam eis perſolverunt, quoties officium ſuppreſſum fuerit.*
5 *In reſignatione Officii facta authoritate Principis pretium cuinam ſolvendum ſit, & an reſignant illud immediate habent a Principe.*
6 *Nemo ita demens præſumitur, ut in emptione noluerit evictionem exprimere, & convenire.*
7 *Extincto Jure Officialis veteris ſive per obitum ſive per reſignationem eadem capi debet determinatio.*
8 *Evictionem prætendere nequit, qui periculo amiſſionis ſe ſubire voluit.*
9 *Scientia Apoſtolicarum* Conſtitutionum *ex quibus arguatur.*
10 *Donatio expleta mediante actuali traditione, & nulla noſcitur ex parte donantis promiſſa evictio nunquam obligat ad illam.*
11 *Pretium effectivum ne refundere teneatur reſignant non ſufficit quod iſte ſolemniter fuiſſet proteſtatus teneri ſe nolle de evictione.*
12 *Condonatio pretii facta a Principe in reſignatione quid importet.*
13 *Obligatio Cameræ, vel Fiſci quomodo ſit intelligenda.*
14 *Majoritas rationis plus ſemper ineſt, & conſideratur in Principe, quam in privato.*
15 *Locupletari nemo debet cum aliena jactura.*
16 *Reſignatarius plus Juris habere nequit, quam ipſe reſignant.*
17 *Verbum* Reſtituere *quid importet.*

18 *Quod*

Digitized by Google

18 *Quod eſt clarum, in dubium revocari nequit.*

DECISIO DCLVIII.

Diſſimilitudinem, quam ſibi blandiebantur adeſſe Scribentes pro Excellentiſſio Principe Chiſio inter tot alias Cauſas, & controverſias per Rutalem rem Judicatam conſepultas, & præſentem, facile poſtea dignoverunt iu rei veritate non ſubſiſtere, uti latius videre eſt in præcedenti *Deciſione* edita *ſub die* 4. *Decembris Anni defluxi coram* Me: Quamobrem eamdem in ſubſtantia diſſimilitudinem exuendo, ſatius duxerunt adire Principem, ſive illius *Signaturam*, quæ *Juſtitiæ* nuncupatur pro reſtaurando veteri Judicio, in quo ſubortæ erant in noſtro Sacro Auditorio præfatæ res Judicatæ, atque ita de facto impetrarunt Commiſſionem reſtitutionis in Integrum ſuper vetuſto, ac longe digladiato diſſidio, cujus iidem Scribentes non potuerant ſuſcipere defenſionem, cum de prædicto tempore dictus Princeps minime foret ab aliquo laceſſitus Quapropter ad normam ejuſdem Commiſſionis dubium conſecutivum ſubſcripſi, *Utrum conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum, vel potius de re Iudicata*: Cumque ab iſta priori parte hujuſce dubii penderet anima præteritæ reſolutionis coram Me, ut ſupra, ſtabilitæ, complicate additum fuit ſupradicto dubio --, *& ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis.*

Aggredientes itaque prælaudati Scribentes robur, ſeu fortalitium prædictarum veterum reſolutionum, ne illarum numerus prima fronte valeret illos deterrere, ſtatim ab initio ſatagerunt, illas diſcriminari, demonſtrando, quod fere omnes, vel pleræque diverſum caſum, & circumſtantias percutiebant, nempe illum Secretariatuum, qui fueraut ex munifica liberalitate donati per Summos Poutifices, abſque eo, quod Camera Apoſtolica, ſive Dataria ullum ex hujuſmodi translatione, ſeu reſignatione talium Officiorum facta per eoſdem Donatariot pretium percepiſſet, in quibus terminis nil mirum eſſe dicebant, quod pretium per ſequutam ſuppreſſionem poſtea amiſſum ſucceſſivis, & oneroſis Reſignatariis, Rota cenſuerit fore a præfatis Donatariis reſignantibus cauſam in ſe lucrativam mediante præfata munificentia ſortientibus integre reſtituendum, ſicut integre reſtituiſſet ipſamet Camera Apoſtolica, quoties conſimile pretium correſpective ad venditionem, ſeu translationem a ſe factam Officii obtinuiſſet, uti ſpoponderat in fundatione eorumdem Secretariatuum immortalis memoriæ *S. Pius V*, in ejus Conſtitutione, & ſuper qua integrum tractatum compleverat cum præinſertis Allegationibus plurimorum primi Ordinis Juris conſultorum *Cardinalis de Luca ſub titul. de Offic. Vacabil.* qui tunc munus ſan:, & glor: mem: Innocentii XI. Suppreſſoris iſtorum Officiorum exantlabat Auditoris.

Hæ igitur Sententiæ, reſque Judicatę, quæ ſuper præmiſſa ſpecie emanarunt, quæve idcirco a Cathalogo delendæ videbantur erunt.

Prima *in Romana Secretariatus 7. Junii* 1685. *coram clar: mem: Cardinali Matthejo.*

Et *in illius Confirmatoria die 6. Aprilis* 1693. *coram bon: mem: Benincaſa.*

In *Romana Secretariatus* 20. *Junii* 1696. *coram clar: mem: Cardinali Caprara.*

In *Romana Secretariatus Apoſtolici* 3. *Februarii* 1700. *coram Reverendiſſimo Domino Molines.*

Et *in ejus Confirmatoria diei* 9. *Junii ejuſdem Anni coram eodem.*

In *Romana Secretariatus Apoſtolici* 14. *Januarii* 1701. *coram Reverendiſſimo dell' Olmo.*

Et *in Confirmatoria diei* 7. *Martii ejuſdem Anni coram eodem.*

In *Romana Secretariatus Apoſtolici ſuper fructibus* 25. *Iannarii* 1704. *coram Eminentiſſimo Priolo.*

Et *in Confirmatoria diei* 18. *Maii* 1705. *coram eodem.*

Nec non *in alia Romana Secretariatus Apoſtolici ſuper fructibus* 26. *Iunii* 1705. *coram eodem Eminentiſſimo Priolo*: Et hos eoſdem terminos feriebat quoque *Reſponſum* per *Me* traditum in *diſc.* 60. *de Commerc.*, *& Mercator*, cujus fundamenta *Sac. Tribunal* non fuerat dedignatum amplecti.

Diminuto numero, illoque redacto ad tres *Deciſiones*, & geminas reſpective Cauſas, quarum una prodierat *coram Eminentiſſimo Polignac*, nempe *Romana Secretariatus Apoſtolici* 26. *Aprilis* 1709. altera pariter *Romana Secretariatus Apoſtolici* 7. *Februarii* 1710. *coram R. P. D. meo Criſpo*, & tertia in illius Confirmatoria *diei* 28. *Iunii ejuſdem Anni coram eodem*: Seorſim abinde Viſcera etiam Iuſtitiæ, & motiva talium reſolutionem rimantes, dicebant, quod refuſio pretii tunc ſolummodo poteſt intrare, quando, vel de ſui natura ineſt obligatio pręciſa, vel
1 intercedit expreſſe promiſſa evictio; Verum talis obligatio, vel evictio locum ſibi vindicare non valebat in hiſce reſignationibus, & Contractibus, ſive illorum natura ponderaretur, ſive ex eo, quod nulla promiſſa apparebat evictio
2 in hujuſmodi caſu ſuppreſſionis, ad regulam *Text. in l. non dubitatur*, *Cod. de Evict. leg. ultima* Cod. *de commun. rer. alien.*, *Menoch. conſ.* 84. *num.* 18., *Surd. conſ.* 15. *num.* 36., *Burſat. conſ.* 10. *num.* 4., *Garz. de Expenſ. cap.* 18. *pariter num.* 4., *Guzman. de Evict. quæſt.* 55. *num.* 2., *Arias de Meſa var. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 1., *& ſeqq.*, *Franc. Roccus reſponſ.* 50. *num.* 23. *tom.* 2.

Abſque eo, quod hujuſmodi naturam, aut promiſſionem ſupplere poſſet ratio, cui videbantur innixæ præfatæ *Deciſiones*, nempe, quod ſemper reſtitui debeat pretium; quoties res empta, vel titulo oneroſo conquiſita evellitur, ſeu evincitur ab Emptore, idque ſaltem ex illa actione, quæ dicitur ex empto, quantumvis

vis de illa facta non fuerit promiſſio, vel mentio, ad centuram *ejuſdem Text. in leg. non dubitatur*: Reſpondebant quippe, quod in hiſce reſignationibus non interat titulus ullius venditionis, aut emptionis; Cum tantummodo hujuſmodi Officium Reſignans (quive cæteroquin de eo, tanquam de Regalibus Principis, nullo modo poteſt diſponere, aut contrahere) præſtet Conſenſum, ad hoc; ut per Supremum Principem creari valeat novus Officialis; iiſque ſubrogari in Locum Reſignantis, cujus Jura ex ſuperveniente ejuſdem Principis facto; & authoritate incontinenti ceſſant, & extinguuntur,
3 itaut Reſignatarius ipſum ſolum Principem in ſuum recognoſcat Authorem, ut punctualiter, & optime notaverat *idem Cardinalis de Luca de Regalibus diſc. 26. num. 2., diſc. 28. nn. 2., & 3. diſc. 43. num. 12., & 13., & diſc. 163. num. 12., & poſt ejus Tractat. de Offic. Vacabil. fol. 590. num. 10., & ſeqq., Rota decif. 181. num. 3. poſt Conſtantin. ad Statut. Urbis, & in Voto ſeu decif. 89. num. 41., & 42. apud eumdem Conſtant.* Idemque dixerat *Rot.* ex profeſſo *coram bon. mem. Albergato* in illa *Romana pretii Officiorum* in gemina *Deciſione*, quarum utraque legitur *impreſſ. in part. 19. Rec. tom. 2.* nempe *la 557. num. 27., & la 553. num. 16., & ſeqq.*

Haud relevante Reſponſione attributa in poſtremis *Deciſionibus* R. P. D. mei Criſpi, & ſignanter in illa *Veneris 7. Februarii 1710. ſub §. Prout pariter*, ſcilicet quod prædictus Diſcurſus procederet reſpectu Tituli, & ſubſtantiæ Officii, quæ non cadit in Commercio, ſed pro eo Iure, quod remanſit in eodem Commercio libero, & allodiali Poſſeſſoris, optime valeat congruere verus Contractus emptionis, & venditionis, ut erat præſens Cauſa, & ratio allata *in præcedenti diſc. 60. num. 41. de Commerc., & Mercat.*, adeout quando etiam illud Jus percipiendi commoditatem, ſeu fructum conſimilium Officiorum, & cui correſpondent additamenta pro tempore præfati pretii, transferretur in novum Reſignatarium citra titulum venditionis, ſed alterius imbibiti per neceſſe Contractus innominati, nempe *do, ut des, trado, ut tradas, do, ut conſentias*, adhuc ſemper Reſignantes teneantur reſtituere Reſignatariis eam integram quantitatem, quam eis perſolverunt, quotieſcumque abductum ſucceſſive, & ablatum ex eorum manibus per ſuppreſſionem exti-
4 tit Officium, ex quo quando factum in ſui regulari decurſu non durat, ut durare ſolebat, & præciſive a facto Principis debebat, Locum habeat etiam in Contractibus innominatis ſemper, ac debeatur evictio, ut etiam dicebatur *in dicto diſc. 60. num. 39., & ſeqq.*, & per *Rot. in Romana Secretariatus Apoſtolici 6. Aprilis 1693. §. Et hoc, coram bon: me: Bruincaſa*, & in altera *diei 3. Februarii 1700. §. Non obſtat cum duobus ſeqq. coram Reverendiſſimo P. D.* Mol.nes *Decano*.

Siquidem ſemper recurrebat, quod quidquid eſſet in caſu, quo directe commoditas percipiendi fructus abſque ope, & authoritate Principis inter Privatos cederetur, aut transferretur, certum e converſo erat, quod quando ipſum Officium, prout hic, tranſivit in Reſignatarium facto, & authoritate Principis immediate illud conferentis tanquam vacans ex dimiſſione, abdicatione, vel Conſenſu antiqui Poſſeſſoris, Reſignans dicitur jam abiiſſe de Scæna, & Officium de novo acquiſitum cenſetur ab ipſo Principe, qui intantum immediate non recipit pretium, ſed Reſignans, inquantum idem Princeps illud jam receperat a præfato Reſignante, eique, ne locupletaretur cum aliena jactura, permittit, inquantum perantea ſolvit, reſtitui, illudque plus, quod ſupra pretium antecedenter obtentum a Principe directe ſolvitur Reſignanti, idque aliud non eſt, quam quædam recognitio in correſpectivitatem Conſenſus a Reſignante præſtiti ad prædictum effe-
5 ctum, ut contingat vacatio, qua ſtante fiat emptio illius, & acquiſitio, ut pariformiter explicat *Card. de Luca poſt Tractat. de Offic. Vacabil. fol. 190. num. 10., & ſub nu. 14., Ferdinand. Branc. inter allegat. diverſ. Collect. per de Marin. allegat. 66. num. 18., & Rota in dicta deciſ. 557. nn. 28.*, & in ejuſdem Confirmatoria *deciſ. 573. num. 17. part. 19. tom. 2. Recent.*

Tantoque magis id, quod de jure (ut ſubjungebant) ex præmiſſis indubitatum eſſe coruſcabat, præciſius ſtringebat inſpecta veriſimilitudine Mentis, ſeu ipſa Mente Contrahentium; Nam Reſignatarius etiam plerumque ignorat Perſonam Reſignantis, & idcirco intelligit recognoſcere ſolum in Authorem eumdemmet Principem, ut præter ea, quæ litteraliter obſervavit *Cardinalis de Luca diſc. 61. ſub num. 16. in Supplement. de Regal.* ſubminiſtrat, & docet ipſe naturalis Diſcurſus, non enim cadere poterat in ſenſu uniuſcujuſque, quod Reſignatarius vellet emere quidquam a Perſonis incognitis, vel parum idoneis ex Capite Forenſitatis, vel inopiæ ſub deſperata, & ſtulta credulitate reportandi adeo difficilem, & incertam evictionem, prout hujuſmodi argumento pro effugienda contraria intelligentia utitur *Celſus in leg. ubi repugnantia ff. de regul. Iur. cap. cum expediat, de Elect., Bonden. collectat. legal. 41. num. 123. lib. 1., Surd. deciſ. 176. num. 2., Rota deciſ. 37. num. 8., & 9. coram Peutiger., & coram Emerix Iun. deciſ. 1176., & deciſ. 1289. utrobique num. 11., & in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſleriis 15. Decembris 1704. §. Non relevante, coram Reverendiſſimo P. D. Molines Decano.*

Et in rei veritate, quia Reſignatarius intendit recognoſcere ipſum Principem in Auctorem, illi eidem ſupplicat pro adipiſcendo Officio, quod vacans eſſe exponit per dimiſſionem, & reſignationem Poſſeſſoris, ut habetur ex illa formula -- *illud in manibus Sanctitatis Veſtræ ſponte reſignare proponat, & ex nunc etiam reſignet*;

Digitized by Google

guet; Supplicat igitur humiliter, qualiter reſignationem hujuſmodi admittendo, & ſpecialem gratium ſi faciendo dictum Officium per eamdem reſignationem ſic vacans, una cum fructibus &c. eidem Oratori concedere, & aſſignare, ipſumque in Locum dicti N. quoad Officium prædictum ſubſtituere, & ſubrogare &c. non obſtantibus ejuſdem Officii, ſeu illius Collegii inſtitutionibus, & erectionibus, ſi in aliquo abſtent: Reſignans vero aliud non facit, quam eumdem perhibere Conſenſum, ut latius demonſtrabant in eorum *Summario Num.* 2., & comprobaverat *Rota in Romana pretii Officiorum coram Albergato*, nempe *deciſ.* 557. *num.* 29., & *deciſ.* 573. *part.* 19. *Recent.*

Cumque eadem adamuſſim formula practicaretur in Caſu vacationis per obitum, quemadmodum liquebat ex eodem *Summario Num.* 3. non erat aſſignabilis ratio, cur extincto Jure Officialis veteris, ſive per obitum, ſive per reſignationem, eadem capi non deberet deter-
7 minatio, per *Text. in leg. illud ff. ad leg. Aquiliam*, *Angel. de legit. Contradict. quæſt.* 10. *nu.* 115., *Rota in Recent. deciſ.* 412. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 2., & *deciſ.* 91. *nu.* 23. *part.* 6., *deciſ.* 40. *nu.* 18. *part.* 7., *Adden. ad deciſ.* 131. *num.* 118. *part.* 8., & *in Farfen.* Immiſſionis 8. Martii 1706. §. *Quarta*, *coram Reverendiſſimo Patre Domino Molines Decano*, & *in Romana* Immiſſionis *ſuper Fructibus* 4. *Decembris* 1711. §. *Jam non minus*, *coram R. P. D. meo Criſpo* cum cæteris lato calamo nuperrime adductis *in Foroſempronien. Legatorum ſuper bonis Emphyteuticis* 19. Januarii *currentis Anni* §. *Primo coram Me*.

Denique, prætermiſſis aliis longe levioribus, & quæ ſub eadem phraſi, vel æquipollenti, aut in idem ſemper coincidenti, dicta, repetita, & replicata jam fuerant per alios Reſignatarios in omnibus ſupra relatis *Deciſionibus*, rebuſque Judicatis, inſimulque extiterant rejecta, ſemperque in iiſdem rebus Judicatis, & *Deciſionibus* deſtructa, & jugulata, quæve idcirco ſupervacaneum erat prorſus retexere de novo, ut ocularitér eluceſcet ſimpliciter confrontando noviſſimas eorumdem Scribentium Informationes cum prædictis *Deciſionibus*: Duo non jam nova, ſed aliquantulum rectius fortaſſe ſuperinduta, & roborata memorati Scribentes ſubjungebant, quorum alterum erat ad eorum ſenſum eradicativum cujuſcumque evictionis, ſeu obligationis reſtituendi pretium, nempe quod ſciebant, vel ſcire debebant Reſignatarii futuram inpoſterum reſolubilitatem, ſeu ſuppreſſionem hujuſmodi Officiorum etiam ea ipſa præcedenti Bulla *Innocentii VIII. impreſſ. in Bullario Novo tom.* 1. *Conſtit.* 12., & *poſt prædictum Tractatum*, *Card. de Luca de Offic. Vacabil. fol.* 3., proindeque cum non obſtante tali redimibilitate, & poſſibili ſuppreſſione contenta in ipſa erectione, & Bullis publicæ luci, & commoditati exiſtentibus Reſignatarii prælegerint ſubire periculum, & acquirere iſtud Officium citra ſtipulationem ullius cautio-
8 nis in hujuſmodi caſu, protecto in elatam promanabat conſequentiam, quod eidem periculo ſeſe ſubiicere voluerint, ideoque amplius non valerent prætendere ullam evictionem, ut ſunt *Textus in leg. ſi fundum ſciens*, *Cod. de evict. cum concord. apud Amat. Panormit. reſolut.* 88. *num.* 15., *Mangil. de evict. quæſt.* 24. *num.* 27., & *quæſt.* 151. *num.* 15., & *ſeqq.*, *Cardinalis de Luca de Fæud. diſc.* 44. *num.* 13., & *de Regal. diſc.* 164. *num.* 2., & *ſeqq.*, *Rota coram Cerro deciſ.* 4. *num.* 14., & *ſeqq.*, & *deciſ.* 155. *num.* 8. *part.* 7., & *in Romana prætenſæ Evictionis primo Junii* 1698. §. *Quæ Concluſio*, & *in Spoletana Bonorum* 4. *ejuſdem Menſis*, & *Anni* §. *Haud refragante coram Reverendiſſimo Domino dell' Olmo*, & *in Romana* Locorum *Montium* 30. *Januarii* 1702. §. *Et quamvis*, *coram R. P. D. meo Lancetta*, & *in Avenionen. Officii Fiſcalatus* 20. *Decembris* 1711. §. *Dum autem*, *coram Eminentiſſimo Priolo*: Præcipue, dum denegare non poterant, ultra prædictam generalitatem, poſitivam ſcientiam earumdem Conſtitutionum
9 redimibilitatem præſeferentium, dum illarum, quatenus opus eſſet in aliis circumſtantiis inibi præſcriptis, derogationem expoſtularunt, & reportarunt, ut in propoſito connotatum egregie fuit in *deciſ.* 155. *num. primo part.* 6. *Recent.*, & *coram Muzzaned. deciſ.* 193. *num. primo*, & *in dicta Avenonien. Officii Fiſcalatus* 20. *Aprilis* 1711. §. *Quod autem*, *coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano*, & in ejus Confirmatoria 27. Junii 1712. §. Impulliubilem, *coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Et alterum conſtipabatur ab exemplis valde proximis, non ſolum reſignationis Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac Cenſuum Vitalitiorum, qui eatitiſſent creati cum pacto redimendi, cujus poſtea Jura alteri cederentur, cum ſimilibus, ſed & fortius cum practico, & quotidiano exemplo locorum Montium, in quibus nulla datur, & admittitur adverſus Reſignantes petitio Reſtitutionis pretii, vel evictionis, etiam ſi in publico Commercio fuerint effective vendita pro majori pretio, & ultra id, quod de eorum intrinſeco, & invariabili valore originarius Debitor, nempe Princeps, conſtituit ſcutorum centum, nam in caſu extractionum eorumdem Princeps ipſe quidem non reſtituit Reſignatariis, niſi eadem ſcuta centum per eum ab initio recepta, licet poſtea pro majori ſumma ex illius auctoritate tranſitum fecerint in Reſignatarium; ſed quod ad noſtram pertinebat indaginem, neque ipſi Reſignatarii ſeſe valeant convertere contra eoſdem Reſignantes, qui majus pretium ea cauſa prædicti Commercii extrinſecum receperunt, ſicuti appoſite adverterunt parificative ad hujuſmodi Secretariatuum Officia agentes de materia penes *Card. de Luca de Regal. diſc.* 163. *num.* 9., & 10., & *de Offic. vacabil. fol.* 86., & fuit admiſſum *in dicta Romana pretii Officiorum*, ut in *dicta dec.* 557. *nu.* 25., &

dec.

dec. 573. nu. 10. part. 19. Recent., *& in Romana*, *ſeu Iannen. Locorum Montium prima Februarii* 1709. §. *Quia in caſu*, *coram R. P. D. meo Aldrovanda*.

Ita in ſubſtantia molem ſtruentes novæ defenſionis prædicti Scribentes reaſſumebant conflictum, de reliquo acerrime commiſſum in prædictis veteribus *Deciſionibus*, rebuſque Judicatis, & quibus ipſæmet Partes, & tempore ſuccumbentes mediante effectiva reſtitutione pretii, uoa poſt alteram acquieverunt; Verum ingenii quidem plena poterat, & merebatur dici recentior hæc allaboratio, ſed neutiquam cenſeri idonea pro deſtruenda fundamentali Juſtitia earumdem rerum Judicatarum; Et in primis undique gratis præcitati Scribentes ſibi ſuadebant reſecare ab agmine dictarum *Deciſionum*, rerumque Judicatarum, illas undecim ab initio numeratas ſub prætextu, quod eædem prodierint ſub diſſimili omnino caſu illarum reſignationum, quas fieri contigerat per Donatarios eorumdem Officiorum, qui a Supremo Priocipe hujuſmodi liberalitatem erant conſequuti: nunquam enim *Sac. Tribunal* firmando, quod iidem Donatarii, & reſpective Reſignantes reſtituere arctarentur ſequuta ſuppreſſione pretium Officiorum ab illis Reſignatorum, ex quo peculiariter, & præciſe eſſent Donatarii, cum, ot adverteram in præcitato *diſcurſ. 60. ex num.* 30., & ſignanter *num.* 37. hæc concurrentia Donationis efficere ad ſummum (licet inutiliter) valeret, quod Donatarii pulſati ad reſtitutionem pretii poſſent forſan ſeſe convertere erga Cameram, ſeu Principem Donatorem, quod tamen eſt contra regularem naturam cujuſcumque Donationis, quæ quando expleta eſt mediante actuali traditione, nullave dignoſcitur ex parte Donantis
10 evictio expromiſſa, nuſquam obligat ad illum, uti diſtinguunt *Antunez. de Donat. Reg. lib. primo cap. 3. num. 42.*, *Boſſ. de Dote cap. 17. fere per tot.*, *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 37. nu. 11. cum ſeqq.*, *Card. de Luca de Donat. diſc. 51.*, *& diſc.* 58. utrobique *num. 2.*, *Rot. in Recent. deciſ.* 148. *nu. 25.*, *& dec.* 397. *num. 18.*, *& ſeqq. part. 9.*, *& coram Peutinger. dec. 52. nu. 1.*, *& coram* Ludoviſ. *dec.* 340. *nu. 4.* ibique *Adden. nu.* 13.

De cætero (recte perpendendo) tota vis ejuſdem *diſcurſus*, cum quo placuit in iiſdem enunciatis reſolutionibus procedere *Sac. Tribunali*, conſtitit in eo, quod Contractus hic Reſignationis ſaperet omnino Emptionem, & Venditionem, ſtante ioterventu trium aſſuetorum requiſitorum, rei nempe, conſenſus, & pretii, quæ ipſimet Scribentes denegare non poterant in illo intervenire, dum *res* erat Officium, *pretium* illud, quod fuit exburſatum, *Conſenſus*, quem præſtiterunt Reſignationi, & ſine quo ſequi non potuiſſet eadem Reſignatio, ne ſolutum extitiſſet illud pretiom. proindeque ad ſummum in hac ſpecie emptionis, & ſequutæ deinceps abductionis rei acquiſitæ ex titulo oneroſo poterat evitari illa refuſio dupli, illaquæ refectio omnium damnorum. & intereſſe, quam ſecumfert perneceſſe quælibet evictio rei ex prædicto titulo oneroſo conquiſitæ, itaut (quod magis notandum eſt) ad effectum, ne idem ſaltem pretium effectivum refundere teneretur Reſignans, minime ſuffeciſſet, quod ipſe Reſignans, ſeu Venditor Of-
11 ficii, aut ejus emolumentorum (quæ proprie ſunt in Commercio, ſolemniter fuiſſet proteſtatus, teneri ſe nolle de evictione, ad normam *Textus in l. emptorem 12. §. final. ff. de act. empt. cum gloſ. ibi in verbo non dubitatur*, & cæteris in *dicto diſc.* 60. plena manu relatis *ex nu. 24.*, *& ſeqq.*, & ſignanter *num. 26.*, quod & dixerunt prædictæ *Deciſiones*, nimirum in *Romana Secretariatus Apoſtolici 14. Iannarii* 1701. *coram Rmo* Domino *dell'Olmo*, *& in* Deciſione *Eminentiſſimi de Polignac 26. Aprilis* 1709. §. 1. *in fine*, *& in altera R. P. D. mei Criſpi 7. Februarii* 1710. §. *Sed aſcendendo*, & in poſtrema *diei 4. Decembris* 1713. §. *Firmo itaque coram Me*.

Illud vero, quod pro adſtruenda tali diſſimilitudioe promovebatur ab iiſdem Scribentes, quod nempe in eo caſu Donatarii, qui in locum ejuſdem Cameræ remanſerant mediante Donatione ſuffecti, induebant ejuſdem Cameræ figuram, & Perſonam, & ideo ſicuti eadem Camera directe vendens obſtricta erat pretium reſtituere, ita obligarentur Donatarii illam repræſentantes, ideoque non ſic infereodum foret quoad hodiernos Reſignantes, qui proprio ære, non mediante Donatione conquiſiverant Officium, & illud plus, quod poſtea conſequuti erant, non recognoſcebant a Camera, ſed ab incertitudine, & eventualitate pretii ab ipſo Commercio accidentaliter proveniente; Profecto neutiquam immutare, ſeu vacillare faciebat fundamentum prædictæ eſſentiæ Contractus præſeferentis Venditionem, ſeu translationem rei ex cauſa oneroſa, quæ nonquam poteſt eſſe, ſequuta poſtea evictione, immunis a reſtitutione ſimpli: De reliquo autem argumentum, quod Donatarii Cameram repræſeotarent, dupliciter dicebatur, ſemperque retorquibiliter adverſus eoſdem hodiernos Reſignatarios; Primo nempe, quia eadem Donatio, ſeu Condonatio pretii aliud non importabat, quam quod pretium in ſubjecta materia rei vendibilis, & exiſtentis in Commercio, cęteroquin exburſandum Cameræ pro regulari acquiſitione Officii, Princeps Condonando Conſanguineis, & Familiaribus efficiet, quo
12 ad ſummum per fictionem Juris appareret illud quodammodo recepiſſe, poſteaque brevi mano reſtituiſſe, ad mentem *Text. in l. veniſſe 171. ff. de Verbor. ſignificat.*, *Rebuff. in l. liberationis col. prima verſic. videlicet*, *eodem tit. de Verbor. ſignificat.* cum aliis per Scribentes apud *prædictum Card. de Luca* adductis *fol. 98. nu.* 29.,

& fol. 113. *nu.* 26., *& ſeqq.*, *& fol.* 124. *n.*23. ibique *Gallerat. de Renunciat. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 5., *& ſeqq.*, *& in dicto diſcurſ.* 60. *nu.* 31, *de Commerc.*, *& Mercat.*

Quodque ſecundo loco adiicebatur de Donatariis loco Cameræ pretium recipientibus, feriebat dumtaxat illam rationem, quod abſonum nimis foret, quod ſi Camera pretium ipſum in Platea decurrens recepiſſet, illudque idem reſtituere fuiſſet obnoxia, quare ad aliquid minus teneri poterant Donatarii, qui Jura Cameræ, Perſonamque repræſentabant, alias namque melioris extitiſſet conditionis Ceſſionarius, quam Cedens, & Homo privatus, quam Princeps, ad tradita *ſub eodem diſc.*
13 60. *nu.* 33., ubi in propoſito principalis obligationis Cameræ, vel Fiſci adducuntur *Text. in l. ſi Procurator* 5. *ff. de Jur. Giſci*, *Bald. in l. prima Cod. de hæredit.*, *vel action. Vendit. ſub nu.* 5., *Pariſ. conſil.* 101. *nu.* 54. *lib.* 1, *Caballin. de Evict. §. primo nu.* 88., *Peregrin. de Iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 4. *nu.* 37., *de Ponte de poteſtat. Proreg. tit.* 4. *de Regal. Impoſit. §.* 4. *num.* 2. *& ſeq. Mangil. de evict. quæſt.* 181. *num.* 28., *&* 29., *Guzman eodem tract. quæſt.* 8. *nu.* 20. *& ſeq. Fontanell. dec.* 221. *nu.* 11., *&* 12.

Applicando autem ad rem, & utendo comparatione etiam ipſorummet Scribentium, qui dicunt, non differre formulam Reſignationum adhibitam, quando poſſeſſores faciunt ſe demortuos per abdicationem Officii, illiuſque dimiſſionem in manibus Principis, a formula, quæ adhibetur, quando Officium vacat per obitum; nonne ſemper verum exiſtit, quod ſicuti, ubi demortuo effective Poſſeſſore per obitum vacaſſet hoc ipſummet Officium, & ad Cameræ manus deveniſſet, illud eadem Camera ſucceſſive transferens, ſeu vendens cuilibet volenti ipſum emere (præciſive a requiſitis, quibus facile derogatur, & in noſtro caſu fuit derogatum) reportaſſet & ipſa illud extrinſecum pretium, quod erat in Commercio eventualiter antiquo ſuperadditum, poſteaque ſequuta ſuppreſſione debuiſſet omnimode prout fecit, etiam illud plus, quod intermedie ex cauſa prædicti Commercii, acquiſiviſſet, refundere Reſignatariis tractu temporis Spoliatis, quemadmodum docuit experientia, quia Camera non reſtituit ſimpliciter primum pretium ſcutorum 5500., cum quo fuerunt ab initio diſtracta de tempore *Innocentii VIII.* ſed illud etiam, quod de tempore in tempus ob ejuſdem Commercii variationem effective recepit: Quare igitur plus Juris obtinere valent Reſignantes, ſive fuerint Donatarii, ſive fuerint oneroſi Æquiſitores; Cameram ſemper utroque modo repræſentantes, ac in Auctricem recognoſcentes, retorquendo ad hunc effectum regulam, de qua ſupra, imo arguendo a majoritate rationis, quæ plus ſem-
14 per ineſt, & conſideratur in Principe, quam in Privato, ut ait *Rota in Romana pretii Officiorum* poſt *Cardin. de Luc. de Offic. fol.* 391. cum aliis *Rot. deciſionibus* adductis *in dicto diſc.* 60. *de Commerc.*, *& Mercatur. nu.* 30. *&* 33.

Pariformiter non minus contra eoſdem hodiernos Reſignantes, quam contra præfatos Donatarios urgebat *Textus*, & æquitas ſubſidiaria, quam ſuggerit ipſa natura, & diſpoſitio *Text. in l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet.* ut nempe quoties poſſidenti rem titulo oneroſo illa auferatur, vel alio modo impoſſibilis reddatur ipſius rei perſequutio, ſemper tribuatur adverſus retinentem illius pretium ex titulo, & cauſa lucrativa, actio indubitata, ne contra omnem rationem, & Juſtitiam aliquis con-
15 gaudeat de eo lucro, quod ita faceret, & interea alter collacrimetur orbatus, ut proſequebar *dicto diſc.* 60. *nu.* 34. aſſerens in id ipſum *Bald. conſ.* 348. *nu.* 2. *verſic. conſidera lib. primo*, *Coſt. de remed. ſubſid. remed.* 12. *nu.* 1., *& ſeqq.*, *Card. de Luca de Regal. diſc.* 40. *num.* 5., *& diſc.* 129. *nu.* 6., *& ſub tit. de Credit. diſc.* 35. *ex nu.* 75., *Rot. dec.* 77. *nu.* 23. *& ſeqq. part.* 6. *Recent.*

Siquidem ſi reſpectu Donatariorum ii totaliter in duplici lucro reperiebantur primo ſcilicet quoad pretium condonatum eo tempore decurrens, quo Principis largitas in illos diffuſa eſt, & altero, quod ſuperlocrati fuerunt beneficio ejuſdem temporis, & Commercii, & nihilominus ex præmiſſa æquitativa ratione *Textus* extiterunt coacti utrumque lucrum refundere, qua nam igitur de cauſa hodierni Reſignantes, qui utique non acquiſiverunt primum lucrum, ex quo mediante ſolutione ſcutorum 15000., non in vim Donationis Officium adepti ſunt, poſſunt tamen, aut debent retinere illud plus uſque ad ſcuta 22. mil. quod ab eodem beneficio temporis, intermedie acquirendo, poſtea retraxerunt a noviſſimo Reſignatario: Quis enim non videt, quod alias illa ſcuta 7000. peracta, & recepta ſine alio labore, & titulo correſpective oneroſo detinerentur cum injuria, & læſione alterius; quin etiam ſicuti ſubſequente ſuppreſſione per unum diem ante Reſignationem amiſiſſent iſti Reſignantes hujuſmodi augumentum pure lucrativum, nonne debent ex eadem æquitate, quæ ſemper una eſt, ſimiliter amittere ex poſt, ſemperque refundare illud integrum pretium, quod auctum a tempore (prout in aliis caſibus Officiorum evenit) Princeps ipſe, quoties reportaſſet, etiam refudiſſet? ex jam ponderatis, & conſtabilitis ſupra in §. *Applicando*.

Merito itaque in eorum ſuffragiis Mihi extraditis *Domini* reſpondebant, quod nihil prorſus de novo deduxerant, & deducebant hodierni Scribentes, quod non fuiſſet deductum ab aliis, & forſan iiſdem Defenſoribus in ſupradictis aliis caſibus, mutata ſolum figura verborum, & ratiocinationis, & ſignanter in illis poſtremis, quæ ex eorum confeſſione ipſiſſimos terminos percutiebant, nempe *in Ro-*

mana

Digitized by Google

mana Secretariatus Apoſtolici 7. Feb. uarii 1710. *ac* 28. *Iunii ejuſdem Anni coram R. P. D. meo Criſpo*.

Et de facto eo ipſo, quod dicebant, quod Reſignans facta reſignatione exibat de ſcena, itaut Reſignatarius recognoſceret Principem in ſuum Auctorem, fuerat quidem id motivatum & prætenſum tam ab aliis Reſignantibus; & Acquiſituribus titulo etiam oneroſo, quam ab iiſdem Donatariis, ſed non per hoc exuebant obligationem faciendi illud idem, quod facere fuit compulſus, & fecit ipſemet Princeps, quando fuit immediatus Auctor, reſtituit quippe totum prætium ad ſe perventum, licet non fuiſſet compellendus reſtituere, quod non acceperat; Cum-
16 que plus Juris habere non poſſint Reſignantes, quam ille haberet, vulgato *Text. in l. nemo plus Iuris* 78. *ff. de Regul. Iur. lib.*6., *Surd. conſ.* 126. *nu.* 31., *Argel. de legit. Contradict. qu.* 9. *nu.* 58., *Auguſtin. Burboſ. Axiomat.* 260. *n.*2. *Ioſeph ſeſſ. dec. Aragon.* 188. *num.* 15., & 23., *Rot. dec.* 686. *nu.* 1. *part.* 2. *Recent.* Hinc ſi ipſe Auctur totum non receperat, nec totum refundere tenebatur: aſt qui ejus loco pecuniam ad ſe traxerat, totam etiam pecuniam, ut ita dicamus, revomere erat obſtringendus, & hoc eſt, quod proportionabiliter ad Perſonas importat verbum *Reſtituere* appoſitum ſignanter in *Piana Conſtitutione*, ut fuit reſponſum in
17 omnibus *Deciſionibus* æditis contra Cameram favore Reſignatariorum, ut videre eſt apud *clar. me. Cardin. de Luca poſt Tractatum de Offic. Venalib.* in illa *Romana pretii Officiorum* 16. *Iunii* 1679. *coram Albergato nu.* 2., & *in altera coram Eodem nu.* 3. *fol.* 183., & *fol.* 379.

Atque ut magis aperte, & palam elucereſceret, quod omnia, quæ modo repetebant Scribentes, fuerant acriter propoſita in antecedentibus digladiationibus, & conflictibus, & inſimul everſa, ac in eiſdem eliminata, nonne ille argumentorum præcipuus Achilles allatus ad oſtendendum, quod iſte Contractus Reſignationum non importet veram venditionem, ſed ſolummodo Conſenſum dimittendi Officium, ad finem, ut Princeps valeat de eo diſponere, pretium vero non ſit vere pretium, ſed quoddam potius premium ipſius Conſenſus, ac reſpectivæ dimiſſionis, cum Doctrina *Ferdinandi Braneiæ*, *aliorumque*, fuerat non ſolum in *Deciſionibus* ſucceſſivis, ſed uſque ab initio preventum, poſteaque confutatum in prædicto Originario *diſcurſ.* 60. *ſub nu.* 3. *cum ſeqq.*, & reſpective *nu.* 39., & *ſeqq.*, & deinceps *in Romana Secretariatus Apoſtolici* 7. *Februarii* 1710. *coram R. P. D. meo Criſpo* §. *Abſque eo quod*, & *in eadem coram Me* 4. *Decembris Anni proxime præteriti* §. *Quia refragaretur*.

Nonne pariter alterum argumentum elicitum ex *Text. in leg. ſi fundum ſciens* circa ſcientiam redimibilitatis extiterat adductum, & exornatum in *prædicto diſc.* 60. *nu.* 19., pariterque divulſum *ſub nu.* 54., una cum exagerata inveriſimilitudine Mentis Contrahentium in contrahendo cum Perſona ignota; prout non minus alias, citra inutilem, & nauſeantem repetitionem, & tranſcriptionem, interverſum pluſquam abunde apparebat in prædictis *Deciſionibus*, & præſertim in ſæpedicta *Romana Secretariatus Apoſtolici* 7. *Februarii* 1710. *coram R. P. D meo Criſpo* §. *Minus*.

Solumque in hodierno propoſito, quatenus opus fuiſſet, robuſtius corroboratæ remanſiſſent veteres *Deciſiones*, & res judicatæ, ex ipſomet Folio, ſeu Apoca præſeferente reſignationem ipſam, de qua agitur, dum quod præcedenter in aliis caſibus per intellectum Iuris deducebatur, nimirum, quod ipſę reſignationes eſſent in effectu emptiones, & venditiones, non erat amplius hodie inquirendum, quod ita foret, & quod ceſſaret prædicta inveriſimilitudo ob inſcitiam illorum, qui forent Reſignantes, ad effectum, ut ab illis poſſet exigi cautio pro contingibili caſu ſuppreſſionis, ſeu abductionis ejuſdem Officii, dum Litteris Cubitalibus legebatur in prædicto Folio, quod claræ, & recolendæ memoriæ Eminentiſſimus Cardinalis Chiſius vendiderat iſtud præciſum Officium D. Equiti Acciajolo, ut ibi — *Dichiarando d' aver venduto in queſto giorno il predetto Offizio al medeſimo Sg. Cavaliere Acciajoli* — Quamobrem, & pluſquam notoria erant Perſona vendentis, & ementis, & pluſquam clare facta expreſſio formalis venditionis, quæve idcirco, ſtante tali incontrovertibili expreſſione, nequibat in dubium refricari, ut in for-
18 tioribus quotidie habemus ex deductis per *Fulgin. de Iur. Emphyt. in prælud. quæſt.* 15. *nu.* 1., & 2., & *clar. me. Card. de Luca de Feud. diſc.* 11. *nu.* 19., & *de Regul. diſc.* 49. *nu.* 8., & *de Emphyt. diſc.* 13. *nu.* 6.

Poſtremo, ac tandem cætera exempla, & ſignanter illud Locorum Montium adeo diſjunctum, & colliſum videbatur in præteritis *Deciſionibus*, ut ne fruſtra appareret conteri tempus in retexendo jam dicta, ſatius *Domini* exiſtimaverint ſeſe remittere ad eaſdem *Deciſiones*, & præſertim ad illam *Eminentiſſimi Domini mei Cardinalis de Polignach* 26. *Aprilis* 1709. §. *Minuſque officit*, & *ſeqq.*, & alteram *R. P. D. mei Criſpi* 7. *Februarii* 1710. §. *Partitas etiam cum ſeqq.*, cum ex ſemetipſis illæ agnitæ fuerint pro adeo prævalidis, ut cæteri Reſignatarii illis acquieverint, & totum pretium receptum ęquo animo reſtituerint.

Oſtenſo itaque ex hucuſque diſſertis, quod in vanum Scribentes pro Domino Principe Chiſio evadere ſatagerant præcedentem *Deciſionem* inter has Partes æditam *coram Me* ſub enunciata die 4. *Decembris* 1710. cum ſuppoſito atterendi baſem prædictarum rerum Judicatarum: In conſequentiam non ſolum reſponſum fuit, *non conſtare de Cauſis*, ſed *ſtandum eſſe in Deciſis*.

Et ita &c. Utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 16. Aprilis 1714.

ARGUMENTUM.

Habes ex ſequenti Summario.

SUMMARIUM.

1 *In diſcordia peritiarum vel media uti melius comprobata attendi debet, vel illis omnibus inſimul coacervatis tertia illarum pars pro juſto valore determinanda eſt.* Limita num. 4. & ſeq.

2 *Ad ſtabiliendum rei valorem, quæ ſint neceſſario inſpicienda*, & num. ſeqq.

5 *Peritia ſemel approbata controverti amplius nequit.*

6 *Liquidationis materia cum levioribus probationibus etiam a veriſimili inductis contendetur Judicis arbitrio definiri ſemper conſuevit*, & n. 7.

8 *Mobilia ex longo temporis lapſu vel attrita, vel conſumpta præſumuntur.*

Et idcirco ſuper illorum valore Judicium proferri nequit num. 9., & 11.

10 *Materia liquidationis pretii, ſeu quantitatis rei quæ ſæpe mutatur de uno tempore ad aliud extendi nequit.*

12 *In inveſtimentis locorum montium ſimplex duorum menſium tempus præfinitus apparet*. Limita num. ſeq.

DECISIO DCLIX.

SUper liquidatione valoris Vineæ, & mobilium ab hæreditate bon. mem. R. P. D. Hieronymi de Avila provenientium, ex quorum pretio juxta legem in poſtremis illius tabulis præſcriptam confici debebat multiplicum ad commodum filiorum Jacobi ipſius Teſtatoris hæredis, & ex Sorore nepotis, nec non etiam ſuper nonnullis incidentibus, quæ modum & formam illud proſequendi reſpiciebant, præviis quatuor *Deciſionibus* editis *coram R. P. D. meo Lancetta ſub diebus 16. Maii* 1707., 13. *Januarii* 1708., 10. *Februarii* 1710., *&* 11. *Maii* 1711. lata fuerat ſententia Rotalis, a qua interpoſita appellatione per D. Lucam Antonium Cicciaporcium in quem tanquam Donatarium univerſalem Didaci, alterius ex filiis memorati Jacobi, Jura dicti multiplici devenerant, cauſaque mihi devoluta, propoſueram ſub die 19 Junii anni proxime præteriti Dubium *An ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda*, ſed cum in illius diſputatione Defenſores ejuſdem Cicciaporcii altius reaſſumentes ſtatum, & qualitatem controverſæ vineæ, unacum mobilibus in ea exiſtentibus de tempore quo illa vendi debebat, totam eorum fere defenſionem deducerent ex incongrua taxatione valoris, ſeu modicitate pretii in eadem ſententia ſtatuti, hinc agnito per *Dominos* ea poſſe quodammodo relevare, ſatius ideo duxerunt cauſæ reſolutionem differre, & una ſimul decernere quod fieret per eoſdem *Dominos* acceſſus ad locum differentiæ. Quamobrem recognitis poſtea per ocularem inſpectionem circumſtantiis illis, quæ veriſimilem, ac genuinum ejuſdem vineæ valorem concludere poſſent, ſuper prædictæ ſententiæ viribus, iterum *Dominos* in hodierna Rota conſului, qui *ſententiam Rotalem eſſe confirmandam juxta modum* reſponderunt.

Quamvis enim neutra ex Partibus aſſentiri videretur liquidationi valoris, ſeu pretii vineæ in præfata ſententia contenti in ſumma Scutorum 4200. juxta æſtimationem de anno 1670. per Continum Architettum expletam, cum Cicciaporcius illud ad longe majorem ſummam aſcendere acriter ſubſtineret, ſub eo potiſſimum fundamento, quod cum tres habeantur peritiæ inter ſe non modicum diſcordantes eligi minime valuerit infima ex eis, ſed vel media, uti meliori probationum præſidio ſuffulta attendi deberet, vel illis omnibus in ſimul coacervatis
1 tertia illarum pars pro juſto valore determinari, juxta Theoricam traditam a *Saliceto in l. hac edictali num.* 10. *C. de ſecundis nuptiis*, quam in peritiarum diſcordantia ſervandam eſſe collandam *Gratian. diſcept.* 228. *num.* 28. *dec. March.* 32. *num.* 6. 12. *& ſeq. Cyriac. controv.* 159. *num.* 10. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 34. §. . . . *num.* 90. *Rot. in recent. par.* 14. *deciſ.* 112. *num.* 15. *par.* 17. *deciſ.* 114. *num.* 7. *in Romana Emphyteuſis ſuper melioramentis* 26. *Junii* 1705. §. *Cum itaque coram bon. me. Omanna* 15. *Martii* 1706. §. *Quoniam coram clar. mem. Card. Caprara, &* 16. *Martii* 1708. §. *Non impugnabat coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

E contra vero d. Altovitus pretium prædictum etiam in minori ſumma dictorum Scutorum 4200. ſtatuendum eſſe contenderet, attentis nedum generalibus circumſtantiis deductis ex eo, quod de anno 1610. quo venditio erat explenda, Vinea, aliaque Bona ſtabilia in minori pretio, ſeu quantitate, quam eſſet de anno 1670., valutabantur ad tradita *per Card.*
2 *de Luc. de dot. diſc.* 190. *ſub num.* 13. *& diſc.* 156. *ſub num.* 7. *&* 20., *Rot. in Recent. par.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 509. *num.* 16. ſed etiam ex particularibus, ac magis ſpecificis obſervationibus depromptis tum ex affictibus, ſive locationibus hujus vineæ poſt obitum Teſtatoris exaratis; tum ex valutatione, ac æſtimatione Bonorum, aliarumque Vinearum adiacentium, quæ
3 omnia ad ſtabiliendum rei valorem ſunt principaliter inſpicienda, ut de locationibus notant, *Spad. conſ.* 114. *num.* 1. *Adden. ad Ludoviſ. deciſ.* 101. *num.* 5. *Rot. in Recent. par.* 6. *deciſ.* 186. *num.* 11. *&* 19. *& par.* 19. *deciſ.* 41. *num.* 3. *& ſeq.* & alii relati *in deciſione R. P. D. mei Lancetta* 15. *Januarii* 1708. §. *Attamen*, & de pretio Bonorum adiacentium, & finitimorum mo-

monet *gloſ. in l. 2. verb. Ind. verſ. dic ergo, C. de
reſcinden. vendit. Surd. conſ.* 293. *num.* 31. *Rot.
in recent. part.* 18. *deciſ.* 14. *num.* 14., & pro-
batur *in alia deciſione hujus* Cauſæ *diei* 10. *Februa-
rii* 1710. §. *In his*.

Nihilominus neglectis hiſce Partium concla-
mationibus, *Domini* quoad intrinſecum con-
troverſæ vineæ valorem a prædictæ æſtimatione
anni 1670. recedere noluerunt, cum nulla alia
præcedens æſtimatio haberi valuerit, iſtaque
coadiuvata dignoſceretur ab aliis extrinſecis ar-
gumentis, valoris nempe vinearum adiacen-
tium, ſtatus rei de tempore fabiendæ alienatio-
nis, ac ocularis *Dominorum* inſpectionis ad lo-
cum differentiæ, unacum relatione extrajudi-
ciali Periti in acceſſu adhibiti, itaut hujuſmodi
valoris æſtimatio adeo congrua, & veriſimilis
4 apparuerit, ut unicumque aliæ contrariæ pro-
bationi omnino præferenda veniret, ſicuti no-
tant *Cyriac. controv.* 229. *num.* 21., *& ſeq.,
Fontanel. deciſ.* 381. *num.* 3., *&* 4. *Rot. coram
Gregor. deciſ.* 575. *num.* 6., *& coram Benincaſa
deciſ.* 267. *num.* 4. *in Romana Primogenituræ de
Bubaldo ſuper Palatio ad Plateam* Columnæ 12.
Martii 1703. §. *Cæterum coram* Me, *& in Roma-
na; ſeu Portuen. Tenutarum ſuperexceſſu quoad
Vicarellum* 26. *Martii* 1708. §. *Verum etiam
pariter coram Me, cum aliis in Romana Fornacis
ſuper manutentione* 5. *Februarii anni currentis*
§. *Quod autem coram R. P. D. meo Criſpo*.

Maxime quia memorata Contini æſtimatio
non fuit oſcitanter, & inconſulto per acta, ſed
in actu ſerio, & proportionato. occaſione nem-
pe diviſionis Bonorum inita inter fratres de
Avila, in qua præſumi non debet quod Peritus
augendo, vel minuendo rei valorem voluerit
alteri ex Partibus præjudicare, proindeque
dum ea ſemel admiſſa, & approbata comperi-
tur ab Auctoribus eorundem Collitigantium,
5 eo minus licite valeat ad præſens illius veritas
impugnari, ad ſancita per *Text. in l. cum a Ma-
tre C. de rei vindicat. & l. vindicantem ff. de ven-
dition. quos ſequitur Rota in Romana fideicommiſſi
de Maximis* 4. *Maii* 1711. §. *Abſque eo quod co-
ram R. P. D. meo Criſpo. & in Peruſina Pecunia-
ria* 3. *Iunii* 1712. §. *Allegari, coram eodem*,
cum ibi concordan.

Verum quia præter Vineam controverſam,
in Domo eidem adnexa adeſſe dicebantur etiam
mobilia non modici valoris, quorum pretium
ex præcepto Teſtatoris pariformiter inveſtiri
debebat, *Domini* ex oculari inſpectione occa-
ſione Perſonalis acceſſus habita animadverten-
tes, quod eadem mobilia ſub præfata æſtima-
tione nec extiterint compræhenſa, nec minus
compræhendi valuerint, ideo illorum reſpectu
pretium adaugendum fore crediderunt ad alia
ſcuta 600., quod ſane augmentum rationi con-
ſonum videbatur, nam licet ex longi temporis
decurſu, & defectu ſcripturarum præciſa eorum
quantitatis probatio afferri non valeret, ea ta-
men veriſimiliter deduci poſſe apparebat a

deſcriptione facta in Inventario anni 1610., quo
obiit Teſtator, juxta quam *Domini* eorundem
mobilium valorem in hac congrua ſumma ſc.
600. arbitrati ſunt, cum liquidationis materia,
6 quæ levioribus probationibus etiam a veriſimili
inductis contentatur, ut inquiunt *Bald. in l.* 18
n. 24. *verſ. Adde Cod. de fructibus, & lit. ex-
penſ., Natt. conſ* 510. *n.* 2. *Card. de Luc. de
Iudic. diſc.* 33. *num.* 18. *Rot. coram Bich. deciſ.*
580. *num.* 7. *cum aliis in Eugubina, ſeu Senegal-
lien. devolutionis ſuper fructibus* 16. *Maii* 1698.
§. *Nulla enim coram Reverendiſſimo dell' Olmo
EpiſcopoConchen.* Judicis arbitrio definiri ſemper
conſueverit ad firmata per *Rot. coram Pamphil.*
7 *deciſ.* 169. *n.* 2. *ibique Adden. nu.* 7., *& ſeq. &
deciſ.* 70. *num.* 5. *par.* 15. *recent.* & aliis conge-
ſtis *in Imolen., ſeu Faventina fideicommiſſi ſuper
fructibus* 23. *Iunii* 1713. §. *Nihilominus coram
R. P.* D. *meo Criſpo, & in Romana Fornacis ſu-
per manutentione* 5. *Februarii proxime præteriti*
§. *Liquidatio coram eodem*.

Et ſane quod ſub prædicta æſtimatione com-
præhendi minime valuerint mobilia pro hujuſ-
modi inveſtimento deſtinata palam reddi vide-
batur ex eo, quod Peritia Contini Architecti
fuerat expleta tantummodo de anno 1670., &
ſic ſexaginta poſt annos ab obitu Teſtatoris, ex
quo adeo longo temporis decurſu illa, vel nul-
latenus exiſtebant, vel in majori parte attrita,
& conſumpta remanſerant, prout ex minori
8 etiam temporis lapſu de jure præſumi monet
Bartol. in l. 5. *C. de marileg. lib.* 10. *num.* 3. &
pluribus congeſtis *Rot. coram Duran. deciſ.* 195.
num. 11. *& deciſ.* 235. *num.* 2. *& in recen. par.*
19. *deciſ.* 214. *num.* 2. proindeque cum mobilia
prædicta ipſius Periti oculis ſubjecta non extite-
rint, minuſque ea in ſtatu, ſeu qualitate, prout
erant de tempore adeo remoto explendæ ven-
ditionis conſiderare eſſet permiſſum, uti quo
firmum ſuper illorum valore judicium proferri
9 non valebat, ut in propoſito obſervant. *Cyriac.
controv.* 61. *num.* 2. *& ſeq. Rota coram Ottobon.
deciſ.* 199. *num.* 12. & optime *in recent. par.* 19.
deciſ. 202. *num.* 14. *& ſeq.*

Nullatenus relevante, quod in eadem æſti-
matione Vineæ ſpecifica etiam mobilium ratio
habita dignoſcatur, quoniam illa intelligi debet
juxta ſtatum, ſeu qualitatem, in qua mobilia
prædicta de tempore factæ æſtimationis præexi-
ſtebant, nunquam autem talis æſtimatio ad ſta-
tum, ſive valorem eorundem mobilium de
tempore explendæ alienationis referri valebat:
Si igitur controverſa mobilia, vel partim ex
temporis edacitate conſumpta, vel non modi-
ce diminuta tunc temporis reperiebantur, va-
lor propterea in eadem peritia ſtatutus attendi
minime deberi *Dominis* hodie viſus eſt pro re-
gulando ſtatu, & qualitate eorundem mobi-
lium de tempore antiquo, quo illa in majori
pretio, ſeu æſtimatione proculdubio extitiſſe
cenſenda erant, cum in ea, in qua verſamur,
materia liquidationis pretii, ſeu quantitatis rei,

quæ

10 quæ perſæpe mutatur de uno tempore ad aliud recte inferri non valeat juxta notata per *Alciat. de præſumpt, reg. 2, præſumpt. 21. n. 16. Rot. coram Bich. deciſ. 12. num. 10. in rec. par. 16. deciſ. 305. num. 7. & ſeq. & par. 19. deciſ. 106. num. 19.*

Potiſſime quia hujuſmodi Peritia non ad alium effectum exarata compellitur, quam ad regulandam diviſionem, quam fratres de Avila inter ſe inire intendebant, quo caſu Peritus nulla habita temporum diſtinctione ad ſtatum rei præexiſtentis de tempore ineundæ diviſionis unice reſpexiſſe cenſendus eſt; Unde eo minus æſtimatio prædicta pro effectu, de quo agitur, regulandi nimirum antiquum eorundem mobi-
11 lium valorem conſiderari promeruit ad traditaper *Surd. in conſ. 379. num. 5. Handed. conſ. 4. num. 41. lib. 1. Mantic. de conjectur. lib. 3. titul. 14. num. 8. Rot. coram Buratt. deciſ. 792. nu. 12. in rec. par. 16. dicta dec. 305. num. 8. & par. 17. deciſ. 230. num. 16.*

Adaucto igitur ex his valore Vineę una cum mobilibus in ea exiſtentibus ad alia ſcuta 600. ultra quantitatem ſc. 4200. in præcedenti ſententia ſtatutam, quoad reliqua modum conficiendi inveſtimeotum reſpicientia, nulla apud *Dominos* hæſitandi ioerat ratio quin ſententia Rotalis eſſet abſolnte confirmanda; Quandoquidem reſpectu temporis proſequendi multiplicum juſtiſſime indulta videbatur dilatio quatuor menſium pro emendis locis Montium vacabilium, poſtquam ex fructibus ſumma ſufficiens pro novo inveſtimento conflata extitiſſet; Nam licet attenta Juris cenſura, in ſimilibus inveſtimentis ſimplex duorum menſium terminus præ-
12 finitus appareat, ut monet *Text. in l. Tutor qui repertorium §. Poſt depoſitionem ff. de adminiſtrat. Tutor.*; enm tamen verſemur in locis Montium, in quibus poſt lapſum menſis a die maturationis cujuslibet Bimeſtris, prout fieri deberet, non ita ſollicite, ac expedite fructus exiguntur, licite exinde ampliari poterat dicta Juris diſpoſitio, aſſignando tempus magis congruum, in quo inveſtiendi occaſio magis commode inveniri valeret, & ita quod ultra terminum a jure præſcriptum, alii duo menſes aſſignarentur, omnis æquitas ſuadere videbatur, ut bene pro-
13 batur *in deciſione hujus Cauſæ emanata 11. Maii 1711. §. Quamobrem cumduobus ſequen. coram R. P.* D. *meo Lancetta*, ubi contrariis objectis optime de more ſatisfactum apparet.

Reſpectu vero ſubtractionum pro expenſis, quæ ad conficiendum hujuſmodi multiplicum requirebantur, neceſſariæ Dominis apparuerunt illæ Exactoris, & Proxenetæ, cum nullus in Urbe ſit, qui onus habens ſimilia multiplica explendi, eaſdem expenſas ſubire non cogatur, ideoque illarum deductio admiſſa in præcedenti ſententia, de nulla injuſtitia valebat hodie redargui: Abſque eo quod opus foret pro earum deductionum juſtificatione nova Juris præſidia retexere, cum in hac parte exuberare videretur deducta *in deciſionibus* præcedentis Inſtantiæ, ad quæ iidem *Domini* ſe remiſſive habuerunt.

Et in hunc modum, utraque Parte Informante, reſolutum fuit.

SABINEN., SEU FLORENTINA IMMISSIONIS.

Veneris 20. Aprili 1714.

ARGUMENTUM.

Identitas maxime in antiquis quomodo, & quibus conjecturis, & demonſtrationibus probari debeat. Ad arguendam reciprocam linearem inter ſolos deſcendentes unius lineæ leviores ſufficiunt conjecturæ Potiſſimum ſi fideicommiſſum ſit ab aſcendente conditum.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio in vim interdicti quorum bonorum quo caſu indulgeri ſoleat venienti ab inteſtato.*

2 *Manutentio concedenda ſemper eſt hæredi gravato, donec Fideicommiſſarius abſolvat Judicium ſuper immiſſione* in vim L. final.

3 *Poſſeſſio capta abſque citatione, & Iudicis auctoritate eſt nulla, & ſpoliativa.*

4 *Pro obtinenda immiſſione ad bona fideicommiſſaria probanda eſt identitas eorundem bonorum.*

5 *Fides cataſtri ſine partis citatione extracta nihil probat.*

6 *Identitas maxime in antiquis quibus probationibus concludi poteſt.*

7 *Bona fideicommiſſaria in ultimo ſubſtituto evadunt libera.*

8 *Ad arguendam reciprocam cum ſubſtitutionis onere inter ſolos deſcendentes unius lineæ leviores ſufficiunt probationes*, & nu. ſeqq.

Præſertim ſi fideicommiſſum ſit ab aſcendente conditum ibid. n. 9.

11 *Dos a fideicommiſſo aſcendentali vigore* Auth. res quæ *detrahi poteſt.*

12 *Poſſeſſio ſemper de manu hæredis capienda eſt*, & nu. 14.

13 *Nepos concurrit ſemper cum Patruo, quando agitur de ſuccedendo cum Patruo, & non de aliquo excludendo.*

15 *Standum ſemper eſt illi ſtatuto cui Patres per pactum expreſſum ſe ſe ſubjecerunt.*

16 *Filio ſub patria poteſtate degenti interdicta eſt teſtamenti factio.*

17 *Mater in præjudicium proprii filii de ſuis bonis dotalibus diſponere nequit.*

DECISIO DCLX.

GEminis ſuffulta fideicommiſſis Bernardina, altero nempe Virgilii Petrelli, & altero Franciſci Angeli Teſta propria auctoritate, & nemine citato poſſeſſionem omnium bonorum in hæreditate Hyacinthi ejus ex Angela Sorore Ne-

Google

Nepotis repertorum, & ejuſdem Angelæ olim dotalium nacta fuerat, ſed inſurgente Antonio Montucci memorati Hyacinthi Patre, qui inverſo naturæ ordine filio ſuperſtes exiſterat, ac contendente inteſtatam ſucceſſionem in Bonis ejus filii ſibi omni jure deberi, facile fuit ad eadem Bona ita nulliter occupata, quæque per præmorientiam Angelæ Matris proprium ejuſdem Hyacinthi filii Patrimonium evaſerant Immiſſionem a R. P. D. Vincentino tunc in Subſellis A. C. Ordinarium Juſdicente obtinere; Quam & ſi ſucceſſive R. P. D. de Pactis Judex Commiſſarius quoad Bona hæreditaria, & libera tantum dicti quondam Hyacinthi generice confirmandam cenſuiſſet ſpecialiter tamen quoad Bona ex memoratis fideicommiſſis provenientia eam reformare non dubitaverat, attributa tantum Montuccio rata legitimæ in Bonis Virgilii fideicommittentis primo hæredi gravato debitæ, & in dictum Hyacinthum mediatum hæredem poſtea transfuſæ, quatenus jam detracta, aut conſumpta non extitiſſet, nec non reſervata dotis congruæ conſecutione eidem Angelæ ſuper bonis memorati Virgilii promiſſæ, a cujus Judicio devoluta in gradu ulterioris appellationis ad noſtrum Tribunal pro maturiori examine hæc cauſa, prævia idcirco conſueti Dubii propoſitione per me hodie facta, prodiit unanime Dominorum reſponſum, *dandam eſſe Montuccio Immiſſionem*.

Concurrere ſiquidem viſa ſunt requiſita omnia ad Immiſſionem obtinendam neceſſaria, inteſtatus nempe obitus Hyacinthi filii, & conſequutiva Juris Montucci in bonis filii ſuccedendi purificatio, ac Bonorum Angelæ dotalium ad hæreditatem dicti Hyacinthi pertinentia, quæ ex Matrimonialibus ejuſdem Angelæ Capitulis reſultabat, quibus poſitis, Immiſſio in
1 vim Interdicti quorum bonorum venienti ab inteſtato paſſim a Tribunali indulgeri ſolet ad cenſuram *Text. in leg. primo, & tot. titul. ff. quorum*, de quo *Menoch. de adipiſcend. remed. 1. num. 33. Peregrin. de fideicomm. articul. 46. nu. primo, Cardin. de Luca de Iudic. diſc. 1., & in dec. 22. nu. 2., & ſeqq. coram Merlin. dec. 5., & dec. 1224. utrobique nu. 1. coram Emerix jun. dec. 597. num. 2. part. 19. tom. 2. rec. & in Veliterno ſucceſſionis 25. Iunii 1696. §. Siquidem coram bon. mem. Urſino*.

Nec ad ſe in controverſorum Bonorum vitioſa poſſeſſione confovendum, quidquam Bernardinæ proficere videbatur allegatio geminorum fideicommiſſorum, Virgilii, nempe, & Franciſci Angeli, quæ partim per obitum Hyacinthi ſine filiis, & partim per obitum Angelæ ſororis ad ſui favorem purificata clamabat, & quorum vinculis devicta fore Bona omnia eidem Angelæ in dotem tradita, & poſtea ad Hyacinthum delata prætendebat.

Siquidem, & ſi ex æquitate noſtri Tribunalis paſſim ſervari conſueta valeat hæres fideicommiſſarius poſſeſſionem Bonorum fideicommiſſo ſubjugatorum non citato hærede hæredis gravati, ſed tamen authorante Judice nanciſci, id tamen in iis ſemper circumſtantiis receptum eſt, quando nempe incontrovertibilis foret bonorum identitas, quod clara, & nullo turbiditatis velamine obducta foret vocatio, & purificati, quodque hæredi hæredis gravati nullæ competerent detractiones, pro quibus ei foret debita retentio, alioquin ubi alterum ex prædictis requiſitis claudicaret immotum ſemper, & conſtans, tanquam Juridicis innixum principiis ſtat propoſitum Tribunalis, ut bona fideicommiſſaria a manibus ejuſdem hæredis ſervatis ſervandis vindicanda forent, firma interim favore ejuſdem conſtabilita manutentione, donec Immiſſionis in vim *leg. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollen.* per Fideicommiſſarium
2 intentandæ Judicium abſolveretur, ut quoad primam partem videre eſt *in deciſ. 131. num. 1. part. prima recentior., & deciſ. 1880. coram Coccino deciſ. 176. num. 20. & 21. & 198. num. 3., & 4. coram ſan. me. Alexandro VIII., & deciſ. 836. n. 3. par. 19. tom. primo rec.*, & quoad ſecundam *dec. 475. par. 4. diverſorum, Cyriac. controverſ. 262. num. 85. Rota deciſ. 555. per tot. coram Cerro, & ſignanter §. Omiſſo enim, & dec. 190. nu. 9. part. 14. rec. Peregrin. conſil. 24. nu. 8. lib. 2.*

In præſenti autem non unum, quod pro poſſeſſionis annullatione ſufficeret, ſed omnia penitus deerant requiſita; occupatio enim Bonorum in primis ultra citationis defectum nulla etiam præcedente Judicis auctoritate peracta fuerat, adeoque ex hoc ſolo capite nulla, &
3 ſpoliativa dici merebatur ad notata per *Adden. ad Gregor. deciſ. 7. num. 13. Rota deciſ. 71. num. 13., & ſeqq. coram Card. Cerro deciſ. 316. num. 4., & deciſ. 1049. coram Emerix jun. nec non deciſ. 8. num. 1. ad ornatum Cardin. de Luca lib. 10. tom. 2.*

Deficere inſuper videbatur Bernardina in omnino neceſſaria probatione, quod Bona controverſa ſint eadem identifice, quæ memoratis fideicommiſſis fuerant obnoxia, quam concludentem requirit, *Rota in deciſ. 232. num. 2.,*
4 *& deciſ. 443. num. 9. coram Emerix jun. deciſ. 60. num. 1. par. 17. recentior., & in Romana Primogenituræ de Bubalo 20. Januarii 1706. §. In nihilo coram Me*: Tum quia fides Cataſtri, a qua identitatem deſumere eadem Bernardina intendebat tanquam ſine Partis citatione extracta nullum validum probationis gradum vale-
5 bat conſtituere ea notatis per *Adden. ad Pamphil. deciſ. 334. num. 12. Rota deciſ. 6. num. 6. coram Durano deciſ. 511. num. 2. part. 1., & deciſ. 640. num. 18. part. 19. recentior.*, tùm quia cum dicta Bona in fideicommiſſis comprehenſa ex Juribus per Bernardinam datis in ſolis nimis genericis contratæ vocabulis, non verò in ſpecificatione, & confinium diſtinctione cum Bonis Angelæ in dotem obventis concordarent, probata nullatenus dici poterat identitas, cum ver-

verſemur in re non antiqua, licet enim quando res eſſet de probanda ideotitate poſt ſexaginta, vel ſeptuaginta annos leviores ſufficerent probationes eæ tamen eſſe deberent univocæ, ſpecificæ, & individuæ, non verò ità genericæ, ut aliis pluribus bonis pœnitùs diverſis valeant convenire, quales ſunt in caſu,
6 quæ proindè multo minùs ſuffragari poſſunt, dùm, ut præmiſimus, agitur de probanda identitate Bonorum de anno 1661. ſicque per quadraginta circitèr annos antè motam litem, per ea, quæ firmant *Rota in deciſ. 578. num. 1. coram Cavaler. deciſ. 132. num. 8. coram Baratta deciſ. 306. paritèr num. 8. cor. Card. Cerrò deciſ. 144. nu. 14. cor. Bich., & dec. 406. nu. 4. & ſeqq. par. 18. tom. 2. rec.*

Nec minori dubietatis nube obumbrari videbatur eorumdem Fideicommiſſorum duratio, aut Bernardinæ ad illa vocatio pro portione Angelæ ejus Sorori, & Hyacintho poſtmodum ejus filio obventa; Etenim à Fideicommiſſo Virgilii exordiendo, poſtquam iſte Joannem ex Paulo Antonio ejus filio Nepotem hæredem inſtituerat *eidem ſi mori contingat* (ſunt verba Teſtamenti) *ſine filiis legitimis, & naturalibus ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per Fideicommiſſum, & in directum hæredes honeſtas mulieres, & ſuas filias D. Potentiam Vxorem Sanctis Picchetti, & Magdalenam Vxorem Angeli Teſtæ æquis portionibus, & ipſarum Potentiæ & Magdalena filios legitimos, & naturales in infinitum, & ut ſupra per Fideicommiſſum, & per ſtirpes, & non in capita.*

Purificata itaque ſubſtitutione ultimo loco pro portione, quæ obvenerat Angelæ in Hyacintho prætendebant Scribentes pro Montuccio, quod prædictum fideicommiſſum in perſonam eiuſdem Hyacinthi tanquam ultimi de
7 Columnello eiuſdem Angelæ expiraverit, adeoque bona evaſerant libera, juxta tradita per *Peregrin. de fideicomm. art. 52. num. 2. Andreol. controv. 344. num. 4. Ridolphin. allegat. 120. n. 6. Rot. deciſ. 575. num. 18. part. 19. tom. 2. rec.*

Quamquam vero ſubjungeretur per Bernardinæ Defenſores, quod ſtante reciproca ex conjecturis reſultante, pro qua inducenda etiam leviores ſufficiunt, cùm non agatur de inducenda reciproca lineali inter Deſcendentes a pluribus lineis per Teſtatorem ab initio deſignatis, quo caſu, vel requiſita *leg. Titia Seio §. Seio tit. de legat. 2.* vel ſaltem urgentes, & efficaces conjecturæ deſiderantur, ſed de
8 arguendo reciproco ſubſtitutionis onere inter deſcendentes unius lineæ, nempè Magdalenę ut innuit *Rocc. diſput. Jur. Select. cap. 15. n. 15. Rot. deciſ. 271. num. 8. coram Bich. deciſ. 417. nu. 1. coram priùs deciſ. 306. num. 3., & 25. part. 12. recent., & in Foroliviên. Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Quoniam, & 15. Januarii 1703 §. Retento coram bo. me. Muto, & in Lucana Fideicommiſſi 14. Decembris 1708. §. Quia præmiſſo coram Reverendiſſimo Kaunitz,*

Maxime cum fideicommiſſum, de quo quæritur ab aſcendentis diſpoſitione procedat, quo caſu ad effectum inducendæ reciprocæ inter
9 ejus deſcendentes etiam leviſſimæ conjecturæ attendi ſolent ut videre eſt in *deciſ. 271. n. 15. coram Bich. deciſ. 95. nu. 8. coram Arguell. dicta deciſ. 306. num. 22. part. 12. rec. & in Peruſina, ſeu Cortonen. Fideicommiſſi ſuper Immiſſione 5. Maii 1700. §. In præſenti autem coram bo. me. Iacometto, in memorata Foroliviên Fideicommiſſi de Torellis 28. Iunii 1702. §. Hanc eamdem coram bon. mem. Muto.*

Concurrentibus etiam volita perpetuitate fideicommiſſi ex verbo *in infinitum* reſultante, qualitate legitimitatis adjecta, nec non clauſula in ſtirpes, & per fideicommiſſum, ex quibus ordinationem reciprocæ inter deſcendentes unius, ejuſdemque Columnelli inferri valere in comperto eſſe ajebant Defenſores Bernardi-
10 næ aſſerentes in comprobationem prædictæ Concluſionis *Altograd. in conſ. 92. num. 8. lib. 8. Rocc. diſp. Iur. cap. 16. num. 17., & 18. Rota deciſ. 357. num. 11. part. 4. tom. 2. deciſ. 183. num. 10. part. 10. recent. Andreol. cont. 368. num. 29., & 30. Rota coram Vbald. dec. 343. num. 18., & ſeqq.,* & in ſuperius recenſita *Foroliviên. Fideicommiſſi de Torellis §. Quoniam coram bon. mem. Muto, & in Lucana Fideicommiſſi 14. Decembris 1708. §. Quia præmiſſo coram Rmo Kaunitz confirmata prima Iulii 1709. §. Vlterius coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore,* & pro poſtremis pariter *Rota in ſæpedicta Foroliviên. Fideicommiſſi de Torellis 28. Iunii 1702. §. Quarta deſumitur coram bon. mem. Muto.*

Nihilominus cum talis reciproca expreſſe non fuerit appoſita, & ad eam inducendam excepta dictione illa, *in infinitum* quæ verificari utique poterat inter ejuſdem Columnelli deſcendentes nulla alia vere efficax recenſeretur, deerat enim ratio conſervandæ agnationis, prohibitio alienationis, & vocatio, ſeu ſubſtitutio facta ultimo morienti, difficillimum videri poterat inducere reciprocam etiam de Columnello ad Columnellum, ad quem etiam effectum requiruntur conjecturæ in ſuo eſſe perfectæ, qui applicari poſſent deducta in objecto, quæ procedunt in diverſiſſimis circumſtantiis: hinc Domini ſuper his nihil firmare volentes, authumarunt ſufficere ſolam & qualem cumque dubietatem, ideoque ceſſare eam purificationis, ſeu vocationis claritatem, quæ citationis omiſſionem in capienda per fideicommiſſarium poſſeſſione ſuppleret ex ſupradictis & punctualiter firmatis per *Rot. deciſ. 225. n. 6., & ſeqq. penes Torr. de pact.*

Innegabilis quoque data etiam reciprocam vocatione videbatur competentia detractionis legitimæ ex perſona Joannis primi hæredis Inſtituti, quę Magdalenæ, uti in gradu ſucceſſibili eidem Joanni ex Paulo Antonio Fratre Nepoti in iiſdem Virgilii Bonis debita erat, & per eam-

Google

eamdem Magdalenam in Bernardinam, & An-
gelam Hyacinthi matrem tranſmiſſa, ut agno-
vit etiam R. P. D. de Pactis ſecundæ Inſtantiæ
Judex, qui jura ratæ dictæ legitimæ reſervavit,
Addito, quod cum hujuſmodi Bona fuerint a
11 Franciſco Magdalenæ aſſignata ſaltem pro
quantitate eidem congruæ doti correſpondente
jugum fideicommiſſi, cum ageretur de bonis
Aſcendentis, excutere valebant, in vim no-
tiſſimæ *auth. res quæ Cod. cum de legat. de*
qua Rota apud Paulut. poſt diſſert. 37. deciſ. 4.
nu. 2. tom. 1., & in Bononien. Fideicommiſſi 15.
Aprilis 1701. §. Potiſſime coram Emo de la Tre-
moille, & in Vrbinaten. manutentionis, ſeu Spo-
lii 2. Maii ejuſdem anni §. Hanc coram bon. mem.
12 *Muto.* Adeoque ſive ratione earumdem de-
tractionum legitimæ, ſive ratione dotis An-
gelæ competentis, poſſeſſionem fore de manu
hæredis capiendam individualiter voluit *Rot. in*
dec. 133. ex nu. 8. uſque ad 19. & dec. 153. n. 15.
coram Bonincaſa.

Tranſeundo vero ad alterum fideicommiſ-
ſum Franciſci Angeli Teſtæ quod talibus con-
ceptum erat verbis -- *Inſtituiſce Erede proprie-*
tario Franceſco Teſta Figlio del quondam Angelo
Pronipote di eſſo Teſtatore &c. con patto, e con-
dizione, che morendo detto Franceſco Teſta Ere-
de proprietario ſenza figlioli tanto maſchi, che
femine legitimi, e naturali, in tal caſo detto Te-
ſtatore vuole, che la ſua Eredità vada alla Cap-
pella di S. Antonio -- Cum Franciſcus hæres
inſtitutus deceſſiſſet relicta ſola Bernardina ſu-
perſtite, ob præmorientiam Angelæ ejuſdem
Franciſco Patri, magis ſane ardua Juris quæ-
ſtio emergebat; an nempe Statutum Vrbis in-
ducens activam vocationem filiorum in con-
ditione poſitorum, eodem beneficio juvare
valeat etiam Nepotem, qualis erat Hyacin-
thus, ut concorrere potuerit cum Bernardina,
vel ſaltem per repræſentationem ejus Matris
in ejus locum ſubrogari valuerit ad effectum
æqualiter cum eadem Matertera ſuccedendi,
ut prætendebat Montuccius, & viriliter ſub-
ſtinebant pro eodem Scribentes in id adducen-
tes, tum auctoritates, tum graves rationes;
Seu potius diſpoſitiva ejuſdem Statuti vocatio
tamquam filios præciſe in conditione poſitos
non egrediens ad nepotes non extendatur, ut
probare conabantur Defenſores Bernardinæ al-
legantes *Conſtantin. ad Stat. Vrb. annot. 36. art.*
1. nu. 29., & ſeqq. & 56., & ſeqq. Rota deciſ.
84. num. 7., & ſeqq. part. 9. Augebatur tamen
difficultas replicantibus Defenſoribus Montuc-
cii contraria hujuſmodi procedere in caſu ſim-
plici, non vero in caſu mixto, ubi nimirum,
ut in caſu, adeſt aliquis ex filiis in conditione
poſitis, cum quo niſi concurreret Nepos ex
alio prædefuncto filio ſuperſtes, videretur in-
duci quædam aſperitas, & inæqualitas non de
facili admittenda; Et hinc, eſt, quod quando
13 agitur de ſuccedendo cum Patruo, non vero
de aliquo excludendo a ſucceſſione, ſemper Ne-
pos concurrit cum Patruo, late *Vrceol. conſult.*
52. nu. 8., & 21. cum ſeqq.

Nullam ex his propoſitionibus Domini am-
plecti, firmare, aut reiicere intelligentes con-
ſiderabant articulum eſſe valde arduum, at-
que maturum exquirere examen in ſuo con-
gruo Judicio aſſumendo, tunc cum Bernardi-
na, prout Judicii ordo exigit, intentabit Judi-
cium in vim *leg. final. C. de Edict. Div.*
Adrian. tollen. cum nemo affirmare audere
poſſit, quod hic, & nunc clara ſit excluſio
Hyacinthi, etiamſi nepotis a portione, quæ
debebatur Angelæ ejus Matri, uti in conditio-
ne poſitæ ſi ea ſupervixiſſet, ſive ex capite vo-
cationis propriæ ejuſdem Hyacinthi, ſive jure
repræſentationis ejus Matris, quæ dubietas ſa-
tis ſuperque exuberare Dominis videbatur ad
hoc, ut poſſeſſio eorumdem Bonorum non
propria hæredum fideicommiſſariorum aucto-
14 ritate, ſed de manu hæredis omnino foret ſer-
vato Juris ordine capienda, juxta auctoritates
ſuperius adductas, quibus addi poteſt *Rot. in*
Firmana Prædii della Parapina coram bon. mem.
Bonincaſa inter ejus impreſs. la 133. §. Minus
urget, & n. 7. in illius confirmatoria la 153. n. 15.
& duobus ſequentibus.

Abſque eo quod ulterius inquirendum foret
num etiam in Bonis Franciſci Angeli Teſta de-
beretur Franciſco primo hæredi gravato legiti-
mæ detractio, cum hinc inde Partes non con-
venirent, num dictus Franciſcus Angelus fo-
ret aſcendens, vel tranſverſalis; exuberabat
enim pro declaranda nullitate poſſeſſionis pro-
pria auctoritate, & non citato Montuccio Hya-
cinthi ultimi poſſeſſoris hærede per Bernardi-
nam captæ, & decernenda conſecutiva eidem
Montuccio in hodierno Judicio immiſſione,
quod ageretur de fideicommiſſis dubiis, con-
troverteretur non irrationabiliter Bonorum
identitas, & detractiones hæredi hæredis gra-
vati in Bonis fideicommiſſariis Virgilii compe-
terent. quando unus ex hiſce defectibus (ſimul
hodie indubie concurrentibus) iiſdem Dominis
pro eadem Bernardinæ poſſeſſione circumſcri-
benda, eaque adjudicanda Montuccio ſuffe-
ciſſet.

Sublato autem fideicommiſſorum munimine,
quibus poſſeſſionem nulliter captam tueri cona-
bantur Scribentes pro Bernardina, opus non
eſſe Dominis viſum fuit examinare alterum
motivum qualitatis hæreditariæ ejuſdem Ange-
læ, qua in præteritis inſtantiis Bernardina ſe in
defectum Hyacinthi nepotis ad eadem Bona
ſubſtituta poſtremis in ejuſdem Angelæ tabulis
jactabat, agnita enim inſubſiſtentia talis obje-
cti, eo quod ſatis ſuperque edocti fuiſſent iidem
Scribentes de nullitate teſtamenti Angelæ, ſive
ex diſpoſitione Statuti Florentini vetantis mu-
lieribus diſponere, ſive per ultimam volunta-
tem, ſive per actus inter vivos in Mariti, &
filiorum præjudicium, cui eadem Angela, &
15 ejus Maritus per pactum expreſſum ſe ſubjece-

Digitized by Google

tatis, ut in puncto ejuſdem Statuti obſervat *Cardin. de Luc. de dot. diſc. 125. num. 11. & de teſtam. diſc. 36. num. 6. Sabell. reſol. 77. num. 19. Magon. deciſ. Flor. 97. num. 1. Rot. dec. 78. nu. 6. coram Merlino*, ſive ex Juris communis diſpoſitione activam teſtamenti factionem Angelæ uti de tempore conditi teſtamenti ſub Patria poteſtate exiſtenti interdicente, ad *Textum in l.*
16 *qui in poteſtate 6. ff. de teſtam. Roland. conſ. 68. num. 3. lib. 4. Pacion. Allegat. Civil. & Canon. 53. num. 1. & ſeqq. Gratian. diſcept. for. cap. 382. pariter num. 1. & ſeqq. Rocc. diſput. ſelect. cap. 28. per tot. tom. 1. Palm. Nep. deciſ. Lucen. 241. ex num. 12. uſque ad fin. tom. 3. Rota dec. 216. per totam coram Manzaned. in Romana fideicommiſſi 27. Iunii 1701. §. Sed licet coram Reverendiſſ. Molines, & in Romana, ſeu Veliterna Teſtamenti 17. Martii 1702. per tot. coram Me*: ſive demum quia eadem Angela uti nupta ob reſiſtentiam Conſtitutionis Martinianæ de ſuis dotalibus Bonis in præjudicium Hyacinthi ejus filii diſponere probibebatur, ad tradita per *Barboſ. in l. poſt dotem nu. 47. ff. ſolut. matrim. Boſſ. de dot. cap. 3. num. 194. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 190. per tot. Urceol. conſult. foren. cap. 7. num. 25. & ſeqq. Rota deciſ. 708. num. 4. par. 1. & deciſ. 108. num. 15. par. 4. tom. 2. rec.* Agnita, inquam, dicti teſtamenti invaliditate in ea propterea memorati Scribentes pro Bernardina hodie amplius non inſiſtebant.

Ideoque agnito patenti nullitatis adeptæ per Bernardinam poſſeſſionis vitio, omni idcirco Jure debitam Montuecio immiſſionem elargiri Domini non dubitarunt. Utraque &c.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI SUPER DOMO.

Veneris 23. Aprilis 1714.

ARGUMENTUM.

Leges in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Probatis extremis debetur immiſſio vigore* L. final. Cod. de Ædict. Dict. Adrian. ſollen.

2 *Detractionum jura competunt ſolum illis, qui vel ſunt hæredes gravatorum, vel ab eis, eorumque hæredibus cauſam habent.*

3 *Linearis fideicommiſſi is eſt effectus, ut una linea deficta, altera partem invitata ſuccedat.*

4 *Æqualis ſucceſſio debetur omnibus in æquali gradu exiſtentibus.*

5 *Nequit quis venire contra proprium, vel ſui Authoris factum, aut confeſſionem.*

6 *Repudiatio hæreditatis impedit etiam detractionum competentiam.*

DECISIO DCLXI.

Conſequutive ad approbationem reciproci linearis fideicommiſſi in ſupremis Tabulis per Petrum Seniorem de diverſis ordinati, necnon ad contemporaneam declarationem ejuſdem purificationis, quam favore Petri Junioris pariter de diverſis emiſerat *Sac. Tribunal de annis 1694., & 1695.* coram *bo. me. Urſino*, ut ponderant *deciſiones* ab eo æditæ, & regiſtratæ per *Calderonum inter ejus reſolutiones tom. 1. reſol. 57. ſub num. 24., & reſol. 58. num. 17. part. 1.*, obtinuerat etiam idem Petrus ſub die 26. *Iunij anni 1697.* Immiſſionem ad Domum eidem fideicommiſſo ſuppoſitam, & per Patres S. Auguſtini poſſeſſam, ut ex *Deciſione ab eod.m bo. me. Urſino ſub d. die aditu*, ad cujus impugnandæ effectum, obtenta per Patres nova Audientia, propoſitoque ſub die 26. *Ianuarii anni 1708. per bo. me. Omannam in Urſini* locum ſuffectum conſueto dubio -- *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis, quoad Domum* -- dilata reſolutione, demandata fuerat electio Periti Curialis ad effectum firmandi ſtatum hæreditarium fideicommittentis, ac referendi ſuper detractionibus; Cujus relatione poſtmodum in actis exhibita, repropoſitoque ſub die 6. *Iunii 1712. per R. P. D. meum Aldovrandum* memorati *Omannæ* munus implentem eodem dubio præſtitum fuit *in deciſis quoad prædictum Domum*; Quam reſolutionem cum iterum ad trutinam revocari Patres obtinuerint non diſſimile tamen Iudicium experti ſunt, dum etiam hodie ad *Mei* relationem audiverunt *Dominos* reſpondentes *ſtandum eſſe in deciſis*.

Et quidem Jure, meritoque cum enim nulla exiſteret amplius controverſia de fideicommiſſi duratione ejuſque; purificatione in Perſona Petri Actoris, ac de identitate ejuſdem Domus, quam fuiſſe in bonis fideicommittentis de tempore ejus obitus, Patres inficiari non laudebant profecto abſque manifeſtæ injuſtitiæ labe dene-
1 gari non potuiſſet Petro ad eamdem Domum Immiſſio, quam probatis ſupradictis extremis, omnino concedendam in vim *leg. final. C. de edict. Div. Adrian. tollen.* monent *Riminald. Jun. conſil. 190. num. 35., Gabriel. conſ. 44. num. 3. lib. 1., Peregrin. de fideic. art. 44. num. 6., Gregor. dec. 194. num. 1.*, ibique *Adden. num. 24. Merlin. dec. 188. num. 8., Rot. dec. 386. num. 1. par. 13. rec.*

Abſque eo quod poſſeſſionem Patrum confovere poſſe videretur denuo objectus titulus detractionum, ſive quantitativarum, ſive quotativarum: quas ex Perſona Octavii alterius ex filiis fideicommittentis, ad quem portio hujuſce Domus pro rata librarum 2506. in diviſione cum cœteris Fratribus obtigerat iidem Patres deducere prætendebant; Quoniam exiſtimantes *Domini* ſuperfluum, ac inanem laborem aſſumendi examen ſingularum detractionum,

que

quæ particulariter a Scribentibus pro Petro impugnabantur, hoc unum pro Victoria Petri ſufficere authumarunt, quod nec Pater Jacobus Philippus de Diverſis in Auguſtiniana Religione Profeſſus, ex cujus Juribus ſcænam implebant memorati Patres, nec Hieronymus ejuſdem Iacobi Philippi Pater non comparebant induti veſte hæreditaria, ſive ex Teſtamento, ſive ab Inteſtato, ſive donationis univerſalis ejuſdem Octavii, aut ejus filiorum de diverſo Columnello exiſtentium, ſine qua Jura earundem detractionum, ſiquę Octavio debebantur experiri non poterant, cum ea ſolum competant illis, qui vel ſunt hæredes gravatorum, vel ab eis, eorumque hæredibus cauſam habent, ad
2 tradita communiter per *Roland. conſ.* 28. *num.* 1., *& ſeqq. lib.* 1. *Rot. deciſ.* 599. *num.* 2. *par.* 3. *recen.*, *& deciſ.* 36. *num.* 3. *coram Arguell.*; Alias eſſet exceptio de Iure Tertii, quę regulariter non admittitur, ut docet, *Rot. in dec.* 65., & 180., *utrobique num.* 8. *coram Celſa*, *& deciſ.* 601. *num.* 10. *par.* 18. *rec.*, & alibi paſſim.

Hanc autem hæreditariam qualitatem ſatis deſumi poſſe non exiſtimarunt *Domini* ex quadam enunciativa emiſſa in Inſtrumento celebrato occaſione, quod eamdem Domum, quam uti liberam vendiderat Iacobus Octavii filius comperto poſtmodum, quod erat fideicommiſſo obnoxia, eam emptores retroceſſerant R. Petro D. Iacobi Venditoris Fratri, ac hæredi, in quo Inſtrumento eidem retroceſſioni conſenſerant etiam Hieronymus Frater Iacobi Philippi Auguſtiniani, & Paulus ejus Patruus -- *pro omni, & quocumque eorum Iure, & intereſſe tam virtute Teſtamentorum d. quoad. Petri S. n. quam d. q. Iacobi de Diverſis* . Inferentibus Patribus Auguſtinianis, quod hoc Ius, & Intereſſe Hieronymi, & Pauli derivans ex Teſtamento d. Iacobi, aliud eſſe non poſſet, quam eorum inſtitutio, vel ſubſtitutio in dicto enunciato Iacobi Teſtamento contenta.

Etenim triti Iuris eſt, quod ad hæreditates ex Teſtamento adeundas, nemini datur actio, niſi ipſum Teſtamentum in authenticam formam redactum, & ſolemnitatibus omnibus pro certa forma requiſitis munitum exhibeat, alias actum eſſet de vigilantia Legiſlatorum, qui ad occurrendum fraudibus in hac tanti ponderis materia facillime perpatrandis, tot requiſita, longo ſtudio, tantaque maturitate adinuecta, præſcripſerant, quæ omnibus nota ſunt. & in ſua *Textum* Sede videre eſt, ſi de qualitate ea hæreditaria conſtare ſufficienter valeret ex ſimplici enunciativa incidenter, & in actu non proportionato, ac inter Perſonas de tali enunciativa non curantes emiſſa, & tamen nemo non ſcit, quod aſſertiones emiſſę per modum præſuppoſiti, ac enunciativæ nullatenus ſunt attendendæ, niſi conſtito aliunde de veritate ejuſdem præſuppoſiti, ut relatis aliis *Deciſionibus* ponderat *Rot. in dec.* 835. *ſub num.* 6., *& dec.* 357. *num.* 5. *coram Emerix Iun.*

Non docto antem per Patres de titulo hæreditario ex Teſtamento Octavii, aut illius filiorum, perquem in illius Iura eorum Auctores ſubingredi valuiſſent, minoris relevantiæ videbatur allegatio ſucceſſionis ab Inteſtato, quæ fundabatur in eo. quod cum Iacobus, & Petrus filii einſdem Octavii deceſſerint ſine liberis. & poſt iſtorum obitum Domus controverſa poſſeſſa extiterit per Hieronymum concludendum pernéceſſe foret, quod ad Hieronymum, qui erat proximior, inteſtata eorundem bonorum ſucceſſio delata fuerit; Quoniam poſſeſſio Domus non arguit qualitatem hereditariam, cum extincto Columnello Octavii bene in vim reciprocæ linearis eadem Domus devenire potuerit ad Columnellum Evangeliſtæ filii pariter Teſtatoris, a quo deſcendit Pater Auguſtinus Philippus, eoque pariter modo evacuato nil repugnat, quod eadem Domus fideicommiſſaria in vim ejuſdem Linearis, & reciproci fideicommiſſi deveniat ad Columnellum Marci Antonii alterius pariter fideicommittentis filii a quo derivat Petrus Actor, & in quem purificatam eſſe ſubſtitutionem, eſt hodie in confeſſis, cum
3 hic ſit linearis fideicommiſſi effectus, ut una linea defecta, altera pariter invitata ſuccedat, ad paſſim tradita per *Card. de Luca de fideic. diſc.* 1. *num.* 14., *Rot. dec.* 183. *part.* 10., *& dec.* 406., *utrobique num.* 1, *part.* 19. *rec.*, & alibi paſſim.

Quod autem memoratus Hieronymus, uti proximior filiis Octavii ab Inteſtato iiſdem ſucceſſerit nil ad propoſitum concludit, cum illa proximitas de tempore obitus Petri ultimi filii Octavii æque verificaretur in Petro Avo hodierni Actoris deſcendente a Columnello Marci Antonii, ac in Hieronymo, a quo deſcendit Jacobus Philippus Auguſtinianus, propterea
4 utrique in æquali gradu exiſtenti, æqualis etiam debebatur ſucceſſio ad paſſim firmata per *Vveſſembec. conſ.* 262. *num.* 8. *lib.* 6., *Klocb. conſil.* 3. *num.* 733. *lib.* 1., *Amat. reſol.* 1. *num.* 54. *&* 55. *Torr. de ſucceſſ. in majoribus cap.* 24. *nu.* 11.

Ex his autem quamvis ſatis ſuperque arbitrarentur *Domini* nullo Jure Patres ſub clypeo objectarum detractionum tueri poſſe memoratæ Domus poſſeſſionem, nihilominus eos in prima Sententia confirmavit factum eorumdem filiorum Octavii ſupra in §. *hanc autem* indicatum, qui poſt venditam Andreæ Gaſperetto eamdem Domum, uti liberam ab omni fideicommiſſo, pulſati Judicialiter pro traditione rei liberæ, eo quia fideicommiſſarium vinculum. cui allegata erat eadem Domus, detectum fuiſſet, prævenerunt factum Iudicis, admittendo reſolutionem contractus. & conſecutive recipiendo ipſam Domum, pretiumque iiſdem emptoribus reſtituendo, quod ſane non egiſſent memorati filii, & hæredes Octavii Venditores ſi ipſis competiiſſent adhuc tales, & in tanta quantitate ſufficientes detractiones, quibus libertatem ejuſdem Domus tueri poſſent, quaſque allega-

[illegible]

ARGUMENTUM.

[illegible]

[illegible] *circumſtan*[illegible]

DECISIO CCLXII.

I[illegible] per PP. S. Au[illegible] & [illegible] 13. [illegible] *R. P. D.* [illegible] de Diversis [illegible] Fideicom[illegible] eorum [illegible] Do[illegible] *De*[illegible]

[illegible] calamo dedu[illegible] nimirum [illegible] Fideicommiſſo [illegible] de Diversis [illegible] in ejuſ[illegible] anno 1624. [illegible] Fideicommittentis, pro Camillo [illegible] Fratrem, [illegible] liberum evaſerit, [illegible] favore ejuſdem Fi[illegible] alterum Præ[illegible] vero cenſerint in Can[illegible] Camillo com[illegible] permutatione [illegible] per Hierony[illegible] & Auctorem me-

mediatum eorumdem Patrum de anno 1651., cum Prædio *Pradę* eamdem quoque libertatem, quæ Prædio *Albarada* in fixa erat conſervaverit idem Prædium *Prada*, quod de ſui natura liberum erat, & cum Prædio libero fuerat permutatum; Quoniam reſpondebant Scribentes pro Petro, quod quatenus libertas memorati Prædii *Albareda* ſubſtitiſſet, adhuc ea allegabilis non videbatur per Patres Cauſam habentes a Hieronymo, qui cum hæreditatem ejuſdem Euangeliſtæ Patris, & dicti Prędii acquiſitoris repudiaſſet, ut fuerat *in Deciſionibus R. P. D. mei Aldrovandi*, & in alia *mea huic contemporanea ſuper Domo* indubitanter admiſſum, nullo propterea alio Jure poſſeſſionem dicti Predii acquirere potuerat, niſi quatenus illud uti fideicommiſſarium ad eumdem Hieronymum, mortuo Euangeliſta Patre fuiſſet devolutum, ſicuti ob ejuſdem repudiationis obſtaculum, nec Hieronymus, nec PP. Sancti Auguſtini ex ejus Juribus venientes poſſeſſionem dicti Prædii Pradę, quatenus evaſiſſet fideicommiſſarium ſub altero detractionum eidem Euangeliſtæ competentium clypeo tueri poterant; An autem idcirco Prædium fideicommiſſarium *Albareda* in actu alienationis de eo factæ a Camillo de anno 1604. evaſerit liberum, vel non, & an Prædio libero *Prada* ſubrogato in locum dicti Prædii Albaredæ in ſecunda alienatione facta per Hieronymum de anno 1651., in fixa fuerit qualitas fideicommiſſaria, vel ſuam potius retinuerit, nec ne libertatem, *Domini* circa id non fuere concordes.

Verum ſolidum denegandæ prędictæ Immiſſionis fundamentum in eo contabilitum, exiſtimarunt quod quatenus etiam dictum Prædium *Prada* fuiſſet cum iiſdem fideicommiſſarlis nexibus ſubrogatum in locum ſæpedicti Prædii *Albareda*, adhuc ejuſdem poſſeſsionem propugnare juſte poterant memorati PP. Sancti Auguſtini ſub præſidio detractionum, quas Hieronymo mediato eorumdem Auctori ex propria Perſona competere iidem *Domini* arbitrabantur, quarum quantitas cum abſorberet totum dicti Prędii valorem, efficiebat, ut a pe-
1 tita Immiſsione Fideicommiſſarius omnino foret repellendus, ut firmant *Cardin. de Luca de Credit. diſc. 164. n. 7., Rot. dec. 360. n. 25., & ſequentibus parte 5., & dec. 51. nu. 18. part. 6. dec. 232. nu. 38. part. 19. tom. 1. recent. ad ornatum Card. de Luca de Teſtamen. lib. 9. dec. 19. nu. 21., & dec. 34. nu. 1. tom. 1., ac in Camerinen. Fideicommiſſi 20. Januarii 1710., §. Quoties coram R. P. D. meo Aldrovando*.

In linea autem harum detractionum primo loco ſe offerebat dos Fauſtinæ Uxoris Euangeliſtæ filii Fideicommittentis, & Matris Hieronymi, conſtantis ſummam lib. 7000., quam in defectum Bonorum liberorum detrahi ex
2 Bonis fideicommiſſi Aſcendentalis habemus *ex Auth. res quæ Cod. Communia de legat.*, de qua *Guſovagnon. in conſ. 73. nu. 9. lib. 1., Bertazzol. conſ. Civil. 75. nu. 15. lib. 1., & Rot. dec. 6-8. num. 5. cum concordan. in dec. 591. num. 4. parte 18. tom. 2. recent., & alibi millies*.

Fruſtra impedire eam detractionem Satagente Petro ſub alias rejectis, & hodie etiam inutili conatu deductis exceptionibus, quod nempe Dos prædicta partim fuerit conſtituta non in quantitate, ſed in uno Prædio, ſeu Fundo dotali. Quod ipſa Mulier poſtmodum vendiderat, & partim in tot Creditis, quæ a Viro exacta non probabantur, quo caſu Fideicommiſſi Bona Dotis huiuſmodi reſtitutioni nullatenus eſſe poterant obnoxia, præſertim quod hodie quæſtio non erat cum Viro, eiuſque hæ-
3 redibus, ſed de eiuſdem fideicommiſsi præiudicio agebatur, quod a negligentia Viri in dictis Creditis exigendis cauſari non poſſe animadverterat *Card. de Luc. de Dot. diſc. 145. nu. 90.*, & conferunt deducta per *Rotam in Imolen. Fideicommiſſi 3. Junii 1707. §. Tantoque magis, & ſequent. coram R. P. D. meo Lancettà*.

Etenim prædicta objecta luculenter diluta apparebant in prædicta *deciſione R. P. D. mei Aldrovandi diei 13. Februarii anni nuper elapſi*, quæ hodie revidebatur *a §. Quoniam*, ubi quoad Prædium reſponſum fuerat, illud datum fuiſſe æſtimatum ea æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, & operatur liberam Dominii tranſlationem in Virum, qui propte-
4 rea efficitur Debitor pretii, & quantitatis, non vero ejuſdem Fundi per Uxorem traditi *ex Text. in leg. Quoties. eo leg. Inter Virum, & Uxorem Cod. de Jur. Dot. per Giurb. ad Conſuet. Meſſanen. cap. 17 gloſſ. 1. parte prima num. 6., Boſs. de Dot. cap. 16. nu. 4., Cardin. de Luca de dot. diſcurſ. 158. nu. 1., & ſequentibus, Rot. coram Emerix Junior. dec. 14. nu. 23. cum concordan. in addit. ad dec. 80. ſub nu. 57. inter impreſſas coram me*. Id evidentius ſuadente ejuſdem Viri obligatione reſtituendi ipſam met ſummam lib. 7000. in caſu diſſolutionis matrimonii, pro cujus implemento omnia ſua Bona hypothecæ devinxerat, quę procul dubio demonſtrat, dotem fuiſſe in quantitate,
5 non in ſpecie conſtitutam, ut relat. *Gabriel. in conſilio 60. nu. 3., Mantic. de Tacit. lib. 12. tit. 28. num. 28., & Gratian. diſcept. 489. num. 8.*, ponderat *Rot. in dec. 69. nu. 3. parte 15. dec. 98. num. 16. parte 18., & in Romana dotis, & Lucri 26. Novembris, §. Quod eo certius coram Reverendiſſimo dell' Olmo Epiſcopo Conchen*.

Non variante naturam dictæ dotis quantitative ſupra relata animadverſione, quod idem Prædium venditum poſtea fuerit ab ipſa Muliere gerente in illa Venditione principalem figuram, & pretium recipiente; Quoniam ut bene reſpondetur *in dicta dec. R. P. D. mei Aldrovandi ſub §. Quo poſito*, cum Venditio expleta fuerit cum perſonali, & authoritativo interventu, ac conſenſu eiuſdem Euangeliſtæ Viri, integrum etiam dicti Prædii pretium pro di-

dicta alienatione conventum in ejuſdem Cru-
menam intraſſe præſumitur, cum revera ad
eum, uti verum, & unicum prædicti Fundi Do-
minum ſpectaret, quamvis pro majori Empto-
ris ſecuritate Uxor ipſa, cui ſpecialis hypothe-
cæ nexu dictum Prædium devinctum erat, con-
tractui interfuerit, & in Venditionis Inſtru-
mento aſſeratur fuiſſe pecunias in ejuſdem Mu-
lieris Manibus perſolutas, cum hæc formalitas
6 apta non ſit, naturam Dotis quantitativæ de-
ſtruere, & ei cohærens dominium in Viro reſi-
dens immutare, ut bene comprobat. *Card. de
Luca de Dot. diſc, 164. nu. 14., & adducto Nat-
ta in conſ. 552., & Rota coram Pamphil. in dec.*
339., ac declarando *dec.* 397. *ſub nu.* 4., *&
tribus ſequentibus parte* 18. *recent.*, firmatur *in
Alatrina Fideicommiſſi* 19. *Ianuarii* 1703. §. *Nec
deliberationis coram Reverendiſſimo Molines De-
cano.*

Objectum vero, quod reliqua pars Dotis in
tot debitorum Nominibus aſſignata, frui
nequiret (ut prætendebat idem Petrus) bene-
ficio prædictæ *Auth. res quæ*, eo quia non pro-
barentur, ea nomina per Maritum exacta, nec
eorundem inexactio ejus Culpæ adſcribi poſſet,
niſi oſtenderetur de tempore aſſignationis fuiſſe
facilis exactiones, & exculpa ejuſdem Viri eva-
ſiſſe poſtea inexigibilia, quinimmo ea potius
exacta fuiſſe ab ipſa Muliere defuncto Viro, ut
ſuaderi ſubjungebat ex duplici Circumſtantia,
quarum altera oriri dicebatur ex eo, quod ipſa
Uxor, quæ Euangeliſtæ Viro per 40. annos ſu-
pervixit nullam unquam contra Viri hæredita-
tem promovit actionem pro ejuſdem ſuæ Dotis
reſtitutione, & altera pandi ab Inventario Tu-
telari per ipſam Fauſtinam, ſequuto Viri obi-
tu, Confecto, in quo propria etiam mobilia
deſcripſit, & tamen nullam de hujuſce dotis
Credito mentionem fecit, nullam vim *Domi-
nis* fecerat.

Subſiſtente enim adhuc apud eoſdem *Dominos*
certa, *& in Deciſione*, quæ revidetur *ſub* §. *Quo
poſito* conſtabilita reſponſione, quod cum No-
mina Debitorum per Fauſtinam Viro ſuo con-
ſignata facili negotio exigi poſſent, ſi iſte ſpa-
tio annorum novem, quibus in humanis ex
poſt fuit, ea excutere neglexit, non per hoc a
reſtitutione dotis quantitativæ in pecunia inte-
gre facienda eximi poſſet, quia ejus negligen-
tia ſibi tantum, non Mulieri nocere poterat,
præſertim quod dilatam exactionem alicui re-
verentiæ erga Uxoris Parentes tribuere non
7 valebat, dum non ii ſed debitores extranei
pulſandi erant, ut ducto argumento a contra-
rio ſenſu habetur in *leg. Marcia ff. ſolut. Ma-
trim., & adducto Text. in leg. Si Extraneus* 34.
ff. de Jure Dot. obſervat *Conciol. de hæred. art.*
3. *nu.* 106. *Rota coram Card. Cerro dec.* 86. *nu.* 6.
in recen. dec. 35. *num.* 8. *& ſeqq. part.* 7. cum
abunde congeſtis in *Ilerden. Hæreditatis de Go-
mar.* 4. *Junii* 1703. §. *Dirute coram me*, & aliis
relatis *in eadem deciſione R.P.D. meo Aldro-
vando ſub* §. *Fruſtra quo* ubi, & in duobus
§§. *ſeqq.* cœtera objecta abunde de more di-
luuntur.

Nil etiam perſtringere videbantur memora-
tæ Circumſtantiæ, quoniam reſpectu primæ,
eo ipſo quod Mater Filiorum Tutelam ſuſcepe-
rat, ac ex eorum ſubſtantia ſimul cohabitando
alebatur, eoſque in ejus Dote ſucceſſores vo-
lebat, ſciebatque, quod ex bonis tantum Fi-
deicommiſſariis erat ea detrahenda, cum non
adeſſent Bona libera Viri cujus propterea hæ-
reditatem filiorum nomine repudiaverat, quæ-
nam ratio expoſcebat, quod filios poſſeſſores
eorumdem Bonorum Fideicommiſſariorum
reſtitutioni ſuæ Dotis obnoxiorum inquietaret,
quando de cætero non ignorabat ſuum Jus vi-
gore dotalis Inſtrumenti ſaluum fore, ac poſſe
ſemper, & quandocumque caſus expoſceret
propria Jura experiri? Sane ex hac aequieſcen-
tia nemo unquam in ferre valebit, quod Mu-
lier præſumi debeat ſatisfacta, cum de cætero
triti Juris ſit: quod Dotis reſtitutio, non alias,
8 quam cum legitimis, legalibus, & authenticis
documentis, tamquam quid facti probanda ſit
ad Text. in leg. prima Cod. de probat, & tradita
per *Bartol. in leg. Illa ff. de Verbor. ſignific.*, *Card.
de Luca de Dot. diſc.* 164. *num.* 4. *Afflict. deciſ.
.....nu.* 2., *& dec.* 1329. *nu.* 5. *coram Emer.
Jun.*

Altera vero Circumſtantia præſumere fa-
ciens in Petri ſenſu, exactionem eorumdem
dotalium Creditorum, quæ deſumi prætende-
batur ex eo, quod Fauſtina in Tutelari Codice
Creditum ſuæ Dotis non deſcripſerit, ultra re-
ſponſionem, quod talis omiſſio apta non erat
inducere ejuſdem Dotis ſatisfactionem, cum
9 de ea plene debitores ejuſdem dotis docere de-
berent ex proxime animadverſis, nullius etiam
penitus momenti reddebatur ex palpabili Inve-
riſimilitudine, quod potuerit eadem Fauſtina
dicta Credita exigere in illo paucorum dierum
Intervallo, quod inter obitum Viri, & Inven-
tarii confectionem illico expletam interceſſit,
ex qua inveriſimilitudine adimi vim omnem
hiſce Circumſtantiis, & argumentis uno ore
10 docent, licet ad aliud propoſitum *Mantic. de
Conject. ultim. Volunt. lib.* 8. *tit.* 8. *nu.* 16. *Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt.* 320. *nu.* 44., *& ſeqq.*, *Ro-
dulphin. alleg.* 22. *nu.* 18. *Rot. in dec.* 345. *n.* 19.
& 20. *part.* 16. *rec.*

Detractioni Dotis Fauſtinæ in aliis etiam hu-
jus Cauſæ *Deciſionibus* late comprobatæ in lib.
7000., ſuccedebat altera dotium Dianæ, &
Urſinæ filiarum Jo. Euangeliſtæ, & ſororum
reſpective Hieronymi ut diximus Auctoris Pa-
trum conſtitut. in ſumma lib. 6150. quos ſal-
tem pro ſumma lib. 3000. a Hieronymo ſolut.,
ut inter Partes admittitur detrahi pariter poſſe
ex Bonis Fideicommiſſariis earum Aſcendentis,
11 permittit eadem *Auth. res quæ Cod. commu-
nia de legat.*, & abſoluti Juris eſſe docet *Rota
coram Zarat. dec.* 83. *num. primo*, *& ſeqq.*, *in
rec.*

Google

rec. dec. 312. num. 5., & ſeqq. par. 6., & alibi paſſim.

Spreta reſponſione per ſcribentes pro Petro data, quod cum eæ Dotes perſolutæ fuerint a Hieronymo, & Paulo Fratribus, nulla emiſſa declaratione, quod ea dotatio fieret de Bonis propriis, & animo ſe revalendi contra Avitum Fideicommiſſum, cenſendum propterea ſit adimpletum tale onus ex Bonis liberis Evangeliſtæ Communis Patris primario obligatis, non vero de Bonis propriis ipſorum Fratrum, ideoque nulla actio nec ipſis dotantibus, nec ejus hæredibus oriri potuerit contra Bona Fideicommiſſaria, ſubſidiarie tantum in defectum Bonorum liberorum dotare debentium
12 obligata, & tradita per *Rot. in dec. 45. num. 12., & 356. nu. 23. part. 19. rec. in Reatina Immiſſionis 18. Maii* 1705. *§. Concurrit, & in Ferrarien. Alimentorum, & Dotium ſuper quantitate Detractionum 4. Martii* 1712. *§. Et Jure merito coram Emo Priolo, ac 16. Ianuarii* 1713. *§. Detractionibus cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gub.*

Reminiſcebantur enim *Domini* quod in hac met Cauſa, & in hunc præciſum effectum agnoverant etiam alias, nulla penitus Bona libera relicta fuiſſe per Euangeliſtam dd. Dianæ, & Urſinæ Patrem, ut videre eſt in *dec. 13. Februarii* 1705. *§. Tranſeundo modo coram Rmo Kaunitz quæ deciſio* emanaverat contra Tertios cum ſucceſſiva Sententia in Judicatum tranſacta, adverſus quam denegata etiam fuerat reſtitutio in integrum coram bon. mem. Omanna, ut in ejus deciſione 16. *Ianuarii* 1708.

Cum memoratæ ambæ detractiones ſcilicet lib. 7000. pro dote Fauſtinæ, & lib. 3000. pro dotibus Dianæ, & Urſinæ ſimul junctę æquarent integrum pretium lib. 1000. quo controverſum Prædium emptum fuerat Domini idcirco omiſſo Examine aliarum detractionum, quę pariter cumulabantur per PP. Auguſtinianos eoſdem a petita per Petrum Fideicommiſſarium immiſſione iterum abſolvere non dubitarunt, *Utraque &c.*

FIRMANA IMMISSIONIS.

Veneris 27. Aprilis 1714.

ARGUMENTUM.

Plura priori loco adducuntur in ſequenti Deciſione argumenta, ex quibus argui poſſit laicalitas Beneficii, ſeu Cappellaniæ; Sed deinde concluditur Cappellaniam de qua hic ſermo eſt eſſe Eccleſiaſticam, & ad hanc qualitatem inducendam afferuntur demonſtrationes, & circumſtantiæ ex quibus eadem qualitas Eccleſiaſtica comprobata remanet.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ ſi ſint juſtificatæ celerem expoſcunt exequutionem.*
2 *Beneficium illico vacat ob contractum Matrimonium.*
3 *Literarum Apoſtolicarum executio retardari nequit abſque injuſtitia.*
4 *Laicalis Cappellania non cadit ſub nomine Beneficiorum.*
5 *Sublata qualitate Eccleſiaſtica nec etiam vacatio intrat.*
6 *Nil magis repugnat naturæ Beneficii quam quod Cappellania, ſeu pium opus Ordinario non ſit ſubjectum.*
7 *Unum, & præcipuum Eccleſiaſtici Beneficii requiſitum illud eſt, ut illud a Perſona Eccleſiaſtica, vel ab Epiſcopo conferatur.*
Ex ea ratione quia cum illud ſit Jus ſpirituale, illud conferendi incapax ſit quilibet laicus n. 8.
9 *Si Fundator mandaverit, ut electio, & nominatio Cappellani fieri deberet abſque ulla Ordinarii confirmatione, cenſetur illum voluiſſe Cappellaniam mere laicalem erigere.*
10 *Repugnat qualitati Eccleſiæ, & Beneficiariæ, quod bona dicantur in dotem alicujus Beneficii aſſignata, & quod a Laicis independenter ab ipſo Beneficiato adminiſtrentur.*
11 *Morientium dicta maximam habent veritatis præſumptionem.*
12 *Beneficium, ſeu Cappellania Eccleſiaſtica ex quibus arguatur.*
13 *Eccleſiaſtica qualitas ſtatim imprimitur Beneficio, ſi in illius erectione unacum deſiderio Fundatorum ſolemnis Ordinarii authoritas intereeſſit.*
14 *Neque Fundator, neque Ordinarius poſſunt Leges ſemel in fundatione favore nominatorum appoſitas alterare, nec minus ſubvertere*, & num. ſeq.
16 *Bona in dotem Beneficii ſemel, & a principio aſſignata, nequeunt amplius Laicorum diſpoſitioni relinqui.*
17 *Fundatori licitum eſt Cappellaniam prius laicalem, reddere poſt cum Ordinarii conſenſu Eccleſiaſticam, & de ratione.*
18 *Propriam confeſſionem impugnare quis nequit.*
19 *Patronis laicis datur eſt a Jure canonico tempus quatuor menſium ad præſentandum.*

DECISIO DCLXIII.

SUB dupplici narrativa, quod proviſio Cappellaniæ erectæ in Eccleſia S. Catharinę ad Altare Sanctiſſimæ Virginis Carminis, & Divi Franciſci Xaverii, vel nimirum quia tamquam liberæ collationis, vel ſi de Iurepatronatus Laicorum, ob non factam tamen in tempore quadrimeſtri alicujus idonei Clerici præſentationem ad S. Sedem pro ea vice ſpectaſſet, obtinuerat Antonius Franciſcus Foglietti de anno 1712.

Lit-

Digitized by Google

Litteras Apoſtolicas eidem memoratam Cappellaniam decernentes, quibus prompte, ut par erat, obſequens Exequutor Apoſtolicus in eiſdem litteris deſignatus præmiſſa favorabili Sententia, prædictum Antonium in Cappellaniæ poſſeſſionem immiſerat, de quibus omnibus uti nulliter, ac injuſte geſtis cum Paulus Franciſcus Bonanni tamquam Patronus, & bonorum Cappellaniæ aſſignatorum poſſeſſor foret apud *Signaturæ Juſtitiæ* Tribunal poſtmodum conquæſtus, mihi propterea ab eodem directa fuit commiſſio cum clauſula -- *Parito litteris arbitrio Rotæ, circumſcripta poſſeſſione, & oppoſito ſequeſtro*, ad cujus reſcripti normam propoſito per me hodie dubio -- *An intret arbitrium, ſive an Litteræ Apoſtolicæ ſint exequendæ, negative ad primam partem, affirmative vero quoad ſecundam Domini* reſponderunt.

Omiſſa enim inſpectione nullitatis proceſſus
per Apoſtolicum Exequutorem conſtructi, &
ſucceſſive poſſeſſionis Cappellaniæ traditæ An-
tonio non citato Paulo Bonanno, cui eadem
Signatura ſatis occurrere viſa eſt mediante
ejuſdem poſſeſſionis circumſcriptione; Litteræ
de cætero Apoſtolicæ, tamquam in omni ſui
parte juſtificatæ, exequutionem etiam mereri
1 *Domini* viſæ ſunt, ad *Textum in cap. Si capitulo*
ubi Gloſſ. in verbo Exequatur de conceſ. Præbend.,
Rota coram Emer. Jun. deciſ. 367. *num.* 1. *& in*
Cæſaraugustana Beneficii 7. *Januarii* 1709. §. *In-*
ſtat coram Me.

Eo enim ipſo, quod prædictus Bonannus ejuſ-
dem Cappellaniæ Patronus, & ultimo loco ad
eandem inſtitutus poſt contractum ſubinde ab
2 eo Matrimonium, ob quod Beneficium vacare
illico cœperat per *Textum in capit.* 1. *& cap.*
Quod a ſe de Cleric. conjugat.; nullum alium in-
tra tempus quatuor menſium a Jure præfinitum
præſentaverat, utique comprobata remanebat
narrativa, ſub qua Antonius fuerat a S. Sede
de prædicta Cappellania proviſus, nec propte-
rea earumdem litterarum exequutio poterat
abſque injuſtitia retardari, ut ultra adductos
3 docent *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 86. *num.* 3,
cum concordan. relatis *in Tudan. Beneficii* 7.
Maii 1706. §. *Nec ad dictam coram R. P. D. meo*
Lancetta.

Non impugnabat hujus facti veritatem Bo-
nannus, nec conſequutivam Apoſtolicę provi-
ſionis validitatem ſe controvertere poſſe fate-
batur, ubi talis Cappellania vere Beneficii Ec-
cleſiaſtici nomen promereri potuiſſet, ſed omni
conatu talem Eccleſiaſticam qualitatem exclu-
dere hodie ſategebat, aſſerendo Fundatorem
non Eccleſiaſticum Beneficium, ſed meram
4 Laicalem Cappellaniam poſitive erigere pro-
feſſum eſſe, quam non cadere ſub nomine Be-
neficiorum, docent *Felin. in cap. Ex parte num.*
2. *&* 3. *de reſcript.*, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar.*
gloſ. 5. *num.* 64., *Corrad. in praxi Benefic. lib.*
1. *cap.* 2. *num.* 55., *Panimoll. deciſ.* 21. *num.* 2.,
Rota coram Pen. deciſ. 125. *num.* 4. *coram Man-*
zanea. deciſ. 283. *num.* 4. *& deciſ.* 334. *num.* 4.
5 *par. prima diverſor.*: Sublata vero Eccleſiaſtica
qualitate, nec etiam vacationem intrare in
comperto erat, ex traditis per *Abbat. in conſil.*
47. *num. primo lib.* 2., *Garz. de Benef. par.* 1.
cap. 2. *num.* 63., *Corrad. in praxi Benefic. lib.* 1.
cap. 2. *num.* 36., *Rota coram Seraphin. deciſ.*
1095. *num.* 2. *coram Durano deciſ.* 125. *num.* 4.
& coram Merlin. deciſ. 79. *num.* 2.

Mentem vero explicitam Fundatoris fuiſſe erigendi ſimplicem laicalem Cappellaniam, omni penitus Eccleſiaſtica qualitate denudatam apertiſſime deſumi ſubjungebat idem Bonannus ex Inſtrumento fundationis ejuſdem Cappellaniæ exarato ſub *die* 19. *Decembris anni* 1685., in quo Fundator poſt deſignata Stabilia, ex quorum redditus alendus foret Cappellanus, qualitatem etiam Cappellaniæ per hæc verba explicaverat, ibi -- *Unam Cappellaniam mere Laicalem, amovibilem, & de mero jure Laicorum abſque ulla titulo Beneficii, & abſque eo quod ſit ſubjecta alieni Ordinario, vel alicui altari, quam Domino Paulo Franciſco Xaverio filio Dominæ Juſtinæ Lazzarinæ &c. & poſt mortem illius aliis filiis maſculis &c.* & inferius &c. *in eoque ſupradictam Cappellaniam Laicalem, quæ nullum habet titulum, nomen, nec etiam mixturam Beneficii Eccleſiaſtici, ſed mere in omnibus, & per omnia ſit Jus Laicale ita, & taliter quod electio, nominatio &c. fieri poſſit, & debeat abſque ulla Ordinarii, ſeu aliorum confirmatione, ſed ſolum habeant incumbentiam præfati Domini Paulus Xaverius, Franciſcus, alii omnes &c. Deſcendentes in infinitum &c. per ſe celebrandi, vel per alias interpoſitas perſonas celebrare faciendi &c. Miſſam unam quolibet menſe &c. anno quolibet in perpetuum atque dicto Altari de neceſſariis providen.*, quæ verba ſane ampliora, & clariora eſſe non poſſe dicebat pro patefacienda voluntate ejuſdem Fundatoris, omnino excluſiva qualitatis Eccleſiaſticæ, & conſequutivæ Juriſdictionis in Eccleſiaſticis Superioribus de eadem Cappellania diſponendi.

Quid enim magis repugnat naturę Beneficii,
quamquod Cappellania, ſeu pium opus Ordi-
6 nario non ſit ſubjectum, ut animadvertit *Cor-*
rad. in praxi lib. 1. *cap.* 2. *num.* 24., *Gonzal. ad*
regul. Cancellar. gloſſ. 5. *num.* 44. *& ſeqq.*, *Rota*
coram Seraphin. deciſ. 611. *num.* 1. *& ſeqq. coram*
Buratt. deciſ. 224. *ſub num. primo verſ. & inſuper*
& cor. Merlin. d. dec. 79. *n.* 1., quodque eo irre-
quiſito, & non curata illius collatione, & inſtitu-
tione, ſeu confirmatione, Cappellanus ad ſolum
Patroni beneplacitum in Cappellanię exercitio ſe
valeat immiſcere, cum de reliquo certi, & indu-
bitati Juris ſit, quod unum ex eſſentialibus conſti-
tutivis Beneficii Eccleſiaſtici ſit, quod illud a
7 Perſona Eccleſiaſtica, veluti ab Epiſcopo, vel
alio Pręlato (ſecluſo Privilegio ſpeciali Apo-
ſtolico) conferatur, ut habemus in *cap. Si quis*
deinceps 16. *quæſt.* 7. *ibique Gloſſ.* & firmant
Abb. in conſil. 47. *num. primo*, *Gonzal. ad regul.* 8.
gloſ.

gloſſ. 5. num. 10., *Corrad. in praxi beneſic. lib. 1. cap. 4. num. 78.*, *Rota coram Buratto deciſ. 214. num 3. coram Seraphin. deciſ.* 1382., ſub evidentiſſima ratione, quod cum Beneficium Ec-
8 cleſiaſticum, ſit Ius ſpirituale, illius conferendi incapax ſit per conſequens quilibet Laicus, eique Ius reſiſtat, *dicto cap. Si quis deinceps cap. Per Laicos, & cap. Laicis diſtinct. 16. qu. 7.*, cum cæteris per *Corradum late adductis in d. lib. 1. cap. 4. num. 79.*; Ideoque cum Teſtator expreſſe prçceperit, ac demandaverit, quod electio, & nominatio Cappellani *fieri poſſit, & debeat a Patronis abſque ulla Ordinarii, ſeu aliorum confirmatione*, nulla amplius in ineſſe poterat
9 dubietas, quod ejus voluntas fuerit erigendi Cappellaniam mere Laicalem, ut ad rem animadvertit *Amoſtazz. de cauſis piis lib. 3. cap. 2. num. 4. & 28.*, *Panimoll. deciſ. 21. ante nu. 4.*, *Rota coram Buratto deciſ. 224. ſub num. primo, & in Hydruntina Cappellania 10. Maii 1697. §. Rurſus coram Reverendiſſimo dell' Olmo Epiſcopo Comchen. impreſſ. ad ornatum Card. de Luca tom. 4. lib. 13. deciſ. 5. num. 6. & ſeqq.*

Eamdem quoque laicalitatem indubie concludebat permiſſio facta per Fundatorem futuris Patronis etiam Fæminis adminiſtrandi bona eidem Cappellaniæ aſſignata, cum onere tantum celebrare faciendi Miſſas in fundatione præſcriptas, *atque dicto Altari de neceſſariis providendi*, repugnat enim qualitati Eccleſiaſticæ, & beneficiariç, quod bona dicautur in dotem alicujus beneficii aſſignata, & quod a Laicis independenter ab ipſo Beneficiato, & maxime a Fœminis Iure proprio adminiſtrentur; quum Beneficium, ejuſdemque collatio ſupponat curam, & adminiſtrationem bonorum in Benefi-
10 cii dotem aſſignatorum eſſe debere integraliter penes Beneficiatum abſque ulla diminutione ex animadverſis *per Corrad. in praxi beneſ. lib. 1. cap. 2. num. 20.*, *& Rot. in deciſ. 254. num. 2. & ſeqq. part. 3. Recent. cum ibi concordan.*; Unde perneceſſe dicendum foret, quod Fundator noluerit, quod bona pro dote Altaris aſſignata veſtem Spiritualem induerent, & per conſequens remanentibus iis in ſua primæva temporalitate, quælibet imago Beneficii ex ipſius Teſtatoris diſpoſitione excluderetur ex connotatis *per Card. de Luc. de Beneſ. diſcurſ.* 80. *num. 8.*, *& de Jurepatronat. diſcurſ. 45. num.* 10.

Abſque eo quod per quemcumque alium poſteriorem actum dici umquam poſſit, Fundatorem uſque ad ejus obitum receſſiſſe a propoſito conſtanter habito, quod in ſtatu ſimpliciter laicali Cappellania perduraret, cum iu ſupræmis tabulis triduo ante ejus obitum exaratis, eamdem Cappellaniam *Laicalem* denominaverit; Quam ſane declarationem, morti proximus non emiſiſſet, ſi ipſe fuiſſet conſcius, quod Beneficium Eccleſiaſticum non Laicalem Cap-
11 pellaniam erexiſſet; Maximam vero veritatis præſumptionem habere morientium dicta docet *Menoch. de præſumption. lib. 5. præſumption. 5. num. 5. Rota coram Mantic. deciſ. 363. num. 5. nec non deciſ. 381. num. 7. part. 17. deciſ. 198. eodem num. 1. part. 18., & deciſ. 211. num. 19. part. 19. Recentiorum.*

Hiſce tamen, & ſi prima Fronte magnam rationis apparentiam, involventibus, minime attentis, *Domini* exiſtimarunt Cappellaniam, de qua agitur eſſe verum Eccleſiaſticum Beneficium, eo quia in illius erectione viſa ſint cuncta requiſita Beneficii Eccleſiaſtici conſtitutiva interceſſiſſe, ac propterea de eodem a Sancta Sede ſupplente negligentiam Patroni, qui tam longo plurium annorum tempore Cappellanum præſentare diſtulerat, legitime proviſum extitiſſe Antonium arbitrabantur. Pro cujus Iudicii comprobatione altius facti ſeriem reaſſumentes actus omnes inter Fundatorem, & Ordinarium Firmanum geſtos conſiderabant: Primo
12 enim eorum oculis obverſabatur, quod Sacerdos Alexander Lazzarinus exoptans, ac inſimul deliberate proponens erigere unum Altare ſub Invocatione Sanctiſſimæ Virginis Carminis, Divique Franciſci Xaverii in Eccleſia Sanctæ Catharinæ cum reſervatione Iuriſpatronatus ad favorem ejus Familiæ, quæ Iurepatronatu ipſius etiam Eccleſiæ potiebatur, enixas ſub die 4. *Novembris anni* 1685. Vicario Generali preces porrexerat, qui antequam quidquam poſitive decerneret, præambulam emiſſionem obligationis pro dote, quam idem Orator aſſignare intendebat, & pro Sacrarum Supellectilium manutentione, nec non deſignationem numeri Miſſarum, quarum celebratione Cappellanum onerare intendebat, requiſivit: Quibus omnibus ſollicite obtemperans Alexander ſub die 20. ejuſdem menſis, & anni prævia narrativa, quod inſpirante Deo decreverat dotare *detto Altare in Infinitum, e farne Cappellania perpetua* devenit ad effectivam Dotis aſſignationem enumerando, ac individuando bona ad id deſignata, numerumque Miſſarum in eodem Altari celebrandarum ſpecificando, quorum omnium implementū ſub poſitiva etiam obligatione in forma *Reverendæ Cameræ* emiſſa promiſit, & ſucceſſive Edicta contra intereſſe habentes per eumdem Ordinarium Firmanum ſub die videlicet 23. *ejuſdem menſis* expediri ſategit *Summarii Antonii Num. 1., & 2.* reproductis vero *ſub die 5. Decembris* recenſit *anni* 1685. memoratis Edictis, ac ſucceſſive, nempe *ſub die ſecunda Januarii* immediate ſubſequentis in actis dimiſſis depoſitionibus Teſtium ſuper eorumdem bonorum redditibus ex Ordinarii Mandato examinatorum, emiſſaque *per eumdem* Fundatorem nova Inſtantia pro prædicta Cappellaniæ erectione, ac pro declaratione, quod bona pro Dote aſſignata, forent exempta, & immunia ab oneribus Communitativis, & Cameralibus non privilegiatis, nec non pro expeditione ſoliti Privilegii Erectionis, voti tandem compos evaſit, cum *ſub die 3. Junii anni* 1686. Ordinarius Firmanus Erectionem dictæ Cappella-

niæ antecedenter Decretam, ſolemniter peregerit, eamque ejus, & ſuorum ſucceſſorum Iuriſdictioni, & Viſitationi ſubmiſerit, adjecto Cappellanis pro tempore onere libram unam ceræ elaboratæ annuatim in ſignum Ordinariæ Iuriſdictionis eidem Vicario deferendi, reſervatoque ad ejuſdem Fundatoris, qui ſe pariter primum Cappellanum declaraverat, cæterorumque ab eodem nominatorum favorem Iurepatronatu, ut latius ex ejuſdem Erectionis Bulla per extenſum relata *in Summorie ejuſdem Antonii Num.* 5. Ex his autem actibus, incontrovertibilis ſane Dominis erui viſa eſt qualitas Eccleſiaſtica, & Beneficiaria, quæ hujuſmodi Cappellaniis imprimitur, ſtatim ac in illarum
13 Erectione una cum deſiderio Fundatorum ſolemnis Ordinarii authoritas intercedit *ad Gloſſ. Clemen. 2. verbo Beneficiorum in fin. verſ. tu dic. de Decim. Felin. conſ. 41. num. 5. Lotter. de re beneſic. lib. 1. quæſt. 5. num. 41. Gonzalez ad reg. 4. Gloſſ. 5. nu. 7. Corrad. in prax. benef. lib. 1. cap. 2. num. 1. Cæſar. de Greff. deciſ. 13. numer. 5. de Præbend., & in Pampilonen. Cappellaniæ 25. Maii 1646. verſ. nam primum coram Corrad. relata apud Panimoll. dec. 21. num. 16.*

Atque hinc nullius amplius momenti videbatur *Dominis* Inſtrumentum illud a Fundatore celebratum intermedio tempore inter petitionem ab eo factam erigendi, & dotandi Altare, ſeu Cappellaniam perpetuam, & ſubſequutam authoritate Ordinarii ejuſdem Erectionem, ex quo Inſtrumento, ut ſupra animadvertimus litteralis Cappellaniæ laicitas deſumebatur, & a quo reſilere non potuiſſe eumdem Fundatorem prætendebat Bonannus, eo quia, cum Bonorum pro Miſſarum celebratione deſignatorum dominium per actum irretractabilem in eodem Inſtrumento conſtabilitum tranſtuliſſet in Paulum Bonannum hodiernum actorem, & ſubinde in alios inibi nominatos, cum ſolo onere procurandæ Miſſarum celebrationis, & Altare de neceſſariis ſuppellectilibus providendi, non licuiſſet amplius eidem Fundatori, nec Ordinario legem in fundatione favore nominatorum ſemel appoſitam alterare, & multo mi-
14 nus eam ſubvertere immutando laicalem qualitatem dictæ Cappellaniæ medio Iuramento impreſſam, novamque Eccleſiaſtici Beneficii imprimendo, per quam idem Bonannus, cæteriſque ad Iuſpatronatus nominati eorumdem Bonorum poſſeſſione, & beneficio privarentur ex connotatis *per Lambertin. de Jurepatronat. lib. 1. part. 2. quæſt. 4. art. 4. num. 2. Tondut. quæſt. Benefic. part. 1. cap. 91. num. 1., & ſeqq. Pulm. Nep. alleg. 167. num. 38. Corrad. in praxi benefic. lib. 2. cap. 10. numer. 160. Card. de Luca de Jurepatronat. diſcurſ. 16. num. 2., & ſeqq. Rota coram Coccin. deciſ. 2187. ſub num. 2., & in Recentior. part. 10. deciſ. 220. num. 33., & ſeqq.*

Etenim ex ſola facti ſuperius dilucidati inſpectione ruere, quinimo retorqueri videbatur idem objectum; Poſtquam enim Fundator ante ſtipulationem prædicti Inſtrumenti laicitatem præſeferentis, ſe jam obligaverat erigere Cappellaniam perpetuam, ordinarii placitum, & non conſenſum requirendo, bona pro dote deſignando, omneſque ſolemnitates in Beneficii Eccleſiaſtici Erectione requiſitas ſervando, pro quibus omnibus adimplendis ſe etiam, ſuoſque Hæredes obligaverat, tunc ſane, *Vel* novam Erectionem a prima jam conſtabilita, & promiſſa diverſam idem Fundator peragere prohibebatur, cum per tales actus mutuo conſenſu ipſius Fundatoris, & Ordinarii expletos, fuiſ-
15 ſet Ius quæſitum Eccleſiæ, in Beneficii præjudicium variare amplius nequiret ad tradita per *Lambertin. de Jurepatronatu par. 1. lib. 1. quæſt. 4. art. 10. num. 4. Card. de Luca eodem tract. diſcurſ. 16. num. 2. & ſeqq. Rot. deciſ. 37. nu. 1. & ſeqq. par. 7. & dec. 220. num. 32. par. 11. & in Aſten. Prioratus 11. Junii 1708. §. Sed eo facto coram R. P. D. meo Lancetta, nec non 7. Decembris ejuſdem anni §. Minime cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Vel ubi dici debeat permiſſa variatio, facilius approbanda videbatur illa poſtremo loco facta, cum qua ad primo loco promiſſa Fundator redibat, impellente, ut credere fas eſt, conſcientia reddendi Deo ea bona, quæ ſemel dicaverat, quæque uti in dotem Beneficii a
16 principio aſſignata non poterant amplius Laicorum diſpoſitioni, & utilitati relinqui, ex animadverſis per *Tondut. quæſt. benefic. part. 1. cap. 91. num. 1. & ſeqq. Card. de Luc. de Jurepatron. diſc. 16. nu. 2. Ric. dec. 280. lib. 4. Rot. dec. 37. num. 1. cum ſeqq. part. 7. rec. dec. 107. nu. 3. & dec. 230. nu. 33. & ſeqq. part. 11.*

Quinimmo, & ſi conſtabilita (contra facti veritatem) vere, & perfecte non fuiſſet ab initio beneficii hujuſmodi qualitas, prout eam indeterminatam fuiſſe conabantur oſtendere memorati ſcribentes pro Bonanno ex illis verbis in folio aſſignationis bonorum pro dote Altaris per Fundatorem appoſitis ibi — *E ſuis loco, & tempore farne Iſtromento, o Bolla, che allora ſpecificarò a chi, e a quali laſciarò il peſo della ſudetta Cappellania, e le ſudette Terre col mantenimento dell' Altare in perpetuo &c.* In cujus reſervationis ſequelam poſtea ſub die 19. *Decembris anni* 1687. adminiſtrationem eorumdem bonorum relinquerat eidem Bonanno, cæteriſque ad Iuſpatronatus vocatis cum explicita declaratione, quod d. Cappellania foret omnino laicalis, nihilominus conſuerunt *Domini*, licitum fuiſſe eidemmet Fundatori viventi Cappellaniam illam, & ſi in ſenſu Bonanni prius laicalem, reddere expoſt cum Ordinarii conſenſu Eccleſiaſticam, cum iſta variatio ſit
17 ad majorem Dei gloriam, & pinguiorem ejus Eccleſiæ Miniſtrorum utilitatem tendens, ac propterea ſubſtinenda, ut firmavit *Gonzall. ad regul. 8. Gloſſ. 5. nu. 58. Garz. de benefic. part. 1. cap. 2. num. 108. & ſeqq. Panimoll. dec. 21. nu.*

24.

24. Amoſtazz. de Cauſis Piis lib. 3. cap. 2. nu. 11. & 12. Caſtropalaus oper. mor. tract. 13. diſputat. 1. punct. 6. num. 13. Bordon. de legat. cap. 6. nu. 38. & Rota in dec. 1122. num. 3. part. 3. diverſorum.

Hujuſmodi autem variationem fuiſſe per eumdem Fundatorem volitam, & procuratam, ambigendum oon erat, dum poſt peractum ſecundum Inſtrumentum, in quo Cappellaniam mere laicalem voloerat, redierat de menſe *Januarii anni* 1686. ad eumdem Ordinarium, nullamque faciens mentionem de dicto ſecundo Inſtrumento, tamquam de actu penitus nullo, & inſubſiſtenti. reproduxerat coram eo Edicta, & inſteterat pro Teſtium examine, novas preces effundendo tam pro formali dictæ Cappellaniæ erectione, quam pro ejus bonorum a laicalibus oneribus exemptione, Bullamque ipſam erectionis, ac Ordinarii conſenſum in ea præſtitum, & informantem qualitate Eccleſiaſtica ipſam Cappellaoiam, reportaverat.

Hæc autem, quę clara omoino *Dominis* pro dijudicanda qualitate Eccleſiaſtica videbantur, clariora etiam reddidit factum ipſum ejuſdem Bonauni Contradictoris ad evadenda onera Communitativa, quę ſuper bonis Cappellaniæ addictis imponere prætendebat Communitas, in cujus Territorio ea ſita ſunt, expoſuerat de anno 1691. *Sacræ Congregationi Immunitatis* memoratam Cappellaniam authoritate ordinaria fuiſſe erectam exhibendo uedum ejuſdem Fundatoris Bullam, ſed etiam litteras inſtitutionis ad ejus favorem tamquam Cappellanum expeditas ibi -- *Il Chierico Paolo Franceſco Bonanni &c. eſpone &c., che Aleſſandro Lurnavini havendo fondata con Beneplacito Apoſtolico dell' Ordinario una Cappellania nella Chieſa di S. Catarina &c. come appariſce dall' anneſſa fondazione, e Bolle ſpedite a favore dell' Oratore &c. Summario Antonii nu. 6.*, Unde cum pro obtinenda memorata exemptione faſſus fuerit prædictam Eccleſiaſticam qualitatem ejus Cappellaniæ ioeſſe, Bullaſque ſive fundatioois ſive eius collationis exhibuerit) duo in neceſſariam conſequeotiam ex tali confeſſione emergere favore Antonii, *Dominis* viſa ſunt, alterum nimirum quod exiſtentia prædictarum Bullarum comprobantium erectionem Cappellauiæ in beneficium Eccleſiaſticum propria confeſſio-

10 ne verificatam, impugnare amplius uon poterat idem Bonannus ex uno ore connotatis per *Adden. ad Gregor. dec. 238. poſt numerum primum Rot. dec. 174. nu. 19. part. 17. rec. & in puncto coram Reverendiſſimo Domino Molines in Bovinen. Archipreſbyteratus 27. Februarii 1711. §. Nentiquam ſubſiſtente*; Et alterum quod nulla Ignorantiæ excuſatione tueri poterat non factam præſentationem intra quadrimeſtre ei

19 tamquam Patrono a Jure datum poſt eiuſdem beneficii vocationem, quam eius matrimonium induxerat ad *Textum in cap. 1., & cap.*

quod a ſe de Cler. conjugat. quos ſequuntur *Sanchez. de Matrim. lib. 3. diſp. 41. nu. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. Gloſſ. 15. nu. 43. Garz. de benefic. part. 11. cap. 7. num. 1. cum concordantibus apud Marg. de Beneſ. quæſt. 9. art. 1. nu. 4.*

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA, SEU DONATIONIS.

Ven. 4. Maii 1714.

ARGUMENTUM.

Matertera contemplatione incerti matrimonii ſcuta quingenta reliquerat eius ex Sorore Nepti; Hæc poſtea vivente adhuc eadem matertera ioxta ſui gradus decentiam nupſit, eique Matertera donavit contemplatione matrimonii ſcuta 4000., quærebatur proinde an in d. ſumma ſc. 4000. compræhenſa eſſet etiam legatum prius ſc. 500., & firmatum fuit quod ſic; ut videre eſt in preſenti deciſione, ubi reiicitur diſpoſitio *Text. in L. Quingenta 12. ff. de probat.* & plura adducuntur rationum momenta pro excludenda iſtuiuſmodi legati duplicitate,

SUMMARIUM.

1 *Legatum dotis quando duplicate cenſendum ſit, a Teſtatore relictum, & quando non*, & n. ſeqq.
2 *Diſpoſitio* Text. in L. Quingeota 12. ff. de probat. *quando excludatur*.
3 *Prima promiſſio per pinguiorem poſteriorem largitionem revocata omnino cenſetur*.
4 *Præſumi nunquam debet quod quis duplici onere pro una, eodemque cauſa hæredem ſuum onerare voluerit*.
Neque ad d. duplex gravamen in hærede inducendum ſatis ſunt dilectionis, & Parentelę circumſtantię n. 5.
6 *Teſtator ſi duplici onere hæredem gravare voluiſſet, id utique expreſſiſſet*.
7 *Teſtes in dicto ſingulares, & pendente lite excogitati nil probant*.
8 *Contrarietas Teſtium facit, ut neutri ſit credendum*.

DECISIO DCLXIV.

CUM a Dotis quantitate decentior, ut plurimum, fœminarum in matrimonium collocatio reguletur, proſpiciens id circo Aotonia Fonſeca ſuarum neptum, & Proneptum honorificentiæ, ac decori inter cœteras elargitiones ab ejus liberalitate erga alias profluentes, donaverat etiam de anno 1684., tam Angelæ, quam Annæ Cæciliæ eius ex Anna ſorore pronepotibus ſc. 500. pro ſingula, ea adjecta lege, ut altera ex iis ante ſpirituale, vel temporale matrimonium e vivis exepta, ejus por-

10 quæ perſæpe mutatur de uno tempore ad aliud recte inferri non valeat juxta notata per *Aloiat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 21. n. 16. Rot. coram Bich. deciſ. 12. num. 10. in rec. par. 16. deciſ. 305. num. 7. & ſeq. & par. 19. deciſ. 106. num. 19.*

Potiſſime quia hujuſmodi Peritia non ad alium effectum exarata compellitur, quam ad regulandam diviſionem, quam fratres de Avila inter ſe inire intendebant, quo caſu Peritus nulla habita temporum diſtinctione ad ſtatum rei præexiſtentis de tempore ineundæ diviſionis unice reſpexiſſe cenſendus eſt; Unde eo minus æſtimatio prædicta pro effectu, de quo agitur, regulandi nimirum antiquum eorundem mobi-
11 lium valorem conſiderari promeruit ad tradita per *Surd. in conſ. 379. num. 5. Handed. conſ. 4. num. 41. lib. 1. Mantic. de conjectur. lib. 3. titul. 14. num. 8. Rot. coram Buratt. deciſ. 792. nu. 12. in rec. par. 16. dicta dec. 305. num. 8. & par. 17. deciſ. 230. num. 16.*

Adaucto igitur ex his valore Vineæ una cum mobilibus in ea exiſtentibus ad alia ſcuta 600. ultra quantitatem ſc. 4200. in præcedenti ſententia ſtatutam, quoad reliqua modum conficiendi inveſtimentum reſpicientia, nulla apud *Dominos* hæſitandi inerat ratio quin ſententia Rotalis eſſet abſolute confirmanda; Quandoquidem reſpectu temporis proſequendi multiplicum juſtiſſime indulta videbatur dilatio quatuor menſium pro emendis locis Montium vacabilium, poſtquam ex fructibus ſumma ſufficiens pro novo inveſtimento conflata extitiſſet; Nam licet attenta Juris cenſura, in ſimilibus inveſtimentis ſimplex duorum menſium terminus præ-
12 finitus appareat, ut monet *Text. in l. Tutor qui repertorium §. Poſt depoſitionem ff. de adminiſtrat. Tutor.*; cum tamen verſemur in locis Montium, in quibus poſt lapſum menſis a die maturationis cujuslibet Bimeſtris, prout fieri deberet, non ita ſollicite, ac expedite fructus exiguntur, licite exinde ampliari poterat dicta Juris diſpoſitio, aſſignando tempus magis congruum, in quo inveſtiendi occaſio magis commode inveniri valeret, & ita quod ultra terminum a jure præſcriptum, alii duo menſes aſſignarentur, omnis æquitas ſuadere videbatur, ut bene pro-
13 batur *in deciſione hujus Cauſæ emanata* 11. Maii 1711. §. *Quamobrem cum duobus ſequen. coram R. P.* D. *meo Lancetta*, ubi contrariis objectis optima de more ſatisfactum apparet.

Reſpectu vero ſubtractionum pro expenſis, quæ ad conficiendum hujuſmodi multiplicum requirebantur, neceſſariæ Dominis apparuerunt illæ Exactoris, & Proxenetæ, cum nullus in Urbe ſit, qui onus habens ſimilia multiplica explendi, eaſdem expenſas ſubire non cogatur, ideoque illarum deductio admiſſa in præcedenti ſententia, de nulla injuſtitia valebat hodie redargui: Abſque eo quod opus foret pro earum deductionum juſtificatione nova Juris præſidia retexere, cum in hac parte exuberare videntur deducta *in deciſionibus* præcedentis Inſtantiæ, ad quæ iidem *Domini* ſe remiſſive habuerunt.

Et in hunc modum, utraque Parte Informante, reſolutum fuit.

SABINEN., SEU FLORENTINA IMMISSIONIS.

Veneris 20. Aprili 1714.

ARGUMENTUM.

Identitas maxime in antiquis quomodo, & quibus conjecturis, & demonſtrationibus probari debeat. Ad arguendam reciprocam linearem inter ſolos deſcendentes unius lineæ leviores ſufficiunt conjecturæ Potiſſimum ſi fideicommiſſum ſit ab aſcendente conditum.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio in vim interdicti quorum bonorum quo caſu indulgeri ſoleat venienti ab inteſtato.*

2 *Manutentio concedenda ſemper eſt hæredi gravato, donec Fideicommiſſarius abſolvat Judicium ſuper immiſſione* in vim L. final.

3 *Poſſeſſio capta abſque citatione, & Judicis auctoritate eſt nulla, & ſpoliativa.*

4 *Pro obtinenda immiſſione ad bona fideicommiſſaria probanda eſt identitas eorundem bonorum.*

5 *Fides cataſtri ſine partis citatione extracta nihil probat.*

6 *Identitas maxime in antiquis quibus probationibus concludi poteſt.*

7 *Bona fideicommiſſaria in ultimo ſubſtituto evadunt libera.*

8 *Ad arguendam reciprocam cum ſubſtitutionis onere inter ſolos deſcendentes unius lineæ leviores ſufficiunt probationes*, & nu. ſeqq.

Præſertim ſi fideicommiſſum ſit ab aſcendente conditum ibid. n. 9.

11 *Dos a fideicommiſſo aſcendentali vigore* Auth. res quæ *detrahi poteſt.*

12 *Poſſeſſio ſemper de manu hæredis capienda eſt*, & nu. 14.

13 *Nepos concurrit ſemper cum Patruo, quando agitur de ſuccedendo cum Patruo, & non de aliquo excludendo.*

15 *Standum ſemper eſt illi ſtatuto cui Patres per pactum expreſſum ſe ſe ſubjecerunt.*

16 *Filio ſub patria poteſtate degenti interdicta eſt teſtamenti factio.*

17 *Mater in præjudicium proprii filii de ſuis bonis dotalibus diſponere nequit.*

DECISIO DCLX.

GEminis ſuffulta fideicommiſſis Bernardina, altero nempe Virgilii Petrelli, & altero Franciſci Angeli Teſta propria auctoritate, & nemine citato poſſeſſionem omnium bonorum in hæreditate Hyacinthi ejus ex Angela Sorore Ne-

Nepotis repertorum, & ejuſdem Angelæ olim dotalium nacta fuerat, ſed inſurgente Antonio Montucci memorati Hyacinthi Patre, qui inverſo naturæ ordine filio ſuperſtes exiſterat, ac contendente inteſtatam ſucceſſionem in Bonis ejus filii ſibi omni jure deberi, facile fuit ad eadem Bona ita nulliter occupata, quæque per præmorientiam Angelæ Matris proprium ejuſdem Hyacinthi filii Patrimonium evaſerant Immiſſionem a R. P. D. Vincentino tunc in Subſellis A. C. Ordinarium Juſdicente obtinere: Quam & ſi ſucceſſive R. P. D. de Pactis Judex Commiſſarius quoad Bona hæreditaria, & libera tantum dicti quondam Hyacinthi generice confirmandam cenſuiſſet ſpecialiter tamen quoad Bona ex memoratis fideicommiſſis provenientia eam reformare non dubitaverat, attributa tantum Montuccio rata legitimæ in Bonis Virgilii fideicommittentis primo hæredi gravato debitæ, & in dictum Hyacinthum mediatum hæredem poſtea transfuſæ, quatenus jam detracta, aut conſumpta non extitiſſet, nec non reſervata dotis congruę conſecutione eidem Angelæ ſuper bonis memorati Virgilii promiſſæ, a cujus Judicio devoluta in gradu ulterioris appellationis ad noſtrum Tribunal pro maturiori examine hæc cauſa, prævia idcirco conſueti Dubii propoſitione per me hodie facta, produit unanime Dominorum reſponſum, *dandam eſſe Montuccio Immiſſionem*.

Concurrere ſiquidem viſa ſunt requiſita omnia ad Immiſſionem obtinendam neceſſaria, inteſtatus nempe obitus Hyacinthi filii, & conſequutiva Juris Montucci in bonis filii ſuccedendi purificatio, ac Bonorum Angelæ dotalium ad hæreditatem dicti Hyacinthi pertinentia, quæ ex Matrimonialibus ejuſdem Angelæ Capitulis reſultabat, quibus poſitis, Immiſſio in
1 vim Interdicti quorum bonorum venienti ab inteſtato paſſim a Tribunali indulgeri ſolet ad cenſuram *Text. in leg. prima, & tot. titul. ff. quorum*, de quo *Menoch. de adipiſcend. remed. 1. num. 33. Peregrin. de fideicomm. articul. 46. nu. primo, Cardin. de Luca de Iudic. diſc. 1., & in dec. 22. nu. 2., & ſeqq. coram Merlin. dec. 5., & dec. 1284. utrobique nu. 1. coram Emerix jun. dec. 597. num. 2. part. 19. tom. 2. rec. & in Veliterna ſucceſſionis 25. Iunii 1696. §. Siquidem coram bon. mem. Urſino*.

Nec ad ſe in controverſorum Bonorum vitioſa poſſeſſione confovendum, quidquam Bernardinæ proficere videbatur allegatio geminorum fideicommiſſorum, Virgilii, nempe, & Franciſci Angeli, quæ partim per obitum Hyacinthi ſine filiis, & partim per obitum Angelæ ſororis ad ſui favorem purificata clamabat, & quorum vinculis devicta fore Bona omnia eidem Angelę in dotem tradita, & poſtea ad Hyacinthum delata prætendebat.

Siquidem, & ſi ex æquitate noſtri Tribunalis paſſim ſervari conſueta valeat hæres fideicommiſſarius poſſeſſionem Bonorum fideicommiſſo ſubjugatorum non citato hærede hæredis gravati, ſed tamen authorante Judice nanciſci, id tamen in iis ſemper circumſtantiis receptum eſt, quando nempe incontrovertibilis foret bonorum identitas, quod clara, & nullo turbiditatis velamine obducta foret vocatio, & purificati, quodque hęredi hæredis gravati nullæ competerent detractiones, pro quibus ei foret debita retentio, alioquin ubi alterum ex prædictis requiſitis claudicaret immotum ſemper, & conſtans, tanquam Juridicis innixum principiis ſtat propoſitum Tribunalis, ut bona fideicommiſſaria a manibus eiuſdem hæredis ſervatis ſervandis vindicanda forent, firma interim favore eiuſdem conſtabilita manuteutione, donec Immiſſionis in vim *leg. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollen.* per Fideicommiſſarium
2 intentandæ Judicium abſolveretur, ut quoad primam partem videre eſt *in deciſ.* 131. *num.* 1. *part. prima recentior.*, *& deciſ.* 1880. *coram Coccino deciſ.* 176. *num.* 20. *&* 21. *&* 198. *num.* 3., *&* 4. *coram ſan. me. Alexandro VIII.*, *& deciſ.* 236. *n.* 3. *par.* 19. *tom. primo rec.*, & quoad ſecundam *dec.* 475. *par.* 4. *diverſorum*, *Cyriac. controverſ.* 262. *num.* 85. *Rota deciſ.* 555. *per tot. coram Cerro, & ſignanter §. Omiſſo enim, & dec.* 190. *nu.* 9. *part.* 14. *rec. Peregrin. conſil.* 24. *nu.* 8. *lib.* 2.

In præſenti autem non unum, quod pro poſſeſſionis annullatione ſufficeret, ſed omnia penitus deerant requiſita; occupatio enim Bonorum in primis ultra citationis defectum nulla etiam præcedente Judicis auctoritate peracta fuerat, adeoque ex hoc ſolo capite nulla, &
3 ſpoliativa dici merebatur ad notata per *Adden. ad Gregor. deciſ.* 7. *num.* 13. *Rota deciſ.* 71. *num.* 13., *& ſeqq. coram Card. Cerro deciſ.* 316. *num.* 4., *& deciſ.* 1049. *coram Emerix jun. nec non deciſ.* 8. *num.* 1. *ad ornatum Cardin. de Luca lib.* 10. *tom.* 2.

Deficere inſuper videbatur Bernardina in omnino neceſſaria probatione, quod Bona controverſa ſint eadem identifice, quæ memoratis fideicommiſſis fuerant obnoxia, quam concludentem requirit, *Rota in deciſ.* 232. *num.* 2.,
4 *& deciſ.* 443. *num.* 9. *coram Emerix jun. deciſ.* 60. *num.* 1. *par.* 17. *recentior.*, *& in Romana Primogenituræ de Bubalo* 20. *Januarii* 1706. *§. Inutili coram M.*; Tum quia fides Cataſtri, a qua identitatem deſumere eadem Bernardina intendebat tanquam ſine Partis citatione extracta nullum validum probationis gradum vale-
5 bat conſtituere ex notatis per *Adden. ad Pamphil. deciſ.* 334. *num.* 12. *Rota deciſ.* 6. *num.* 6. *coram Durano deciſ.* 511. *num.* 2. *part.* 1., *& deciſ.* 640. *num.* 18. *part.* 19. *recentior.*, tùm quia cum dicta Bona in fideicommiſſis comprehenſa ex Juribus per Bernardinam datis in ſolis nimis genericis contratæ vocabulis, non verò in ſpecificatione, & confinium diſtinctione cum Bonis Angelę in dotem obventis concordarent, probata nullatenus dici poterat identitas, cum ver-

verſemur in re non antiqua, licet enim quando
res eſſet de probanda identitate poſt ſexagin-
ta, vel ſeptuaginta annos leviores ſufficе-
rent probationes eæ tamen eſſe deberent uni-
vocæ, ſpecificæ, & individuæ, non verò
ità genericæ, ut aliis pluribus bonis pœnitùs
diverſis valeant convenire, quales ſunt in caſu,
6 quæ proindè multo minùs ſuffragari poſſunt,
dùm, ut præmiſimus, agitur de probanda iden-
titate Bonorum de anno 1661. ſicque per qua-
draginta circitèr annos antè motam litem, per
ea, quæ firmant *Rota in deciſ. 578. num. 1. co-
ram Cavaler, deciſ. 132. num. 8. coram Buratto
deciſ. 306. pariter num. 8. cor. Card. Cerrò deciſ.
144. nu. 14. cor. Bieb., & dec. 406. nu. 4. & ſeqq.
par. 18. tom. 2. rec.*

Nec minori dubietatis nube obumbrari vide-
batur eorumdem Fideicommiſſorum duratio,
aut Bernardinæ ad illa vocatio pro portione
Angelæ ejus Sorori, & Hyacintho poſtmo-
dum ejus filio obventa; Etenim à Fideicom-
miſſo Virgilii exordiendo, poſtquam iſte Joan-
nem ex Paulo Antonio ejus filio Nepotem hæ-
redem inſtituerat *eidem ſi mori contingat* (ſunt
verba Teſtamenti) *ſine filiis legitimis, & natu-
ralibus ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per
Fideicommiſſum, & in directum hæredes honeſtas
mulieres, & ſuas filias D. Potentiam Vxorem
Sanctis Picchetti, & Magdalenam Vxorem An-
geli Teſtæ æquis portionibus, & ipſarum Potentiæ
& Magdalenæ filios legitimos, & naturales in in-
finitum, & ut ſupra per Fideicommiſſum, & per
ſtirpes, & non in capita.*

Purificata itaque ſubſtitutione ultimo loco
pro portione, quæ obvenerat Angelæ in Hya-
cintho prætendebant Scribentes pro Montuc-
cio, quod prædictum fideicommiſſum in per-
ſonam einſdem Hyacinthi tanquam ultimi de
7 Columnello eiuſdem Angelæ expiraverit, ad-
eoque bona evaſerant libera, juxta tradita per
*Peregrin. de fideicomm. art. 52. num. 2. Andreol.
controv. 344. num. 4. Ridolphin. allegat. 120. n. 6.
Rot. deciſ. 575. num. 18. part. 19. tom. 1. rec.*

Quamquam vero ſubjungeretur per Bernar-
dinæ Defenſores, quod ſtante reciproca ex
conjecturis reſultante, pro qua inducenda
etiam leviores ſufficiunt, cum non agatur de
inducenda reciproca lineali inter Deſcenden-
tes a pluribus lineis per Teſtatorem ab initio
deſignatis, quo caſu, vel requiſita *leg. Titia
Seio §. Seio tit. de legat.* 2. Vel ſaltem urgentes,
& efficaces conjecturæ deſiderantur, ſed de
8 arguendo reciproco ſubſtitutionis onere inter
deſcendentes unius lineæ, nempe Magdalenæ ut
innuit *Rocc. diſput. Jur. Select. cap. 15. n. 15. Rot.
deciſ. 271. num. 8. coram Bich. deciſ. 417. nu. 1.
coram priolo deciſ. 306. num. 3., & 25. parr. 12.
recent., & in Forolivien. Fideicommiſſi de Torel-
lis 28. Junii 1702. §. Quoniam, & 15. Januarii
1703 §. Retento coram bo. me. Muto, & in Luca-
na Fideicommiſſi 14. Decembris 1708. §. Quia præ-
miſſo coram Reverendiſſimo Kaunitz,*

Maxime cum fideicommiſſum, de quo quæ-
ritur ab aſcendentis diſpoſitione procedat, quo
caſu ad effectum inducendæ reciprocæ inter
9 ejus deſcendentes etiam leviſſimæ conjecturæ
attendi ſolent ut videre eſt in *deciſ. 271. n. 25.
coram Bich. deciſ. 95. nu. 6. coram Arguell. di-
cta deciſ. 306. num. 22. part. 12. rec. & in Peru-
ſina, ſeu Cortonen. Fideicommiſſi ſuper Immiſſione
5. Maii 1700. §. In præſenti autem coram bo. me.
Iacometto, in memorata Forolivien Fideicommiſſi
de Torellis 28. Iunii 1702. §. Hanc eamdem co-
ram bon. mem. Muto.*

Concurrentibus etiam volita perpetuitate
fideicommiſſi ex verbo *in infinitum* reſultante,
qualitate legitimitatis adjecta, nec non clau-
ſula in ſtirpes, & per fideicommiſſum, ex qui-
bus ordinationem reciprocæ inter deſcendentes
unius, ejuſdemque Columnelli inferri valere
in comperto eſſe ajebant Defenſores Bernardi-
10 næ afferentes in comprobationem prædictæ
Concluſionis *Altograd. in conſ. 92. num. 8. lib. 8.
Rocc. diſp. Iur. cap. 16. num. 17., & 18. Rota
deciſ. 357. num. 11. part. 4. tom. 2. deciſ. 183.
num. 10. part. 10. recent. Andreol. cont. 368.
num. 29., & 30. Rota coram Vbald. dec. 343.
num. 18., & ſeqq.*, & in ſuperius recenſita
*Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis §. Quoniam
coram bon. mem. Muto, & in Lucana Fideicom-
miſſi 14. Decembris 1708. §. Quia præmiſſo coram
Rmo Kaunitz confirmata prima Iulii 1709. §. Vl-
terius coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis
Gubernatore*, & pro poſtremis pariter *Rota in
ſæpedicta Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 28.
Iunii 1702. §. Quarta deſumitur coram bon. mem.
Muto.*

Nihilominus cum talis reciproca expreſſe
non fuerit appoſita, & ad eam inducendam ex-
cepta dictione illa, *in infinitum* quæ verificari
utique poterat inter ejuſdem Columnelli deſcen-
dentes nulla alia vere efficax recenſeretur, de-
erat enim ratio conſervandæ agnationis, prohi-
bitio alienationis, & vocatio, ſeu ſubſtitutio
facta ultimo morienti, difficillimum videri pote-
rat inducere reciprocam etiam de Columnello
ad Columnellum, ad quem etiam effectum
requiruntur conjecturæ in ſuo eſſe perfectæ,
qui applicari poſſent deducta in objecto, quæ
procedunt in diverſiſſimis circumſtantiis: hinc
Domini ſuper his nihil firmare volentes, au-
thumarunt ſufficere ſolam & qualem cumque
dubietatem, ideoque ceſſare eam purificatio-
nis, ſeu vocationis claritatem, quæ citationis
omiſſionem in capienda per fideicommiſſa-
rium poſſeſſione ſuppleret ex ſupradictis &
punctualiter firmatis per *Rot. deciſ. 225. n. 6.,
& ſeqq. penes Torr. de pact.*

Innegabilis quoque data etiam reciprocam
vocatione videbatur competentia detractionis
legitimæ ex perſona Joannis primi hæredis In-
ſtituti, quæ Magdalenæ, uti in gradu ſucceſſi-
bili eidem Joanni ex Paulo Antonio Fratre Ne-
poti in iiſdem Virgilii Bonis debita erat, & per
eam-

Digitized by Google

eamdem Magdalenam in Bernardinam, & Angelam Hyacinthi matrem tranſmiſſa, ut agnovit etiam R. P. D. de Pactis ſecundæ Inſtantiæ Iudex, qui jura ratæ dictæ legitimæ reſervavit, Addito, quod cum hujuſmodi Bona fuerint a
11 Franciſco Magdalenæ aſſignata ſaltem pro quantitate eidem congruæ doti correſpondente jugum fideicommiſſi, com ageretur de bonis Aſcendentis, excutere valebant, in vim notiſſimæ *auth. res quæ Cod. cum de legat. de qua Rota apud Paulut. poſt differt. 37. deciſ. 4. nu. 2. tom. 1., & in Bononien. Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Potiſſime coram Emo de la Tremoille, & in Vrbinaten. manutentionis, ſeu Spolii 2. Maii ejuſdem anni §. Hanc coram bon. mem.*
12 *Muto*. Adeoque ſive ratione earumdem detractionum legitimæ, ſive ratio ne dotis Angelæ competentis, poſſeſſionem fore de manu hæredis capiendam individualiter voluit *Rot. in dec. 133. ex nu. 8. uſque ad 19. & dec. 153. n. 15. coram Beninceſa*.

Tranſeundo vero ad alterum fideicommiſſum Franciſci Angeli Teſtæ quod talibus conceptum erat verbis -- *Inſtituiſce Erede proprietario Franceſco Teſta Figlio del quondam Angelo Pronipote di eſſo Teſtatore &c. con patto, e condizione, che morendo detto Franceſco Teſta Erede proprietario ſenza figlioli tanto maſchi, che femine legitime, e naturali, in tal caſo detto Teſtatore vuole, che la ſua Eredità vada alla Cappella di S. Antonio* -- Cum Franciſcus hæres inſtitutus deceſſiſſet relicta ſola Bernardina ſuperſtite, ob præmorientiam Angelæ eidem Franciſco Patri, magis ſane ardua Juris quæſtio emergebat; an nempe Statutum Vrbis inducens activam vocationem filiorum in conditione poſitorum, eodem beneficio juvare valeat etiam Nepotem, qualis erat Hyacinthus, ut concorrere potuerit cum Bernardina, vel ſaltem per repræſentationem ejus Matris in ejus locum ſubrogari valuerit ad effectum æqualiter cum eadem Matertera ſuccedendi, ut prætendebat Montuccius, & virilites ſuſtinebant pro eodem Scribentes in id adducentes, tum auctoritates, tum graves rationes; Seu potius diſpoſitiva ejuſdem Statuti vocatio tamquam filios præciſe in conditione poſitos non egrediens ad nepotes non extendatur, ut probare conabantur Defenſores Bernardinæ allegantes *Conſtantin. ad Stat. Vrb. annot. 36. art. 1. nu. 29., & ſeqq. & 56., & ſeqq. Rota deciſ. 84. num. 7., & ſeqq. part. 9.* Augebatur tamen difficultas replicantibus Defenſoribus Montuccii contraria hujuſmodi procedere in caſu ſimplici, non vero in caſu mixto, ubi nimirum, ut in caſu, adeſt aliquis ex filiis in conditione poſitis, cum quo niſi concurreret Nepos ex alio prædefuncto filio ſuperſtes, videretur induci quædam aſperitas, & in æqualitas non de facili admittenda; Et hinc, eſt, quod quando
13 agitur de ſuccedendo cum Patruo, nón vero de aliquo excludendo a ſucceſſione, ſemper Nepos concurrit cum Patruo, late *Vrceol. conſult. 12. nu. 8., & 21. cum ſeqq.*

Nullam ex his propoſitionibus Domini amplecti, firmare, aut reiicere intelligentes conſiderabant articulum eſſe valde arduum, atque maturum exquirere examen in ſuo congruo Judicio aſſumendo, tunc cum Bernardina, prout Judicii ordo exigit, intentabit Iudicium in vim *leg. final. C. de Ædict. Div. Adrian. tollen.* cum nemo affirmare audere poſſit, quod hic, & nunc clara ſit excluſio Hyacinthi, etiamſi nepotis a portione, quæ debebatur Angelæ ejus Matri, uti in conditione poſitæ ſi ea ſupervixiſſet, ſive ex capite vocationis propriæ ejuſdem Hyacinthi, ſive jure repræſentationis ejus Matris, quæ dubietas ſatis ſuperque exuberare Dominis videbatur ad hoc, ut profeſſio eorumdem Bonorum non propria hæredum fideicommiſſariorum aucto-
14 ritate, ſed de manu hæredis omnino foret ſervato Juris ordine capienda, juxta auctoritates ſuperius adductas, quibus addi poteſt *Rot. in Firmana Prædii della Parapina coram bon. mem. Beniucaſa inter ejus impreſſ. la 133. §. Minus urget, & n. 7. in illius confirmatoria la 153. n. 15. & duobus ſequentibus*.

Abſque eo quod ulterius inquirendum foret num etiam in Bonis Franciſci Angeli Teſta deberetur Franciſco primo hæredi gravato legitimæ detractio, cum hinc inde Partes non convenirent, num dictus Franciſcus Angelus foret aſcendens, vel tranſverſalis; exub rabat enim pro declaranda nullitate poſſeſſionis propria auctoritate, & non citato Montuccio Hyacinthi ultimi poſſeſſoris hærede per Bernardinam captæ, & decernenda conſecutiva eidem Montucaio in hodierno Judicio immiſſione, quod ageretur de fideicommiſſis dubiis, controverteretur non irrationabiliter Bonorum identitas, & detractiones hæredi hæredis gravati in Bonis fideicommiſſariis Virgilii competerent. quando unus ex hiſce defectibus (ſimul hodie indubie concurrentibus) iiſdem Dominis pro eadem Bernardinæ poſſeſſione circumſcribenda, eaque adjudicanda Montuccio ſuffeciſſet.

Sublato antem fideicommiſſorum munimine, quibus poſſeſſionem nulliter captam tueri conabantur Scribentes pro Bernardina, opus non eſſe Dominis viſum fuit examinare alterum motivum qualitatis hæreditariæ ejuſdem Angelæ, qua in præteritis inſtantiis Bernardina ſe in defectum Hyacinthi nepotis ad eadem Bona ſubſtituta poſtremis in ejuſdem Angelæ tabulis jactabat, agnita enim inſubſiſtentia talis objecti, eo quod ſatis ſuperque edocti fuiſſent iidem Scribentes de nullitate teſtamenti Angelæ, ſive ex diſpoſitione Statuti Florentini vetantis mulieribus diſponere, ſive per ultimam voluntatem, ſive per actus inter vivos in Mariti, & filiorum præjudicium, cui eadem Angela, &
15 ejus Maritus per pactum expreſſum ſe ſubjece-

rant, ut in puncto ejuſdem Statuti obſervat *Cardin. de Luc. de dot. diſc. 125. num. 11. & de teſtam. diſc. 36. num. 6. Sabell. reſol. 77. num. 19. Magon. deciſ. Flor. 97. num. 1. Rot. dec. 78. nu. 6. coram Merlino*, ſive ex Juris communis diſpoſitione activam teſtamenti factionem Angelæ uti de tempore conditi teſtamenti ſub Patria poteſtate exiſtenti interdicente, ad *Textum in l.*
16 *qui in poteſtate 6. ff. de teſtam. Roland. conſ. 68. num. 3. lib. 4. Pacion. Allegat. Civil. & Canon. 53. num. 1. & ſeqq. Gratian. diſcept. for. cap. 581. pariter num. 1. & ſeqq. Rocc. diſput. ſelect. cap. 28. per tot. tom. 1. Palm. Nep. deciſ. Lucen. 241. ex num. 12. uſque ad fin. tom. 3. Rota dec. 216. per totam coram Manzaned. in Romana fideicommiſſi 27. Iunii 1701. §. Sed licet coram Reverendiſs. Molinet, & in Romana, ſeu Veliterna Teſtamenti 17. Martii 1702. per tot. coram Me*: ſive demum quia eadem Angela uti nupta ob reſiſtentiam Conſtitutionis Martinianæ de ſuis dotalibus Bonis in præjudicium Hyacinthi ejus filii diſponere prohibebatur, ad tradita per *Barboſ. in l. poſt dotem nu. 47. ff. ſolut. matrim. Boſſ. de dot. cap. 3. num. 194. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 190. per tot. Urceol. conſult. foren. cap. 7. num. 25. & ſeqq. Rota deciſ. 708. num. 4. par. 1. & deciſ. 108. num. 15. par. 4. tom. 2. rec.* Agnita, inquam, dicti teſtamenti invaliditate in ea propterea memorati Scribentes pro Bernardina hodie amplius non inſiſtebant.

Ideoque agnito patenti nullitatis adeptæ per Bernardinam poſſeſſionis vitio, omni idcirco jure debitam Montuccio immiſſionem elargiri Domini non dubitarunt, Utraque &c.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI SUPER DOMO.

Veneris 23. Aprilis 1714.

ARGUMENTUM.

Leges in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Probatis extremis debetur immiſſio vigore* L. final. Cod. de Ædict. Dict. Adrian. ſollen.

2 *Detractionum jura competunt ſolum illis, qui vel ſunt heredes gravatorum, vel ab eis, eorumque heredibus cauſam habent.*

3 *Linearis fideicommiſſi is eſt effectus, ut una linea deficta, altera partem invitata ſuccedat.*

4 *Æqualis ſucceſſio debetur omnibus in æquali gradu exiſtentibus.*

5 *Nequit quis venire contra proprium, vel ſui Authoris factum, aut confeſſionem.*

6 *Repudiatio hereditatis impedit etiam detractionum competentiam.*

DECISIO DCLXI.

Conſequutive ad approbationem reciproci linearis fideicommiſſi in ſupremis Tabulis per Petrum Seniorem de diverſis ordinati, necnon ad contemporaoeam declarationem ejuſdem purificationis, quam favore Petri Junioris pariter de diverſis emiſerat *Sac. Tribunal de annis 1694. & 1695.* coram *bo. me. Urſino*, ut ponderant *deciſiones* ab eo æditæ, & regiſtratæ per *Calderonum inter ejus reſolutiones tom. 1. reſol. 57. ſub num. 24., & reſol. 58. num. 17. part. 1.*, obtinuerat etiam idem Petrus ſub die 26. *Iunii anni 1697.* Immiſſionem ad Domum eidem fideicommiſſo ſuppoſitam, & per Patres S. Auguſtini poſſeſſam, ut ex *Deciſione ab eodem bo. me. Urſino ſub d. die edita*, ad cujus impugnandæ effectum, obtenta per Patres nova Audientia, propoſitoque; ſub die 26. *Ianuarii anni 1708. per bo. me. Omannam in Urſini* locum ſuffectum conſueto dubio -- *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis, quoad Domum* -- dilata reſolutione, demandata fuerat electio Periti Curialis ad effectum firmandi ſtatum hæreditarium fideicommittentis, ac referendi ſuper detractionibus; Cujus relatione poſtmodum in actis exhibita, repropoſitoque ſub die 6. *Iunii 1712. per R.P.D. meum Aldourandum* memorati *Omannæ* munus implentem eodem dubio præſtitum fuit *in deciſis quoad prædictum Domum*; Quam reſolutionem cum iterum ad trutinam revocari Patres obtinuerint non diſſimile tamen Iudicium experti ſunt, dum etiam hodie ad *Me* relationem audiverunt *Dominos* reſpondentes *ſtandum eſſe in deciſis*.

Et quidem Jure, meritoque cum enim nulla exiſteret amplius controverſia de fideicommiſſi duratione ejuſque; purificatione in Perſona Petri Actoris, ac de identitate ejuſdem Domus, quam fuiſſe in bonis fideicommittentis de tempore ejus obitus, Patres inficiari non laudebant profecto abſque manifeſtæ injuſtitiæ labe dene-
1 gari non potuiſſet Petro ad eamdem Domum Immiſſio, quam probatis ſupradictis extremis, omnino concedendam in vim *leg. final. C. de edict. Div. Adrian. tollen.* monent *Riminald. Iun. conſil. 190. num. 35., Gabriel. conſ. 44. num. 3. lib. 1., Peregrin. de fideic. art. 44. num. 6., Gregor. dec. 194. num. 1.*, ibique *Adden. num. 24. Merlin. dec. 188. num. 8., Rot. dec. 386. num. 1. par. 13. rec.*

Abſque eo quod poſſeſſionem Patruum confovere poſſe videretur denuo objectus titulus detractionum, ſive quantitativarum, ſive quotativarum; quas ex Perſona Octavii alterius ex filiis fideicommittentis, ad quem portio hujuſce Domus pro rata librarum 1506. in diviſione cum cœteris Fratribus obtigerat iidem Patres deducere prætendebant; Quoniam exiſtimantes *Domini* ſuperfluum, ac inanem laborem aſſumendi examen ſingularum detractionum,

que

Digitized by Google

quæ particulariter a Scribentibus pro Petro impugnabantur, hoc unum pro Victoria Petri ſufficere authumarunt, quod nec Pater Jacobus Philippus de Diverſis in Auguſtiniana Religione Profeſſus, ex cujus Juribus ſcænam implebant memorati Patres, nec Hieronymus ejuſdem Iacobi Philippi Pater non comparebant induti veſte hæreditaria, ſive ex Teſtamento, ſive ab Inteſtato, ſive donationis univerſalis ejuſdem Octavii, aut ejus filiorum de diverſo Columnello exiſtentium, ſine qua Jura earundem detractionum, ſiquę Octavio debebantur experiri non poterant, cum ea ſolum competant illis, qui vel ſunt hæredes gravatorum, vel ab eis, eorumque hæredibus cauſam habent, ad
2 tradita communiter per *Roland. conſ. 28. num. 5., & ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 599. num. 2. par. 3. recen., & deciſ. 36. num. 3. coram Arguell.*; Alias eſſet exceptio de Iure Tertii, quę regulariter non admittitur, ut docet, *Rot. in dec. 65., & 180., utrobique num. 8. coram Celſo, & deciſ. 601. num. 10. par. 18. rec.*, & alibi paſſim.

Hanc autem hæreditariam qualitatem ſatis deſumi poſſe non exiſtimarunt *Domini* ex quadam enunciativa emiſſa in Inſtrumento celebrato occaſione, quod eamdem Domum, quam uti liberam vendiderat Iacobus Octavii filius comperto poſtmodum, quod erat fideicommiſſo obnoxia, eam emptores retroceſſerant R. Petro D. Iacobi Venditoris Fratri, ac hæredi, in quo Inſtrumento eidem retroceſſioni conſenſerant etiam Hieronymus Frater Iacobi Philippi Auguſtiniani, & Paolus ejus Patruus -- *pro omni, & quocumque eorum Iure, & intereſſe tam virtute Teſtamentorum d. quond. Petri S n. quam d. q. Iacobi de Diverſis* - Inferentibus Patribus Auguſtinianis, quod hoc Ius, & Intereſſe Hieronymi, & Pauli derivans ex Teſtamento d. Iacobi, aliud eſſe non poſſet, quam eorum inſtitutio, vel ſubſtitutio in dicto enunciato Iacobi Teſtamento contenta.

Etenim triti Iuris eſt, quod ad hæreditates ex Teſtamento adeundas, nemini datur actio, niſi ipſum Teſtamentum in authenticam formam redactum, & ſolemnitatibus omnibus pro certa forma requiſitis munitum exhibeat, alias actum eſſet de vigilantia Legiſlatorum, qui ad occurrendum fraudibus in hac tanti ponderis materia facillime perpatrandis, tot requiſita, longo ſtudio, tantaque maturitate adinventa, præſcripſerant, quæ omnibus nota ſunt, & in ſua *Textum* Sede videre eſt, ſi de qualitate ea hæreditaria conſtare ſufficienter valeret ex ſimplici enunciativa incidenter, & in actu non proportionato, ac inter Perſonas de tali enunciativa non curantes emiſſa, & tamen nemo non ſcit, quod aſſertiones emiſſę per modum præſuppoſiti, ac enunciativæ nullatenus ſunt attendendæ, niſi conſtito aliunde de veritate ejuſdem præſuppoſiti, ut relatis aliis *Deciſionibus* ponderat *Rot. in dec. 835. ſub num. 6., & dec. 357. num. 5. coram Emerix Iun.*

Non docto autem per Patres de titulo hæreditario ex Teſtamento Octavii, aut illius filiorum, per quem in illius Iura eorum Auctores ſubingredi valuiſſent, minoris relevantiæ videbatur allegatio ſucceſſionis ab Inteſtato, quæ fundabatur in eo, quod cum Iacobus, & Petrus filii ejuſdem Octavii deceſſerint ſine liberis, & poſt iſtorum obitum Domus controverſa poſſeſſa extiterit per Hieronymum concludendum perneceſſe foret, quod ad Hieronymum, qui erat proximior, inteſtata eorundem bonorum ſucceſſio delata fuerit; Quoniam poſſeſſio Domus non arguit qualitatem hæreditariam, cum extincto Columnello Octavii bene in vim reciprocæ linearis eadem Domus devenire potuerit ad Columnellum Evangeliſtæ filii pariter Teſtatoris, a quo deſcendit Pater Auguſtinus Philippus, eoque pariter modo evacuato nil repugnat, quod eadem Domus fideicommiſſaria in vim ejuſdem Linearis, & reciproci fideicommiſſi deveniat ad Columnellum Marci Antonii alterius pariter fideicommittentis filii a quo derivat Petrus Actor, & in quem purificatam eſſe ſubſtitutionem, eſt hodie in confeſſis, cum
3 hic ſit linearis fideicommiſſi effectus, ut una linea defecta, altera pariter invitata ſuccedat, ad paſſim tradita per *Card. de Luca de fideic. diſc. 1. num. 14., Rot. dec. 183. part. 10., & dec. 406., utrobique num. 1, part. 19. rec.*, & alibi paſſim.

Quod autem memoratus Hieronymus, uti proximior filiis Octavii ab Inteſtato iiſdem ſucceſſerit nil ad propoſitum concludit, cum illa proximitas de tempore obitus Petri ultimi filii Octavii æque verificaretur in Petro Avo hodierni Actoris deſcendente a Columnello Marci Antonii, ac in Hieronymo, a quo deſcendit Jacobus Philippus Auguſtinianus, propterea
4 utrique in æquali gradu exiſtenti, æqualis etiam debebatur ſucceſſio ad paſſim firmata per *Ueſſembec. conſ. 262. num. 8. lib. 6., Klocb. conſil. 3. num. 733. lib. 1., Amat. reſol. 1. num. 54., & 55. Torr. de ſucceſſ. in majoribus cap. 24. nu. 11.*

Ex his autem quamvis ſatis ſuperque arbitrarentur *Domini* nullo Jure Patres ſub clypeo objectarum detractionum tueri poſſe memoratæ Domus poſſeſſionem, nihilominus eos in prima Sententia confirmavit factum eorumdem filiorum Octavii ſupra in §. *hanc autem* indicatum, qui poſt venditam Andreæ Gaſperetto eamdem Domum, uti liberam ab omni fideicommiſſo, pulſati Judicialiter pro traditione rei liberæ, eo quia fideicommiſſarium vinculum, cui allegata erat eadem Domus, detectum fuiſſet, prævenerunt factum Iudicis, admittendo reſolutionem contractus, & conſecutive recipiendo ipſam Domum, pretiumque iiſdem emptoribus reſtituendo, quod ſane non egiſſent memorati filii, & hæredes Octavii Venditores ſi ipſis competiiſſent adhuc tales, & in tanta quantitate ſufficientes detractiones, quibus libertatem ejuſdem Domus tueri poſſent, quaſque allega-

re ſane non omiſiſſent, tamquam melius informati, ut in proximis advertit *Rot. in dec. 872. num. 8. coram Emerix Jun, cum concordan. in Reatina fideicommiſſi 30. Aprilis 1700. §. Augetur coram bon. mem. Jacommetto, & in Avenionen. legati 10. Junii 1705. §. fin. coram Eminentiſſimo Priolo*. Si autem uti fideicommiſſaria agnita fuit d. Domus a filiis Octavii, ſi ab ipſis agnitum fuit nullas eis competere detractiones, ſub quarum Clypeo ejuſdem libertatem vindicare poſſent, fruſtra etiam Patres, eoſdem filios Octavii repræſentare contendentes, ac ex eorum Iuribus excipientes, contra eorumdem filiorum confeſſionem, & eorum factum in actu
5 tam proportionato emiſſam, ac reſpective approbatum, venire poſſe *Dominis* viſi ſunt ex *Textu in l cum a Patre ff. de rei vindic.*, quem expendit, & ſequitur *Rot. in deciſ. 41. num. 11. coram Cardin. Cerro, & deciſ. 5. num. 13. part. 6. recent., Rot. coram Gregor. deciſ. 67. num. 13. & deciſ. 418. num. 6. ibique Adden. num. 15. deciſ. 154. num. 8. coram Baratt., & deciſ. 381. num. 11. par. 13. rec.*

Ab alia autem portione ejuſdem Domus obventæ Evangeliſtę alteri fideicommittentis filio, a quo Pater Jacobus Philippus Auctor Patrum reorum deſcendit, nullum pariter ab ipſis Patribus præſidium deſumi poſſe pro tuenda ſaltem ejuſdem partis poſſeſſione, erat in comperto, quia Hieronymus memorati Evangeliſtæ filius, & reſpective Genitor Auctoris Patrum Sancti Auguſtini, hæreditatem dicti Evangeliſtæ ſolemniter uſque de anno 1629. repudiaverat, ut firmatur in memorata *Deciſione R. P. D. mei Aldrovandi, ſub §. Neutiquam ſuffragante*, nec e adverſo poterat controverti, unde conſequebatur, quod ex Perſona ejuſdem Hieronymi repudiantis, ejus filius allegare nequiret eas detractiones, quæ competebant Evangeliſtæ ipſius Hieronymi Patri, & erant pars ejus hæreditatis repudiatæ, ac cujus Iurium tranſmiſſionem in Patrem Jacobum Philippum, impe-
6 diverat eadem intermedia dicti Hieronymi repudiatio ad firmata per *Natt. in conſ. 199. num. 5., Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. quæſt. 9. nu. 18.*, Magon. *deciſ. Floren. 10. num. 5., Rot. in Romana Immiſſ. 6. Aprilis 1699. §. certe coram Me. & in Interamnen. fideicommiſſi 17. Junii 1705. §. Hujuſmodi cor. Reverendiſſimo Molinet Decano.*

Et ita &c. utraque &c.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI SUPER PRÆDIO.

Luna 23. Aprilis 1714.

ARGUMENTUM.

Dos in ſubſidium vigore *Auth. res quæ Cod. commun. de legat*, detrahi poteſt ex fideicommiſſo aſcendentali. Illa quando dicatur conſtituta in quantitate non in ſpecie. Vir ſi fuerit negligens in exigendis creditis ſibi in dotem aſſignatis nequeunt illius hæredes excuſari a dotis reſtitutione, cum viri negligentia nocere nequeat Uxori.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſarius eſt ab Immiſſione repellendus ſi detractiones quæ ſpectabant ad hæredem gravatum abſorbeant totam hæreditatem.*
2 *Dos in defectum bonorum liberorum detrahitur ex fideicommiſſo aſcendentali*, & num. 11. & 12.
3 *Negligentia viri in exigenda dote conſtituta præjudicare non poteſt fideicommiſſo.*
4 *Prædium dotale datum viro ea æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, & operatur liberam tranſlationem in virum, idem vir efficitur debitor pretii, & quantitatis, non vero ejuſdem fundi.*
5 *Dos quando dicatur in quantitate, non in ſpecie conſtituta*, & nu. ſeqq.
6 *Naturam dotis quantitativæ quid immutare non valeat,*
7 *Vir ſi fuerit negligens in exigendis creditis ſibi in dotem traditis excuſari nequeunt illius hæredes a dotis reſtitutione, cum viri negligentia nequit nocere mulieri.*
8 *Dotis reſtitutio tanquam quid facti probanda eſt legalibus & authenticis documentis.*
9 *Satisfactio dotis non probatur ſi mulier dotale creditum in Inventario tutelari non deſcripſerit.*
10 *Inveriſimilitudo omnem adimit vim circumſtantiis, & argumentis.*

DECISIO DCLXII.

Immiſſionem ad Prædium *Prada* per PP. S. Auguſtini poſſeſſum, alias, & etiam ſub *die 13. Februarii anni proxime præteriti coram R. P. D. meo Aldrovando* per Petrum de Diverſis expetitam vigore linearis, & reciproci Fideicommiſſi Petri Senioris ejus Aſcendentis in eodem purificati, & non obtentam, hodie etiam *Domini* denegarunt, perſiſtendo iterum *in Deciſis*.

Non quidem ex motivo lato calamo deducto per Patres Sancti Auguſtini, quod nimirum cum Prædium *Albareda* olim Fideicommiſſo Petri Senioris de Diverſis obnoxium, in ejuſdem poſtea alienatione facta de anno 1604. a Camillo uno ex filiis Fideicommittentis, pro lib. 14700. in Jo. Euangeliſtam ejus Fratrem, diſſoluto Fideicommiſſi nexu liberum evaſerit, eo quia pro rata lib. 10575. favore ejuſdem Fideicommiſſi ſubrogatum fuerit alterum Prædium *Donegia*, reliquæ vero ceſſerint in Cauſam Detractionis legitimæ eidem Camillo competentis, ita ſequuta poſtmodum permutatione ejuſdem Prædii *Albareda* facta per Hieronymum dictæ Euangeliſtæ Filium, & Auctorem me-

Digitized by Google

mediatum eorumdem Patrum de anno 1651., cum Prædio *Pradę* eamdem quoque libertatem, quæ Prædio *Albarada* in fixa erat conſervaverit idem Prædium *Prada*, quod de ſui natura liberum erat, & cum Prædio libero fuerat permutatum; Quoniam reſpondebant Scribentes pro Petro, quod quatenus libertas memorati Prædii *Albareda* ſubſtitiſſet, adhuc ea allegabilis non videbatur per Patres Cauſam habentes a Hieronymo, qui cum hæreditatem ejuſdem Euangeliſtæ Patris, & dicti Prędii acquiſitoris repudiaſſet, ut fuerat *in Deciſionibus R. P. D. mei Aldrovandi*, & in alia *mea huic contemporanea ſuper Domo* indubitanter admiſſum, nullo propterea alio Jure poſſeſſionem dicti Predii acquirere potuerat, niſi quatenus illud uti fideicommiſſarium ad eumdem Hieronymum, mortuo Euangeliſta Patre fuiſſet devolutum, ſicuti ob ejuſdem repudiationis obſtaculum, nec Hieronymus, nec PP. Sancti Auguſtini ex ejus Juribus venientes poſſeſſionem dicti Prædii Pradę, quatenus evaſiſſet fideicommiſſarium ſub altero detractionum eidem Euangeliſtæ competentium clypeo tueri poterant; An autem idcirco Prædium fideicommiſſarium *Albareda* in actu alienationis de eo factæ a Camillo de anno 1604. evaſerit liberum, vel non, & an Prædio libero *Prada* ſubrogato in locum dicti Prædii Albaredæ in ſecunda alienatione facta per Hieronymum de anno 1651., in fixa fuerit qualitas fideicommiſſaria, vel ſuam potius retinuerit, necne libertatem, *Domini* circa id non fuere concordes.

Verum ſolidum denegandæ prędictæ Immiſſionis fundamentum in eo conſtabilitum, exiſtimarunt quod quatenus etiam dictum Prædium *Prada* fuiſſet cum iiſdem fideicommiſſariis nexibus ſubrogatum in locum ſæpedicti Prædii *Albareda*, adhuc ejuſdem poſſeſſionem propugnare juſte poterant memorati PP. Sancti Auguſtini ſub præſidio detractionum, quas Hieronymo mediato eorumdem Auctori ex propria Perſona competere iidem *Domini* arbitrabantur, quarum quantitas cum abſorberet totum dicti Prędii valorem, efficiebat, ut a pe-
1 tita Immiſſione Fideicommiſſarius omnino foret repellendus, ut firmant *Cardin. de Luca de Credit. diſc. 164. n. 7., Rot. dec. 360. n. 25., & ſequentibus parte 5., & dec. 51. nu. 18. part. 6. dec. 232. nu. 38. part. 19. tom. 1. recent. ad ornatum Card. de Luca de Teſtamen. lib. 9. dec. 19. nu. 21., & dec. 34. nu. 1. tom. 1., ac in Camerinen. Fideicommiſſi 20. Januarii 1710., §. Quoties coram R. P. D. meo Aldrovando*.

In linea autem harum detractionum primo loco ſe offerebat dos Fauſtinæ Uxoris Euangeliſtæ filii Fideicommittentis, & Matris Hieronymi, conſtantis ſummam lib. 7000., quam in defectum Bonorum liberorum detrahi ex
2 Bonis fideicommiſſi Aſcendentalis habemus *ex Auth. res quæ Cod. Communia de legat.*, de qua *Giovagnon. in conſ. 73. nu. 9. lib. 1., Bertazzol. conſ. Civil. 75. nu. 15. lib. 1., & Rot. dec. 6-8. num. 5. cum concordan. in dec. 591. num. 4. part. 18. tom. 2. recent., & a ibi milliies*.

Fruſtra impedire eam detractionem Satagente Petro ſub alias rejectis, & hodie etiam inutili conatu deductis exceptionibus, quod nempe Dos prædicta partim fuerit conſtituta non in quantitate, ſed in uno Prædio, ſeu Fundo dotali. Quod ipſa Mulier poſtmodum vendiderat, & partim in tot Creditis, quæ a Viro exacta non probabantur, quo caſu Fideicommiſſi Bona Dotis huiuſmodi reſtitutioni nullatenus eſſe poterant obnoxia, præſertim quod hodie quæſtio non erat cum Viro, eiuſque hæ-
3 redibus, ſed de eiuſdem fideicommiſſi præiudicio agebatur, quod a negligentia Viri in dictis Creditis exigendis cauſari non poſſe animadverterat *Card. de Luc. de Dot. diſc. 145. nu. 90.*, & conferunt deducta per *Rotam in Imolen. Fideicommiſſi 3. Junii 1707. §. Tantoque magis, & ſequent. coram R. P. D. meo Lancetta*.

Etenim prædicta objecta luculenter diluta apparebant in prædicta *deciſione R. P. D. mei Aldrovandi diei 13. Februarii anni nuper elapſi*, quæ hodie revidebatur a *§. Quoniam*, ubi quoad Prædium reſponſum fuerat, illud datum fuiſſe æſtimatum ea æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, & operatur liberam Dominii tranſlationem in Virum, qui propte-
4 rea efficitur Debitor pretii, & quantitatis, non vero ejuſdem Fundi per Uxorem traditi *ex Text. in leg. Quoties. et leg. Inter Virum, & Uxorem Cod. de Jur. Dot. per Giurb. ad Conſuet. Meſſanen. cap. 17 gloſ. 1. parte prima num. 6., Boſſ. de Dot. cap. 16. nu. 4., Cardin. de Luca de dot. diſcurſ. 158. nu. 1., & ſequentibus, Rot. coram Emerix Junior. dec. 14. nu. 23. cum concordan. in addit. ad dec. 80. ſub nu. 57. inter impreſſas coram me*. Id evidentius ſuadente ejuſdem Viri obligatione reſtituendi ipſam met ſummam lib. 7000. in caſu diſſolutionis matrimonii, pro cujus implemento omnia ſua Bona hypothecæ devinxerat, quę procul dubio demonſtrat, dotem fuiſſe in quantitate,
5 non in ſpecie conſtitutam, ut relat. *Gabriel. in conſilio 60. nu. 3., Mantic. de Tacit. lib. 12. tit. 28. num. 28., & Gratian. diſcept. 489. num. 8.*, ponderat *Rot. in dec. 69. nu. 3. parte 15. dec. 98. num. 16. parte 18., & in Romana dotis, & Lucri 26. Novembris, §. Quod eo certius coram Reverendiſſimo dell' Olmo Epiſcopo Conchen.*

Non variante naturam dictæ dotis quantitative ſupra relata animadverſione, quod idem Prædium venditum poſtea fuerit ab ipſa Muliere gerente in illa Venditione principalem figuram, & pretium recipiente; Quoniam ut bene reſpondetur *in dicta dec. R. P. D. mei Aldrovandi ſub §. Quo poſito*, cum Venditio expleta fuerit cum perſonali, & authoritativo interventu, ac conſenſu eiuſdem Euangeliſtæ Viri, integrum etiam dicti Prædii pretium pro

di-

dicta alienatione conventum in ejuſdem Cru-
menam intraſſe præſumitur, cum revera ad
eum, uti verum, & unicum prædicti Fundi Do-
minum ſpectaret, quamvis pro majori Empto-
ris ſecuritate Uxor ipſa, cui ſpecialis hypothe-
cæ nexu dictum Prædium devinctum erat, con-
tractui interfuerit, & in Venditionis Inſtru-
mento aſſeratur fuiſſe pecunias in ejuſdem Mu-
lieris Manibus perſolutas, cum hæc formalitas
6 apta non ſit, naturam Dotis quantitativæ de-
ſtruere, & ei cohærens dominium in Viro reſi-
dens immutare, ut bene comprobat *Card. de
Luca de Dot. diſc. 164. nu. 14., & adducto Nat-
ta in conſ. 552., & Rota coram Pamphil. in dec.
339.*, ac declarando *dec. 397. ſub nu. 4., &
tribus ſequentibus parte 18. recent.*, firmatur *in
Alatrina Fideicommiſſi* 19. *Ianuarii* 1703. *§. Nec
deliberationis coram Reverendiſſimo Molinet De-
cano*.

Objectum vero, quod reliqua pars Dotis in
tot debitorum Nominibus aſſignata, frui
nequiret (ut prætendebat idem Petrus) bene-
ficio prædictæ *Auth. res quæ*, eo quia non pro-
barentur, ea nomina per Maritum exacta, nec
eorundem inexactio ejus Culpę adſcribi poſſet,
niſi oſtenderetur de tempore aſſignationis fuiſſe
facilis exactiones, & exculpa ejuſdem Viri eva-
ſiſſe poſtea inexigibilia, quinimmo ea potius
exacta fuiſſe ab ipſa Muliere defuncto Viro, ut
ſuaderi ſubjongebat ex duplici Circumſtantia,
quarum altera oriri dicebatur ex eo, quod ipſa
Uxor, quæ Euangeliſtæ Viro per 40. annos ſu-
pervixit nullam unquam contra Viri hęredita-
tem promovit actionem pro ejuſdem ſuæ Dotis
reſtitutione, & altera pandi ab Inventario Tu-
telari per ipſam Fauſtinam, ſequuto Viri obi-
tu, Confecto, in quo propria etiam mobilia
deſcripſit, & tamen nullam de hujuſce dotis
Credito mentionem fecit, nullam vim *Domi-
nis* fecerat.

Subſiſtente enim adhuc apud eoſdem *Dominos*
certa, *& in Deciſione*, quæ revidetur *ſub* §. *Quo
poſito* conſtabilita reſponſione, quod cum No-
mina Debitorum per Fauſtinam Viro ſuo con-
ſignata facili negotio exigi poſſent, ſi iſte ſpa-
tio annorum novem, quibus in humanis ex
poſt fuit, ea excutere neglexit, non per hoc a
reſtitutione dotis quantitativæ in pecunia inte-
gre facienda eximi poſſet, quia ejus negligen-
tia ſibi tantum, non Mulieri nocere poterat,
præſertim quod dilatam exactionem alicui re-
verentiæ erga Uxoris Parentes tribuere non
7 valebat, dum non ii ſed debitores extranei
pulſandi erant, ut ducto argumento a contra-
rio ſenſu habetur in *leg. Mæcia ff. ſolut. Ma-
trim., & adducto Text. in leg. Si Extraneus* 34.
ff. de Jure Dot. obſervat *Conciol. de hæred. art.
3. nu. 206. Rota coram Card. Cerro dec. 86. nu. 6.
in recen. dec. 35. num. 8. & ſeqq. part. 7.* cum
abunde congeſtis in *Ilerden. Hæreditatis de Go-
mar. 4. Junii* 1703. *§. Dirato coram me*, & aliis
relatis *in eadem deciſione R.P.D. meo Aldro-
vandi ſub §. Fruſtra qui* ubi, & in duobus
§§. *ſeqq.* cœtera objecta abunde de more di-
luuntur.

Nil etiam perſtringere videbantur memora-
tæ Circumſtantiæ, quoniam reſpectu primæ,
eo ipſo quod Mater Filiorum Tutelam ſuſcepe-
rat, ac ex eorum ſubſtantia ſimul cohabitando
alebatur, eoſque in ejus Dote ſucceſſores vo-
lebat, ſciebatque, quod ex bonis tantum Fi-
deicommiſſariis erat ea detrahenda, cum non
adeſſent Bona libera Viri cujus propterea hę-
reditatem filiorum nomine repudiaverat, quę-
nam ratio expoſcebat, quod filios poſſeſſores
eorumdem Bonorum Fideicommiſſariorum
reſtitutioni ſuę Dotis obnoxiorum inquietaret,
quando de cætero non ignorabat ſuum Jus vi-
gore dotalis Inſtrumenti ſaluum fore, ac poſſe
ſemper, & quandocumque caſus expoſceret
propria Jura experiri? Sane ex hac acquieſcen-
tia nemo unquam inferre valebit, quod Mu-
lier præſumi debeat ſatisfacta, cum de cętero
triti Juris ſit: quod Dotis reſtitutio, non alias,
8 quam cum legitimis, legalibus, & authenticis
documentis, tamquam quid facti probanda ſit
ad Text. in leg. primo Cod. de probat, & tradita
per *Bartol. in leg. Illa ff. de Verbor. ſignific., Card.
de Luca de Dot. diſc. 164. num. 4. Afflict. deciſ.
..... nu. 2., & dec. 1329. nu. 5. coram Emer.
Jun.*

Altera vero Circumſtantia præſumere fa-
ciens in Petri ſenſu, exactionem eorumdem
dotalium Creditorum, quæ deſumi prætende-
batur ex eo, quod Fauſtina in Tutelari Codice
Creditum ſuæ Dotis non deſcripſerit, ultra re-
ſponſionem, quod talis omiſſio apta non erat
inducere ejuſdem Dotis ſatisfactionem, cum
9 de ea plene debitores ejuſdem dotis docere de-
berent ex proxime animadverſis, nullius etiam
penitus momenti reddebatur ex palpabili Inve-
riſimilitudine, quod potuerit eadem Fauſtina
dicta Credita exigere in illo paucorum dierum
Intervallo, quod inter obitum Viri, & Inven-
tarii confectionem illico expletam interceſſit,
ex qua inveriſimilitudine adimi vim omnem
hiſce Circumſtantiis, & argumentis uno ore
10 docent, licet ad aliud propoſitum *Mantic. de
Conject. ultim. Volunt. lib. 8. tit. 8. nu. 16. Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt. 320. nu. 44., & ſeqq., Ro-
dulphin. alleg. 22. nu. 12. Rot. in dec. 345. n. 19.
& 20. part. 16. rec.*

Detractioni Dotis Fauſtinæ in aliis etiam hu-
jus Cauſæ *Deciſionibus* late comprobatæ in lib.
7000., ſuccedebat altera dotium Dianæ, &
Urſinæ filiarum Jo. Euangeliſtæ, & ſororum
reſpective Hieronymi ut diximus Auctoris Pa-
trum conſtitut. in ſumma lib. 6250. quos ſal-
tem pro ſumma lib. 3000. a Hieronymo ſolut.,
ut inter Partes admittitur detrahi pariter poſſe
ex Bonis Fideicommiſſariis earum Aſcendentis,
15 permittit eadem *Auth. res quæ Cod. commu-
nia de legat.*, & abſoluti Juris eſſe docet *Rota
coram Zarat. dec. 83. num. primo, & ſeqq., in
rec.*

by Google

rec. dec. 312. *num.* 5., *& ſeqq. par*. 6., & alibi paſſim.

Spreta reſponſione per ſcribentes pro Petro data, quod cum eæ Dotes perſolutæ fuerint a Hieronymo, & Paulo Fratribus, nulla emiſſa declaratione, quod ea dotatio fieret de Bonis propriis, & animo ſe revalendi contra Avitum Fideicommiſſum, cenſendum propterea ſit adimpletum tale onus ex Bonis liberis Euangeliſtæ Communis Patris primario obligatis, non vero de Bonis propriis ipſorum Fratrum, ideoque nulla actio nec ipſis dotantibus, nec ejus hæredibus oriri potuerit contra Bona Fideicommiſſaria, ſubſidiarie tantum in defectum Bonorum liberorum dotare debentium

12 obligata, & tradita per *Rot. in dec.* 45. *num.* 12., *&* 356. *nu.* 23. *part.* 19. *rec. in Reatina Immiſſionis* 18. *Maii* 1705. §. *Concurrit*, *& in Ferrarien. Alimentorum*, *&* Dot*ium ſuper quantitate* Detr*actionum* 4. *Martii* 1712. §. *Et Jure merito coram Emo Priolo*, *ac* 16. *Ianuarii* 1713. §. Detr*actionibus cor. R. P.* D. *meo Scotto Almæ Vrbis Gub.*

Reminiſcebantur enim *Domini* quod in hac met Cauſa, & in hunc præciſum effectum agnoverant etiam alias, nulla penitus Bona libera relicta fuiſſe per Euangeliſtam dd. Dianæ, & Vrſinæ Patrem, ut videre eſt in *dec.* 13. *Februarii* 1705. §. *Transeunde modo coram Rmo Kaunitz qua deciſio* emanaverat contra Tertios cum ſucceſſiva Sententia in Judicatum transacta, adverſus quam denegata etiam fuerat reſtitutio in integrum coram bon. mem. Omanna, ut in ejus deciſione 16. *Ianuarii* 1708.

Cum memoratæ ambæ detractiones ſcilicet lib. 7000. pro dote Fauſtinæ, & lib. 3000. pro dotibus Dianæ, & Urſinæ ſimul junctę æquarent integrum pretium lib. 1000. quo controverſum Prædium emptum fuerat Domini idcirco omiſſo Examine aliarum detractionum, quę pariter cumulabantur per PP. Auguſtinianos eoſdem a petita per Petrum Fideicommiſſarium immiſſione iterum abſolvere non dubitarunt, *Vtraque &c.*

FIRMANA IMMISSIONIS.

Veneris 27. *Aprilis* 1714.

ARGVMENTVM.

Plura priori loco adducuntur in ſequenti Deciſione argumenta, ex quibus argui poſſit laicalitas Beneficii, ſeu Cappellaniæ; Sed deinde concluditur Cappellaniam de qua hic ſermo eſt eſſe Eccleſiaſticam, & ad hanc qualitatem inducendam afferuntur demonſtrationes, & circumſtantiæ ex quibus eadem qualitas Eccleſiaſtica comprobata remanet.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ ſi ſint juſtificatæ celerem expoſcunt exequutionem.*

2 *Beneficium illicò vacat ob contractum Matrimonium.*

3 *Literarum Apoſtolicarum executio retardari nequit abſque injuſtitia.*

4 *Laicalis Cappellania non cadit ſub nomine Beneficiorum.*

5 *Sublata qualitate Eccleſiaſtica nec etiam vacatio intrat.*

6 *Nil magis repugnat naturæ Beneficii quam quod Cappellania, ſeu pium opus Ordinario non ſit ſubjectum.*

7 *Unum, & præcipuum Eccleſiaſtici Beneficii requiſitum illud eſt, ut illud a Perſona Eccleſiaſtica, vel ab Epiſcopo conferatur.*

Ex ea ratione quia cum illud ſit Jus ſpirituale, illud conferendi incapax ſit quilibet laicus n. 8.

9 *Si Fundator mandaverit, ut electio, & nominatio Cappellani fieri deberet abſque ulla Ordinari confirmatione, cenſetur illum voluiſſe Cappellaniam mere laicalem erigere.*

10 *Repugnat qualitati Eccleſiæ, & Beneficiariæ, quod bona dicantur in dotem alicujus Beneficii aſſignata, & quod a Laicis independenter ab ipſo Beneficiato adminiſtrentur.*

11 *Morientium dicta maximam habent veritatis præſumptionem.*

12 *Beneficium, ſeu Cappellania Eccleſiaſtica ex quibus arguatur.*

13 *Eccleſiaſtica qualitas ſtatim imprimitur Beneficio, ſi in illius erectione unacum deſiderio Fundatorum ſolemnis Ordinarii authoritas intereeſſit.*

14 *Neque Fundator, neque Ordinarius poſſunt Leges ſemel in fundatione favore nominatorum appoſitas alterare, nec minus ſubvertere*, & num. ſeq.

16 *Bona in dotem Beneficii ſemel, & a principio aſſignata, nequeunt amplius Laicorum diſpoſitioni relinqui.*

17 *Fundatori licitum eſt Cappellaniam prius laicalem, reddere poſt eum Ordinarii conſenſu Eccleſiaſticam, & de ratione.*

18 *Propriam confeſſionem impugnare quis nequit.*

19 *Patronis laicis datur eſt a Jure canonico tempus quatuor menſium ad præſentandum.*

DECISIO DCLXIII.

SUB dupplici narrativa, quod proviſio Cappellaniæ erectæ in Eccleſia S. Catharinę ad Altare Sanctiſſimæ Virginis Carminis, & Divi Franciſci Xaverii, vel nimirum quia tamquam liberæ collationis, vel ſi de Iurepatronatus Laicorum, ob non factam tamen in tempore quadrimeſtri alicujus idonei Clerici præſentationem ad S. Sedem pro ea vice ſpectaſſet, obtinuerat Antonius Franciſcus Foglietti de anno 1712.

Lit-

Literas Apoſtolicas eidem memoratam Cappellaniam decernentes, quibus prompte, ut par erat, obſequens Executor Apoſtolicus in eiſdem litteris deſignatus præmiſſa favorabili Sententia, prædictum Antonium in Cappellaniæ poſſeſſionem immiſerat, de quibus omnibus uti nulliter, ac injuſte geſtis cum Paulus Franciſcus Bonanni tamquam Patronus, & bonorum Cappellaniæ aſſignatorum poſſeſſor foret apud *Signaturæ Juſtitiæ* Tribunal poſtmodum conquæſtus, mihi propterea ab eodem directa fuit commiſſio cum clauſula -- *Parito litteris arbitrio Rotæ, circumſcripta poſſeſſione, & appoſito ſequeſtro*, ad cujus reſcripti normam propoſito per me hodie dubio -- *An intret arbitrium, ſive an Litteræ Apoſtolicæ ſint exequendæ, negative ad primam partem, affirmative vero quoad ſecundum Domini* reſponderunt.

Omiſſa enim inſpectione nullitatis proceſſus per Apoſtolicum Executorem conſtructi, & ſucceſſive poſſeſſionis Cappellaniæ traditæ Antonio non citato Paulo Bonanno, cui eadem *Signatura* ſatis occurrere viſa eſt mediante ejuſdem poſſeſſionis circumſcriptione; Litteræ de cætero Apoſtolicæ, tamquam in omni ſui parte juſtificatæ, executionem etiam mereri
1 *Domini* viſæ ſunt. ad *Textum in cap. Si capitulo ubi Gloſſ. in verbo Exequatur de conceſ. Præbend., Rota coram Emer. Jun. deciſ. 367. num. 1. & in Cæſaraugustana Beneficii 7. Januarii 1709. §. Inſtat coram Me.*

Eo enim ipſo, quod prædictus Bonannus ejuſdem Cappellaniæ Patronus, & ultimo loco ad eandem inſtitutus poſt contractum ſubinde ab
2 eo Matrimonium, ob quod Beneficium vacare illico cœperat per *Textum in capit. 1. & cap. Quod a ſe de Cleric. conjugat.*; nullum alium intra tempus quatuor menſium a Jure præfinitum præſentaverat, utique comprobata remanebat narrativa, ſub qua Antonius fuerat a S. Sede de prædicta Cappellania proviſus, nec propterea earumdem litterarum executio poterat abſque injuſtitia retardari, ut ultra adductos
3 docent *Card. de Luc. de Benef. diſc. 86. num. 3.* cum concordan. relatis *in Taden. Beneficii 7. Maii 1706. §. Nec ad dictam coram R. P. D. meo Lancetta.*

Non impugnabat hujus facti veritatem Bonannus, nec conſequutivam Apoſtolicæ proviſionis validitatem ſe controvertere poſſe fatebatur, ubi talis Cappellania vere Beneficii Eccleſiaſtici nomen promereri potuiſſet, ſed omni conatu talem Eccleſiaſticam qualitatem excludere hodie ſategebat, aſſerendo Fundatorem non Eccleſiaſticum Beneficium, ſed meram
4 Laicalem Cappellaniam poſitive erigere profeſſum eſſe, quam non cadere ſub nomine Beneficiorum, docent *Felin. in cap. Ex parte num. 2. & 3. de reſcript., Gonzal. ad reg. 8.* Cancellar. *gloſſ. 5. num. 64., Corrad. in praxi Benefic. lib. 1. cap. 2. num. 55., Panimoll. deciſ. 21. num. 2., Rota coram Pan. deciſ. 125. num. 4. coram Mancæa. deciſ 283. num. 5. & deciſ. 334. num. 4.*
5 *par. prima diverſor.*: Sublata vero Eccleſiaſtica qualitate, nec etiam vacationem intrare in comperto erat, ex traditis per *Abbat. in conſil. 47. num. primo lib. 2., Garz. de Benef. par. 1. cap. 2. num. 63., Corrad. in praxi Benefic. lib. 1. cap. 2. num. 36., Rota coram Seraphin. deciſ. 1095. num. 2. coram Durano deciſ. 125. num. 4. & coram* Merlin. *deciſ. 79. num. 2.*

Mentem vero explicitam Fundatoris fuiſſe erigendi ſimplicem laicalem Cappellaniam, omni penitus Eccleſiaſtica qualitate denudatam apertiſſime deſumi ſubjungebat idem Bonannus ex Inſtrumento fundationis ejuſdem Cappellaniæ exarato ſub *die 19. Decembris anni* 1685., in quo Fundator poſt deſignata Stabilia, ex quorum redditus alendus foret Cappellanus, qualitatem etiam Cappellaniæ per hæc verba explicaverat, ibi -- *Unam Cappellaniam mere Laicalem, amovibilem, & de mero jure Laicorum abſque ullo titulo Beneficii, & abſque eo quod ſit ſubjecta alicui Ordinario, vel alicui alteri, quam Domino Paulo Franciſco Xaverio filio Dominæ Juſtinæ Lazzarinæ &c. & poſt mortem illius aliis filiis maſculis &c.* & inferius &c. *in eoque ſupradictam Cappellaniam Laicalem, quæ nullum habet titulum, nomen, nec etiam mixturam Beneficii Eccleſiaſtici, ſed mere in omnibus, & per omnia ſit Jure Laicale ita, & taliter quod electio, nominatio &c. fieri poſſit, & debeat abſque ulla Ordinarii, ſeu aliorum confirmatione, ſed ſolum habeant incumbentiam præfati Domini Paulus Xaverius, Franciſcus, alii omnes &c. Deſcendentes in infinitum &c. per ſe celebrandi, vel per alias interpoſitas perſonas celebrare faciendi &c.* Miſſam *unam quolibet menſe &c. anno quolibet in perpetuum atque dicto Altari de neceſſariis providen.*, quæ verba ſane ampliora, & clariora eſſe non poſſe dicebat pro patefacienda voluntate ejuſdem Fundatoris, omnino excluſiva qualitatis Eccleſiaſticæ, & conſequutivæ Juriſdictionis in Eccleſiaſticis Superioribus de eadem Cappellania diſponendi.

Quid enim magis repugnat naturæ Beneficii, quam quod Cappellania, ſeu pium opus Ordi-
6 nario non ſit ſubjectum, ut animadvertit *Corrad. in praxi lib. 1. cap. 2. num. 24., Gonzal. ad regul.* Cancellar. *gloſſ. 5. num. 44. & ſeqq., Rota coram Seraphin. deciſ. 611. num. 1. & ſeqq. coram Buratt. deciſ. 224. ſub num. primo verſ. & inſuper & cor. Merlin. d. dec. 79. n. 1.*, quodque eo irrequiſito, & non curata illius collatione, & inſtitutione, ſeu confirmatione, Cappellanus ad ſolum Patroni beneplacitum in Cappellaniæ exercitio ſe valeat immiſcere, cum de reliquo certi, & indubitati Juris ſit, quod unum ex eſſentialibus conſtitutivis Beneficii Eccleſiaſtici ſit, quod illud a
7 Perſona Eccleſiaſtica, veluti ab Epiſcopo, vel alio Prælato (ecluſo Privilegio ſpeciali Apoſtolico) conferatur, ut habemus in *cap. Si quis deinceps 16. quæſt. 7. ibique Gloſſ.* & firmant *Abb. in conſil. 47. num. primo, Gonzal. ad regul. 8. gloſſ.*

gloſſ. 5. num. 10., *Corrad. in praxi benefic. lib. 1. cap. 4. num. 78.*, *Rota coram Buratto deciſ.* 214. *num 3. coram Seraphin. deciſ.* 1381., ſub evidentiſſima ratione, quod cum Beneficium Ec-
8 cleſiaſticum, ſit Ius ſpirituale, illius conferendi incapax ſit per conſequens quilibet Laicus, eique Ius reſiſtat, *dicto cap. Si quis deinceps cap. Per* Laicos, *& cap. Laicis diſtinct. 16. qu. 7.*, cum cæteris per *Corradum late addactis in d. lib. 1. cap. 4. num. 79.*; Ideoque cum Teſtator expreſſe præceperit, ac demandaverit, quod electio, & nominatio Cappellani *fieri poſſit*, *& debeat a Patronis abſque ulla Ordinarii*, *ſeu aliorum confirmatione*, nulla amplius in ineſſe poterat
9 dubietas, quod ejus voluntas fuerit erigendi Cappellaniam mere Laicalem, ut ad rem animadvertit *Amoſtazz. de cauſis piis lib. 3. cap. 2. num. 4. & 28.*, *Panimoll. deciſ. 21. ante nu. 4.*, *Rota coram Buratto deciſ. 224. ſub num. primo*, *& in Hydruntina* Cappellania 10. *Maii* 1697. §. *Rurſus coram Reverendiſſimo dell' Olmo Epiſcopo Concben. impreſſ. ad ornatum Card. de Luca tom. 4. lib. 13. deciſ. 5. num. 6. & ſeqq.*

Eamdem quoque laicalitatem indubie concludebat permiſſio facta per Fundatorem futuris Patronis etiam Fœminis adminiſtrandi bona eidem Cappellaniæ aſſignata, cum onere tantum celebrare faciendi Miſſas in fundatione præſcriptas, *atque dicto Altari de neceſſariis providendi*, repugnat enim qualitati Eccleſiaſticæ, & beneficiariæ, quod bona dicantur in dotem alicujus beneficii aſſignata, & quod a Laicis independenter ab ipſo Beneficiato, & maxime a Fœminis Iure proprio adminiſtrentur; quum Beneficium, ejuſdemque collatio ſupponat curam, & adminiſtrationem bonorum in Benefi-
10 cii dotem aſſignatorum eſſe debere integraliter penes Beneficiatum abſque ulla diminutione ex animadverſis *per Corrad. in praxi benef. lib. 1. cap. 2. num. 20.*, *& Rot. in deciſ.* 254. *num. 2. & ſeqq. part. 3. Recent. cum ibi concordan.*; Unde perneceſſe dicendum foret, quod Fundator noluerit, quod bona pro dote Altaris aſsignata veſtem Spiritualem induerent, & per conſequens remanentibus iis in ſua primæva temporalitate, qualibet imago Beneficii ex ipſius Teſtatoris diſpoſitione excluderetur ex connotatis *per Card. de Luc. de Benef. diſcurſ. 80. num. 8.*, *& de Jurepatronat. diſcurſ. 45. num.* 10.

Abſque eo quod per quemcumque alium poſteriorem actum dici umquam poſsit, Fundatorem uſque ad ejus obitum receſsiſſe a propoſito conſtanter habito, quod in ſtatu ſimpliciter laicali Cappellania perduraret, cum in ſupremis tabulis triduo ante ejus obitum exaratis, eamdem Cappellaniam *Laicalem* denominaverit; Quam ſane declarationem, morti proximus non emiſiſſet, ſi ipſe fuiſſet conſcius, quod Beneficium Eccleſiaſticum non Laicalem Cap-
11 pellaniam erexiſſet; Maximam vero veritatis præſumptionem habere morientium dicta docet *Menoch. de præſumption. lib. 5. præſumption. 5. num. 5. Rota coram Mantic. deciſ.* 363. *num. 5. nec non deciſ. 381. num. 7. part. 17. deciſ. 198. eodem num. 1. part. 18.*, *& deciſ. 211. num. 19. part. 19. Recentiorum.*

Hiſce tamen, & ſi prima Fronte magnam rationis apparentiam, involventibus, minime attentis, *Domini* exiſtimarunt Cappellaniam, de qua agitur eſſe verum Eccleſiaſticum Beneficium, eo quia in illius erectione viſa ſint cuncta requiſita Beneficii Eccleſiaſtici conſtitutiva interceſsiſſe, ac propterea de eodem a Sancta Sede ſupplente negligentiam Patroni, qui tam longo plurium annorum tempore Cappellanum præſentare diſtulerat, legitime proviſum extitiſſe Antonium arbitrabantur. Pro cujus Iudicii comprobatione altius facti ſeriem reaſſumentes actus omnes inter Fundatorem, & Ordinarium Firmanum geſtos conſiderabant: Primo
12 enim eorum oculis obverſabatur, quod Sacerdos Alexander Lazzarinus exoptans, ac inſimul deliberate proponens erigere unum Altare ſub Invocatione Sanctiſſimæ Virginis Carminis, Divique Franciſci Xaverii in Eccleſia Sanctæ Catharinæ cum reſervatione Iuriſpatronatus ad favorem ejus Familiæ, quæ Iurepatronatu ipſius etiam Eccleſiæ potiebatur, enixas ſub die 4. *Novembris anni* 1685. Vicario Generali preces porrexerat, qui antequam quidquam poſitive decerneret, præambulam emiſsionem obligationis pro dote, quam idem Orator aſsignare intendebat, & pro Sacrarum Suppellectilium manutentione, nec non deſignationem numeri Miſſarum, quarum celebratione Cappellanum onerare intendebat, requiſivit; Quibus omnibus ſollicite obtemperans Alexander ſub die 20. ejuſdem menſis, & anni prævia narrativa, quod inſpirante Deo decreverat dotare *detto Altare in Infinitum*, *e farne Cappellania perpetua* devenit ad effectivam Dotis aſsignationem enumerando, ac individuando bona ad id deſignata, numerumque Miſſarum in eodem Altari celebrandarum ſpecificando, quorum omnium implementū ſub poſitiva etiam obligatione in forma *Reverendæ Cameræ* emiſſa promiſit, & ſucceſsive Edicta contra intereſſe habentes per eumdem Ordinarium Firmanum ſub die videlicet 23. *ejuſdem menſis* expediri ſategit *Summario Antonii Num.* 1., *&* 2. reproductis vero *ſub die 5. Decembris* recenſit *anni* 1685. memoratis Edictis, ac ſucceſsive, nempe *ſub die ſecunda Januarii* immediate ſubſequentis in actis dimiſsis depoſitionibus Teſtium ſuper eorumdem bonorum redditibus ex Ordinarii Mandato examinatorum, emiſſaque *per eumdem* Fundatorem nova Inſtantia pro prædictæ Cappellaniæ erectione, ac pro declaratione, quod bona pro Dote aſsignata, forent exempta, & immunia ab oneribus Communitativis, & Cameralibus non privilegiatis, nec non pro expeditione ſoliti Privilegii Erectionis, voti tandem compos evaſit, cum *ſub die 3. Junii anni* 1686. Ordinarius Firmanus Erectionem dictæ Cappella-

Digitized by Google

niæ antecedenter Decretam, ſolemniter pere-
gerit, eamque ejus, & ſuorum ſucceſſorum
Juriſdictioni, & Viſitationi ſubmiſerit, adjecto
Cappellanis pro tempore onere libram unam
ceræ elaboratæ annuatim in ſignum Ordinariæ
Juriſdictionis eidem Vicario deferendi, reſer-
vatoque ad ejuſdem Fundatoris, qui ſe pariter
primum Cappellanum declaraverat, cætero-
rumque ab eodem nominatorum favorem Jure-
patronatu, ut latius ex ejuſdem Erectionis Bul-
la per extenſum relata *in Summario ejuſdem An-
tonii Num.* 5. Ex his autem actibus, incontro-
vertibilis ſane Dominis erui viſa eſt qualitas
Eccleſiaſtica, & Beneficiaria, quæ hujuſmodi
Cappellaniis imprimitur, ſtatim ac in illarum
13 Erectione una cum deſiderio Fundatorum ſo-
lemnis Ordinarii authoritas intercedit *ad Gloſſ.
Clemen. 2. verbo Beneficiorum in fin. verſ. tu dic.
de Decim. Felin. conſ.* 41. *num.* 5. *Lotter. de re
beneſic. lib.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 41. *Gonzalez ad reg.*
4. *Gloſſ.* 5. *nu.* 7. *Corrad. in prax. beneſ. lib.* 1.
cap. 2. *num.* 1. *Cæſar. de Graſſ. deciſ.* 13. *numer.*
5. *de Præbend.*, *&* *in Pampilonen. Cappellaniæ*
25. *Maii* 1646. *verſ. nam primum coram Corrad.
relata apud Panimoll. dec.* 21. *num.* 16.

Atque hinc nullius amplius momenti vide-
batur *Dominis* Inſtrumentum illud a Fundatore
celebratum intermedio tempore inter petitio-
nem ab eo factam erigendi, & dotandi Altare,
ſeu Cappellaniam perpetuam, & ſubſequutam
authoritate Ordinarii ejuſdem Erectionem, ex
quo Inſtrumento, ut ſupra animadvertimus
litteralis Cappellaniæ laicitas deſumebatur, &
a quo reſilere non potuiſſe eumdem Fundato-
rem prætendebat Bonannus, eo quia, cum Bo-
norum pro Miſſarum celebratione deſignato-
rum dominium per actum irretractabilem in
eodem Inſtrumento conſtabilitum tranſtuliſſet
in Paulum Bonannum hodiernum actorem, &
ſubinde in alios inibi nominatos, cum ſolo one-
re procurandæ Miſſarum celebrationis, & Al-
tare de neceſſariis ſuppellectilibus providendi,
non licuiſſet amplius eidem Fundatori, nec
Ordinario legem in fundatione favore nomina-
torum ſemel appoſitam alterare, & multo mi-
14 nus eam ſubvertere immutando laicalem qua-
litatem dictæ Cappellaniæ medio Juramento
impreſſam, novamque Eccleſiaſtici Beneficii
imprimendo, per quam idem Bonannus, cæ-
teriſque ad Juſpatronatus nominati eorumdem
Bonorum poſſeſſione, & beneficio privarentur
ex connotatis *per Lambertin. de Jurepatronat.
lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 4. *num.* 2. *Tondut.
quæſt. Beneſic. part.* 1. *cap.* 91. *num.* 1., *&* *ſeqq.
Palm. Nep. alleg.* 167. *num.* 38. *Corrad. in praxi
beneſic. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 160. *Card. de Lu-
ca de Jurepatronat. diſcurſ.* 16. *num.* 2., *&* *ſeqq.
Rota coram Coccin. deciſ.* 2187. *ſub num.* 2., *&*
in Recentior. part. 10. *deciſ.* 220. *num.* 33., *&*
ſeqq.

Etenim ex ſola facti ſuperius dilucidati inſpe-
ctione ruere, quinimo retorqueri videbatur
idem objectum; Poſtquam enim Fundator ante
ſtipulationem prædicti Inſtrumenti laicitatem
præſeferentis, ſe jam obligaverat erigere Cap-
pellaniam perpetuam, ordinarii placitum, &
non conſenſum requirendo, bona pro dote de-
ſignando, omneſque ſolemnitates in Beneficii
Eccleſiaſtici Erectione requiſitas ſervando, pro
quibus omnibus adimplendis ſe etiam, ſuoſque
Hæredes obligaverat, tunc ſane, *Vel* novam
Erectionem a prima jam conſtabilita, & pro-
miſſa diverſam idem Fundator peragere prohi-
bebatur, cum per tales actus mutuo conſenſu
ipſius Fundatoris, & Ordinarii expletos, fuiſ-
15 ſet Jus quæſitum Eccleſiæ, in Beneficii præju-
dicium variare amplius nequiret ad tradita per
Lambertin. de Jurepatronatu par. 1. *lib.* 1. *quæſt.*
4. *art.* 10. *num.* 4. *Card. de Luca eodem tract.
diſcurſ.* 16. *num.* 2. *&* *ſeqq. Rot. deciſ.* 37. *nu.* 1.
& *ſeqq. par.* 7. *&* *dec.* 220. *num.* 32. *par.* 11. *&*
in Aſten. Prioratus 11. *Junii* 1708. *§. Sed ex
facto coram R. P. D. meo Lancetta, nec non
7. Decembris ejuſdem anni §. Minime cor. R. P. D.
meo Aldrovando.*

Vel ubi dici debeat permiſſa variatio, faci-
lius approbanda videbatur illa poſtremo loco
facta, cum qua ad primo loco promiſſa Funda-
tor redibat, impellente, ut credere fas eſt,
conſcientia reddendi Deo ea bona, quæ ſemel
dicaverat, quæque uti in dotem Beneficii a
16 principio aſſignata non poterant amplius Lai-
corum diſpoſitioni, & utilitati relinqui, ex
animadverſis per *Tondut. quæſt. beneſic. part.* 1.
cap. 91. *num.* 1. *&* *ſeqq. Card. de Luc. de Jure-
patron. diſc.* 16. *nu.* 2. *Ric. dec.* 280. *lib.* 4. *Rot.
dec.* 37. *num.* 1. *cum ſeqq. part.* 7. *rec. dec.* 107.
nu. 3. *&* *dec.* 230. *nu.* 33. *&* *ſeqq. part.* 11.

Quinimmo, & ſi conſtabilita (contra facti
veritatem) vere, & perfecte non fuiſſet ab ini-
tio beneficii hujuſmodi qualitas, prout eam
indeterminatam fuiſſe conabantur oſtendere
memorati ſcribentes pro Bonanno ex illis ver-
bis in folio aſſignationis bonorum pro dote Al-
taris per Fundatorem appoſitis ibi — *E ſuis loco,
&* *tempore farne iſtromento, e Bolla, che allora
ſpecificarò e chi, e a quali laſciarò il peſo della
ſudetta Cappellania, e le ſudette Terre col mante-
nimento dell' Altare in perpetuo &c.* In cujus
reſervationis ſequelam poſtea ſub die 19. *De-
cembris anni* 1687. adminiſtrationem eorum-
dem bonorum reliquerat eidem Bonanno, cæ-
teriſque ad Juſpatronatus vocatis cum explici-
ta declaratione, quod d. Cappellania foret om-
nino laicalis, nihilominus cenſuerunt *Domini*,
licitum fuiſſe eidemmet Fundatori viventi
Cappellaniam illam, & ſi in ſenſu Bonanni
prius laicalem, reddere expoſt cum Ordinarii
conſenſu Eccleſiaſticam, cum iſta variatio ſit
17 ad majorem Dei gloriam, & pinguiorem ejus
Eccleſiæ Miniſtrorum utilitatem tendens, ac
propterea ſuſtinenda, ut firmavit *Gonzal. ad
regul.* 8. *Gloſſ.* 5. *nu.* 58. *Garc. de beneſic. part.* 1.
cap. 2. *num.* 108. *&* *ſeqq. Panimoll. dec.* 21. *nu.*

14.

24. *Amoſtazz. de Cauſis Piis lib. 3. cap. 2. nu. 11. & 12. Caſtropalam oper. mor. tract. 13. diſputat. 1. punct. 6. num. 13. Bordon. de legat. cap. 6. nu. 38. & Rota in dec. 1122. num. 3. part. 3. diverſorum.*

Hujuſmodi autem variationem fuiſſe per eumdem Fundatorem volitam, & procuratam, ambigendum non erat, dum poſt peractum ſecundum Inſtrumentum, in quo Cappellaniam mere laicalem voluerat, redierat de menſe *Januarii anni* 1686. ad eumdem Ordinarium, nullamque faciens mentionem de dicto ſecundo Inſtrumento, tamquam de actu penitus nullo, & inſubſiſtenti, reproduxerat coram eo Edicta, & inſteterat pro Teſtium examine, novas preces effundendo tam pro formali dictæ Cappellaniæ erectione, quam pro ejus bonorum a laicalibus oneribus exemptione, Bullamque ipſam erectionis, ac Ordinarii conſenſum in ea præſtitum, & informantem qualitate Eccleſiaſtica ipſam Cappellaniam, reportaverat.

Hæc autem, quę clara omnino *Dominis* pro dijudicanda qualitate Eccleſiaſtica videbantur, clariora etiam reddidit factum ipſum ejuſdem Bonanni Contradictoris ad evadenda onera Communitativa, quę ſuper bonis Cappellaniæ addictis imponere prætendebat Communitas, in cujus Territorio ea ſita ſunt, expoſuerat de anno 1691. *Sacræ Congregationi Immunitatis* memoratam Cappellaniam authoritate ordinaria fuiſſe erectam exhibendo nedum ejuſdem Fundatoris Bullam, ſed etiam litteras inſtitutionis ad ejus favorem tamquam Cappellanum expeditas ibi -- *Il Chierico Paolo Franceſco Bonanni &c. eſpone &c., che Aleſſandro Lernarini havendo fondata con Beneplacito Apoſtolico dell' Ordinario una Cappellania nella Chieſa di S. Catarina &c. come appariſce dall' anneſſa fondazione, e Bolle ſpedite a favore dell' Oratore &c. Summario Antonii nu. 6.*, Unde cum pro obtinenda memorata exemptione faſſus fuerit prædictam Eccleſiaſticam qualitatem ejus Cappellaniæ ineſſe, Bullaſque ſive fundationis ſive eius collationis exhibuerit) duo in neceſſariam conſequentiam ex tali confeſſione emergere favore Antonii, *Dominis* viſa ſunt, alterum nimirum quod exiſtentia prædictarum Bullarum comprobantium erectionem Cappellaniæ in beneficium Eccleſiaſticum propria confeſſio-
10 ne verificatam, impugnare amplius non poterat idem Bonannus ex uno ore connotatis per *Adden. ad Gregor. dec. 238. poſt numerum primum Rot. dec. 174. nu. 19. part. 17. rec. & in puncto coram Reverendiſſimo Domino Molines in Bovinen. Archipreſbyteratus 27. Februarii 1711. §. Neutiquam ſubſiſtente*; Et alterum quod nulla Ignorantiæ excuſatione tueri poterat non factam præſentationem intra quadrimeſtre ei
19 tamquam Patrono a Jure datum poſt eiuſdem beneficii vocationem, quam eius matrimonium induxerat ad *Textum in cap. 1., & cap. quod a ſe de Cler. conjugat.* quos ſequuntur *Sanchez. de Matrim. lib. 3. diſp. 41. nu. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. Gloſſ. 15. nu. 43. Garz. de beneſic. part. 11. cap. 7. num. 1. cum concordantibus apud Murg. de Beneſ. quaſt. 9. art. 1. nu. 4.*

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA, SEU DONATIONIS.

Ven. 4. Maii 1714.

ARGUMENTUM.

Matertera contemplatione incerti matrimonii ſcuta quingenta reliquerat eius ex Sorore Nepti; Hæc poſtea vivente adhuc eadem matertera iuxta ſui gradus decentiam nupſit, eique Matertera donavit contemplatione matrimonii ſcuta 4000., quærebatur proinde an in d. ſumma ſc. 4000. compræhenſa eſſet etiam legatum prius ſc. 500., & firmatum fuit quod ſic; ut videre eſt in preſenti deciſione, ubi reiicitur diſpoſitio *Text. in L. Quingenta 12. ff. de probat.* & plura adducuntur rationum momenta pro excludenda iſtiuſmodi legati duplicitate.

SUMMARIUM.

1 *Legatum dotis quando duplicate cenſendum ſit, a Teſtatore relictum, & quando non*, & n. ſeqq.
2 *Diſpoſitio* Text. in L. Quingenta 12. ff. de probat. *quando excluditur.*
3 *Prima promiſſio per pinguiorem poſteriorem largitionem revocata omnino cenſetur.*
4 *Præſumi nunquam debet quod quis duplici onere pro uno, eademque cauſa heredem ſuum onerare voluerit.*
Neque ad d. duplex gravamen in herede inducendum ſatis ſunt dilectionis, & Parentelę circumſtantię n. 5.
6 *Teſtator ſi duplici onere heredem gravare voluiſſet, id utique expreſſiſſet.*
7 *Teſtes in dicto ſingulares, & pendente lite exquiſiti nil probant.*
8 *Contrarietas Teſtium facit, ut neutri ſit credendum.*

DECISIO DCLXIV.

CUM a Dotis quantitate decentior, ut plurimum, fœminarum in matrimonium collocatio reguletur, proſpiciens idcirco Antonia Fonſeca ſuarum neptum, & Proneptum honorificentiæ, ac decori inter cœteras elargitiones ab ejus liberalitate erga alias profluentes, donaverat etiam de anno 1684., tam Angelæ, quam Annæ Ceciliæ eius ex Anna ſorore pronepotibus ſc. 500. pro ſingula, ex adjecta lege, ut altera ex iis ante ſpirituale, vel temporale matrimonium e vivis erepta, ejus por-

tio ſorori ſuperviventi accreſceret, prout in facto per Angelæ prædeceſſum non longe poſt obventum, creditum totius ſummæ ſcutorum mille fuerat in Anna Cæcilia conſolidatum, cui Cæciliæ matrimonium cum Comite Paolo Scotto poſtmodum contracturę eadem Donatrix, intuitu huiuſce matrimonii, & nullo facto verbo de priori donatione ſc. 1000. ad augendam dotem ipſi Annæ Cæciliæ a Virginia Matre ſc. 2500. jam conſtitutam irrevocabili inſuper beneficientia ſcuta quatuor mille, non niſi tamen poſt ejus obitum ex ejus bonis perſolvenda largita eſt, adjecto tunc per eandem Antoniam onere inveſtimenti in tot locis montium explendi, quod tamen ad morem ipſis coniugibus gerundum placuit, poſtmodum revocare; Eandemque pro dictis ſc. 4000. obligationem in ſupremis eius tabulis, poſt repetitas alias etiam donationes, quas contemplatione Dotium aliarum Neptum Emiſerat, nulla etiam in eis facta mentione de prædicta priori ſc. 1000. donatione, renovaverat ibi — *& altra dote di ſc. 4000. promeſſa alla Signora Conteſſa Anna Cecilia Panizza Scotti mia Pronepote maritata al Signor Conte Paolo Scotti da Narni.*

Abſoluto per Antoniam humano curſu, Judicem illico pro aſſequenda dd. ſc. 4000. ſolutione memorati Coniuges adiuere, quam tamen abſque ulla contradictione ab hæredibus Antoniæ reportarunt; ſed cum ea non contenti ſolutionem quoque aliorum ſcut. 1000. in priori donatione contentorum coram R. P. D. Cæſarino Eminentiſſimi Vicarii Locumtenente in alio Judicio expetiiſſent, votique compotes evaſiſſent, interpoſita idcirco per Olimpiam Donatricis hæredem ab ea ſententia appellatione *Mihique* cauſa directa, propoſui hodie *Dominis* mei dubium — *An mandatum Eminentiſſimi Vicarii ſit exequendum*; prodiitque reſponſum — *mandatum, quo ad medietatem non eſſe exequendum, & quo ad aliam medietatem iterum proponatur.*

Reſolutioni fundamentum præbuit cauſa illa finalis unica, & identifica, quæ Antoniam ad eius liberalitatem exercendam in utroque actu impuliſſe videbatur, ut nempe Anna Cæcilia honorificentius nubere poſſet, prout clare indicant verba tam primæ donationis, ibi — *Deſiderant, quod præfatæ ejus Neptes dilectiſſimæ honorificentius debite tempora ſe ſe in matrimonium ſpirituale, vel carnale collocari poſſint, & valeant*, quam ſecundæ ibi — *per lo che la medema Signora Antonia a queſto effetto, intuitu præſentis matrimonii, e della futura prole promette adeſſo per all'hora, che ſarà ſeguita la di lei morte li ſc. 4000. alla ſudetta Signora Anna Panizza ſua Nipote, & per eſſa al detto Sig. Conte ſuo futuro Spoſo*; Dilato utriuſque ſolutionis effectu in diem tempus, nempe poſt obitum Donatricis; Ideoque cum poſterior diſpoſitio tamquam longe maiorem ſummam continens nedum inutilis non remaneret, ſed immo exarata videretur in executionem, ac pinguius adimplementum prioris, nullo idcirco Jure legatum ad idem obiectum, & ad eamdem pe-
1 nitus cauſam decentioris matrimonii tendens, præſumi poterat duplicatum, nec intrare valebat diſpoſitio *l. quingenta 12. ff. de probat.* pro qua non attendenda, ſufficit, quod ſecunda diſpoſitio aliquid operetur, aut quamcumque utilitatem, vel ratione modi, vel temporis,
2 vel declarationis, aut exequutionis aſſerat, ut adducto *text. in l. filia legatorum* 11. C. *de legat. ibique Fulgoſ., & Ricc.* tradunt in propoſito *Surd. in conſ. 119. nu. 18. verſ. pariter, Fab. de ana. conſ. 91. nu. 45. circa fin., Franch. dec. 422. nu. 5. & 8. Card. de Luc. de donat. diſc. 49. ſub nu. 4. Rot. cor. Millin. dec. 404. nu. 1., coram Dunozett. Jun. dec. 660. nu. 14. & 15.*, & præciſius *in dec. 36. a nu. 1. ad 5., & a nu. 49. ad 52., nec non in dec. 139. nu. 28., & ſeqq. utraq. coram cl. mem. Card. Ceſro.*

Indubitanter autem, quando identitas cauſę dupplicationem non admittit *ex text. in l. libertis* 18. *ff. de aliment., & cibar. legat. Sylvan. conſ. 57. nu. 36. Maſcard. de probat. concl. 1179. nu. 20. cum ſeqq.* qualis eſt Cauſa dotis, quæ ſemper in titulo, ſeu Jure univerſali dotis ſemper eſt unica, quamvis quantitas augeri poſſit, vel minui, ut in propoſito ex *Bart., & Caſtreaſ.* notat *Surd. in prædicta conſ. 119. num. 18. Card. de Luc. de legat. diſc. 60. nu. 4.*, & in individuo pariter dotis caſu reſpondit *Julian. in l. hujuſmodi legatum 86., §. Cum Pater, ff. de legat. 2., & in l. ſi Socer ſecunda in princ. ff. de dot. prælegat. & in §. Ultimo ejuſdem legis l. Lucius Titio 90. §. Impubere, ff. ſolut. matrim. l. ſi Pater dotem, ff. de Jur. dot.*, & in præciſis met terminis *Cravett. in conſ. 167. per tot., & ſignanter ſub num. 10.* ibi — *Sed in caſu noſtro utraque donatio facta eſt ob eandem cauſam, primo enim in legata fuit ob cauſam matrimonii &c. ſimiliter ſecunda donatio facta ob cauſam matrimonii, ideo ultima tantum donatio videtur conſideranda*, — & conſonant deducta per *Card. de Luc. de donat. diſcurſ. 47., & diſcurſ. 49. per tot.*

Huiuſmodi autem veritatem a legalibus Juris principiis derivantem, clariorem reddebat animadverſio, quod cum illa prior promiſſio ſc. 500. facta fuerit Annæ Cæciliæ adhuc in ætate impuberi exiſtenti ſub generico intuitu Matrimonii incerti ſive ſpiritualiter, ſive temporaliter ineundi, ſecunda vero ſcut. 4000. ſpecifice emiſſa fuerit contemplatione certi, ac determinati matrimonii cum Com. Paulo Scotto contrahendi, manifeſte idcirco reſultare videbatur, quod Donatrix agnoſcens ſummam in prima diſpoſitione contentam non ſufficere ad obtinendas eius Proneptis nuptias cum dicto Com. Scotto, eam propterea augere voluerit ad quantitatem Sponſi qualitati correſpondentem, quo fine obtento, & ceſſante cauſa generice contemplationis matrimonii per ſpecialem, & effectivam illius contractio-

nem

Digitized by Google

nem prima per conſequens promiſſio per pinguiorem poſteriorem largitionem omnino caſſata, ſeu ut melius dicatur effective iam exe-
3 cutioni demandata, & adimpleta videbatur ut conſiderat *Cravett. dict. conſ. 167. ſub num. 10. verſ. quinta prima donatio*, numquam enim præſumi valet, quod quis dupplici onere pro
4 una, eademque cauſa hæredem ſuum onerare velit, ut in individuo docet *text. in l. Titia cum Teſtamento 35. §. Qui in vita ff. de legat. 2.* ibi — *Sic autem res explicatur, ut ſiquidem major quantitas in priore dote fuerit, illius petitione ſit tantummodo mulier contenta; quod ſi in ſumma dotis nomine legata amplius eſt, quam in dote principali, compenſatio fiat uſque ad eandem ſummam, quæ concurrit, & id tantummodo quod excedet in ſequenti ſumma ex Teſtamento conſequatur, non eſt enim veriſimile Patrem dupplici præſtatione dotis filium, eumdemque hæredem onerare voluiſſe, Menoch, conſil. 56. nu. 25. Cardinal. de Luca de Donat. dicto diſc. 48., & de Legat. diſcurſ. 60. nu. 3.*

Quibus nullam apud *Dominos* ambiguitatem patientibus, nullius inde roboris viſæ ſunt circumſtantiæ per ſcribentes pro Anna Cæcilia deductæ, quibus inferre ſatagebant, quod Donatrix per ſecundam diſpoſitionem primum legatum adimere non intellexerit; Non quidem prima, quod in prima donatione contemplatum fuerit matrimonium in genere, in ſecunda vero de matrimonio in ſpecie habita fuerit ratio, quoniam, ut ſupra animadvertebant hæc ipſa conſideratio retorquebatur, quia cum Donatrix matrimonium effectivum decentius in animo habuerit, eo ſequuto corruebat conſideratio matrimonii in genere, ut ex *deciſionibus cor. el. mem. Card. Cerro.*

Non ſecunda, deducta ex motivo amoris, aut coniunctionis ſanguinis; has enim, & dilectionis, & Parentelæ circumſtantias pro gra-
5 vando hærede dupplici præſtatione non ſufficientes fore declaraverat *adductis DD. in dict. l. filia legatorum, ubi Alberic. num. 2. C. de legat.*, aliiſque *Rot. in ſæpedicta dec. 36. ſub n. 58. 59., & 60. cor. Card. Cerr.*

Minoris relevantiæ viſa eſt tertia deducta, ex quo Antonia poſt peractam ſecundam donationem, etſi diu ſupervixerit, numquam tamen declaraverit ſe velle priorem donationem cum ſecunda compenſare; Quoniam argumentum hoc retorqueri potius videbatur; poſito enim, quod per ſecundum legatum in unam, eandemque cauſam factum adimpleta, & quidem pinguius extitiſſet intentio Donatricis, adeoque prima ſumma ut iam in ſecundam collata amplius de Iure non deberetur ex ſupra comprobatis, ſi hoc non obſtante in eo ſenſu eadem Donatrix fuiſſet, quod utraque ſumma per hæ-
6 redem perſolveretur, debuiſſet ſane expreſſe hanc voluntatem indicare, ut reſpondit *Surd. in conſ. 112. num. 27., Cravett. dicto conſ. 167. nu. 7. verſic. ideo cum, & Rot. in toties laudata dec. 139. num. 72. coram Card. Cerro*, ideoque huius declarationis omiſſio dupplicitatem Legati magis excludere videbatur, ut proſequitur idem *Surd. in dicto conſ. 112. num. 25. cum ſeqq., Menoch. conſ. 56. num. 20., & ſeqq. Francifc. Rocc. reſponſ. Legal. centur. 2. reſp. 74. nu. 18. cum ſeqq., Cravett. conſ. 149. nu. 15., & dicto conſ. 167. nu. 14.*

Hanc reſponſionem mirifice adiuvante altero facto, quod ſcilicet, cum tam Virginia Mater, quam eadèm Antonia præſentes reperirentur conſtitutioni dotis Annæ Cæciliæ, eamque in ſumma ſcutorum 6500. in totum deprædicari audirent, utique ſi etiam alia ſcuta mille in priori donatione promiſſa deberi Annæ Cæciliæ pro honorificentiori neptis exiſtimatione Antonia voluiſſet, non omiſiſſet eamdem dotem in ſcut. 7500. publicare, prout revera ad eam ſummam aſcendiſſet, ut in hiſce individualibuſmet terminis ratiocinatur idem *Cravett. in prædicto conſ. 167. ſub nu. 7.*

Quodque omnem penitus dubitationem removet, & rem in claris omnino ponit, preciſive etiam ab indubitatis *Iuris* principiis, dupplicati Legati excluſivis, eſt ipſum Antoniæ Teſtamentum, in quo recenſitis omnibus donationibus intuitu Matrimoniorum omnium ſuarum neptum retroactis temporibus emiſſis, pro Matrimonio tamen Annæ Cæciliæ ſola ſcut. 4000. commemorat, ſignum ſane evidens, quod in ſecunda iſta promiſſione primam comprehenſam voluerat, cum ex hac ſecunda finem ab ipſa volitum honorifici Matrimonii ſe jam aſſequutam fore videret, itaut ad nil amplius prima promiſſio deſerviret, ut ad rem notat *Card. de Luc. de Donat. diſc. 48. num. 15., & diſc. 49. nu. 5., & Cravett. conſ. 149. ſub num. 11. verſ. nona conjectura.*

Nec ad elidendam præſumptionem, quod per ſecundam pinguiorem donationem adepta fuerit prima, quidquam proficere videbatur demonſtratio vinculi in ſecunda donatione adjecti, inveſtiendi nempe ea ſcut. 4000. in tot locis Montium, quod in prima nullatenus appoſitum legebatur; omiſſa enim indagine, an hoc vinculum dici poſſet Annæ Cæciliæ oneroſum, vel potius ei, ejuſque filiis favorabile, ne dicta dos deperderetur: Apta forſitan fuiſſet hæc animadverſio difficultatem *Dominis* ingerere, ſi utraque ſumma æqualis fuiſſet, & in eadem identifica quantitate promiſſa, at cum ſumma poſterior triplo major prima ſit, ſane hæc longe uberior utilitas aliquo onere compenſari poterat, cum adhuc, non obſtante eodem gravamine, pinguius utilitati Annæ Cæciliæ per hanc ſecundam diſpoſitionem, quam per primam ſine onere conſultum videretur: Quinimmo hanc conditionum diverſitatem confirmare novationem primæ diſpoſitionis per ſecundam tuetur idem *Cravett. in conſ. 167. num. 9.*

Demonſtrata vero circumſtantiarum per Comitem Scottum allatarum inſubſiſtentia, non

majo-

Digitized by Google

majoris ponderis viſæ ſunt effectivæ probationes, quas pro demonſtranda poſitiva Donantis voluntate utramque ſummam Annæ Cæciliæ elargiendi, deducere prætendebat ex Epiſtolis exaratis a quondam Angelo Brandoliſio, in quibus etiam aſſeritur Donatricem ſommo ſemper ſtudio curaſſe, ne prior donatio ejus Conſanguineis innoteſceret, ex hoc inferendo, quod hac de cauſa nullam oec in ſecunda donatione, nec in Teſtameoto de prædicta priori donatione mentionem fecerit; Eteoim eum attenta intima amicitiæ, & ſanguinis conjunctione inter dictum Brandoliſium, & Comitem Scottum intercedente, potuerint dictæ Epiſtolæ eſſe ſuſpectæ, ratio etiam ſecreti in illis allegata valde frigeſcere dignoſcebator, cum parum curare de Conſanguineis videretur, quod ſcirent eam donaſſe ſcuta mille, poſt quam donationem ſcut. 4000. palam emittere non dubitaverat, rurſuſque eum Teſtamentum clauſum, & ſigillatum condiderit, utique in eo ſaltem de prima donatione mentionem facere poterat, niſi ſeiviſſet vere, & poſitive primam donationem fuiſſe io ea ſecunda comprehenſam.

Depoſitionibus vero Teſtium aſſerentium Donatricem pluries declaraſſe, quod memorati Conjuges poſt ejus obitum nedum ſcuta 4000., ſed etiam alia ſcut. 1000. prioris donationis fuiſſent cooſequuturi, tutas aures *Domini* præbere non valebant, com eſſent informes, lite peodente expiſcatæ, ac iidem Teſtes in eorum
7 dicto ſingulares ex paſſim traditis per *Rotam*, *& ſignanter in deciſ.* 651. *num.* 8. *coram Baratt. deciſ.* 8. *num.* 17. *part.* 12., *& dec.* 509 *nu.* 17. *par.* 18. *tom.* 2. *recent.* Atteota præſertim pugnantia earumdem Teſtium depoſitionom cum Epiſtolis Brandoliſiis in iſtis enim ſupponitur Antoniam occultare voluiſſe priorem donationem, Teſtes vero cooſtanter aſſerunt eandem Donatricem nullam umquam difficultatem propalandi primam donationem habuiſſe, quorum contrarietas facit, ot neutri eorom ſit deferen-
8 dum per ea, quæ monet *Riminald. Jun. in conſ.* 362. *num.* 19. *volum.* 4., *& conſ.* 217. *num.* 34., *& ſeqq. lib.* 2., *& Rot. coram* Coccin. *deciſ.* 2342, *num.* 4.

Et ita *quoad medietatem*, ſeilicet quoad ſcuta 500. priori loeo dooata Annæ Cæciliæ *non eſſe exequendum mandatum Eminentiſſimi Vicarii*, remiſſa ad alium Judieium alterius medietatis diſcuſſione *Domini* cooſuerunt otraque &c.

ROMANA CAMBII.

Luna 7. *Maii* 1714.

ARGUMENTUM.

Cambii ſimolatio an, & quo caſu licita ſit, & an poſſit quis ad evitandam cum ſuo debitore compenſationem cambium in alterius perſona imponere, illudque ſimulare, late in hac deciſione differitur.

SUMMARIUM.

1 *Cambium ad illum ſpectat in cujus faciem cantat apoca cambialis.*

2 *Omne Jus crediti vero Creditori licet non nominato eſt adjudicandum.*

3 *Simulatio non improbatur ſi circa perſonam contrahentis in nullius tendit præjudicium.*

4 *Compenſationis timor tanquam ſufficiens cauſa ſimulandi perſonam* Creditoris, *& ſub mutuato alterius nomine cambia contrahendi paſſim admittitur.*

5 *Creditor cambii is cenſendus eſt qui penes ſe apocam cambialem retinet.*

6 *Vir probus non præſumitur ſibi alienum creditum adſcribere velle & cum tali mendacio ab hac vita migrare.*

7 *Cambium ad illum ſpectare præſumitur, cui fructus fuerunt ſoluti.*

DECISIO DCLXV.

CUM jodicialem inſtantiam promoveret Balthaſſar Savorellus *coram R. P. D. meo Cerro tunc A.* C. vices ſapientiſſime implente adverſus Claudium Iaquet tam pro reſtitutione ſcutorum 822. 42., quæ ei ad Cambium Nundinale tradiderat de anno 1709., quam Cambiorum, & Recambiorum ſubinde decurſorum ſolutione, prodierat in ſcænam, tamquam ejuſdem met Cambii creditor, Cæſar Almon, in actis dimittens Inſtrumentum ceſsionis præfati Cambii, quam reportaverat a Maria Victoria Mannucci tanquam Tutrice Hieronymi nepotis, & hæredis Hyacinthi Palazzeſchi, ex cujus pecuniis in prædicto ceſsionis Inſtrumento aſſerebatur creatum memoratum Cambium, ac ad ejuſdem hæreditatem pertinere, licet illud ſub mutuato Balthaſſaris Savorelli nomine contractum alioquin appareret; Sed cum poſtea litis tædio affectus prædictus Almon ab inſtantiæ proſeqontione quieviſſet, idem judicium protrahere coacta fuerat eadem Tutrix coram memorato *R. P. D. meo Cerro*, a cujus conſueta juſtitia, nedum mandatum execotivum contra Claudium pro ſortis, & Cambiorum ſolutione ſubinde reportaverat, ſed & per Sententiam declarari obtiouerat, Cambium illud ſpectaſſe, ac ſpectare ab hæreditatem Palazzeſchiam, nullumque jus ſuper eo competiiſſe unquam, vel competere Savorello; A quibus jodicatis eum tam per Savorellom, quam per eundem Claudium Debitorem habitus fuiſſet recurſus *ad Signaturam Iuſtitiæ*, eaque reſpectu mandati illius reviſionem cum clauſula – *Sine præjudicio*: Alteri Iodiei demandaſſet, quo vero ad prætenſionem crediti Savorelli, *Mihi* commiſſionem cum clauſula – *De appellatione* – direxiſſet, requiſivi propterea hodie a *Dominis* ad inſtantiam Savorelli – *An, & ad cujus favorem conſtet de credito* – qui *favore hæreditatis Hyacin-*

Digitized by Google

cinthi concordi ſuffragio reſponderunt.

Quamvis enim primo aſpectu bene fundata videretur intentio Savorelli pro conſecutione controverſi Cambii, cum in ejus faciem cantaret Apoca ipſa cambialis, itaut talem creditum, nonniſi ad ipſum per conſequens ſpectare vide-
1 retur, ex regula *Text. in l. Sicut* 8. §. *Non videtur*, *ff. quib. mod. pign.*, *vel hypoth. ſolu. DD. in l. Emptor.*, §. *Lucius*, *ff. de pact.*, & ut animadvertit *Rota poſt Poſth. de manut. deciſ.* 247. *num.* 10., *& in Nullius*, *ſeu Altamuræ Immiſſionis* 11. *Iunii* 1701., *& in ejus confirmatoria* 10. *Februarii* 1702. *coram bo. mem. Muto*, *ac in Romana Domus ad Curſum* 27. *Iunii* 1710. §. *Quia conſtitit*, *coram Reverendiſſimo Kaunitz Epiſcopo Labacen.*

Superaccedentibus præmaxime nonnullis circumſtantiis eandem apparentiam non leviter adaugentibus, quales erant Teſtimonia ejuſdem Claudii Debitoris, ac Proxenetæ firmantium, quod idem creditum ad Savorellum, non vero ad Palazzeſcum ſpectaret, Avallationes Cambiorum penes eundem Savorellum exiſtentes, confeſſio ejuſdem Hyacinthi Palazzeſchi coram ipſo Claudio Debitor emiſſa, quod nempe nil in hoc Cambio agere ipſe Hyacinthus haberet, omiſſio deſcriptionis ejuſdem Cambii in libris propriis Hyacinthi, & nunquam petita per Hyacinthum recognitio bonæ fidei, quam ſane, ſi ipſe pecunias pro Cambii creatione tradidiſſet, utique alioquin ſolertiſsimus a Savorellio eius Domus Præfecto requirere non omiſiſſet, necnon demonſtratio, quod prædictus Savorellus plures pecuniarum ſummas implicandas, in promptu de tempore contracti Cambii habuerat, quando e converſo Palazzeſchius erat fere decoctus; Quæ omnes conjecturæ inſimul collectæ non obſcure coadiuvare prætenſionem Savorelli videbantur, quod non ſimulate ſub nomine ejuſdem Cambium Nundinale prædictum creatum fuerit, ſed revera exburſata de propriis pecuniis ſors illa fuerit, ejuſque propterea creditum, & conſequutiva quoque exactio ad ipſum, nullatenus vero ad hæreditatem Palazzeſchiam pertinere.

Attamen tota facti ſerie mature per *Dominos* perpenſa, firmiter in eam Sententiam abierunt, quod perſona Savorelli in hujuſmodi Cambii Nundinalis creatione extiterit ſimulata, itaut revera illud per Hyacinthum Palazzeſchium; non ad eundem Savorellum, ſpectaret, qua cognitione præmiſſa, nulla amplius ratio habenda videbatur de perſona ficta, ac ſimulate nominata, ſed totum jus crediti vero Credito-
2 ri, licet non nominato, eſſe adjudicandum cenſebant per ea, quæ docet *Bald. in l. Cum precibus*, *Cod. de probat. in fin.*, quem ſequitur *Rot. in deciſ.* 780. *num.* 1., *& 2. coram Card. Cerr.*, *deciſ.* 83. *num.* 15. *par.* 8., *& deciſ.* 198. *num.* 2. *par.* 14. *Recent.*, *deciſ.* 181. *num.* 6. *poſt Zacch. de ſalar.*, *& deciſ.* 157. *num*, 1, *poſt Conſtantin. ad Statum. Urb.*

Hujuſmodi autem ſimulationem, quam circa perſonam contrahentis tanquam in nullius præiudicium tendentem Jura noſtra non impro-
3 bant, & *Text. in l. Si quis geſtum*, *Cod. plus valet, quod agitur*, *Valenz. conſ.* 2. *num.* 39., *& ſeqq. lib.* 1., *Rota coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.* 191. *num.* 17., *& deciſ.* 198. *num.* 13. *par.* 14. *Recent.*, *necnon deciſ.* 780. *num.* 2. *coram Card. Cerr.* plures ſolidæ circumſtantiæ, ac animadverſiones in aperto ponere videbantur.

Primo enim ſe offerebat cauſa ſimulandi, quæ Palazzeſchium impellere valuerat ad contrahendum prædictum Cambium activum ſub nomine alterius perſonæ, ſcilicet Savorelli eius Miniſtri, nimirum ut evitaret compenſationem cum altero Cambio paſſivo ſcutorum 3500., quod gravatus erat idem Palazzeſchius erga Liviam Morettam facientem unum, & idem, ac omnia communia habentem cum eodem Claudio, quem compenſationis timorem tan-
4 quam ſufficientem, & veriſimilem cauſam ſimulandi perſonam Creditoris, & ſub mutuato alterius nomine Cambia contrahendi, conſiderat *Rot. in Romana Domus ad Curſum* 23. *Februarii* 1711. §. *Quoad Cambia*, *coram Reverendiſſ. Kaunitz*, & relat. *Text. in l. Eam*, §. *Creditor*, *ff. de compenſat.*, *& l. Ejus.* 9. *Cod. eodem*, obſervat *Palm. Nep. allegat.* 29. *num.* 15., *& allegat.* 287. *num.* 16., *Magon. deciſ. Florent.* 44. *num.* 9., *Rot. deciſ.* 29. *num.* 23. *par.* 9., *deciſ.* 886. *num.* 5. *par.* 16., *& deciſ.* 128. *num.* 8. *par.* 18. *Recent.*; Erat enim prædictus timor rationabilis, quia fructus Cambii paſſivi ipſius Palazzeſchi erant limitati ad ſcuta quatuor pro quolibet centenario, & anno, illud vero, quod active creaverat, cum Claudio ſub fideiuſſione eiuſdem Liviæ Morettæ, utpote Nundinale, longe maiores fructus annuatim reddere valebat, ideoque non leve præiudicium Palazzeſchio talis compenſatio attuliſſet; Unde loco extinguendi partem antiqui Cambii paſſivi, rem magis ſibi proficuam gerere arbitratus fuerat novum Cambium Nundinale activum ad ſui favorem, ſuppoſito nomine Savorelli ſibi familiaris, ac eius ſervitio in munere Præfecti Domus addicti, a Claudio reportare.

Poſita autem pro indubia cauſa ſimulandi, ex familiaritate etiam perſonæ mutuantis nomen facilius admiſſa, non deerant quoque valde urgentes coniecturæ, quæ *Dominorum* animos ad firmam eiuſdem ſimulationis credulitatem impellebant, inter quas reſidebat illa, quod primordialis Apoca Cambii nunquam aſſervata fuerat penes Savorellum, ſed quidem omni tempore extiterat apud Palazzeſchium, ac poſt eiuſdem etiam obitum inter hæreditarias eiuſdem ſcripturas reperta fuerat; Talis autem facti circumſtantia vehemens præbebat argumentum exiſtimandi in prædicto themate, quod Cam-
5 bium prædictum vere ad Palazzeſchium pertineret, ut in propoſito ponderant *Mart. Medic.*

exam.

exam. 53. *num.* 16., *Vincent. de Franch. deciſ.* 361. *num.* 1., & 3., *Rot. in Corduben. Pecuniaria prima Iulii* 1699. §. *Abunde*, *coram Reverendiſſimo* Domino *meo Molines Decano*, & *in prædicta Romana Domus ad Curſum* 23. *Februarii* 1711. §. *Formalem*, *coram Rmo Kaunitz*.

Nil relevante atteſtatione Proxenetæ, aſſerentis ſe cambialem Apocam detuliſſe ad Savorellum, ſed eo Domi non reperto, eandem conſignaſſe Palazzeſchio, tradendam tamen Savorelli: Quoniam, ut animadvertebant *Domini*, vis reſidebat in eo, quod nunquam Savorellus conſignationem prędictæ Apocæ a Palazzeſchio expetierit, cuius ſane recuperationem tandiu non diſtuliſſet, ſi vere ad eum huiuſmodi Cambii creditum pertuliſſet, cum cæteroquin, nec de levi ſumma, conſiderato ſtatu Savorelli, ageretur, nec de oſcitantia, aut iniuria ille redargui valeret, quem ſuper Pontificiis Triremibus conſiderabile peculium acquiſiviſſe docebant atteſtationes per ipſum Savorellum *in ejus Summario* relatæ, ut in ſimili arguit innumeris relatis *Rota in deciſ.* 148. *num.* 7. *cum trib. ſeqq. par.* 16. *Recent.*

Ulterius demonſtrabatur per Aonam Hieronymi Tutricem, quod proxenetica huius Cambii fuerant Proxenetæ perſoluta, non iam a Savorello, ſed ab ipſo Palazzeſchio. Ea autem perſolvi ſolent a Creditore, non a perſona nullum intereſſe habente, alias in contrario themate dicendum foret, quod ipſe Palazzeſchius Dominus, incumberet negotiis ſui Miniſtri, ut ad rem videre eſt in meo *tractat. de Commerc.*, & *Mercat. diſc.* 16. *num.* 8.

Eandemque pertinentiam concludebat deſcriptio huius Cambii exarata inter propria credita per Palazzeſchium, dum paulo ante quam in occumberet ſtatum *de crediti*, & *debiti* ſuæ Domus in quibuſdam foliis diſtrioxerat; Non
6 enim veriſimile eſt, quod vir probus ſibi alienum creditum adſcribere vellet, & cum tali mendacio, apto ad pluras calumnioſas lites excitandas ab hac vita migrare voluerit, ut ratiocinatur *Card. de Luc. de feud. diſc.* 94. *nu.* 8., *Rot. poſt Turr. de pact. futur. ſucceſſ. dec.* 80. *nu.* 21. *coram Royas dec.* 439. *nu.* 4., *necnon coram Emerix jun. dec.* 238. *nu.* 16. Præſertim quod prædicta folia non clam, ſed palam fuerant conſcripta, itant veriſimiliter oculis eiuſdem Savorelli, tamquam Perfecti Domus, & cunctis Domini negotiis incumbentis, ſubiici potuerint, adeoque ſi, & retioeri contiouo Apocam penes Palazzeſchium, & eam inter propria credita daſcribi abſque; ulla unquam reclamatione paſſus fuerat Savorellus, evidens oritur argumentum, quod in tali credito nullum iſte intereſſe haberet, ſed illud vere, & realiter eſſet da iuribus Palazzeſchii.

Superaccedebat, quod fructus ejuſdem Cambii, qui per ipſum Savorellum exigebantur, ab eo ſubinde conſignabantur eidem Palazzeſchio, ut animadverterat idem Claudius Debitor, qui cum pro ſolutione eorundem fructuum tradidiſſet Savorello, quoddam recapitum liberum, inſtans poſtea apud Palazzeſchium pro ſolutione fructuum Cambii activi Liviæ Morettę, in illorum ſatisfactionem rehabuerat a Palazzeſchio idem recapitum *colla girata del medemo Savorelli in bianco*; Signum evidens, quod quidquid iſte recipiebant pro dicto Cambio, illico brevi manu Palazzeſchio vero Domino extradebat, & ita ex hac fructuum conſignatione eidem fieri ſolita a Savo-
7 rello, clarum emergebat conſequens, quod ad ipſum Palazzeſchium ſæpedictum Cambium ſpectaret, ex traditis per *Manſ. in conſult.* 538. *num.* 23., *Rota in Alexandrina manutentionis* 6. *Februarii* 1702. §. *Eoque magis*, *coram Eminentiſſimo Priolo*, & *in ſupedicta Romana Domus ad Curſum* §. *final.*, *verſ. Iuncta perceptione*.

Abſque eo, quod contrarium ſuadere valeret eadem depoſitio Claudii, dum ſubiunzerat -- *Che in occaſione di paſſare le partite de' frutti del ſudetto Cambio attivo volendo io contraporre la partita de' frutti del ſudetto Cambio paſſivo il ſudetto Signor Palazzeſchi me la rigettò, dicendomi non havervi a fare coſa alcuna, ne volere entrare in queſto conto* -- Ex hac enim reſponſione Palazzeſchi nil aliud deducebatur, niſi, quod ille nollet ſuum creditum cum debito compenſare, continuando ita ſimulationem, ſub qua ad hunc pręciſum effectum evitandæ prædictæ compenſationis ſui Miniſtri perſonam in contractu eiuſdem Cambii apponi voluerat, nec aliter reſpondere poterat, ſi finem ſimulationis aſſequi intendebat, propterea de his, & ſimilibus actibus, aut verbis primordiali ſimulationi conſequutivis nullam habendam eſſe rationem docent *Cravett. in conſ.* 491. *nu.* 10., *Mantic. de tacit.*, & *ambig. lib.* 8. *tit.* 25. *num.* 37., *Gratian. diſcept.* 312. *num.* 11., & adductis concordantibus in propoſito *Rota in toties laudata Romana Domus ad Curſum* §. *Quod Cambia*, *coram Reverendiſſimo Kaunitz*.

Ex prędictis autem facti circumſtantiis ſatis ſuperque juris conſonum eorum iudicium exiſtimabant *Domini*, abſque eo quod opus haberent indagandi ſtatum eiuſdem Savorelli proximum tempori ejuſdem contractus, verum ad magis, magiſque reſolutionem corroborandam animadvertebant, quod inter ſcripturas hęreditatis Palazzeſchiæ reperta fuerat quædam Apoca obligationis, ſeu *Pagarò* ſcut. 600. eiuſdem Savorelli favore Palazzeſchii eius Domioi exaratum de anno 1705. Inſuper ex atteſtatione Joſephi Honorari Ratiocinatoris habebatur, eundem Savorellum remanſiſſe prædictæ hæreditatis Debitorem in ſumma ſc. 8000. & ultra. Demum nullas pecunias habere videbatur idem Savorellus de tempore prædicti contractus, illa enim ſcuta mille, quæ ſupponebat habuiſſe in Menſa Nommularia S. Spiritus, quæque in hujuſce Cambii creatione potuiſſent ad eius ſenſum implicari, perſoluta

jam

jam fuerant cuidam Stellæ, ut præſeferebat partita ipſius Banchi; Unde concurrentibus cum cauſa ſimulandi tot, tantiſque facti circumſtantiis, ac argumentis utramque perſonam, & Palazzeſchii, & Savorelli reſpicientibus, in dubia, ſeu omnino clara, & demonſtrativa apparuerat *Dominis* ſimulatio perſonæ, qua Palazzeſchius in eodem Nundinalis Cambii contracto uſus fuerat, ut concludit *Urceol. de tranſact. quæſt.* 100. *nu.* 13. 14. *&* 15., *Rot. coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.* 191. *nu.* 3. *in Recent. dict. dec.* 63. *num.* 12., *&* 13. *part.* 8., *& coram Emerix jun. dec.* 444. *nu.* 4.

Ideoque conſtare de credito favore hæreditatis Hyacinthi reſpondendum *Domini* conſuerant; Utraque &c.

REATINA SERVITUTIS.

Luna 4. Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Sequuta evictione fundi an debeatur evictio ſi debitor ſit paratus alium ſubrogare fundum in locum evicti. Evictionem paſſo ſicuti debetur pretii recuperatio, ita etiam illius ceſſionario.

SUMMARIUM.

1 ***Secuta evictione oritur illico actio pro reſciſſione contractus cum conſecutiva pretii reſtitutione.***
2 ***Evictioni locus non eſt quoties debitor pretii alium fundum æque idoneum in locum evicti ſubrogat.***
3 ***Tertii Periti a Sac. Rota demandati & de communi Partium conſenſu electi declarationi deferendum omnino eſt.***
4 ***Viam ſicuti licet unicuique in proprio conſtruere, ita illam aliis de cauſis ſibi proficuis removere permittitur.***
5 ***Rem, & pretium quis eodem tempore retinere nequit.***
6 ***Evictionem quis prætendere nequit niſi in illa tantum parte evicta***
7 ***Ad pretii refuſionem nemo tenetur qui proprio jure bona fideicommiſſaria vindicat, nec allegantis eſt hæres.***
8 ***Allegare inconveniens non eſt ſolvere legem, vel argumentum.***
9 ***Nemo invitus cogi debet pati ſervitutem in re propria.***
10 ***Fidejuſſor petere poteſt liberationem a moleſtiis contra eum proprio fidejuſſit.***
11 ***Allegantí ſolutionem incumbit onus rem concludentiſſime probandi.***
12 ***Servitutem quis ſubire nunquam tenetur ſuper bonis diverſis ab illis ſuper quibus fuerat ab initio ſervitus conſtituta.***
13 ***Nemo ſuum jactare tenetur.***
14 ***Pretii recuperatio ſicuti ſequuta evictione denegari nequit evictionem paſſo, ita nec etiam illius ceſſionario.***

DECISIO DCLXVI.

VIndicatio per DD. de Severis titulo Aviti fideicommiſſi Prædio, ſeu Tenimento *di Selva Rotonda* a Bartholomæo Vecchiarello ejus Detentore, compertoque, quod ad avertendas aquas ſtagnantes in Terrenis Communitatis Reatis per eundem Bartholomæum impoſita fuerat favore ejuſdem Communitatis perpetua ſuper dicto Prædio ſervitus cujuſdam foveæ, ad hoc, ut libere in Flumen Velinum defluerent, recepto pretio ſc. 3000. Iidem de Severis, loco impugnandi, ut valebant, eam ſervitutem iis inſciis ſuper propriis bonis conſtitutam ſatius duxerant, prævio novo contractu cum eadem Communitate inito, præfatam ſervitutem confirmare, reportando a Civitate loco pretii huiuſmodi ſervitutis ceſſionem actionis eidem competentis pro recuperatione ſc. 3000., ad quorum reſtitutionem Bartholomæus evictio fundo ſerviente devictus erat; Inſtructoque per prædictos Fratres de Severis vigore prædictæ ceſſionis Judicio contra Bartholomæum cor. R. P. D. meo Cerro, tunc in ſubſellis A. C. magno totius Urbis plauſu ſedente, non obſtante quod Bartholomæus ad evitandam pretii prædicti reſtitutionem ſe promptum, paratumque exhiberet novam propriis ſumptibus foveam aperire, per quam memoratæ aquæ rectiori, breviorique fluxu in prædictum Flumen Velinum decurrerent; placuerat nihilominus eidem R. P. D. meo Cerro mandatum pro reſtitutione ſc. 2200. contra Bartholomæum *ſine præjudicio reſidui* relaxare, ac per ſententiam declarare nullatenus priſtinum ſervitutis locum immutare, aliumque diverſum ſubrogare eidem Vecchiarello licere.

Conſcendente autem in gradu appellationis ad noſtrum Tribunal Cauſa, propoſitoque per R. P. D. meum Aldrovandum, cui Commiſſio directa fuerat ſub die 27. Januarii 1712. conſueto dubio -- *An mandatum A. C. ſit exequendum*, affirmativum prodiit reſponſum, cenſentibus *Dominis* illud fore iuri omnino conſonum; ſequuta enim evictione foveæ, ad cuius manutentionem in Inſtrumento Camerali obligatione vallato idem Bartholomæus ſe obligaverat, oriebatur illico actio pro reſciſſio-
1 ne contractus cum conſequutiva pretii reſtitutione, ad tradita per *Altograd. ſen. in conſ.* 12. *nu.* 38. *lib.* 1. *Mangil. de evict. quæſt.* 23. *nu.* 45. cum cæteris fuſe relatis *in dicta dec. R. P. D. mei Aldrovandi edita ſub eadem die* 27. *Januarii* 1712. §. *Nulla ſiquidem*; præſertim quod idem Bartholomæus nec in prima, neque in ſecunda inſtantia indicaverat unquam in facto locum æque commodum, & liberum, per quem, ut jactaverat, derivare facere eaſdem

aquas

aquas in Flumen Velinum valeret, ut ex eadem deciſione §. *Vltimo*, ad cujus normam prolata ſententia, iterumque ad novam provocationem Bartholomæi in gradu ulterioris appellationis Mihi commiſſæ interrogatis per me *Dominis* ſub die 10. Martii 1713. *An eſſet procedendum ad legitimam executionem*, placuit iiſdem differre reſolutionem, injungendo *ſubdelegationem Judicis in partibus ad effectum æſtimandi valorem ſervitutis, & recognoſcendi an locus variandus ſit æque commodus in bonis Bartholomæi*; In cuius reſcripti executionem ſubdelegato Rmo Epiſcopo Reatino, coram quo electi extiterant Periti, & illis non convenientibus, deputatus fuerat tertius de communi Partium conſenſu, abſolutoque Proceſſu, & eo ad Urbem tranſmiſſo, denuo ſub die 26. Februarii proxime præteriti idem dubium *Dominis meis* expoſui, ſed adhuc reſponſum ſuſpendere authumarunt, exiſtimantes, quod cum nova fovea, quæ per Bartholomæum fieri intendebatur, excavanda foret partim etiam ſuper bonis Mariani Vecchiarelli, & partim ſuper bonis communalibus Civitatis, nulla propterea capi recte, & valide poſſet reſolutio, niſi eadem Communitas, & Marianus pro eorum intereſſe prius audirentur; quocirca Mihi injunxerunt, ut non alias Cauſam *reproponerem*, niſi quam iiſdem citatis, quo impleto *Domini* iterum per Me conſulti reſcripſerunt — *Eſſe procedendum ad legitimam*,

Licet enim D. Bartholomeus comprobare ſatageret locum non eſſe actioni evictionis per DD. de Severis nomine Communitatis intentatæ, & pro illius effectu reſtitutioni pretii eidem Bartholomeo perſoluti pro memorata ſervitute, quoties ipſe alium fundum æque idoneum in locum evicti ſubrogaret, per quem Communitas eodem beneficio tranſmittendi aquas
2 a ſuis bonis in Flumen Velinum potiretur, ad *Text, in l. 2. §. Locum qui ſervit. ff. de relig. & ſumpt. funer. gloſſ. in l. ſi cui in verbo non liceret ff. ſervit.*, quos expendunt, & ſequuntur *Bero. in conſ. 144. num. 20. lib. 3. Cyriac. contr. 310. nu. 29. & 30. Cepoll. de ſervit. ruſtic. præd. cap. 1. nu. 7. & de ſervit. urban. præd. cap. 23. n. 3. de Luc. de ſervit. diſc. 33. nu. 9. in fin. & diſc. 90. num. 3. Pecch. eodem tract. cap. 1. quæſt. 12. num. 24. & ſeqq. & de aquæduct. lib. 1. cap. 3. quæſt. 14. nu. 12.*, quam propoſitionem veram eſſe agnoverat eadem Rota demandando ſubdelegationem Judicis in partibus, ad effectum recognoſcendi locum, in quo fieri poſſet variatio, & Peritorum electionem, & compilationem Proceſſus, quæ omnia fuiſſent ſuperflua, niſi hujuſmodi variationem permiſſam de jure exiſtimaſſet,

Hujuſmodi autem ſubrogatum locum negari amplius non poſſe quin eſſet magis commodus recipiendis dd. aquis, iiſque breviori, ac rectiori tramite in Flumine Velino exonerandis, quemadmodum demonſtrative oſtendebat tertius Peritus in mappa judiciali per eum confecta, ac in ejus Relatione deſuper exarata, in quo phyſicam etiam rationem reddere profitebatur, in eo ſiſtentem, quod aquæ illæ per antiquam foveam decurrentes, ſicuti non recto tramite, ſed in duabus partibus obliquo in fluvium defluunt, ita non liberum per conſequens habere unquam poterant defluxum, ſicuti ſortirentur ſi recta via qualis foret noviter excavanda decurrerent; Hujuſmodi autem tertii Periti a Sac. Rota demandati, & commu-
3 ni Partium conſenſu electi declarationi deferendum eſſe non dubitabant, per ea, quæ monet *Gratian. diſcept. 600. nu. 30. & Rota in dec. 202. nu. 1. dec. 716. nu. 5. 7. & 11. coram Pamphil. Adden. ad Buratt. dec. 70. nu. 14. verſ. & facta*, & alibi paſſim: Præſertim, quod cum d. tertio Perito concordabat Relatio Peritorum Geometrorum facta ex ordine D. Gubernatoris Reatis Iudicis a Sac. Rota olim ſubdelegati *Summ. ejuſdem Bartholomæi nu. 13. lit. M.*

Abſque eo quod (ut addebat) pro deneganda immutatione prædicti fundi ſervientis ſuffragari poſſet DD. de Severis figuram Communitatis gerentibus allegatio, ſeu repræſentatio, quod Terrenum hodie a D. Bartholomæo pro nova fovea exhibitum ſit obnoxium fideicommiſſis Domus Vecchiarelliæ, ideoque novæ evictioni ulteriorum vocatorum ſuppoſitum; Quoniam nec ipſum Terrenum *di Selva Rotonda*, in quo ſervitus de præſenti eſt conſtituta, immune eſt ab eodem gravamine fideicommiſſi, cujus titulo fuit a DD. de Severis avocatum, unde parum prodeſſe iis poſſit obiicere id, quod & illis obſtat; Hoc tamen intercedente diſcrimine, quod ubi ſervitus conſtituatur in fundo D. Bartholomæi. Civitas pro majori ejus ſecuritate habebit obligatam etiam hæreditatem qu. Valerii ejus fratris, & D. Mariam Olimpiam uxorem dotatam in ſc. 10000. quos in fidejuſſores eadem Civitas voluit, & approbavit.

Prout etiam idem D. Bartholomæus demonſtrare ſatagebat fruſtraneam, ac nulla penitus conſideratione habendam alteram oppoſitionem per eoſdem de Severis promotam, quod Terrena, in quibus nova fovea foret excavanda, non ſint omnia de dominio ejuſdem D. Bartholomei, ſed pro quadam rata ſpectent ad eamdem Civitatem, ut refert Peritus ibi — *Con ſcavare una Mezzarola ne' Terreni Communali, che sboccbi nella forma F.*, *Sum. ejuſdem Bartholomæi n. 9. lit.* D., & in aliqua quoque parte pertineant ad D. Marianum Vecchiarellum, quinimmo interſecanda etiam veniat via publica; Quoniam pro eo, quod tangit bona Civitatis advertendum, *dicebat D. Bartholomæus*, quod Peritus non aſſeruit conſtruendam eſſe novam foveam in Terrenis Civitatis, ſed — *con ſcavare però una Mezzarola*, quæ dicitur eſſe antiqua forma deſignata in planta *lit. Q.* per quam aquæ ducebantur ad foveam in puncto *P.*, & per formam *B*, deſcendebant ad Flumen Velinum *I.*, quæ for-

Digitized by Google

forma hodie eſt repleta, unde cum non agatur
de immutando antiquo ſtatu bonorum Civitatis,
ſed de expurganda fovea jam exiſtente, inutili-
ter idcirco Civitas ad morem gerendum DD.
de Severis exclamaret contra innovationes,
quæ revera ſuper eorum bonis fieri non debent;
hocque; adeo verum eſſe, ut idem tertius Pe-
ritus in eodemmet memoratę Relationis para-
grapho ſubjungere non dubitaverit — *E perciò
novamente dico, che da' Sig. Vecchiarelli ſi puol
ſcavare tutta ne' loro proprii Terreni, ſenza tocca-
re nè li Terreni della* Città, *nè quelli evitti da'
Sig. Severi, la forma H. da me lineata in bianco
nella Pianta, quale, come hò dimoſtrato, ſarà di
maggior utile alli Terreni della* Città *per liberarli
dall' acque, che l' inondano, che non ſarà la for-
ma evitta A.*, quæ poſtrema verba non obſcure
demonſtrare dicebantur, quam irrationabilis,
& contra proprium commodum foret ejuſdem
Civitatis diſſenſus.

Quo vero ad occupationem viæ publicæ, ea
via negabatur eſſe publica, immo nec privata,
ſeu vicinalis, utpote efformata ab eodem D. Bar-
tholomæo pro commodiori tranſitu, & com-
municatione propriorum bonorum, poſtquam
Tenimenti di Selva Rotonda nactus fuerat poſſeſ-
ſionem, ut deponunt Teſtes a Judice Subdele-
gato examinati, *Summario ejuſdem Bartholomæi
num.* 18., quam viam ſicuti licuerat eidem
Bartholomęo in propriis bonis conſtruere, ita
& illam aliis de cauſis eidem proficuis remove-
4 re permittit *Text. in l. 2. §. Viarum, & §. Vici-
nalis ff. ne quid in loco publico*.

Quo demum ad D. Marianum in cujus bonis
neceſſario foret pars foveæ excavanda, nulla-
tenus pariter attendendum eſſe ejuſdem diſſen-
ſum, nec proteſtationem, qua hujuſmodi ſer-
vitutem in propriis bonis recuſat, demonſtrare
idem Bartholomæus ſatagebat, eo ſub funda-
mento, quod cum qu. Valerius d. Mariani Pa-
ter in impoſitione ſervitutis favore Civitatis ſeſe
etiam inſolidum obligaverit, juri quoque con-
ſonum ſit, quod eamdem ſervitutem in primo
loco evictam præſtare teneatur eiuſdem filius,
& hæres in aliis propriis bonis, cum ipſe Maria-
nus (ut ſubiungebatur) mediante compenſatio-
ne alterius debiti, quod habebat erga Bartholo-
mæum fuerit particeps medietatis pretii a d. ſer-
vitute retracti, itaut ex facto etiam proprio te-
neatur præſtare ſervitutem, quam recipiendo
pretium approbavit, ne alias pretium ſervitu-
tis, & inſimul rem propriam a ſervitute libe-
ram habere videatur, quod abſonum nimis a
iure eſſe monent *Card. de Luc. de Vſuris diſc.*
5 19. *n.* 4. *& diſc.* 22. *n.* 4. *&* 16., *necnon de empt.
& vendit. diſc.* 47. *n.* 10., *& Rota in dec.* 177.
n. 2. *par.* 19. *rec.*

His autem poſitis exiſtimabat Bartholomæus
locum non fore executioni mandati pro pretio
ſervitutis evictæ, quando per excavationem
novæ foveæ magis etiam Civitati proficuæ ne-
ceſſitati deducendarum aquarum in Flumen
Velinum propriis eius ſumptibus conſulere pa-
ratus erat; non omittens inſinuare, quod nul-
lum penitus ius competebat DD. de Severis
impugnandi localem huiuſce ſervitutis variatio-
nem. Solum enim vigore ceſſionis a Civitate
reportatæ poſſent ad ſummum actionem proſe-
qui pro prætenſa pretii reſtitutione, quatenus
reiecta variatione alicuius pretii reſtitioni locus
eſſet, quod acriter etiam impugnabat, quate-
nus enim huiuſmodi variatio a S. Rota non per-
mitteretur, adhuc *Negative* ad propoſitum per
Me dubium reſpondendum exiſtimabat, præ-
tendens nullum creditum favore DD. de Seve-
ris, nec in totum, nec in ullo, vel minimo obu-
lo ſubſiſtere.

Non in totum, quia ſicuti Civitas, cujus ju-
ra repræſentant DD. de Severis, omiſſa inſtan-
tia pro reſciſſione contractus, elegit manuten-
tionem ejuſdem ſervitutis in eodem loco me-
diante novo contractu cum iiſdem DD. de Se-
veris inito ita non poteſt prætendere, niſi refe-
ctionem pretii ad ratam illius partis foveæ, quæ
6 defecit ad *Text. in l. 1. ubi gloſ. Bart. & alii ff. de
evict. Mangil. eod. tract. q.* 165. *n.* 1. *Guſman.
eod. tract. q.* 45. *n.* 23. *Surd. dec.* 295. *ſub n.* 5.
verſ. tertio dicebat, Thomat. dec. 81. *num.* 22.,
& Montic. dec. 137. *n.* 1., quam veritatem agno-
viſſe dicebat Sacrum Auditorium, dum ſub die
30. Martii 1713. demandaverat ſubdelegatio-
nem Judicis in partibus pro æſtimando valore
ſervitutis; Subſiſtente enim adhuc in rei veri-
tate eodem contractu, & eadem durante ſer-
vitute, cogi ſe non poſſe exiſtimabat D. Bar-
tholomæus ad aliam pretii refuſionem, quam
ad eam, quæ foret proportionata foveæ exi-
ſtenti in Tenimento Sylvæ Rotundæ, quæ Do-
minium mutavit, non autem pro tota, & in-
tegra latitudine foveæ excavatæ etiam in bonis
partim propriis ejuſdem Bartholomæi, & par-
tim Mariani, per quæ durante adhuc ſervitute
hodie aquæ decurrunt, & ſine quorum bono-
rum ſervitute fruſtraneus remaneret contra-
ctus inter Civitatem, & DD. de Severis initus,
cum a fovea excavata in Tenimento *di Selva
Rotonda* non poſſent aquæ ad Flumen Velinum
decurrere, niſi in bonis DD. de Vecchiarellis
ſubſequentibus reciperentur, & ad dictum Flu-
men illis cohærentes tranſmitterentur.

Non etiam ad nullam, vel minimam pretii
refuſionem favore DD. de Severis ſe obſtrictum
exiſtimabat Bartholomæus, ſub ea ratione,
quod tantam utilitatem recipiant DD. de Seve-
ris a fovea in eorum Terreno *di Selva Rotonda*
excavata, ut immo nec levem ſummam eidem
Bartholomæo refundere tenerentur; Hæc au-
tem utilitas in eo ſubſiſtere dicebatur, quod
cum Tenimentum *di Selva Rotonda* de ſui na-
tura aquis abundet, & ſit paludoſum ultra alias
aquas ex bonis ſuperioribus Civitatis naturaliter
in illud redundantes nullatenus ad culturam re-
digi poſſet, niſi adeſſet illa fovea in bonis *di
Selva Rotonda* per Bartholomæum adaperta,

quæ aquas omoes reciperet; inutilis vero foret ea fovea, niſi aquæ in ea collectæ decurſum haberent per foveam ſubſequentem adapertam in bonis ipſius Bartholomæi per quam in Flumen Velinum ſubinde defluunt, ut animadvertit idem tertius Peritus *d. Summar. Bartholomæi n. 9. lit. F.*

Hęc tameo & ſimilia, quæ unus ex *Dominis* juri conſona exiſtimabat addendo tantum, quod Bartholomæus teneretor relevare indemnes tam Civitatem, quam Marianum ab omnibus damnis nunc, & in futurum a dicta eacavatione provenieotibus, & ulterius adſtrictus foret conficere Pontes, ad effectum, ut Domini bonorum, quæ interſecantur, poſſeot habere illorum communicationem, non valuerunt tamen in ejuſdem ſententiam attrahere reliquos *Dominos* ceoſentes nullatenus admittendam eſſe obligationem a Bartholomæo factam deducendi aquas in bonis Civitatis ſtagnantes per locum ab eo deſignatum in Flumen Velinum ex duplici facti eircumſtaotia; Prima nempe, quia bona tangentia dominium ejuſdem Bartholomęi, & iu quibus novam foveam excavare paratus erat, ſunt fideicommiſſis Domus Vecchiarelliæ ſubjecta, & per conſequeos obnoxa periculo, quod ulteriores vocati ad fideicommiſſum ex perſona propria venieotes, & qualitatem hæreditariam ejuſdem Bartholomæi, aot ejus hæredum præſeferre oolentes, eam ſervitutem pati nolint, ſicque bona, ſeu Terrena Civitatis expoſita iterum ſint malis illis, quæ ſtagnatio aquarum ſecumferre ſolet, cuique mediante ſervitute jam ſtabilita obicem ponere ſtuduerunt, cum periculo etiam amittendi pretiom, ad cujus re-
7 fuſionem, qui proprio Jure bona fideicommiſſaria vindicat, nec alienantis eſt hæres nullatenus tenetur, ut uno ore docent *Peregr. de fideicommiſſ. artic. 45. ſub n. 15. Fuſar. de ſubſtit. qu. 627. n. 54. Rota coram Merlin. dec. 831. n. 2. cor. Bich. dec. 32. nu. 12., & cor. Ottobon. dec. 180. n. 13. & 14.*, & paſſim.

Non attenta animadverſione ſupra per Bartholomæum facta, quod etiam bona in quibus hodierna ſervitos conſtituta reperitur ſint, & ipſa ſuppoſita fideicommiſſo Domus de Severis, cujus vigore fuerunt pro hodiernos Fratres, & Actores vindicata; Quoniam in tantum Civitas ſervitutem in bonis *di Selva Rotonda*, acquirere ſtuduerat, in quaotum ea ab omni vinculo fideicommiſſi immunia, & libera exiſtimaverat, prout talia eſſe affirmaverat io actu venditionis memoratæ ſervitutis ipſemet Bartholomæus; hodie autem, quo experta eſt Civitas non leve incommodum ex qualitate fideicommiſſaria bonorum ſervientium derivans, non videbatur cogenda ad novam ſervitutem in aliis bonis pariter fideicommiſſariis, & renovationi conſimilium moleſtiarum obnoxiis acquirendam, cum propria pericula illam cautam fecerint, & de cætero allegare inconveniens
8 non ſit ſolvere legem, juxta tritum axioma, de quo *Rota in Romana Domorum 21. Maii 1614. in fin. cor. Andrea in ejus impreſſ. dec. 6. n. 9. Surd. conſil. 321. n. 43. in fin. tom. 3.* & in propoſito *Vrceol. conſult. forenſ. 66. n. 6.*

Altera vero, & quidem potentior facti circomſtaotia, quæ *Dominos* impulit ad denegandam Bartholomæo prætenſam ſervitutis variationem in eo verſabatur, quod iſte non indicabat, prout facere debuiſſet, fundum proprium, in quo hæc nova ſervitus foret imponenda cum juxta Peritorum relationem, & eiuſdem Bartholomæi confeſſionem, pro quadam rata neceſſe etiam fuiſſet occupare bona Mariani, qui totis viribus huic novæ ſervituti ſe opponebat, exclamans nullo Jure, nullave Supremi Principis conſtitutione cautum reperiri, quod quis in propriis bonis iugum ſervitutis invitus pati cogatur, & præſertim adeo damnoſæ, qualis eſſet iſta recipiendi in fundo ſuo aquas omnes tempore alluvionom a terris ſuperioribus Civitatis Reatinæ deſcendentes, itaut oedum amitteret beneficium culturę in ea parte Agri, in qua fovea foret excavanda, ſed & præfatarum alluvionom hyemali præſertim tempore contingentium periculo omnes eius circumſtantes terras exponeret, ſicuti in propoſito, quod nemo ſcilicet invitus ſervitutem in re propria pati
9 cogendus ſit, præcipit *Text. in l. ſi prius ff. de novi oper. nunc ibique Iaſon. n. 40. Padil. in l. 2. n. 13. Cod. de ſervit. Covar. var. reſol. lib. 1. cap. 17. n. 7. Arias de Meſa var. lib. 3. cap. 14. n. 3. Epiſcop. Roecb. ſelect. diſput. cap. 175. nu. 39.*

Nec hujuſmodi coarctationem honeſtare poſſe videbantur ea, quæ ſupra io § *Quo demum*, a D. Bartholomæo deducebantur, quod nempe cum bon. mem. Valerius Mariani Pater in impoſitione prædictæ ſervitutis favore Civitatis principaliter, & inſolidum pro illius manutentione ſe devinxerit, dimidiumque pretium receperit, evadere idcirco nequeat onus ſubiiciendi pro eius portione novum fundum in locum evicti; Quoniam reſpectu obligationis, ſeu verius fideiuſſionis reſpondebat, Marianus eam non eſſe allegabilem a Bartholomæo, cuius nomine eam emiſerat, cum ſolum eius vigore conveniri potuiſſet a Civitate ad cuius favorem fuerat dicta obligatio, ſeu fideiuſſio ſtipulata, quatenus promiſſa ſervitus impedita remanſiſſet, quæ Civitas eom hodie ſileat, neſcitur quo jure Fidejuſſor a Debitore principali, pro quo fidejuſſit, ſcilicet Marianus, a Bartholomæo laceſſiri poſſit, quando ſolum e contra leges permittunt Fidejuſſorem petere poſſe li-
10 berationem a moleſtiis, & revelationem a damnis coutra cum pro quo fidejuſſit, ubi ex cauſa ſuæ fidejuſſionis ea pati contingat, ad communiter tradita per *Text. in §. Si quis autem inſtit. de Fidejuſſ. leg. qui fide, & l. ex mandato ff. mandat., Mart. Medices exam. 27. nu. 28. Rota dec. 270. n. 9. par. 11. & dec. 305. num. 1. cum ſeqq. par. 13. Rec.*

Reſpectu vero medietatis pretii, quod pro anti-

antiqua ſervitute receptum a Mariano dicebat
Bartholomæus, talis aſſertio nec in facto veri-
ficari, nec in Jure relevare videbatur: Non,
inquam, in facto ſubſiſtere, quia licet illam
medietatem petierit Marianus, eaque in peri-
tiis a D. Moſcardino confectis occaſione Credi-
torum, quæ hinc inde per Bartholomæum, &
Marianum prætendebantur deſcripta fuerit in
creditum ejuſdem Mariani, nihilominus ab
eodem Bartholomæo ſemper fuerat impugnata;
Cumque integrum pretium ſervitutis receperit
a Civitate Bartholomæus, nec hodie *Dominis*
ex involutis, & intricata facta præſupponenti-
bus dicteriis hinc inde ſuper hac controverſa ſo-
lutione fuſe deductis clare liquere potuerit,
quod Marianus ejus medietatem ſit conſequu-
tus, nullus propterea juſto titulo condemnari
poſſe videbatur ad ſubeundum onus, pro quo
nullum correſpectivum pretium aſſequutum
11 eſſe demonſtrabatur, cum allegantì ſolutio-
nem incumbat onus eam concludentiſſime pro-
bandi, ex vulgatis juribus, de quibus videre eſt
*Text. in l. 1. C. de probat. quinquaginta ff. eodem
Rot. cor. Gregor. deciſ. 139. nu. 1. cum aliis in
Romana Salviani 26. Junii 1702. §. Ad evitan-
dum, & in Varmien. Pecuniaria 1. Decembris
ejuſdem anni §. Solutio coram Reverendiſs. P. D.
Molines.*
Nulli vero Juris etiam fulcimento, niti di-
cebatur memorata aſſertio, quia data etiam
receptione medietatis prædicti ſervitutis pretii,
Marianus adhuc compellendus non videbatur
ad hujuſmodi novæ ſervitutis onus ſubeundum:
cum enim in ejus bonis deſignatis in Planta ſub
litt. S. ſubſiſtat, & duret ſervitus antiqua, ad
nihil teneri videtur, dum promiſſa ex ſui parte
adimplet, & in omnem caſum remaneret ad
ſummum creditor Bartholomæus prædictæ ſum-
mæ, quatenus eam Marianus abſque ullo titulo
recepiſſet, nunquam autem teneretur is ſubire
ſervitutem ſuper bonis diverſis ab illis ſuper
quibus fuerat ab initio ſervitus conſtituta, ut
12 docent *Surd. conſ. 27. num. 7. Conſta de rat.
quæſt. 132. num. 19., & quæſt. 159 nu. 10. Car-
pan. ad ſtat. Mediol. cap. 331. num. 12.*
Neque hic ſiſtebat defectus ſubrogationis bo-
norum propriorum Bartholomæi, cum & Ci-
vitas conquereretur, quod in novæ foveæ ex-
cavatione in aliqua etiam parte ejus bona Com-
munalia occuparentur, prout ſeſe eadem Ci-
vitas juremerito oppoſuit, cum enim habeat
jam conſtitutam ſui favorem ſervitutem em-
ptam pretio ſc. 3000, pro cuius manutentione
alterum contractum cum DD. de Severis inivit,
æquum proinde *Dominis* non videbatur, quod
ſuarum terrarum devaſtationem pati teneatur,
quando jam ſine hac damno ſuis indigentiis con-
ſuluit.
Non juvante Bartholomæi reſponſione ſupra
in §. *Prout etiam*, commemorata, quod non
agatur de fovea noviter excavanda, ſed de
veteri expurganda; Quoniam in ſubſtantia idem
videbatur excavare de novo foveam, ac vete-
rem terra repletam, culturæque uſui hodie de-
ſervientem iterum in foveam convertere, ſem-
per enim verificaretur amiſſio, quam faceret
Civitas illius partis terræ, cujus uſum gratis,
13 & ſine ullo emolumento amitteret, quod ſa-
peret imprudentiam, cum nemo ſuum, &
præſertim Rectores Communitatum illud ſuo-
rum Concivium jactare non debeant contra
monitum *Text. in l. cum de indebito ff. de probat.
Federic. de ſen. conſ. 54. n. 2. Menoch. de arbitr.
lib. 2. cap. 88. in princip. Ambroſin. deciſ. Peruſ.
15. n. 20. Rota cor. Bich. dec. 556. n. 5.*
Sublata ex memoratis facti circumſtantiis fa-
cultate, quam Bartholomæus prætendebat va-
riandi ſervitutis locum, ſurdis etiam auribus
exceperunt iidem *Domini* exclamationem Bar-
tholomæi, qua ſe ex cauſa foveæ in propriis bo-
nis excavatæ in tantam fratrum de Severis uti-
litatem potius creditorem, quam debitorem
fratrum de Severis oſtendere nitebatur; Pre-
tium enim ei perſolutum a Civitate, reſtituen-
dum eidem Civitati, & illius Loca fratribus de
Severis Ceſſionariis crediderunt eo ipſo, quod
Civitas per evictionem paſſam in fundo eorum-
dem fratrum de Severis, ſervitute ad ſui com-
modum ſtipulata amplius uti non valebat, niſi
per novum contractum ex integro ab iiſdem de
Severis mediante novo pretio conſimilium ſcut.
3000. manutentionem reportaſſet, cuius pretii
loco eadem Civitas ceſſit actionem, quam vi-
gore reſciſſionis contractus ob memoratam
evictionem ſequutæ pro ejuſdem pretii reſtitu-
tione habebat contra Bartholomæum, unde
ſicuti Civitati denegari non poſſet pretii recu-
peratio ſequuta evictione, ut unanimiter do-
cent per *Text. in l. ſi cum quæſtio, & l. cum ſuc-
ceſſores C. de evict. Mangill. de evict. qu. 20. nu.
2*, latiſſime *Vrceol. conſultat. forenſ. 53. num. 1.
cum ſeqq. Rota dec. 383. n. 13. par. 17. cum aliis
in deciſ. hujus Cauſæ 27. Januarii 1712. §. Nul-
la ſiquidem cor. R. P. D. meo Aldrovanda*, ita
nec deneganda eius Ceſſionario videbatur per
ea, quæ in propoſito docent *Card. de Luca de
credit. diſc. 5. n. 8. & diſc. 88. nu. 3. Rota dec.
527. nu. 10. & dec. 280. n. 2. par. 5. Rec.*
Minime attentis iis, quæ obiiciebantur per
Bartholomæum ſupra in §. *His autem poſitis*,
circa notabilem ſervitutis partem, quam in aſ.
propriis bonis vigore primi contractus pati aſſe-
rit, & ſine qua decurrere in Flumen non vale-
rent aquæ, ad cuius ratam foret etiam pretii
reſtitutio minuenda; Quoniam ad hunc effe-
ctum relicta in ſuſpenſo apparent ſcut. 800.,
quæ ſi non ſufficiunt (ubi vere talem ſervitutem
patiatur ipſe Bartholomæus) liberum ei rema-
net vel maiorem expetere ſummam, vel tran-
ſitum earumdem aquarum denegare, ſi enim
vigore præſuppoſitæ, & neceſſario præſupponen-
dæ reſciſſionis contractus cogi poteſt Bartholo-
mæus integrum pretium refundere, ac ſi ille
contractus celebratus non extitiſſet, impediri
ne-

Digitized by Google

neque per conſequens poterit, quia vel æquius pretium pro duratione eius ſervitutis recipiat, vel abſolute eam detrectet.

Eademque reſponſione dilui *Dominis* videbat ut alterum obiectum, quo Bartholomæus amplificare ſatagebat utilitatem illam, quam recipi a fratribus de Severis aiebat, ex prædicta fovea in prætenſis eius bonis ſiſtente, per quam aquæ, quibus tenimentum *di Selva rotonda* abundare conſueverat, deducuntur in Flumen, ob quam ſe potius creditorem, quam debitorem conſtituebat; Quatenus enim ea omnia vera eſſent, in eius libito repoſitum cenſebant *Domini* vel pretium ſervituti propriæ, & beneficio fratrum de Severis Æquum prætendere, vel tale beneficium denegare.

Et ita &c. Utraque &c,

ROMANA LOCORUM MONTIUM.

Luna 4. Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Proponitur priori loco in hac deciſione regula deſumpta a vulgatiſſimo *Oldrad. conſ.* 21., ſed pro recedendo ab ea plures aſſeruntur conjecturæ, & primo contemplatio agnationis, ſecundo ſtrictiſſima alienationis prohibitio tum generalis, tum ſpecifica, tertio digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, quarto reciproca linearis ordinata inter omnes deſcendentes maſculos, quæ & omnes conjecturæ unitim ſumi ſemper debent pro d. receſſu, & demum voluntas Teſtatoris, quæ in conjecturalibus hiſce materiis primum obtinet locum.

SUMMARIUM.

1 *Hereditas particulari fideicommiſſo ſubjecta etſi non agnita, adhuc ad heredes tranſmittitur.*

2 *Subſtitutio concepta ſub conditione ſi ſine filiis juxta* conſ. 21. Oldrad. *evaneſcit ubi heres inſtitutis decedat cum filiis*. Limita nu. 4.

Idque procedit etiamſi conditioni ſi ſine filiis *additum fuerit etiam* & ſine *deſcendentibus in infinitum* nu. 3.

4 *Receditur tamen ab hujuſmodi regula ſi Teſtatorem pateat noluiſſe ſuam vocationem reſtringere morti primi vocati, ſed in longius, & ad plures perſonas extendere. Et de ratione* nu. 5.

Item ex contemplatione agnationis nu, 6., & 7. & 8. & 9.

Rurſum ex ſtrictiſſima alienationis prohibitione tum in generali tum in particulari num. 10, & 11,

Pratera ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus nu, 12. & ſeqq.

Et demum ex reciproca lineari ordinata inter omnes maſculos deſcendentes a ſuis filiis inſtitutis nu. 15.

Potiſſimum ſi agatur de fideicommiſſo aſcendentali, quo caſu facilius receditur a conſ. Oldrad. nu. 16.

Et conjecturæ adductæ pro recedendo a d. conſ. debent unitim ſumi nu. 16. & 17.

DECISIO DCLXVII.

IN ultimis, cum quibus deceſſit, tabulis Sertorius Senior de Theophilis ſuos heredes univerſales ſcripſerat Bernardinum ex Hortentia ejus Coniuge iam natum, cæteroſque omnes alios maſculos, ſi quos poſt ejus obitum ex eadem Uxore poſthume oriri contingeret, fœminis ſemper per modum regulæ excluſis; quos maſculos ita inſtitutos in caſu etiam cujuſcumque obitus ſine filiis ad invicem reciprocavit, ac uniquique propriam lineam legitimam, & naturalem ſubſtituit. Ubi autem Bernardinus, & alii ejuſdem naſcituri Fratres ſine filiis, & Deſcendentibus maſculis fato cederent, ejuſdem fœminas, ſi quæ adeſſent, invitavit, ſin minus ad Margaritam eiuſdem Teſtatoris filiam, quam dilectiſſimam nuncupabat, ejus hæreditatem deferri mandavit; reſtituendam tamen filio ejuſque Margaritæ majori ſtatim ac in lucem foret editus, cum onere Cognomen, & Inſignia ipſius Teſtatoris aſſumendi: generalique diſpoſitioni de omnibus Bonis ita factę novum, & particulare fideicommiſſum addidit ſuper Domo magna, ſeu Palatio in Agonali Platea ſitu, illud poſitive eximens a quacumque diſtractione, ſeu alienatione, quæ ex quacumque penitus cauſa etiam Legitimæ, & Dotium fieri de jure valeret, mandans, quod tales detractiones ſuper aliis ejus Bonis conſumerentur.

Agnovit paternam hęreditatem Bernardinus unicus filius, eamque Sertorio Juniori ejus unico quoque filio in ejus Teſtamento reſtitui mandavit, renovans paternas ſubſtitutiones in caſu, quo idem Sertorius abſque filiis legitimis, & naturalibus e vivis eriperetur.

Cum autem non obſtante ſtrictiſſimo, & particulari fideicommiſſo memoratæ magnę Domui, ſeu Palatio infixo contigiſſet eiuſdem alienatio ad favorem Cardinalis Joannis Baptiſtæ Pamphilii, ad ſummum Sacerdotium ſub nomine Innocentii X. ſubinde evecti prævia facultate a ſan. mem. Urbano VIII. impetrata, addita tamen lege, quod pretium ex dictæ Domus venditione retrahendum, & in ſc. 16000. conventum, in tot locis Montium ad commodum utriuſque fideicommiſſi, nempe Sertorii Senioris, & Bernardini inveſtiretur; arrepta hinc occaſione obitus eiuſdem Sertorii Iunioris ſive filiis maſculis, Olimpia eiuſdem Sertorii Junioris filia Judicium Immiſſionis in vim *legis finalis Cod. de Edict. Div. Adr. tollen.* ſuper memoratis locis Montium illico inſtituit, vigore nedum prædicti fideicommiſſi Sertorii Senioris, ſed & alterius antecedenter conditi a Margarita Monza eiuſdem Sertorij Senioris

Ma-

Matre, fato tamen parum propitio, quoniam propoſita in *Sacro hoc Auditorio* eius petitione per *bon. mem. Rondaninum ſub die* 27. *Junii* 1689. *negativum* prodiit reſponſum, ut ex *deciſione*, quæ reperitur impreſſa *ad ornatum Card. de Luc. de Teſtam. tom. primo impreſſ. Lugdunen. dec.* 43. renovataque Inſtantia coram bo. me. *Benincaſa* in locum eiuſdem *Rondanini* ſuffecto *ſub die* 3. *Martii* 1690. perſititum fuit *in deciſis*, ut videre eſt *inter nuper impreſſas ejuſdem Benincaſæ dec.* 215.

Abinde citra Cauſa hæc ſiluit, donec inſurgentes hodie Domini Ioannes Baptiſta, & Fratres de Caſalibus duplicem repræſentantes perſonam, alteram nempe hæredum memoratæ Olimpiæ, & alteram pariter hæredum, & ſucceſſorum bon. mem. R. P. D. Bernardini de Caſalibus eorum Patrui uti Primogeniti Margaritæ eius Matris ad Fideicommiſſum tam Sertorii Senioris, quam Bernardini invitati, dubium continens duplicem proportionatam partem, & utrique figuræ, quam idem Domini Actores gerunt adaptabilem per Me ſubſcribi curarunt nempe -- *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis coram bon. mem. Rondinino, & Benincaſa, & an nova ſit danda Immiſſio*, quo hodie *Dominis meis* propoſito, reſponſum habui -- *Dandam eſſe novam Immiſſionem*.

Priorem etenim Dubii partem perſcrutari ſuperfluum *Domini* exiſtimarunt eo ipſo, quod vocationem bon. mem. R. P. D. Caſalis, cujus Iuribus ejus Nepotes ſuffulti ſunt, & ad quam tota hodierna amaritudo reducebatur ex fideicommiſſis Sertorii Senioris, & Bernardini filii reſultare hodie non ambigebant. Siquidem Teſtator *in caſum in quem* (ſunt verba Teſtamenti Sertorii) *Bernardinus prædictus &c. & alii forſan naſcituri decedant ſine filii, & Deſcendentibus maſculis, ſubſtituit &c. ejus filias fœminas, ſi illas reliquerit, ſi vero nec illas reliquerit, ſubſtituit Margaritam ejus filiam dilectiſſimam &c. Si vero Margarita prædicta tunc erit nupta, & filios maſculos ſuſceperit, ſubſtituit ex eis natu majorem &c.*: Cumque per defectum Sertorii Junioris unici maſculi ab eodem Bernardino deſcendentis nullis etiam fœminis ejuſdem Bernardini filiis ſuperextantibus, purificata extitiſſet vocatio ejuſdem R. P. D. Bernardini tunc exiſtentis ſuper memorata magna Domo, juremerito Dominis Fratribus de Caſalibus videbatur danda immiſſio ad prædicta loca Montium ſubrogata in locum eiuſdem Domus ſubjectæ, particulari fideicommiſſo, cuius iura vivens ipſe R. P. D. Bernardinus agnoverat *Summ. nu.* 8., quæque etſi non agnita, adhuc ad ejus hæredes, & ſucceſſores tranſ-
1 mittere poterat, cum ageretur *de fideicommiſſo particulari*, ut magiſtraliter expenſo articulo firmavit *Rota in Romana Domus, ſeu Palatii ſuper fructibus quoad reſervata* 13. *Martii* 1711. §. *Cum autem, cum ſeqq.*, *& in confirmatoria* 22. *Junii ejuſdem anni* §. *Nec non talis, cum ſeqq. coram R. P. D. meo Criſpo, & in Romana Immiſſionis* 24. *Aprilis ejuſdem pariter anni* §. *Quemadmodum, cum ſeqq. coram Eodem*.

Nec *Dominos* a prædicta reſolutione retrahere valuit fortis oppoſitio, quæ a Scribentibus pro Patribus S. Mariæ in Porticu, & Archiconfraternitate Sanctiſſimi Roſarii, & litis &c. acriter promovebatur ſub præſidio celebris, ac communiter recepti *Conſilii Oldradi* 21. firmatis ſubſtitutionem conceptam ſub conditione *ſi ſine filiis* evaneſcere ubi hæres inſti-
2 tutus decedat cum filiis, quem ſequuntur *Honded. conſ.* 57. *nu.* 26. *& ſeqq.*, *Fuſar. de Subſtitut. quaeſt.* 42. *num.* 18. *& ſeqq.*, *Rot. dec.* 30. *num. primo coram Dunoz. dec.* 46. *num.* 5. *coram Bichio, & in Carpentoraten. Fideicommiſſi de Tertullis* 14. *Maii* 1687. *coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano*, quamvis conditioni *ſi ſine filiis* additum ſit etiam, *& ſine deſcen-*
3 *dentibus in infinitum*, ut voluit *Rota in deciſ.* 454. *nu.* 1. 2., *& ſequentibus, coram Cavaler.*, *& in Tridentina Cappellaniæ* 11. *Maii* 1699. §. *Non urgente, coram bonæ memoriæ Mato, Rota Lucen. inter recollectas per Palm. Nepot. tom.* 2. *dec.* 176. *nu.* 24., *& ſeqq.*

Quoniam ſi recepta apud *Sacrum Tribunal* eſt prædicta *Oldradi* doctrina, non minus etiam recepta eſt limitatio, qua ab ejus opinione diſcedere ſolet, quoties tales, ac tanti roboris conjecturæ indicenter, quibus in comperto habeatur Teſtatorem noluiſſe reſtringere ejus diſpoſitionem ad momentaneum caſum obitus primi vocati cum filiis, ſed vocationem in longius tempus, & ad plures perſonas ordine
4 ſucceſſivo extendere voluiſſe, ut ad propoſitum tradunt *Giovagnon. reſponſ.* 38. *nu.* 2. *lib. primo, Mareſcott. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 45. *nu.* 2., *Cyriac. controv.* 96. *nu.* 79., *Card. de Luc. de Fideic. diſc.* 82. *nu.* 7. *diſc.* 83. *nu.* 2. *diſc.* 84. *nu.* 3., *&* 4. *in fin.*, *& diſc.* 86. *nu.* 4., *Racc. diſput. Iur. ſelect. cap.* 16. *num.* 9., *Rot. in Rec. dec.* 185. *nu.* 5., *& dec.* 385. *num.* 20. *part.* 9. *dec.* 142. *part.* 10. *dec.* 444. *part.* 19., *& coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.* 203. *utrobique n.* 5. *ac in Romana Fideicommiſſi Luciæ de Maronis* 1. *Februarii* 1701. §. *Receditur, coram Me, in Firmana Immiſſionis* 26. *Aprilis* 1709. §. *Omiſſa, coram Rmo D. Molines, necnon in Firmana Fideicommiſſi* 2. *Maii* 1712. §. *Siquidem facile pariter coram Me*: ea evidenti, & incontrovertibili ratione, quod cum hujuſmodi quæſtiones ſint potius facti, quam Juris, ſpectanda pro-
5 pterea unice ſit diſponentis voluntas, quam vigentes conjecturæ facillime manifeſtant, ut ad propoſitum exclamat *Card. de Luc. de Fideic. in memoratis diſcurſibus* 82. *num.* 7., *&* 84. *nu.* 2. *necnon in diſc.* 86. *nu.* 7. *de Fideic.*

Plures autem per ſcribentes pro Dominis de Caſalibus recenſebantur hujuſmodi conjecturæ evincentes nedum activam vocationem filiorum, ac deſcendentium, ſed & paſſivum onus reſtituendi Bona fideicommiſſaria omni-

bus

Google

bus vocatis, ac ſubſtitutis, inter quas *Dominis*
arriſit *prima* deprompta ex contemplatione
6 Agnationis habita per Teſtatorem, nedum
per modum verum, & naturalem vocando
filios, ac deſcendentes maſculos per lineam
maſculinam cum perpetua fœminarum exclu-
ſione per modum regulæ, ex quo diſponendi
modo agnationis contemplationem reſultare
firmavit *Rota in decis. 575. nu. 14., & decis.
602. nu. 16. part. 19. Rec., & in dec. 11. nu. 7.
& ſeqq. impreſſ. ad ornatum Card. de Luc. de Fi-
deic., ac in Baren. Immiſſionis 3. Iunii 1709.
§. Quanto magis, coram R. P. D. meo Aldro-
vando*; Sed & per modum fictum, ac artifi-
cialem, injungendo filio natu majori Marga-
ritæ aſſumptionem Cognominis, & Inſignium
ejuſdem Teſtatoris, quod præceptum indubie
7 votum, ac deſiderium conſervandæ Agnatio-
nis præſeferre docent *Oddus in conſ. 46. nu. 53.
lib. primo, Peregrin. de Fideic. art. 25. nu. 47.,
Rota decis. 683. nu. 11. part. 19., & in Firma-
na Immiſſionis 26. Aprilis 1709. §. Adſtipulan-
tibus; coram Reverendiſſimo D. meo Molines De-
cano, in Baren. Immiſſionis 3. Iunii ejuſdem anni
§. Votum autem, coram R. P. D. Aldrovando,
& in Romana Fideicommiſſi de Alueris 12. Ja-
nuaris 1712. §. Augetur præſumptio, cor. R. P. D.
meo Criſpo*,

Ex hac autem Agnationis contemplatione
validum erui argumentum recedendi a conſilio
8 *Oldradi* voluerunt *Surd. in conſ. 443. num. 19.,
& 20. lib. 3., Mareſcott. var. reſol. lib. primo
cap. 45., Cyriac. controv. 26. num. 27. & 28.,
Card. de Luc. de Fideic. diſc. 82. nu. 11., & di-
ſcurſ. 85 nu. 6.*, & conſtantiſſime *Rota* ſignan-
ter *in decis. 113. nu. 3. coram ſan. mem. Ale-
xandro VIII. decis. 228. nu. 7. coram Celſo, in
Rec. dec. 14. nu. 54. part. 10. dec. 95. num. 18.
& ſeqq. part. 11., & dec. 684. nu. 9. part. 18.,
ac in Romana Fideicommiſſi de Burattis ſuper exi-
ſtentia fideicommiſſi 20. Januarii 1700. §. Data,
coram Eminentiſſimo Priolo, in Romana Fidei-
commiſſi de Alueris 12. Ianuarii 1712. §. Data
autem, coram R. P. D. meo Criſpo, & in Nar-
nien., ſeu Sabinen. Fideicommiſſi 13. Februarii
1713. §. Progrediendo, coram Me*, hancque
conjecturam tanti roboris eſſe, ut ab ea ſola
deſumi debeat receſſus a prædicto Oldradi
conſilio animadvertit, *Rota in Aſculana Fi-
deicommiſſi 25. Iunii 1694. coram clar. memor.
Cardinali Caprara*.

Abſque eo quod pro elidenda vi hujus poten-
tis conjecturæ attendi mereretur animadverſio,
quod Teſtator cenſendus non ſit contemplaſſe
agnationem eo ipſo, quod ante Agnatos tranſ-
verſales vocavit filias Bernardini, nec non
Margaritam ejuſdem Teſtatoris Sororem;
Quoniam huiuſmodi Fœminarum a ſe deſcen-
dentium prælatio probare quidem poterit,
quod Teſtator amore deſcenſivo ſecundum na-
turam impulſus præferri voluerit eius deſcen-
dentes tranſverſalibus, non autem excludere
contemplationem agnationis, quam littera-
lem habemus in ſubſtitutione omnium Maſcu-
lorum ab hæredibus inſtitutis deſcendentium,
ac linealiter reciprocatorum, nec non in re-
novatione eiuſdem Agnationis artificialis,
quam poſt defectos ſuos Agnatos deſcen-
dentes iniunxit Cognatis de eadem linea effe-
ctiva, ac deſcenſiva, tranſitum poſtmodum
faciendo ad Agnatos tranſverſales, ex cuius
diſpoſitionis tenore induci eam Agnationis con-
9 templationem, quæ præbere valeat ſufficien-
tem coniecturam pro receſſu a Conſilio Ol-
dradi ultra ſuperius adductos probant *Andreol.
contr. 289. num. 2., & ſeqq., Caren. reſol. 43.
nu. 15., Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Roſ-
ſenis 17. Martii 1702. §. In caſu autem coram
bon. mem. Muto, & in Baren. Immiſſionis 3. Iu-
nii 1709. §. Votum autem coram R. P. D. Aldro-
vando*.

Non minoris relevantiæ ſuccedebat *altera*
coniectura reſultans nedum ex generali, ar-
ctiſſimaque alienationis prohibitione iniuncta
tam inſtitutis, quam ſubſtitutis nullo tempore
præfinito, & quidem per orationem ſeparatam,
ac datis ſubſtitutis in caſu contraventionis, ex
10 qua prohibitione ſufficiens erui argumentum
pro receſſu a memorato Conſilio *Oldradi* mil-
lies exiſtimavit *Rota*, & ſignanter *in prædicta
dec. 113 nu. 6., & dec. 183. nu. 3. coram Ale-
xandro VIII. dec. 203. nu. 12. coram Emerix Iu-
nior. in recent. dec. 185. num. 6., & 7. part. 7.
dec. 163. nu. 10. part. 10., in eadem Romana
Fideicommiſſi de Burattis ſuper exiſtentia fidei-
commiſſi 20. Iannarii 1700. §. Ultra præceptum
coram Eminentiſſimo Priolo, in Romana Fidei-
commiſſi 9. Maij 1701. §. Certius coram Reveren-
diſſimo Domino meo Decano, & in prædicta Ro-
mana Fideicomm. de Alueris 12. Iannarii 1712.
§. Quod etiam coram R. P. D. meo Criſpo*.

Sed, & particulari Domus magnę, de cu-
ius pretio hodie agitur, quam alienari ſpecia-
liter Teſtator prohibuit -- *Ex cauſa quantum-
vis neceſſaria, & de jure permiſſa, adeout nec
etiam prætextu legitimæ, dotis, aut dotium in
toto, vel in parte alienari poſſit* - inflicta pœna
caducitatis favore Archiconfraternitatis San-
ctiſſimę Annunciatæ in caſu, quo huiuſmodi
præceptum ſperneretur, quod ſicuti maiorem
Teſtatoris affectionem erga rem nedum gene-
raliter, ſed & particulariter alienari prohibi-
tam indicat, ita potenter ſuadet eundem Te-
11 ſtatorem vocaſſe eius hæredes non per vulga-
rem, ſed per fideicommiſſariam, ut innuit
*Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Roſſenis 17.
Martii 1702. §. Et quarta coram bonæ memoriæ
Muto nec non Ruin. Inn. conſ. 456. num. 84., &
85. Rot. Lucen. apud Zacc. dec. 76. num. 138.
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 685. nu. 20. Cyriac. con-
trov. 96. nu. 50.* in puncto puncti *Manſ. conſult.
103. nu. 6. 7. & ſeqq.*

Concurrebat pariter *tertia* æque valida con-
iectura oriens ex digreſſu ad plures gradus ſub-
ſtitu-

Digitized by Google

ſtitutionum, dum Teſtator propriis filiis inſtitutis, ſubſtituit reciproce quoslibet eorum filios, & deſcendentes Maſculos, & iis non exiſtentibus ad ſucceſſionem invitavit eorundem hæredum filias Fœminas, in earumque defectum hæreditatem deferri voluit Margaritæ ipſius Teſtatoris filiæ, quam pariter gravavit reſtitutione ad favorem eius filii natu maioris; Revoluenſque animo caſum, quo & iſti in humanis non eſſent, vocationem direxit ad Tranſverſales, ad filios nempe Flaminii Theophili Germani eius Fratris, repetens etiam quoad iſtos omnes ſubſtitutiones, & conditiones, quas aliis præcedenter inſtitutis, & ſubſtitutis appoſuerat ultimo demum loco ſubſtituendo Hoſpitale Sancti Joannis Lateranenſis, ſive Sanctiſſimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum. Tot autem, tantaque maturitate ordinatas, & in tempus tam remotum protractas ſubſtitutiones, tot perſonas, & gradus complectentes, ecquis unquam affirmare valebit quod Teſtator pendere voluerit ab illa prima conditione obitus primi hæredis inſtituti ſine filiis Maſculis, itaut fideicommiſſum tot ſubſtitutionum complexivum in ipſo ingreſſu expiraret, cunctaque vota in Teſtatoris mente prius concepta, deinde in ſcriptis redacta fruſtrata illico remanerent? Sane hoc non eſſe credendum, ſed bene huiuſmodi diſpoſitionem ſecumferre repetitionem fideicommiſſi inter
12 omnes gradatim, & ſucceſſivo ordine vocatos, & ita hodie non verſari in caſu *Oldradi*, nos edocent *Soccin. Sen. in conſ.* 51. *num.* 23. *circa medium verſ. ſi ita eſt*, *Sard. conſ.* 96. *nu.* 34., *Peregrin. de Fideicomm. art.* 30. *nu.* 14., *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 18. *& ſeqq.*, Caſtill. *quotid. Iur. controv. lib.* 5. *cap.* 89. *nu.* 30., *Roſ. conſult.* 40. *num.* 6., *& ſeqq.*, *& nu.* 15., *Rocc. diſput. Iur. ſelect. cap.* 16. *nu.* 13., *Rota in recent. dec.* 296. *num.* 15. *part.* 5. *dec.* 248. *nu.* 9., *& ſeqq. part.* 7. *dec.* 385. *num.* 32. *&* 33. *part.* 9. *dec.* 142. *nu.* 16., *&* 17. *par.* 10., *& dec.* 39. *nu.* 18. *&* 19., *ac dec.* 41. *nu.* 5., *&* 6. *in Mantiſſ. ad ornatum cl. me. Card. de Luc. de fideic.*, *& alibi paſſim*.

Fruſtra autem per ſcribentes pro Patribus Sanctæ Mariæ, & Archiconfraternitate Sanctiſſimi Roſarij impugnari videbatur iſte digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus ad effectum recedendi à prædicto *Oldradi Conſilio*, eo quià idem digreſſus per DD. de Caſalibus allegaretur ad effectum extendendi fideicommiſſum à Maſculis agnatis ad Fœminas illarumque deſcendentes; Ideoque tanquam non deductus ad finem admittendi Agnatos, nullius in propoſito eſſet roboris ex connotatis per *Card. de Luca de fideicom. diſc.* 83. *ſub num.* 8., *&* 9., prout quod omnes allegati ſubſtitutionum gra-
13 dus ordinati forent per meram vulgarem diſtinctim, non verò per ordinatam, ſucceſſivam, & gradualem fideicommiſſariam, Nam filiæ Bernardini non ſunt gravatæ reſtituere Margaritæ ejuſque filio, & filius Margaritæ non rogatur reſtituere Tranſverſalibus, Ideoque omnes iſtæ ſubſtitutiones per vulgarem factæ ac conſequentèr gerentes figuram unicæ ſubſtitutionis, nullam præbere valerent conjecturam prò receſſu à prædicto *Conſilio Oldradi* ut ponderat *Card. de Luca de fideic. d. diſc.* 83. *num.* 11. *verſ. obſervabam*, *& Rota in dec.* 272. *num.* 15. *part.* 6. *rec.*

Etenim ponderabant *Domini*, quod ſi iſtæ ſubſtitutiones conceptæ eſſent verbis importantibus propriè: & indubitanter fideicommiſſariam, nulla quæſtio eſſet de *Conſilio Oldradi*, in cujus caſu ſubſtitutio eſt concepta per verba importantia ſolam vulgarem, nec de receſſu ab eo per conjecturas, ideoque cum agatur de interpretanda voluntate Teſtatoris, qui habens in animo propoſitum condendi perpetuum fideicommiſſum ſe explicare neſciverit, utens verbis ſolam vulgarem importantibus, Influente, ut plurimum, in id Notariorum inſcitia; Idcirco talem voluntatem perpetui deſcenſivi, & progreſſivi fideicommiſſi non obſcure indicari autumabant per plures ſubſtitutionum ſeries, quamvis per ſolam vulgarem quilibet gradus foret conceptus, cum ab ea ſerie oriatur maxima inveriſimilitudo, quod Teſtator voluerit tam bene ordinatas tot diverſi generis, & gradus perſonarum ſubſtitutiones in longiſſimum tempus extendendas, momentanea illa conditione obitus primi hæredis ſine filiis expirare, quod ſufficere pro conjectura recedendi a prædi-
14 cto *Conſilio Oldradi*, ultra ſupra relatos indiſtincte obſervat etiam *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 480. *num.* 56. *cum ſeqq.*, aliique relati per *Panimoll. deciſ.* 43. *annot.* 3. *num.* 55., *Rot. deciſ.* 120. *num.* 23. *poſt Conſtant. ad Statut. Urb.*, *& in Bononien. Fideicommiſſi de Roſſenis* 17. *Martii* 1702. §. *Secunda elicitur cor. bo: me. Mute*.

Efficacius etiam urgere videbatur *quarta* deſumpta ex reciproca lineali ordinata per Sertorium inter omnes Maſculos deſcendentes a ſuis filiis inſtitutis, cum dari nequeat Jus Deſcendentibus ex una linea ſuccedendi in defectum deſcendentium ex altera uſque *in infinitum ordine ſucceſſivo*, niſi per neceſſarium, & omni-
15 no requiſitum antecedens præſupponatur ordinatum fideicommiſſum in qualibet linea progreſſivum, & deſcenſivum, ut adducto *Text. in leg. jam hoc Iure* 4. §. *Sed ſi alter*: *ubi Doctores ff. de vulgar.*, *& pupill.*, *& in leg. Titia Sejo* §. *Seja libertis ff. de legatis* 2., expendunt *Anton. Fab. de conject. lib.* 7. *cap.* 16. *in fine*, *Mantic. eodem tract. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 6., *Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 2. *num.* 2., *Roſ. conſult.* 41. *num.* 2. *Theſaur. deciſ.* 245. *nu.* 17. *Capyc. Latr. deciſ.* 1. *num.* 56. *cum concordantibus in Romana Fideicommiſſi de Goris* 9. *Maii* 1701. §. *Exiſtente igitur*; *& in Firmana Fideicommiſſi* 2. *Maii* 1712. §. *Cæterum*, *utraque coram Me*.

Juncta animadverſione per *Dominos* habita,

quod hic agitur de fideicommiſſo condito ab
Aſcendente, quo caſu pro inducendo gravami-
ne reſtitutionis favore Deſcendentium, & faci-
liori receſſu a *Conſilio Oldradi* (in cujus thema-
16 te agebatur de diſpoſitione tranſverſalis) le-
viores ſufficere conjecturas notat *Card. de Luca
de fideic. diſc.82. n.8., diſc.84. n.3. §. Iſte diſcur-
ſus, diſc. 86. num. 4., & diſc. 91. nu. 15.*, &
docet *Rota coram Coccin. deciſ. 267. num. 6. co-
ram Arguell. deciſ. 54. num. 46. coram Emerix
Iunior. deciſ. 203. num. 14. in recent. deciſ. 585.
num. 1., & 21. part. 9., & deciſ. 444. num. 14.
part. 19., nec non in Romana Fideicommiſſi 9.
Maii 1701. coram Reverendiſſimo Domino meo
Molines Decano, in ſæpedicta Romana Fideicom-
miſſi de Alveris 12. Ianuarii 1712. §. Hujuſmo-
di, & ſeqq. coram R. P. D. meo Criſpo, ac in
Narnien., ſeu Sabinen. Fideicommiſſi 13. Februa-
rii 1713. §. Addito coram Me*.

Quibus demum conjecturis non leve momen-
tum addebatur ex eo, quod Teſtator figurando
caſum, quod Domus magna, de qua agitur
potuiſſet ad manus extraneas devenire, & eo in
caſu prohibendo nomen, & inſignia ipſius, ac
Petri de Vincentia Auditoris Cameræ amoveri,
talem caſum inexcogitabilem credidit, ibi --
Prohibuit quod ex dicta Domo *etiam, quod per
quemcumque caſum etiam inexcogitabilem deveniet
ad manus exteras etiam ex titulo oneroſo poſſint
amoveri nomen, & inſignia &c.* -- non potuiſſet
autem credere *inexcogitabilem* caſum, quod
dicta Domus ad Extraneos deveniret, ſi in
mente habuiſſet, quod primo hærede deceden-
te cum liberis, bona libera, & a fideicommiſ-
ſo, ac vinculo prohibitionis alienationis immu-
nia ſtatim evadere debuiſſent, ſed p·rneceſſe
dicendum eſt, quod ideo *inexcogitabilem* credi-
derit caſum diſtractionis, quia ſciebat ſe perpe-
tuum, ac progreſſivum, & quidem non tam
univerſale, ſed & particulare ſuper eadem
Domo fideicommiſſum ordinaſſe, quo ſubſi-
ſtente nullum prævidere poterat caſum, quo
dictæ Domus diſtractio ſequi poſſet, præſertim
quod (ut ſupra animadvertimus) vetuerat ſu-
per ea fieri poſſe detractiones ullas etiam ex
Cauſa dotium aut legitimæ. Ex quibus conje-
cturis, prætermiſſis aliis fuſe per ſcribentes pro
DD. de Caſalibus allatis, tanquam non neceſ-
ſariis, ſimulque, & unitim conſideratis, prout
in ſimilibus fieri debere monent *Cephal. in conſ.
251. num. 87, Card. de Luc. de fideicom. diſc. 86.
num. 4. verſ. conjectura, Rota deciſ. 142. num.
40. part. 10., & deciſ. 444. num. 13. part. 19.
recent.* firmiter *Domini* crediderunt aptum non
eſſe memoratum *Oldradi* Conſilium impedire
DD. de Caſalibus Immiſſionem petitam ad
prædicta Loca Montium ex perſona bonæ me-
moriæ R. P. D. Bernardini eorum Auctoris ad
Sertorii fideicommiſſum literaliter vocati, ut
17 alias conſimilibus nitens conjecturis ſemper
Rota reſpondere conſuevit ex latè ſuprà conge-
ſtis, quibus in propoſito addi poſſunt *Fuſar.*,
qui latiſſimè *de ſubſtit. quæſtion. 480. num. 20.*,
ubi omnes enumerat *Theſaur. deciſ. 90. nu. 34.,
Rota deciſ. 489. num. 1. parte 4. diverſ. deciſ.
448. part. 7. dec. 385. part. 9., deciſ. 142. part.
10., & deciſ. 242. num. 8. coram Priolo, & deciſ.
481. part. 18. recent.*

Vtraque &c.

INTERAMNEN. DEPOSITI.

Veneris 8. Junii 1714.

ARGVMENTVM.

Dos, ejuſque fructus, quo in loco ſolvendi ſint.
Depoſitum, quando, & ex quibus arguatur le-
gitimum, vel illegitimum.

SVMMARIVM.

1 *Interuſuria dotalia debentur ab illis quibus in
mora conſtitutis dotis reſtitutio incumbit*, &
nu. 8.
2 *Depoſitum judiciale habet vim depoſiti.*
3 *Depoſitum judiciale, ut uſurarum curſum impe-
diat, quid habere debeat.*
4 *Depoſitum fieri debet in loco ubi ſolutio facien-
da eſt.*
5 *Dotis reſtitutio facienda eſt in eo loco ubi fuit
promiſſa, & ſoluta.*
6 *Depoſitum minus legitimum dicitur ſi nullum
ſuper eo Judicis decretum intercesſerit.*
7 *Depoſitum ſortis non eſt legitimum ſi prius in-
tegra fructuum dotalium ſatisfactio habita
non fuerit.*
8 *Jus jam alteri quæſitum tolli nequit abſque poſi-
tivo illorum conſenſu.*
9 *Mora eſt fructuum dotalium ſolummodo cauſa-
tiva.*
10 *Mora debitoris nedum facit ceſſare actuale de-
poſitum omnino liberum.*
*Verum etiam recuſante creditore oblatum credi-
tum recipere ſufficiat ad eundem effectum ſola
verbalis oblatio* n. 11.
12 *Ob turbiditatem ſicuti exigere quis nequit ſo-
lutionem fructuum, ita nec illorum, aut ſortis
actuale depoſitum.*

DECISIO DCLXVIII.

SCripſerat ſibi hæredem uſufructuariam The-
reſiam ejus Conjugem Joannes Fatiolus, ſed
ea dotales uſuras præferens eidem uſufructui,
prævia idcirco judiciali talis animi declaratio-
ne, citatiſque Fratribus de Manaſſeis hæredi-
bus proprietariis, aſſociationem ad eadem
bona pro conſequendis fructibus ejus dotis in
ſcutis 2250. eidem Fatiolo perſolutæ, ab A. C.
Gomez obtinuerat, verum poteſt biennium cir-
citer ſcilicet *ſub die 14. Junii 1712.* prædicti
Fratres poſſeſſionem eorumdem bonorum re-
petere exoptantes judicialiter coram eodem

Digitized by Google

A. C. Gomez eandem Thereſiam interpella-
verant, ut eadem ſcuta 2250., quæ ad hunc
effectum in menſa nummularia Sancti Spiritus
in Saxia de Urbe depoſuerant, reciperet, jun-
cta proteſtatione, quod uſuræ dotales in eorum
damnum amplius non decurrerent; Et ne ullus
prætextus recuſandi relevationem prædicti de-
poſiti in eadem Thereſia ſupereſſet, novam
pariter in actis *ſub die 18. ejuſdem menſis* iidem
Fratres emiſerant obligationem pro cambis,
& expenſis quibuſcumque, quas in dictæ dota-
lis ſummæ ad Civitatem Interamnen. tranſ-
miſſione ſubire Thereſia cogeretur, eam ſuc-
ceſſive etiam requirendo, ut notulam jura-
tam fructuum omnium a die aſſociationis per
eam perceptorum exhiberet, in quorum ſe-
quelam favorabile Sententiam ab eodem *A.C.
Gomez* reportaverant, qua firmo remanente
decreto pro fructuum per Thereſiam perce-
ptorum liquidatione, iidem Fratres a fructi-
bus, & interuſuriis dotalibus poſt memora-
tum depoſitum rite, & legitime expletum
abſolvebantur, quam Sententiam ſubinde
etiam *A. C. Cincius* in locum, & munus *A.C.
Gomez* ſuffectus ex decreto Signaturæ Iuſtitiæ
per Thereſiam ſub motivo novorum Jurium
aditæ: iterum audiens confirmaverat, decer-
nentes prædictas uſuras illico ceſſaſſe a die ob-
ligationis ſubminiſtrandi expenſas pro recen-
ſita pecuniarum tranſmiſſione neceſſarias per
Manaſſeos in actis emiſſę, a qua provocante
ad noſtrum *Tribunal* Thereſia, requiſitiſque
hodie a me *Dominis* - *An fructus dotales de-
beantur a die facti depoſiti, & in qua ſumma* -
reſponſum extitit - *Fructus non deberi a die fa-
cte obligationis tranſmittendi pecunias in Partibus.*

Reſolutioni motivum præbuit libertas, qua
Thereſia ſuam dotem abſque ulla diminutione,
aut expenſa in pecunia conſequi poterat; Sicuti
enim cauſa productiva interuſuriorum dota-
lium poſt obitum viri eſt damnabilis mora il-
lorum; quibus dotis reſtitutio incumbit, qui
1 interpellati ſolutionem indebite protrahunt,
ad firmata per *Armand. reſolut. forenſ. 49.
nu. 16., Berſan. de Vid. cap. 2. par. 1. nu. 68.,
Rota in Romana reſtitutionis dotis, Acconcii,
& quarti dotalis 2. Julii 1710. §. Progrediendo
coram R.P.D. meo Aldrovando, & in Romana
dotis 17. Junii 1712. §. Et nedum coram R.P.D.
meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.* Ita prom-
pta in debitore ejus reſtitutionis oblatio. & fa-
cultas; Viduæ creditricis eam integraliter, &
abſque ullo vinculo, aut conditione exigendi,
eadem interuſuria, ceſſare faciunt, cum Ju-
2 diciale depoſitum vim ſolutionis ſortiatur. &
omnimodam libertatem inducat; ut adductis
*Natt. in conſ. 631. num. 6. poſt med., Roland.
conſ. 7. num. 29. lib. 3., Cephal. conſ. 207. n. 44.
& ſeqq., Ciriac. contr. 228. num. 19. & 55.,*
aliiſque concordantibus in præciſis terminis
firmaverat *Rot. in dec. 238. n. 3., & 4. & ſeqq.
part. 9. recent.*

Non impugnabatur per Scribentes pro The-
reſia veritas prædictæ concluſionis, ſed aliam
æque veram apponebant, quod nempe ad hoc,
ut judiciale depoſitum uſurarum curſum impe-
diat, illud eſſe debeat undequaque legitimum,
3 integrum, & tale, quod nedom prompte, &
libere exigi poſſit, ſed & illud exigendi neceſ-
ſitatem in Creditore inducat adnotata per *Ja-
ſon. in conſ. 6. nu. 15. circa med. lib. 1., Alexan.
conſ. 68. num. 29. verſ. quinto quia, & num. ſeq.
lib. 5., Jov. de contract. Mincr. gloſſ. 16. §. 12.
num. 238., & in meo tract. de commer., & mer-
cat. diſc. 68. nu. 35., Rot. coram ſan. mem. Gre-
gor. XV. dec. 505. nu. 9. in recent. dec. 91. nu. 1.
& ſeqq. part. 13., & in Bononien. Legati 17. Fe-
bruarii 1710. §. Hinc ſpectato coram Me.*

Talibus autem præditum eſſe qualitatibus
hodiernum depoſitum inficiabantur, aſſerentes
primo illud expletum fuiſſe in Urbe, quando
4 fieri debuiſſet in Civitate Interamnen. ubi ſolu-
tionis onus erat adimplendum ex *Text. in l. ſi ſo-
lutures 39. ff. de ſolut., ibique Bart. & Bald.,
Neguſan. de pignor. part. 5. nu. 3. part. 2. nu. 9.
Vincent. caroſ. tract. de poſit. part. 2. quæſt. 5.
nu. 1. & ſeqq., Scacc. de commerc. §. 2. gloſ. 5.
nu. 168., & ſeqq., & nu. 149. verſ. primus, &
ſeqq., & Olea de ceſſ. Iur. tit. 1. quæſt. 6. nu. 50.*
Cum enim in dicta Civitate promiſſa; & ſoluta
fuiſſet eadem dos, immo inibi Thereſia Ma-
naſſeos pro reſtitutione dotis interpellaſſet,
5 nulli dubium fore ſubjungebant. quin & in di-
cto loco facienda fuiſſet reſtitutio ad *Text. in
l. ſi exigere 65. ff. de re judic., Capon. diſcept. fo-
renſ. 294. a nu. 29., & ſeqq. tom. 4.* cum cæte-
ris adductis per *Rot. in dec. 160. nu. 2. part. 8.
recent.*

Secundo loco obiiciebatur, quod etſi The-
reſia oppoſuiſſet ſe non teneri, ut ſupra, ejus
dotem hic in Urbe recipere, nullo tamen præ-
cedente poſitivo Judicis decreto, de quo non
docebatur, ad tale depoſitum per Manaſſeos
6 deventum fuerit, ex quo illud minus legiti-
mum dicendum fore monet *Text. in l. ſi Cre-
ditori, & l. acceptam 19. C. de uſur. Menoch.
conſ. 332. nu. 21., Rot. poſt Cenſ. dec. 297. nu. 7.,
& poſt Poſth. de ſubbaſtat. tom. 2. dec. 216. n. 30.
& in dicta Bononien. legati §. Abſque eo quod co-
ram Me.*

Tertia vero nullitas prædicti depoſiti per
eoſdem Scribentes pro Thereſia deſumebatur
ex non curata per Manaſſeos præcedenter ad
depoſitum ſortis, integrali fructuum dotalium
7 ſatisfactione, ne qua depoſitum minus validum
fore docent *Alex. in conſ. 75. num. 8. lib. 7.,
Menoch. de arbitr. caſ. 232. nu. 21., Ego ipſe in
meo tract. de commerc., & mercat. dicto diſc. 68.
nu. 23., Card. de Luc. de dot. diſc. 51. num. 6.,
Rot. dec. 123. nu. 13. part. 8. dec. 462. num. 9.
part. 9., & dec. 2. nu. 23. part. 10. recent.*

Verum ea omnia validitati memorati depo-
ſiti nullatenus adverſari. nec propterea con-
ſecutivum effectum ceſſationis uſurarum impe-

dine valere *Domini* arbitrabantur; etenim re-
ſpectu primæ querimoniæ, etſi de generali
cenſura depoſitum fieri debeat in loco contra-
ctus ex ſupra congeſtis in §. *Talibus autem*, at-
tamen eidem Iuri renunciaſſe cenſetur Credi-
tor, quoties alibi pro eius Crediti ſatisfactione
debitorum conveniat, hinc enim ex novo
quaſi contractu, quo Creditor ſe adſtringere
videtur cum debitore ad recipiendum Credi-
tum in loco, in quo illud petit, ſolutio, & de-
poſitum, quod ſolutionis vim habet in eodem
loco petitionis fieri poſſe docet *Text. in l. quod
legat. ff. de judic.* ibi -- *quod pondere numero, aut
menſura continetur, ibi dari debet, ubi petitur* --
Ideoque cum Thereſia hic in Urbe Manaſſeos
in Jus vocaſſet pro dotis reſtitutione, eaque
non facta aſſociationem ab bona hæreditaria
Fatioli Debitoris ejus dotis pro aſſequendis il-
lius fructibus ab A. C. fuiſſet aſſequuta, con-
queri amplius non valebat, ſi in eodem loco,
& coram eodem Judice ab ipſa electo Manaſſei
obtulerant ejuſdem dotis reſtitutionem, adhoc
ut aſſociatio ipſis ſummopere læſiva ceſſaret;
Non attenta prædicta proteſtatione, qua The-
reſia ſe velle ſuum dotale Creditum recipere
in Civitate Interamnenſi declaraverat, quo-
niam poſt quaſi contractum, quo illa petendo
hic in Vrbe eius dotem, & fructus ſe obligave-
rat ad illorum receptionem in eodem loco, li-
berum amplius non erat eidem Thereſiæ per
ſimplicem proteſtationem adimere Manaſſeis
8 Jus ipſis quæſitum abſque poſitivo eorum con-
ſenſu ad notata poſt *Text. in l. non ſolum §. Mor-
te ff. de nov. oper. nunciat. per Franc. de poteſt.
conſiderat. 14. ſub nu. 14., Bardon. collect. legal.
50. nu. 80. & ſeqq. tom. 2.*
Magis autem in æquiſſimo eorum Judicio
Dominos confirmabat animadverſio, quod The-
reſia ad impugnandam; receptionem ſuæ dotis
in Banco depoſitæ moveri non potuerat ex ali-
quo præjudicio, quod ſolutio extra locum de-
ſtinatum eidem parere poſſet, poſtquam Ma-
naſſei quaslibet expenſas pro Cambiis, & tranſ-
miſſione pecuniarum ad Civitatem Interam-
nen. de proprio ſubire in actis ſe adſtrinxerant;
A die enim hujuſmodi obligationis omnino in-
juſta apparuit Thereſiæ conquæſtio, nec ulla
amplius mora pro dotis reſtitutione in Fratri-
9 bus de Manaſſeis per *Dominos* conſiderari pote-
rat, quæ ſola eſt uſurarum, ac fructuum cau-
ſativa, ut ultra ſuperius in §. *Reſolutioni* ad-
ductos proſequuntur *Alciat. conſ. 56., & conſ.
113. nu. 5. lib. 5., Surd. conſ. 231., Rot. deciſ.
132. nu. 17. part. 6., & dicta dec. 228. num. 3.
part. 9. rec., ac in Romana dotis 5. Maii 1713.
§. Nihil relevante coram R. P. D. meo Criſpo.*
Atque hinc nil referre videbatur, quod præ-
dictum depoſitum factum fuerit in Banco San-
cti Spiritus, non vero in æde Sacra, & abſque
prævio Judicis mandato, quin utrumque obje-
ctum ceſſabat, ex quo non agebatur de extin-
ctione alicujus contractus fructiferi, ex. gr.
Cenſus, ſed de depoſito ad effectum ceſſationis
fructuum, quo caſu parum referebat, quod
pecuniæ fuiſſent in uno, vel altero loco depo-
ſitæ, dummodo cedula, ſeu ordo depoſitus
exiſteret penes acta, & Notarium Cauſæ, ſicuti
pariter ad prædictum effectum nullo Iure cau-
tum reperiebatur, quod tale depoſitum non
niſi prævio Iudicis mandato expleri poſſet, cum
debitoris moram fructuum cauſativam ceſſare
faciat nedum actuale depoſitum nulla conditio-
ne, onere, aut vinculo qualificatum ac om-
nino liberum, per quod eadem utilitas Credi-
10 tori affertur exigendi ſuum Creditum, ac ſi
demandatum foret a Judice ex *Iaſon. in conſ. 9.
nu. 15. Rot. poſt Cenc. de Cenſ. dec. 296. nu. 1.
& coram ſan. mem. Gregor. dec. 505. nu. 9. ibi-
que Adden. nu. 11. & dec. 91. nu. 5. par. 13. rec.*
11 Verum etiam recuſante Creditore oblatum
creditum recipere, ſufficiat ad eumdem effe-
ctum etiam ſola verbalis oblatio *ad Text. in
leg. acceptam Cod. de uſur. Surd. conſ. 86. n. 29.
& conſ. 331. nu. 39. Rot. coram Verall. dec. 108.
nu. 6. & 11. coram Peutinger. dec. 78. nu. 9. poſt
Cenc. de Cenſ. dec. 992. num. 9. & in ſæpedicta
dec. 228. nu. 5. part. 9. rec.*
Urgentior videbatur prima facie oppoſitio
tertio loco facta non integri depoſiti ob non
oblatos fructus, ſine quibus Creditor ſortem re-
cipere non tenetur, ſed omnem dubietatem re-
movit eorumdem fructuum illiquiditas ex fa-
cto, & culpa ipſius Thereſiæ orta, quæ cum
aſſociationem ad bona hæreditaria Fatioli pro
conſequenda eorumdem fructuum ſatisfactione
vſque de anno 1710. impetraſſet, notulamque
Juratam fructuum jam perceptorum per Ma-
naſſeos coram eodem *A. C. Gomez* ante fa-
ctum depoſitum requiſitam tradere diſtuliſſet,
quo uſque idem depoſitum ſortis fuiſſet perfe-
cte, ac legitime expletum, ſicuti propter re-
cenſitam turbiditatem non potuiſſet tunc The-
reſia exigere promptam eorumdem fructuum
ſolutionem, ita etiam nec actuale illorum de-
poſitum, quod vim habet ſolutionis, præten-
dere valebat, nec minus illud ſub prætextu
12 exhibitæ poſtea notulæ, tanquam, re am-
plius non integra invalidare, ut in præciſis ter-
minis firmaverat *Rota* in toties memorata
*dec. 228. ſub nu. 12., & duobus ſeqq. part. 9. rec.
& dec. 177. nu. 2. coram. clar. mem. Car. Carro.*
Et ita &c. Utraque &c.

INTERAMNEN. MANUTENTIONIS.

Veneris 8. Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Manutenendum ille eſt in poſſeſſione, qui actu
poſſeſſor reperitur.* 2 *Poſ-*

2 *Poſſeſſio continuata per Uxorem poſt viri obitum manutenibilis etiam eſt in illius herede.*

3 *Ceſſionarius ſub ingreditur in omnibus Juribus cedentis.*

Quinimo etiam in manutentione, quæ ſuo cedenti competebat num. 4.

5 *Sub generali ceſſione non veniunt ea, quæ particulari indigent expreſſione.*

6 *Nemo præſumitur ſibimet ipſi præjudicare voluiſſe.*

7 *Aſſociatio non manutentio debetur illi qui nec eſt poſſeſſor, nec ſpoliatus.*

DECISIO DCLXIX.

POſtquam *Sacrum Tribunal*, ut in altera *Deciſione ſub hodierna die* per *Me* edita approbaverat depoſitum ſcutorum 2250. per Fratres de Manaſſeis expletum, ad hoc, ut dotales Uſuræ Thereſiæ Maſtroziæ, quas ex bonis hæreditariis Joannis Fatioli ejus Viri, ad quæ fuerat aſſociata per A. C. Gomez, percipiebat, petentibus iiſdem Fratribus tanquam hæredibus dictis Joannis manutentionem in omnibus prædictis bonis ſub altero contemporaneo dubio ſcilicet — *An, & cui ſit danda manutentio, ſeu Immiſſio, & ſuper quibus bonis* — reſpondere non dubitavit — *dandam eſſe manutentionem Xaverio ſuper Domo, & in reliquis bonis Fratribus de Manaſſeis.*

Exordiendo enim à ſecunda parte reſcripti, nullo Iure dictis Fratribus denegari poſſe videbatur eandem manutentio in bonis Joannis eorum Auctoris, poſtquam Thereſia quæ judicialiter uſum fructum ſibi in dictis bonis relictum renunciaverat, & de dote mediante depoſito per prædictos hæredes facto ſatisfacta extiterat, nullum ampliùs titulum pro ſe confovenda in ulteriori eorumdem bonorum poſſeſſione, poterat allegare, reſoluta enim illius proviſionali poſſeſſione, abſque alio Immiſſionis miniſterio, reviviscerat continuatio illius poſſeſſionis, quam autea aſſociationem

1 Thereſiæ prædicti Fratres nacti erant, & in qua, nullo ampliùs exiſtente de medio impedimento, erant omni Jure manutenendi, ad tradita per *Rot. poſt Pacific. de Salvian. interd. deciſ.* 501. *num.* 9. & 10., & *poſt Poſth. de manut. dec.* 81. *num.* 9. nec in hac parte pro ejuſdem manutentionis juſtificatione ulterior requirebatur, cum & ipſi defenſores Thereſiæ, ſeù Xaverij ejuſdem hæredis eam, excepta Domo, de qua infrà, non impugnarent.

Tota itaque difficultas reſtringebatur ad manutentionem in poſſeſſione Domus controverſæ, quam dandam eſſe Xaverio *Domini* dijudicaverant, & ſi enim ceſſaſſet titulus aſſociationis, & reſoluta extitiſſet poſſeſſio Thereſiæ ex cauſa dotalium uſurarum apprehenſa ſuper bonis, quæ Jure hæreditario, ſeu ex Teſtamento Fatioli debebantur Fratribus de Manaſſeis, non tamen defecerat alter titulus proficiſcens ex donatione ejuſdem Domus favore Thereſiæ à Joanne Viro enim emiſſa, ea quo eadem domus in patrimonium ejuſdem Thereſiæ tranſierat, itaut poſſeſſio per Thereſiam poſt Viro obitum

2 ſemper continuata manutenibilis etiam in Xaverio ejus hęrede citra ullum dubium redderetur, per ea, quæ monent *Poſth. de manut. obſerv.* 55. *num.* 24., & 45. *Menoch. de retinen. remed.* 3. *num.* 62., *Bonac. de interd. uti poſſidetis cap.* 2. *num.* 23., *Rot. deciſ.* 241. *num.* 2. & *ſeqq. par.* 1., & *apud Pacific. de Salvian. deciſ.* 181. *num.* 3. & 4.

Non relevaute, quod Fratres de Manaſſeis non amplius tanquam hæredes Fatioli, ſed tanquam Ceſſionarii ejuſdem Thereſiæ ob ſubingreſſum in ejus Juribus mediante dotis ſolutione expreſſe reportatum recuperare poſſe contenderent omnia bona, quæ à Thereſia tanquam Creditrice aſſociata detinebantur, cum talis ſit virtus hujuſmodi ceſſionum, ut omnia Jura cedenti competentia in Ceſſionarium transfe-

3 rantur ea connotatis per *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 78. *num.* 27., *Olea de ceſſion. Jur. tit.* 6. *in exord.*, & *quæſt.* 5. *num.* 2., *Thomat. dec.* 51. *num.* 4., *Rot. coram Celſ. dec.* 254. *nu.* 3., & *dec.* 456. *num.* 8., & *dec.* 527. *num.* 13. *part.* 19. *recent.* itaut quemadmodum Thereſia pro ejus dote quibuſcumque donationibus, & debitis Teſtatoris anteriore, poterat, & cum effectu valuerat aſſociationem ad univerſa bona ejus Viri obtinere duraturam quouſque de dicta dote ſatisfieret, eodem propterea Jure etiam Fratres de Manaſſeis in ejuſdem Thereſiæ Juribus ſubingreſſi, & eadem hypotheca anteriori ſuffulti, quouſque ſummæ Thereſiæ ſolutæ ſatisfactionem in iiſdem Fatioli bonis reportaverint, eamdem manutentionem in omnibus debitoris bonis nemine excepto obtinere debeant, quæ eidem cedenti competebant, quamque in

4 ceſſione venire poſſe tradunt *Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed.* 3. *n. num.* 258., *Poſth. de manut. obſerv.* 55. *num.* 5. *Olea de ceſſ. Jur. tit.* 6. *quæſt.* 5. *a num.* 2., *Fontanell. dec.* 166. *num.* 9., *Rot. poſt Duard. de cenſ. dec.* 250. *num.* 1., & *coram Cavrin. dec.* 1957. *num.* 1. *necnon dec.* 540. *num.* 1. & 2. *par.* 18. *recent.*

Animadvertebant enim *Domini* manifeſto æquivoco laborare ſuppoſitum ſcribentium pro Manaſſeis authumantium ex memorato ſubingreſſu induci omnes penitus Juris effectus, quos expreſſa ceſſio poſſeſſionis bonorum, & manutentionis eorumdem parere valuiſſet. Omiſſa enim pro nunc inſpectione, an eadem manutentio ſit ceſſibilis, itaut ea Ceſſionario denegari valeat nec ne, hoc unum pro certo *Domini* exiſtimabant, quod ut dicta ceſſio manutentionis ſuum operaretur effectum, eſſe debebat expreſſe, & poſitive facta, nec ſufficiebat ſimplex, & generalis ſubingreſſus in Juribus Creditoris dimiſſi, qui operari equidem ſolet, & valet Beneficium anterioritatis, & potioritatis Creditori dimiſſo competens, non tamen in eundem

dem Ceſſionarium aptus eſt transferre illa Jura
perſonalia, & accidentaliter Perſonæ cedentis
inhærentia, pro quorum translatione particu-
laris, & ſpecifica ceſſio requireretur, tritum
eſt enim, quod ſub generali ceſſione non ve-
5 niunt ea, quę particulari, & poſitiva indigent
expreſſione, ut edocet in ſimilibus circumſtan-
tiis *Rot. in dec.* 897. *num.* 6. *coram* *Card. Corr.*
deciſ. 145. *num.* 11. *par.* 14. *rec.*

Atque ſub hac *Dominorum* intelligentia vita-
batur quoque abſurdum, quod in contrario
ſenſu fuiſſet indeclinabile; Si enim ceſſio ma-
nutentionis per Manaſſeos prætenſa admittenda
fuiſſet, in neceſſariam conſequentiam deſcen-
diſſet, quod Mulier ceſſiſſet Jura contra ſe-
metipſam, privando ſe poſſeſſione illius Do-
mus, quam ab obitu ejus Viri uſque in præ-
ſens, & quidem titulo donationis viri morte
6 confirmatæ, & hucuſque valido poſſidebat,
quod non fore pręſumendum oſtendunt *Sard.*
conſ. 47. *num.* 23. *lib.* 1. *Alex. conſ.* 189. *num.*
8. *lib.* 2., quia nemo præſumitur ſe ipſum liga-
re *ex l. Lucius la* 2. *ff. de fideic.*

Cujus donationis effectui adverſari minime
videbatur altera donatio per eumdem Joannem
anterius exarata favore Fratrum de Manaſſeis
cujuſdam prædii in vocabulo *Perilli*, quo præ-
dio detracto, Creditum dotale Thereſiæ per
eos dimiſſum abſorberet univerſum patrimo-
nium Joannis, ideoque eorum indemnitas pro
dotis ſolutione haberi nequeat, niſi inſimul
Domus poſſeſſio concedatur. Quoniam negle-
cto pro nunc examine validitatis, vel nullitatis
donationis dicti prædii tanquam non inſinuatæ
ante emiſſionem alterius donationis favore
Thereſiæ, & poſito, quod ex donatione prædii
facta Manaſſeis, prohibitus non remanſerat
Joannes novam Domus favore Thereſiæ emit-
tere, allegatio hujuſce donationis prædii, illiuſ-
que anterioritas, quatenus ſubſiſtant, pro futu-
ra videbatur Manaſſeis in caſu tantum, quo
doceant bona hæreditaria Joannis debitoris do-
tis, & ſimul Donantis non ſufficere pro reinte-
gratione dotis ab iiſdem Thereſiæ perſolutæ, eo
enim in caſu aſſociationem ad eandem Domum
obtinere valebunt, non jam manutentionem,
quæ per ipſos tanquam non poſſeſſores, nec
ſpoliatos ullatenus exercibilis videbatur per ea,
quæ in propoſito habemus apud *Scribentes in l.*
.... *§. fin. num.* 4. *ff. uti poſſidetis*, *& in §. Ho-
die Inſtit. tit. de Interdict. & Rot. dec.* 1292.
num. 8. *coram* *Coccin.*

Et ita &c. Utraque &c.

ANAGNINA DOTIS, ET AUGUMENTI.

Lunæ 11. *Junii* 1714.

ARGUMENTUM.

Non eſt opus.

SUMMARIUM.

1 *Apocæ ſubſcriptio a Teſtibus recognita plene pro-
bat.*
2 *Teſtis compater ſi directe non deponat favore filii
a Sac. Fonte levati attendi debet.*
3 *Teſtis affinis nunquam in Judicio excluditur niſi
ſit intra quartum gradum.*
4 *Teſtes ſcientiæ cauſam reddentes, & in dicto
conteſtes optime probant.*
5 *Falſitas in dubio excludenda ſemper eſt.*
6 *Serotina objectio non leve præbet argumentum
illius inſubſiſtentiæ.*

DECISIO DCLXX.

AD vindicandam penitus ab objecta falſitate
Apocam, in qua Joſeph Gratianus ad favo-
rem Annæ ejus Uxoris de bonis propriis diſpo-
ſuerat, expleto per eamdem formali examine
Teſtium habentium notam manum ejuſdem
Joſephi; ut *Tribunal* ſub die 12. *Januarii proxi-
me præteriti* demandaverat, novis ſubinde pre-
cibus apud Me inſteterat prædicta Anna, ut
Dominorum oraculum *ſuper permanentia, vel
receſſu a deciſis ſub die* 14. *Martii* 1712., iterum
exquirerem: qua inſtantia hodie *Dominis* expo-
ſita, *ſe in deciſis* perſiſtere reſponderunt.

Si enim in præterita propoſitione, non ob-
ſtantibus tot tantiſque objectis contra Apocæ
prædictæ realitatem efformatis, *Domini* adhuc
conſtare de credito Annæ exiſtimaverant, quam-
vis adhuc Teſtes ad caractheris Joſephi compro-
bationem adducti, ſub formalis examinis truti-
na non fuiſſent poſiti, ut abunde in *mea deciſione*
prædictæ diei 14. *Martii* 1712. demonſtratur,
ubi relatis conjecturis omnibus, & argumentis
hinc inde ſive ad Apocæ deſtructionem, ſive
ad illius realitatem allatis oſtenderam prępon-
derantiam eorum, quæ pro ejuſdem Apocæ ve-
ritate fuerant ab Annæ Defenſoribus allata,
quæque hic repetere ſuperfluum omnino *Domi-
ni* exiſtimarunt, ad ea ſe remiſſive habentes;
Quanto facilius in ſenſum pro veritate, & rea-
litate ejuſdem Apocæ inclinare debebant, poſt
quam rigoroſo examini ſuppoſiti iidem Teſtes,
medio eorum juramento, eamdem Joſephi Gra-
tiani ſubſcriptionem recognoverant, certam,
& omnino conſtantem eorum ſcientiæ cauſam
inſimul reddentes, itaut ex hujuſmodi legali,
& practico experimento nullum amplius dubi-
1 tandi veſtigium relinqueretur, per ea, quæ in
propoſito docet *Veſtr. in praxi lib.* 6. *cap.* 2. *nu.*
8., *Card. de Luc. de Judic. diſc.* 29. *num.* 37.,
cum cæteris relatis per *Conſtant. ad Stat. Urb.
annot.* 13. *art.* 1. *a num.* 94. *uſque ad* 99., *Rot.
deciſ.* 569. *num.* 6. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*, *& in
Romana Pecuniaria* 20. *Novembris* 1705. *§.
Nullatenus coram bo. me. Omanni* cum concor-
dan. in prędicta mea *deciſione*, quæ hodie revi-
debatur allatis ſub *§. Utraque præfata*.

Nullatenus attentis exceptionibus, quas &
in

in perſonis, & in eorum dictis pati Teſtes lato calamo declamabantur; Quoniam reſpectu perſonalium inquiſitionum, prima objectio Compaternitatis Bartholomæi Bruni fidem ejus depoſitioni adimere non valere viſa fuerat,
2 cum non deponeret directe favore filii à Sacro Fonte levati, ut diſtinguendo obſervant *Decian. in conſ. 81. num. 19. verſ. qui etiam lib. 1. Maſcard. de probation. concl. 332. num. 1., & ſeqq., Rot. dec. 439. num. 2. coram Buratt., dec. 58. nu. 8., & in ejus confirmatoria dec. 368. num. 12., & 13. par. 15. rec.*

Affinitas vero cum Anna ſecundo Teſti objecta nullatenus in facto verificata apparuerat intra quartum gradum, ideo ejus depoſitio ex hoc capite repelli à *Dominis* non valebat per ea
3 quæ monet *Cancial. reſolut. crim. verb. Teſtis reſolut. 18. num. 5. ubi concordan.*; Cæteræ vero exceptiones, quod nempe primus Teſtis ſit aratorio operi addictus, & ſecundus de criminibus fuerit impictus, ac in hac Cauſa intereſſe habens, nullam ſecum ferre relevantiam, aut veritatem videbantur: Licet enim in ſenſu Monaſterii primus Teſtis magis aratrum, quam calamum pertractare calleat, bene tamen diſſertam de ejus depoſitione rationem exponere non defecit, nedum teſtando de praxi caracteris Ioſephi reſultante, ex pluribus, atque pluribus vicibus, quibus Joſephum ſcribentem viderat, ſed quod plus eſt, literas ſub ea methodo à Ioſepho adhiberi ſolita efformando, antequam Apocam inſpexiſſet. Crimina vero ſecundo Teſti objecta, cum juventutis delicta reſpicerent, nil commune cum præſenti examine præſeferebant; Intereſſe vero ex hac depoſitione directe ad ejus favorem reſultans non concludebatur; Unde cum veritatem illam, quod ſubſcriptio illius Apocæ fuerit manu propria Joſephi exarata, optime concluderent, optimam ſcientiæ cauſæ reddentes, & Conteſtes omnino in tali realitatis dicto exiſtentes,
4 hoc, ſpretis tot ſubtilibus criticationibus, ad Annæ intentum ſufficere videbatur, ut proſequitur *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 2. num. 139.* & habetur *in Meo tractat. de Commer., & Mercat. diſc. 35. num. 3., & apud Rot. coram Buratt. deciſ. 475. num. 5., & 6., & coram Emerix Jun. deciſ. 1261. num. 2.*

Pari irrelevantia laborare videbantur exceptiones, & contrarietates contra eorumdem Teſtium dicta longa ſerie enumeratæ, quas ſingulariter recenſere, & particulariter confutare ſuperflui, & inanis laboris *Domini* exiſtimantes, unica compendioſa reſponſione non afficere dicebant, ſive nimirum quia ſubſtantiam recognitionis caracteris Joſephi non reſpicerent, in qua omnes ſunt conteſtes, ſive quia, etſi aliquæ ſubſtantialem hanc circumſtantiam aliquo modo percuterent, tamen vel ex non verificarentur, vel ab interrogatoriis nimia arte confectis, & ideo ante ipſum examen per *Dominos* reformatis, & reſecatis prodire valuerint, itaut identitas, veritas, & realitas caracteris ejuſdem Joſephi, quæ unice ex eorumdem Teſtium depoſitionibus perquirebatur, omnino certa, & incontrovertibilis, perlecta tota earumdem ſerie, & ſedulo rimatis objectis, adhuc *Dominis* effulgeſcere videretur, quando, ubi aliqua etiam dubietas ſupereſſe valuiſſet, Judicium nihilominus pro falſitatis excluſione
5 ferri debuiſſet per ea, quæ unanimiter monent plures allegati per *Balduc. deciſ., & res judicat. tit. 1. deciſ. 14. num. 51., Rot. deciſ. 152. num. 11. coram ſa. me. Gregor. XV.*, & alibi paſſim.

Addito quod ad majorem etiam eorumdem dictorum verificationem, & conſequutive ad veritatem prædictæ ſubſcriptionis ad hominem concludendam plura non deerant adminicula, quæ, reticitis iis omnibus in prædicta mea *deciſione* jam deductis a §. *Hæc itaque cum quatuor ſeqq.*, ad quæ pariter remiſsive *Domini* ſe ſubjiciebant, viriliter expendebantur per Informantes pro Anna: nec ſpernenda videbatur animadverſio, quod Monaſterium in anteactis quæſtionibus excluſionem crediti Annæ non fundaverit in aſſerta falſitate ſubſcriptionis Apocæ, ſed vel in ejuſdem Apocæ nullitatibus, vel in repletione folii in albo a Joſepho vere ſubſcripti, ſolumve in ultima propoſitione, variatis armis, ad oppoſitionem falſitatis ejuſdem ſubſcriptionis confugerit, ex qua ſerotina objectione non leve argumentum inſurgere, quod ea ipſi obiicienti valde debilis videretur, ponderaveram *Ego in meo tract. de Commer., & Mercat. diſc. 35. num. 18. verſ. ac demum, & Rot. in dec. 543. num. 3. coram Dunoz. Jun., ac in Anconitana Pecuniaria 3. Junii 1704. §. Tertia coram bo. me. Muto.* Et ita deciſum fuit poſt ſecundam Cauſæ propoſitionem, Utraque &c.

ASCULANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 11. Iunii 1714.

ARGUMENTUM.

Leges in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata inducitur ob non curatam intra annum cauſæ commiſſionem, & ob deſertam intra biennium Actorum tranſportationem.*
2 *Poſſeſſio bonorum hereditariorum debetur illi: qui eſt valide in teſtamento heres ſcriptus*, & nu. 9.
3 *Contrarietas Teſtium tam in ſubſtantia, quam in formalitate verborum inficiunt Teſtamentum, quando illud nec a Teſtatore, nec a Teſtibus ſit ſubſcriptum*, & nu. 5.
4 *Teſtamentum conditum ad formam* Cap. Cum eſſes *ſuſtineri nequit ſi vacillat fides Parochi.*
6 *Proximiores concurrere debent ad inteſtatam Patris, vel alterius ſucceſſionem.*

7 *Ver-*

7 *Verba a Teſtatore prolata* -- a chi devo di ragione -- *quid importent*.
8 *Succeſſio æque de jure delata dicitur heredi ſi proſluat ex teſtamento, quam ſi eidem ab inteſtato devoluatur*.
10 *Deſecta conditione a qua pendebat ſubſtitutio, corruit & ipſa ſubſtitutio*.
11 *Verba* -- in tal caſo -- *quid importent*.
12 *Teſtamenta ſemper regulantur juxta magis communem, ac vulgarem uſum loquendi*.
13 *Pro ineptitudinis, & fatuitatis excluſione quælibet ſemper interpræſatio ſumenda eſt*.

DECISIO DCLXXI.

Univerſalem Lucretiæ Cinaliæ hæreditatem in poſtremis ejus tabulis Dominico Antonio Angelino dilecto Conjugi delatam, & ſucceſſiva poſſeſſione poſt defectam Conjugem perfecte ab eo acquiſitam vindicare exoptantes Nicolaus, & alii de Cantalamiſſa, ac alii litis Conſortes ſub præſidio cuiuſdam anterioris teſtamentariæ diſpoſitionis Franciſci Cinaliæ prædictæ Lucretiæ Patris, in qua ſe eidem Lucretiæ ſine filiis decedenti, tanquam Proximiores Conſanguineos fuiſſe conſtitutos jactabant, immiſſionis propterea iudicium ad eadem bona coram Vicario Capitulari Civitatis Aſculi contra moratum Dominicum promoverant, ſed eorum votis, ac deſiderio non arriſit eventus, cum ſententiam abſolutoriam ab eodem Vicario reportaverit Dominicus, quæ ſucceſſivam etiam ab A. C. in gradu appellationis confirmationem promeruerat; a qua licet iidem Actores in actis iterum provocaſſent, tamen ob omiſſam intra annum Cauſæ Commiſſionem, præfixis de more terminis ad docendum de appellatione, eiuſque legitima proſecutione decreta fuerat expenſarum taxatio, quas iidem Actores non expectata executione perſolverunt.

Cum autem ſe a miſeranda litium perturbatione, & inſipido penitus earumdem diſpendio immunem ulterius, ac liberatum exiſtimaret Dominicus, en quod reſtaurato validius eodem certamine, in arenam iterum deſcendentes prædicti de Cantalamiſſa, & Conſortes novam Commiſſionem cum Dominico concordatam cum clauſula -- *de cauſis reſtitutionis in integrum ſine præjudicio rei judicatæ*, mihi dirigi curarunt, a quo requiſiti hodie Domini -- *An conſtaret de re judicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum*, facili negocio *affirmative ad primam partem, & negative ad ſecundam* unanimi voce reſponderunt.

Vtramque etenim reſcripti partem juri conſonam præſeferebat tum deſertio appellationis ob non curatam ab Appellantibus intra annum a iure datum Cauſæ commiſſionem, neglectamque intra biennium Actorum tranſporta-
1 tionem, ex quibus rem judicatam induci monet *Text. in auth. ei, qui C. de temp. & reparat. appell.*, *& in C. cum ſit Romana de appell.*, & quotidie reſpondere ſolet *Rota*, ut ſignanter videre eſt *in deciſ. 7., & deciſ. 1237. utrobique nu. 1. cor. Emer. Jun.* Tum evidens memoratarum ſententiarum juſtitia cuiuſcumque læſionis, & illi conſecutivæ reſtitutionis in integrum excluſiva promanans ex litterali, & legitimo Lucretiæ teſtamento, in quo ea nullo iure vetante, prædictum Dominicum Antonium Virum hæredem ſibi univerſalem inſcripſerat, cui propterea irrevocabilis eorumdem bonorum hereditariorum poſſeſſio debebatur, donec ab alio ad eadem bona concurrente de
2 potentiori, ac validiori titulo doceretur, juxta deducta per *Poſth. de Manut. obſerv. 1. ex n. 10. cum ſeqq. Menoch. de retinent. poſſeſſ. in præludio ſub nu. 2. Rot. dec. 441. nu. 1., & 7. part. 4. diverſ., & dec. 216. num. 5., & ſeqq. part. 6. recent.*

Talis autem efficacioris tituli nomen promereri non videbatur teſtamentaria ſchedula Franciſci Cinaliæ Lucretiæ Patris coram nonnullis teſtibus per Parochum conſcripta, in qua prædicti de Cantalamiſſa, & Conſortes poſt Lucretiæ obitum ſine filiis ſe uti proximiores, & iura inteſtatæ ſucceſſionis habentes ſubſtitutos fore clamabant; Quoniam validitas dicti teſtamenti, ut prætenditur, conditi ad formam *cap. cum eſſet de teſtam.* mordicus impugnabatur a ſcribentibus pro Dominico, & quidem validiſſimo fundamento deſumpto a contrarietatibus teſtium tam in ſubſtantia, quam in formalitate verborum, quæ dubio procul inficiunt teſtamentum, quando, ut in præſenti, nec a teſtatore, nec a teſtibus erat ſubſcri-
3 ptum, quidquid foret, ſi eorum ſubſcriptio concurreret, ut diſtinguendo firmavit, *Rota in dec. 210. nu. 3., & ſeqq. part. 13. rec.*, *& in Piſauren. Prædii 6. Junii 1692. §. Non obſtat, & 3. Aprilis 1693. §. Nec adverſatur coram bon. mem. Card. Caprara.*

Parochus enim depoſuerat, quod ipſe dictaverat dictum Teſtamentum ibi -- *e detto Teſtamento fu dettato*, & tertius Teſtis dixerat, quod fuit a Medico Antonio ibi -- *& il Teſtamento fu dettato dal Medico Antolini &c. e ſecondo uſciva dalla bocca di detto Franceſco il Medico dettava al Curato, e da quello ſi ſcriveva &c.* & idem confirmat quartus Teſtis, unde vacillat fides dicti Parochi, & conſequenter aſſ. Teſtamen-
4 tum ſubſtineri nequit ex depoſitione *d. cap. Cum eſſet*, ut reſpondit *Rot. dec. 404. nu. 4. part. 13. rec.* ubi concordantes.

Præterea Parochus depoſuit Teſtatorem ita diſpoſuiſſe, *che lui laſciava erede del tutto la ſua figlia, e morendo detta figlia la robba rivada a chi deve*. Quartus vero teſtis ita depoſuit, *& all' hora il Medico andò ſul letto, e diſſe Zio Franceſco, ſe queſta Ragazza Dio ne faceſſe altro, e che moriſſe: la robba non vuoi, che vada a chi deve? & all' hora diſſe d. Franceſco. vada a chi conviene*. Vnde deficit etiam formalitas verbo-

rum

5 rum requiſita pro validitate Teſtamenti, dum etiam ſecundus varie depoſuit inquiens, *e per ultimo diſpoſe, che morendo d. figliola, che la robba ſua riandaſſe a chi deve, o pure a chi di raggione Hond. conſ. 26. nu. 8. cum plurib. ſeqq. lib. 2. Caſtald. conſult. 22. nu. 11., & ſeqq. Rot. dec. 312. nu. 5. cum plurib. ſeqq. part. 16. rec.*

At ſuppoſita etiam eiuſdem Teſtamenti validitate adhuc nullum Ius favore eorumdem actorum ex prædicto Teſtamento ad exclusionem hæredis Lucretiæ deſumi *Domini* animadvertebant, ſubſtitutionem ſiquidem, ſeu eorum vocationem poſt Lucretiæ obitum deſumere memorati de Caotalamiſſa, & Conſortes ſatagebant ex illis verbis in prædicto Franciſci Teſtamento exaratis ibi -- *Item laſcia, che in tempo del maritaggio di detta Zita Maria Lucretia, cioè quando haverà arrivata alla ſua Età, li detti Deputati non foſſero tutti d' accordo, baſtano in tal Caſo la maggior parte di eſſi, & in tal Caſo (il che Dio non voglia) d. Zita Maria Lucretia moriſſe, detta robba debba riandare a chi deve di raggione* ex poſtremis enim illis verbis - *debba riandare a chi deve di raggione* arguere prætendebant, quod Teſtator iis uti proximioribus, & ad inteſtatam Lucretiæ Succeſſionem de Iure, venientibus hæreditatem deferre voluerit, ſed quod talem novę diſpoſitionis ſenſum, itaut per viam ſubſtitutionis ſuccedere actores valerent, præſeferre eadem verba nullatenus *Domini* opinabantur, concludere enim tantum videbatur præſervationem eorum Iu-
6 rium, quæ in caſu inteſtati obitus Lucretię quilibet proximior experiri valuiſſet, adnotata punctualiter per *Ancharan. in conſ. 432. ſub nu. 3.*, & præciſius *per Cancer. variar. reſolut. lib. 1. cap. 1. nu. 299. verſ. eadem quæſt. prope finem Manſ. Conſult. 734. ſub num. 12., & Rot. in Fanen. Bonorum, ſeu tranſactionis 20. Aprilis 1708. §. Quandoquidem coram bon. mem. Omanna.*

Cum eadem verba -- *a chi deve di raggione*, ſeu cui *de Jure, vel prout Juris*, potius præſeferrent permiſſionem poteſtatis teſtandi, qua quiſque ſui Juris Bona propria per viam Teſtamenti in Perſonas ſibi viſas libere de Jure tranſ-
7 ferre valet, quam eiuſdem poteſtatis prohibitionem, ut ad rem monet idem *Ancharan. in conſ. 377. ſub nu. 1., & conſ. 432. ſub num. 3.*, & in hunc ſenſum conſimilia verba recepta fuiſſe per Senatum Mantuanum habemus, *ex illius dec. impreſſ.* penes ſupra citatum, *Manſ. conſult. 735. §. Immo ex illis circa medium, & Rot. in memorata Fanen. Bonorum, ſeu tranſactionis cor. bon. mem. Omanna, ac in ejus confirmatoria 16. Januarii 1709. §. Parum officiente coram R. P.* D. *meo Criſpo.*

Et quidem rationabiliter, cum ſucceſſio æque *de jure* delata dicatur hæredi, ſi profluat
8 ex teſtamento, quam ſi eidem ab inteſtato devolvatur ad notos *Text. in l. 1. ff. de pet. hæred. & l. 30. ff. de verb. ſignific., ubi gloſſ. verb. Defertur Vaſquez. de ſucceſſ. in præfat. lib. 1. n. 15. verſ. Contrariam tamen cum plurib. ſeqq., Guglielm. de Benedict. in C. Raynutius de teſt. verb. mortuo nu. 78., & ſeqq., & Manſ. conſult. 734. nu. 11., verſ. Non minus enim*; Cumque Franciſcus nil aliud per ea verba *a chi deve di ragione*, in ſubſtantia voluerit, quamquod, Lucretiæ hæreditatem caperet ille, cui a jure defferretur, a jure autem in ejus aſſecutione præferatur hæres ex teſtamento hæredi ab inteſtato venienti, cum cauſa teſtati reficere faciat cauſam inteſtati, Dominico idcirco hæredi teſtamentario Lucretiæ, non ejus Conſanguineis ſolum ab inteſtato invitatis adjudicanda hære-
9 ditas videbatur, ut in præciſis hodiernę quæſtionis terminis concludunt, *Marzar. conſ. 1. ſub nu. 32. Camer., & Manſ. Senat. Mantuan., & Rot. in d. Faven. Bonorum, ſeu tranſactionis ubi ſupra, & Rot. in dec. 379. in princ. part. 1, diverſ.*

Hæc pro verificanda præcedentium ſententiarum juſtitia, ſufficere Dominis videbantur, ſed ſuppoſito etiam citra veritatem, & per malam hypotheſim, quod ſucceſſio volita a Franciſco Teſtatore intelligenda foret de inteſtata, quod ſcilicet Lucretiæ hęreditas ad ejus proximiores deferenda foret, attamen rimatis omnibus aſſ. ſubſtitutionis verbis, ea egredi non videbatur caſum per teſtatorem prudenter animadverſum, quo Lucretia Virgo, ac innupta, pubertatemque non attingens decederet, unde cum in ſtato conjugali fato ceſſerit, defecta per conſequens conditione, a cujus adventu,
10 & purificatione ea ſubſtitutio pendebat, evanuiſſe, & ipſam ſubſtitutionem palam reddebatur, admonet, *Text. in l. unica C. de caduc. tollen. Dec. conſ. 465. nu. 16. verſ. unde videndum eſt Honded. conſ. 78. nu. 32. & ſeqq. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 444. nu. 1. Rota cor. Coccin. dec. 1017. nu. 8., & dec. 203. n 3. part. 9. rec.*

Quod autem memorata ſubſtitutio ab unico præſcripti, tantummodo caſus eventu deceſſus ſcilicet Lucretiæ in ſtatu nubili effectum expectaret, evidens reddebat animadverſio, quod eodem præciſe contextu, quo Pater conſulere voluit futuro filiæ matrimonio ejus etiam hæreditatis conſervationi, donec innupta foret proſpicere ſtuduit, ut non obſcure denotant verba *in tal caſo*, ſub quibus vocationem, ſeu ſubſtitutionem venientium ab inteſtato modificaverat: Cum enim antea de caſu, quo filia adhuc nuptui non foret tradita locutus eſſet immediate ſubjungendo eadem verba *in tal caſo* pernecesse concludendum eſt, quod ad illum, & quidem unicum impubertatis, & virginita-
11 tis caſum antea proxime deſignatum ſubſtitutionem quoque reſtrinxerit ex animadverſis per *Decian. in conſ. 63. num. 1., & ſeqq. Surd. conſ. 545. num. 16. verſ. 3. Faſar. de ſubſtit. qu. 479. nu. 29. verſ. Prima tamen opinio Rot. dec. 49. & 279. utrobique numer. 7. part. 13. deciſ. 36. n. 6. part. 16., & dec. 671. n. 4. part. 19. rec.*

Non refragante animadverſione per ſcribentes pro Actoribus expoſita, quod quatenus etiam eorum ſubſtitutio per ea verba, *& in tal Caſo* ad caſum matrimonii ſupra expreſſam reſtringenda foret, adhuc eorum ſubſtitutio locum habere debeat, eo quia conditio adveniſſe dicenda ſit, non enim, ſubjungebant; teſtator figuraverat matrimonium adhuc contrahendum, ſed etiam contractum, ut ſuaderi dicebant ex illis verbis -- *Item laſcie che in tempo del maritaggio*.

Quoniam ex duplici motivo ab ejuſdem diſpoſiti[illegible]is verbis elicito collabeſcere ſuppoſitum, [illegible]od teſtator de matrimonio jam contra[illegible]enſerit, DD. dignoverant, altero nimirum, quod pronomen illud *ZITA*, quo Lucretiam nuncupavit in præciſo actu, quo poſt factam matrimonii mentionem ſub ejus obitus conditione de proximiorum ſubſtitutione diſſeruerat adaptari ſolum & convenire in-
12 nuptis, ac Virginibus valebat ex communi, vulgarique uſu loquendi, juxta quem poſtrema morientium elogia regulantur *ad text. in l. labeo ff. de ſuppoſit. legat. Surd. conſ.* 313. *nu.* 87. *Gratian. diſcept.* 79. *nu.* 19. *Card. de Luc. de regal. diſc.* 21. *num.* 3. *Rot. dec.* 123. *nu.* 1. *coram Gregor.*, *& dec.* 135. *nu.* 4. *par.* 10. *rec.*

Altero vero, & quidem cujuſque ſane mentis judicium captante deſumpto ex illis ſuperadditis verbis, *Che Dio non voglia*. Si enim anteriora verba, *& in tal caſo*, ferenda forent ad matrimonium jam contractum, en quod Pater exoptaſſet, quod filia Vidua amiſſo Viro decederet, hunc enim perneceſſe ſenſum importare deberent in ſenſu eorumdem ſcribentium pro Actoribus ea verba ſimul ſumpta ibi -- *& in tal caſo*, ideſt quod nupta fuiſſet, *il che Dio non voglia d. Zita Maria Lucretia moriſſe &c.* ut patet ad ſenſum; Prout alterum, & quidem ridiculoſius abſurdum oriretur ex iiſdem verbis, *il che Dio non voglia.*, ſi teſtator de obitu filiæ in quacumque ætate, in quolibet caſu, & tempore eventuro cogitare diceretur, cum enim nil certius ſit obitu cunctis viventibus ſemel obventuro, ſi teſtator intellexiſſet, inquam de filię obitu quandocumque eventuro ſane per illam exclamationem, *il che Dio non voglia* immortalitatem fuiſſet filiæ deprecatus, quod quantam ſaperet ſtoliditatem nemo eſt, qui non intelligat; Perneceſſe igitur dicendum eſt prudentem alioquin teſtatorem, qualis ſemper quiſque præſumitur, ſenſiſſe de obitu immaturo ante pubertatem, & ante nuptias, pro cujus averſione, paterno impellente amore Deum juſtius poterat deprecari; cunctę enim Juris regulæ nos admonent, quod pro ineptitudinis, & fatuitatis excluſione quælibet ſem-
13 per interpretatio ſumenda, ſit ut monet poſt *Text. in l. cum Pater §. cum imperfecta ff. de l.* 2. *Caſtrenſ. conſ.* 195. *num.* 3. *Actolin. reſol.* 57. *num.* 13. *verſ. prætereà*. *& ſeqq.*, *& reſol.* 81. *num.* 20. *Rot. dec.* 1987. *num.* 2. *cor. Coccin.*, *& dec.* 77. *num.* 22. *parc.* 10. *rec. ac alibi paſſim.* Et ita &c. utraque &c.

ROMANA PENSIONUM.

Veneris 15. *Junii* 1714.

ARGUMENTUM.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Solutione ejus quod debetur omnis extincta remanet obligatio.*

2 *Pro credito turbido, & illiquido relaxari nequit mandatum.*

3 *Compenſatio illiquida opponi nequit contra creditum liquidum.*

DECISIO DCLXXII.

MAnutentionem in poſſeſſione bonorum fideicommiſſariorum Michaelis, & Ludovici de Lantes, quam erepto ab humanis bo. me. Ducę Hypolito de Lante de anno 1688. clar. me. Card. Pallavicinus tunc Prælatus ab A. C. deputatus in certis, & deſignatis bonis elargitus fuerat D. Principi D. Antonio Primogenito, necnon DD. Vincentio, & Ludovico ſecundo, ac reſpective tertio genitis memorati Ducis Hyppoliti filiis pro virili, ſalvis tamen Juribus ambarum Partium in petitorio, iidem poſtea Fratres tamquam Juriconſonam amicabiliter acceptantes exequtioni quoque viciſſim demandare per privatum actum ſpoponderant ibi -- *acconſentiamo, che ogn' uno di noi tre Fratelli Lanti poſſa godere la terza parte di tutti li beni, ſopra li quali Monſignor Pallavicino Giudice deputato ci hà conceſſa la manutentione &c. riconoſcendoci l'uno, e l'altro per quieti, e pacifici poſſeſſori del terzo di detti beni, e che perciò ciaſcuno di noi ſij per tale riconoſciuto dalli Coloni, Affittuarij, Inquilini, & altri con il pagamento degl' Affitti, riſpoſte, e piggioni, & altro per la rata à ciaſcuno ſpettante &c.* Prout de facto uſque ad annum 1705. quilibet ex dictis DD. Fratribus in pacifica poſſeſſione extitit percipiendi fructus, exigendique eorumdem bonorum penſiones, ſignanter ab Inquilinis Apothecarum exiſtentium ſubtus Palatium ſitum prope Divum Euſtachium in dicto manutentionis decreto peculiariter comprehenſum, contribuente etiam utroque Fratre æquis portionibus tam in expenſis Taxę Viarum, ac poſtremæ notoriæ impoſitionis, quam reparationum, quæ in non levi ſumma per Sanctem Mazzocchium Fabrum Murarium in dicto Palatio peractæ fuerant.

Cum autem de Anno 1705. prædictum Palatium Eccleſiæ Divi Euſtachii propinquum Eminentiſſimo D. Cardinalis Bichio locatum per eundem D. Principem Antonium inſciis aliis

Fra-

Fratribus extitiſſet, iſti a prædicto Eminentiſſimo Conductore contingentes ſibi ipſis earundem penſionum ratas uſque ad annum 1711. decurſas perſolvi judicialiter obtinuerant, non attenta ejuſdem Eminentiſſimi Conductoris oppoſitione cujuſdem contractus initi per apocam privatam inter ipſum, & memoratum D. Principem locatorem, cujus vigore conventas penſiones compenſatas prætendebat cum fructibus cujuſdam Cambii a d. D. Principe favore D. Marchionis Galgani Bichii ejuſdem Eminentiſſimi D. Conductoris nepotis perſolvendis.

Decurſis vero de prædicto anno 1711. novis terminis, novam etiam iidem DD. Vincentius, & Ludovicus mandati relaxationem aſſequti fuerant contra D. Cardinalem, qui propriis etiam, ſeu D. Marchionis ejus nepotis Juribus utens relaxationem, & ſucceſſivam mandati exequtionem pro ſorte, & fructibus prædicti cambii contra D. Principem Antonium obtinuerat, ad cujus ulteriorem progreſſum impediendum ſæpedictus D. Princeps *Signaturam Juſtitiæ* adiit, ubi nedum mandatum pro fructibus d. cambii impugnavit, ſuper quo Signatura ſubinde reſcripſit -- *Alteri qui ad legitimam*, ſed etiam actionem DD. Vincentii, & Ludovici pro tertia parte penſionum d. Palatii quemcumque tangente impugnare ſategit, adeout quoad nova mandata per prædictos DD. Fratres contra Eminentiſſimum Conductorem obtenta, & a D. Principe impugnata *eadem Signatura* Commiſſionem mihi direxerit cum clauſula -- *S. Q. exequendum* ad cujus normam requiſiti hodie per Me *Domini* -- *An mandatum A. C. ſit exequendum*, adiecto etiam altero dubio iuxta facultatex A. C. *mihi* ſubinde *per idem Signaturæ Juſtitiæ Tribunal* communicatas -- *An* nempe *alterum* etiam *mandatum pro novis terminis ſit relaxandum*, *Affirmative in omnibus* reſponderunt *ad effectum tamen deponendi*.

Quæſtio igitur hodierna verſabatur non jam cum Eminentiſſimo Conductore, ſed inter ipſoſmet Fratres, prætendente D. Principe Antonio, quod quatenus etiam DD. Vincentius, & Ludovicus eius Fratres ius clarum fovere valeant prætendendi tertiam partem fructuum, ſeu penſionum ex unoquoque corpore bonorum in memorato manutentionis decreto cl. me. Card. Pallavicini expreſſo, & per conſequens etiam Palatii ſuperius recenſiti, non minori tamen Juris fundamento, hodiernam eorundem DD. Fratribus prætenſionem pro dictis Palatii penſionibus repellere, & ipſe valeret, opponendo compenſationem cum fructibus Palatii Viridarii, & Caſini, aliorumque bonorum ſitorum *alla Lungara*, quæ cum ſemper poſſeſſa fuerint, & adhuc poſsideri dicantur per eoſdem Fratres ſecundo, & tertio genitos, nulla umquam D. Principi Antonio de tertia eius portione facta reſponſione, quamvis & ipſa in decreto manutentionis fuerit comprehenſa, hinc vel perempta penitus dici debeat eorundem Fratrum actio prædicta ob ſatisfactionem ex fructibus dictorum bonorum *alla Longara* jam aſſequtam, vel ſaltem eorum Creditum effectum fuerit adeo turbidum, & illiquidum, ut non ſine manifeſta iniuſtitia valuerit A. C. mandatum pro duabus ex tribus partibus penſionum ab
1 Eminentiſsimo Conductore debitarum favore eorundem DD. Vincentii, & Ludovici relaxare, ut de prima propoſitione ſunt *Text. in l. debitor de negot. geſt. l. fin. C. de compenſ. l. 2. & tot. tit. ff. eod. §. Et in bonæ fidei ubi Gloſſ. & Doctores Inſtit. de act. Tindar. de compenſat. artic. 8. col. 2. verſ. nunc videamus, Rot. dec. 583. nu. 5. coram Dunozet. Jun. & dec. 519. n. 12. par. 19. tom. 2. rec.* & quo ad creditum effectum illiquidum connotarunt *Surd. dec. 117. n. 1. & Rot. in*
2 *dec. 30. n. 14. & 15., ac dec. 116. nu. 13. par. 8. cum concordan. in dec. 435. n. 1. par. 13. rec.*; Hocque compenſationis prædictæ debitum agnitum etiam jam fuiſſe per noſtrum *Tribunal* coram *Emerix Jun.*, ut patere dicebat ex illius *deciſione* inter impreſſas *in* 1231. ibi -- *quo vero ad duas ex tribus partibus penſionum Palatii dictum fuit illas deberi, compenſatis tamen penſionibus alterius Palatii, vel fructibus Bonorum ad Lungariam, quæ viceverſa per ipſoſmet Fratres poſſideri dicuntur*.

Verum parvi ponderis videbatur *Dominis* hujuſmodi oppoſitio; Etenim poſito, quod Jus, & poſſeſſio DD. Vincentii, & Ludovici exigendi ratam fructuum, & penſionum eos tangentem erant incontrovertibilia ſive inſpecto mandato de manutenendo per cl. me. Cardinalem Pallavicinum decreto, ſive ejuſdem acceptatione, & ratificatione ſive ſubſequta exequtione nedum pacifice in exactione affictuum Apothecarum ſubtus Palatium exiſtentium, ſive Judicialiter in conſequutione penſionum ejuſdem Palatii, contribuendo quoque ad expenſas, quas d. Palatii poſſeſſio exegerat, unde Creditum eorundem DD. Fratruum ex omni ſui parte clarum, & innegabile deſumebatur, ad illius per conſequens retardationem ſufficiens non videbatur obiecta per D. Principem Compenſatio,
3 quæ tot, & tantas patiebatur exceptiones, ut merito contra creditum tam liquidum foret nullatenus attendenda per ea quæ monent *ad Text. in l. fin. C. de compenſat. Alexand. in conſ. 93. n. 1. lib. 4. Cyriac. controv. 120. n. 11. Surd. dec. 184. n. 6., & Rot. cor. Bich. dec. 23. n. 19. necnon in dec. 401. n. 6. par. 19. rec.*

Reſpectu ſiquidem Don Ludovici extranea omnino ea videbatur, cum ab Anno 1701. ab Urbe abſit, itaut nedum creditor ſit penſionum d. Palatii prope S. Euſtachium, ſed, & etiam prætendat eſſe Creditorem penſionum alterius Palatii cum Palatiolo, quæ per alterum Fratrem ad Lungariam poſſeſſa dicuntur.

Quo vero ad Don Vincentium, eadem Compenſatio, hic, & nunc irrelevans ex pluribus apparebat, & primo quia bona ad Lungariam longe inferioris redditus dignoſcebantur, cum

ad meram voluptatem potius, quam ad finem habendi fructus fuerint iusta Magnatiliarum familiarum uſum adaptata ut relatio Periti Architecti per Rev. Cameram occaſione taxationis notoriæ Contributionis tranſmiſſi præſeferebat, oſtendens quod ab iis via annua ſcuta 300. retrahi valerent, es quibus etiam onera iiſdem bonis infixa, ſive pro canonis ſolutione, ſive pro Aquæ ductuum, & viridiarii manutentione forent ulterius detrahenda; Quando e contra Palatium ad Divum Euſtachium in annuis ſcutis 800. reperitur locatum; Ac inſuper ex fructibus bonorum ad Lungariam (quando ii debeantur) ſolam tertiam partem D. Principi Antonio deberi animadvertebant, quando e contra ex penſionibus prædicti Palatii, duæ ex tribus partibus iiſdem fratribus debebantur, ideoque Compenſatio illa per eundem D. Antonium prætenſa maximam in ſui faciem inæqualitatem, & ideo iniuſtitiam præſeferebat.

Oppoſitam ſecundo loco compenſationem dubiam quoque reddebat poſſeſſio Palatii aliorum que bonorum ad Lungariam retenta uſque ad obitum ſequtum de Anno 1712. per Ducisſam Mariam Chriſtianam eorundem Fratruum Matrem, & quidem ex præcepto ipſius Ducis Hyppoliti eorum Patris, & reſpective einſdem Ducisſæ viri, in quorum bonorum poſſeſſione manutentionem ab A. C. Gomez citato etiam eodem D. Principe Antonio eadem Duciſſa reportaverat, ideoque, quouſque ea visit, dici non poterat D. Vincentius eorum fructuum debitor, & per conſequens intrare non videbatur Compenſatio; Preſertim, quod ſi reddenda eſſet ratio de inhabitatione per ipſos etiam met Fratres facta, Creditores quoque forent iidem DD. Ludovicus, & Vincentius eorum ratæ penſionum prędicti Palatii ad divum Euſtachium pro eo tempore, quo poſt obitum bo. me. Ducis Hyppoliti ab Anno ſcilicet 1688. uſque ad annum 1705., illud D. Princeps Antonius inhabitaverat, ultra alias portiones ipſis debitas ex altero Palatio eidem cohęrenti, quod pro D. Principis de Belmonte eius filii habitatione de præſenti deſervit.

Atque hinc inallegabilis videbatur *deciſio* prædicta *bo. me. Emerix* de compenſatione loquens, quoniam ibi agebatur de petitorio, quod noſtro *Tribunali* fuerat commiſſum non retardata exequtione mandati in poſſeſſorio; Quapropter cum non ſit præſentis indaginis liquidare compenſationem unius, & alterius Palatii pro tempore præterito, & inquirere, an inhabitatio Palatii ad Lungariam, cum inhabitatione alterius Palatii per d. D. Principem de Belmonte, vel compenſata videatur, vel ſaltem reddat illiquidam prætenſionem D. Principis Antonii, ſed controverſia unice reducatur ad penſiones memorati Palatii ad divum Euſtachium decurſas, ac debitas per Eminentiſſimum Conductorem, ſuper quibus Ius undequaque clarum pro eorum tertia parte habent memorati DD. Fratres, ſicuti per conſequens inſtum viſum fuit mandatum A. C. contra eundem D. Cardinalem Bichium relaxatum, ita novum etiam relaxandum pro aliis penſionum terminis decurſis iuxta facultates A. C. ſibi a *Signatura* communicatas ex iiſdem met rationibus *Domini* cenſuerunt ut paſſim in ſimili pratticari ſolet, & ſignanter videre eſt *in dec. 12. n. 4., & 5. apud Zacch. de obligat. Camerali deciſ. 70. nu. 9. coram Coccin. dec. 196. nu. 9. par. 12., & dec. 263. nu. 3. par. 19. rec.* quas tamen deponendas arbitrati ſunt, eo quia inter eoſdem DD. Fratres amicabilis quarumcumque quæſtionum inter eos excitatarum compoſitio pertractetur.

Et ita &c. utraque &c.

GERUNDEN. PAROCHIALIUM SUPER UNIONE.

Lunæ 18. Junij 1714.

ARGUMENTUM.

Late priùs firmatur, quæ requirantur probationes ad arguendam unionem ſubjectivam, ac cujuſcumque prioris tituli extinctivam: Deinde verò afferuntur omnes circumſtantiæ, & argumenta, quibus excluditur Unio.

SUMMARIUM.

1 *Ad probandam unione ad duriſſimos illos, & odioſos effectus ſubjectionis pleno Jure, ac tituli extinctionis concludentiſſimæ requiruntur probationes.*

Nimirum inſtrumenti publici ipſius Unionis, vel immimemorabilis, aut quadragenariæ cum titulo num. 2.

3 *Copiæ major fides habenda non eſt quam Originali.*

4 *Confeſſio Procuratoris annoceat ſuo Principali.*

5 *Compulſatio facta contra formam a Jure præſcriptum eſt nulla.*

6 *Relatio Peritorum corruit, ſi in ea deficit citatio ad videndum referri.*

7 *Recognitio facta per comparationem non ſubſtinetur, niſi præcedenter juratum fuerit, quod alia non ſuppeteret probatio.*

8 *Unioni nil magis adverſatur quam ſtatus Collativus.*

Et permutationes, ac reſignationes illarum Eccleſiarum, quæ unitæ prætenduntur num. 9., & num. 12.

Et aſſignatio fructuum Parochis, ac Sacerdotibus, non verò Eccleſiæ unitæ nu. 10., & nu. 13.

Ex quibus præſentationibus eruatur obſervantia adverſativa unioni num. 11.

DE.

DECISIO DCLXXIII.

NON *conſtare de Unione* Parochialium Eccleſiarum *Sancti Stephani de Tordera*, *& de Blanis*, *Sanctæ Mariæ de Breda*, *S. Quirici de Arbutiis*, *& S. Andreæ de Rivo magno* Monaſterio S. Salvatoris de Breda reſponderat *Tribunal ſub die* 15. *Februarii* 1675. *coram clar. mem. Emerix Iun.*, eo quia de eadem prætenſa Unione, nullum per Abbatem authenticum, ac legale documentum, ſed ſimplex tantum Cartula, cunctis requiſitis ad probationem neceſſariis, penitus deſtituta, exhiberetur, in qua donatio memoratarum Parochialium per Guilelmum olim Epiſcopum Gerunden. favore prædicti Monaſterii expleta legebatur: Cui nullum robur pariter tribuere viſæ fuerant quædam enunciativæ emiſſæ per Summos Pontifices *Lucium III.* de Anno 1181., *ac Innocentium IV.* de anno 1246. in eorum Bullis favore eiuſdem Monaſterii exaratis, quæ aſſertam donationem præſupponebant, cum *Tribunal* eas agnoverit ad meram Abbatum tunc temporis ſupplicationem, & inſtantiam emanatas, nec in ſubſtantia ea plus Iuris addere viderentur, quam ipſi Abbates antea haberent; ea namque ſolum Iura; quibus realiter iidem potiebantur, confirmare prædicti Summi Pontifices profitebantur, ut pandit *deciſio* memorati *Emerix Iun.* prædictæ diei inter eius impreſſas *la* 244., ad cuius normam fuerat quoque prolata ſententia.

Cumque per appellationem ab Abbate interpoſitam, Cauſa ad *bo. me. Vicecomitem* devoluta extitiſſet, coram ea pariter pro Rotalis ſententiæ confirmatione, uniformis prodierat reſolutio, quia licet Abbas ad ſanandum defectum primæ informis Cartulæ coram *bon. mem. Emerix* allatæ, profeſſus fuiſſet exhibere in ſecunda Inſtantia ipſum donationis Original, tamen iſtud quoque illegale *Dominis* tunc ſedentibus viſum fuerat, tum ex quo extractum fuiſſet abſque Compulſoriis lite pendente, tum etiam ex ſuſpicione, ſine dubietate circa veritatem eiuſdem Originalis, quam ingerebat difformitas plurium exemplarium e diverſis locis extractorum, eamdemque donationem præſeferentium, quæ tamen inter ſe non congruebant, cum de cætero hæc Originalium multiplicitas ſuper uno, eodemque ſubiecto, dari non ſoleat, ut obſervat, *Rota in dec.* 390. *num.* 4., *& ſeqq. coram Gregor.*, & ponderat *deciſio* prædicti *Vicecomitis* in prędicta ſecunda inſtantia ædita *ſub die* 9. *Iunii* 1681. *in* §. *Tales autem*.

Adverſus quam, Cum audiri obtinuiſſet Abbas *cor. bo. me. Albergato* in ejuſdem *Vicecomitis*, ad Regimen Mediolanenſis Eccleſiæ vocati, & inter Purpuratos Patres adſcripti locum ſuffecto, ſubinde quoque Compulſoriam impetraverat, qua nedum Original donationis, ſed etiam Bullas *Lucii III.*, *ac Innocentii IV.*, quæ pariter, in ſecunda Inſtantia, uti informes reiectæ fuerant, ſer. ſer. ex propriis Archivus extrahere, legalique, & aſſueto modo compulſare valeret. In cujus ſequelam compilato per Abbatem Proceſſu, eoque ad Urbem tranſmiſſo, cum Cauſæ iterum examen, ſuper *perſiſtentia*, *vel receſſu a deciſis ſub die* 18. *Iunii anni* 1685. per eumdem *bon. mem. Albergatum* fuiſſet *Dominis* propoſitum, nilque magis concludens aſſertam donationem apparuiſſet exhibitum, *dilata*, propterea & tunc extiterat reſolutio, & per Tribunal demandatum, quod *coadiuvarentur probationes*.

Nullam ab eo tempore uſque in præſens ulteriorem Abbatum Inſtantiam audivit *Tribunal*, & fortaſſe ea diutius conquieviſſet, niſi hodierna vacatio alterius ex recenſitis Parochialibus, ad quam Sylveſter Bonaboſch, prævia concurſus indictione, ab Epiſcopo tamquam dignor electus fuerat, literaſque Apoſtolicas ſucceſſive, tamquam de Beneficio reſervato obtinuerat, & pariter Joſeph Villamala parem Apoſtolicam proviſionem ejuſdem Parochialis impetraret, tamquam, ut dicebatur unitæ Abbatiæ Sancti Salvatoris, & cum clauſula -- *dummodo Monaſterio prædicto Canonice unita ſit*, *& non alias*, de quarum, proviſionum contentione ſub alio diſparato, & congruo dubio hodie pariter diſceptabatur, eamdem quæſtionem inter Abbatem. & Epiſcopum excitaſſet. Adeoque cum Epiſcopus apud me vices memorati *bo. me. Albergati* ſubingreſſum inſtetiſſet, ut hoc idem Dubium *Dominis* definiendum hodie proponerem, voti compos evaſit, prodiitque unanimi ſuffragantium Calamo reſcriptum pro perſiſtentia *In deciſis*.

Urgebant enim eadem met fundamenta, ac
rationes in memoratis præteritis *deciſionibus* Iu-
culenter expoſitæ, quibus ſuppoſita ab Abbate
prædictarum Parochialium unio excluſa de-
monſtrabatur, cum nullæ concludentiſſimæ af-
ferrentur ab Abbate probationes, quales re-
quiri ad effectum probandæ unionis ad illos du-
1 riſſimos, & odioſos effectus ſubjectionis pleno
Iure, ac tituli extinctivos, monet *Cravett. in
conſ.* 258. *num.* 9. *verſ. Sed iſti Maſcard. de pro-
bat. concluſ.* 1418. *num.* 1., *&* 2., nempe In-
ſtrumenti Publici ipſius Unionis, vel immemo-
rabilis, aut quadragenariæ cum titulo, ut pro-
2 ſequitur *Fælin. in conſ.* 2. *num.* 2., *&* 3. *Turri-
cell. de union. cap.* 2. *nu.* 8., *& ſeqq.*, *& cap.* 11.
num. 5. 9., *&* 23., *Franceſ. de Eccleſ. Cathedr.
cap.* 8. *num.* 181., *& ſeqq. Rota dec.* 179. *num.* 1.
cor. Sa. Me. Alexandro VIII, *dec.* 181. *num.* 4.
coram Emerix Iun., *& dec.* 47. *n.* 2. *inter hacte-
nus in Urbe impreſſas cor. Me.*

Si enim ſermo ſit de prętenſo donationis Inſtrumento, toties illud nullius probationis, ac fidei, legalitatiſque apparuit, quoties *Dominorum* oculis ſuppoſitum fuit, ut pandunt geminæ memoratæ *deciſiones per bo. me. Emerix Iun.*, *& clar. mem. Card. Vicecomitem* editæ ac reſcriptum ejuſdem *Tribunalis* emanatum poſt compila-

pilatum vigore compulſoriæ proceſſum, ac ſerio per *Dominos* perlectum, quod nempe per Abbatem *Coadiuvarentur probationes*, cum illæ ex memorato proceſſu reſultantes tanti roboris non fuiſſent habitæ, ut receſſum a deciſis promererent; Vnde cum nulla alia ſuppletiva argumenta hodie per Abbatem deducerentur, quibus eorumdem tunc inſufficiens legalitas corroboraretur, utique *Domini* ſe a propoſito mature habito dimoveri non poſſe arbitrabantur.

Quamvis enim (reaſſumendo idem examen) Abbas pro obtinenda Compulſoria jactaſſet ſe velle a propriis Originalibus penes publici Archiviſtæ acta ſervatis, legalem Copiam tam prædicti Inſtrumenti, quam Bullarum *Iveli III.*, *& Innocentii IV.* Compulſare, attamen nil aliud ſubinde in ſubſtantia egerat, quam eademmet informia documenta toties pro illegalibus, & informibus a *Tribunali* Canonizata, a Notario Rotali recuperata, & ad Patres tranſmiſſa, ibi tradere ſuo Procuratori, ut ea Judici Compulſoriali exhiberet, ad effectum, ut ab iis authentica, ac legalis Copia exemplaretur, unde ſi nullam fidem apud *Dominos* meruerant Cartolæ illæ informes *coram bo. mem. Vicecomite* pro Originalibus deprędicatæ, non majorem ſane probationis figuram præſeferre valebant Copiæ illæ ab iiſdemmet illegalibus Cartis, ac Bullis depromptæ, ne alias major fides Copiæ, 3 quam Originali haberetur contra monitum, *Palin. in cap. contra Cauſam num. 2. de probat. Aretin. conſ. 73. num. 11. Cravett. conſ. 6. num. 67., & conſ. 41. num. 1. Rota dec. 323. num. 18. coram Buratt. dec. 691. num. 6. cor. Coccin., dec. 403. num. 8. cor. Celſ. dec. 221. n. 24. par. 9., & dec. 535. n. 12. par. 14. rec.*

Quod autem Inſtrumenta, ex quibus facta fuerat Compulſatio, extarent penes Abbatem ejuſdem Monaſterii, non vero in Notaria publica Sancti Salvatoris, ut aſſeverat Abbas, nulla alia concludentiori probatione juſtificari poterat per Epiſcopum, quam ex Confeſſione 5 ipſius Procuratoris ejuſdem Abbatis, de qua *in Summario Epiſcopi num. 4.*, ut notat *Surd. in conſ. 143. num. 39. Rota decіſ. 143. num. 3. coram Ludovif. deciſ. 456 num. 2. par. 2. verſic. Immo par. 2. deciſ. 348. num. 7. par. 5. recen., & in Cavallicen. Dominii ſuper manutentione 23. Iulii 1713. §. Poſſeſſo cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Atque hinc ſuperfluum *Dominis* videbatur motivum nullitatis, qua laborare manifeſte videbatur extractio tam dicti Inſtrumenti quam aliorum documentorum, ob non ſervatam Compulſorialium litterarum formam, cum ſcilicet Judex Compulſorialis nullum decreverit Monitorium contra a Joannem Paulum Bager Notarium Actuarium Sancti Salvatoris, penes quem Abbas aſſeruerat exiſtere prædicta Originalia, quemque compellendum fore ad illorum exhibitionem, Citato Epiſcopo, ipſe Abbas fuerat proteſtatus, & prout forma Compulſationis exigebat; Vnde talis compulſatio tamquam peracta contra formam, & a Iure, & ab ipſo Abbate pręſcriptam, a nullitatis vitio 5 ſalvari non poſſe videretur, per ea, quę tradunt, *Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. numer. 14., Rota coram Duran. deciſ. 6. num. 1., & ſeqq., coram Cavaller. deciſ. 580. pariter num. primo, & ſeqq., coram Bieb. deciſ. 246. num. 9., nec non in deciſ. 76. num. 10. par. 6., & deciſ. 640. numer. 18. par. 19. rec.*

In nihilo attenta Peritorum per Iudicem Compulſorialem ex Officio electorum declaratione, quod documenta, ſeu Inſtrumenta per ipſum Abbatem ſuo Procuratori tradita, Originalia forent, & quidem authentica; quoniam & talis relatio plures pariter nullitates involvere noſcebatur; Deerat enim im primis Citatio 6 ad videndum referri, quam pro actus validitate requiri docet *Bart. in conſ. 166. num. 2., Rot. coram Pen. deciſ. 297. num. 2. coram Buratt. deciſ. 56. num. 3. coram Celſo deciſ. 160. num. 6. deciſ. 522. num. 6. & ſeqq. par. 8., & deciſ. 307. num. 6. par. 15. rec.* Caracterum vero recognitio expleta fuerat per viam comparationis nullo præcedenter emiſſo Iuramento, nec in Scripturam exhibitorem, quod alia non ſuppeteret 7 probatio contra monitum, *Text. in §. Si vero, Auth. de Inſtrument. Caut., & fid.*, & tradita per *Aldovin. conſ. 13. num. 14., Gobb. conſult. 35. num. 24.; Ludovic. deciſ. Peruſ. 7. nu. 8., Rub. de Teſtam. cap. 30. num. 520., & ſeqq., & Rot. 163. num. 2. coram Roxas*, nec per ipſos Peritos, *quod neque lucri Cauſa &c., neque gratia tenti, hujuſmodi faciant comparationem*, ut per præciſa verba præcipit *Text. in l. comparationes Cod. de fid. Inſtrument.* Ommiſſis cæteris nullitatibus per ſcribentes pro Epiſcopo deductis, quarum examen, ut dixeram, *Dominis* ſuperfluum viſum erat.

Illegalitati documentorum pro parte Abbatis exhibitorum, quæ ſola pro excluſione aſſertæ unionis ſuperabundaſſet, ſuperaccedebat inconcuſſa, & omni tempore demonſtrata favore Epiſcopi obſervantia, qua controverſæ Parochiales fuerant ſemper ab Epiſcopo Gerunden. prævio concurſu, & ad formam *Sac. Concilii Tridentini* dignoribus collatæ; Nihil enim tam Vnioni, nec concurſum, nec vaca- 8 tionem admittenti, adverſatur, quam Status Collativus, ut conſiderant *Spad. in conſ. 147. num. 2. lib. 3. Cockier de permut. benef. part. 2. cap. 8. nu. 2. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 5. §. 7. nu. 2., & 7. Rot. coram Vbaldo dec. 138. nu. 8., & 9. coram ſan. mem. Alexandro VIII. & in rec. 219. nu. 23. part. 11., & in Barchinonen. Parochialis 1. Junii 1696. §. Propterea coram bon. mem. Muto, in Bituntina, ſeu Baſilien. Parochialis 5. Martii 1700. §. Prædictaſque coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano, & 26. Junii 1702. §. Incontinenti coram Me.*

In idem conſpirabant quamplures permutationes, ac reſignationes iſtarum Eccleſiarum pera-

peractæ, quas pariter eſſe unionis excluſivas,
9 præter adductos in ſæpedicta deciſione *Emerix Iu 244. ſub nu. 5.* obſervaut *Kochier*, ubi ſupra *a nu. 1., & ſeqq., Gonzal. pariter ubi ſupra, Rot. coram Gregor. dec. 142. nu. 6., & ſeqq. in rec. dec. 219. nu. 22., & ſeqq. part. 16. & poſt Card. de Luc. ad mater. de beneſ. dec. 30. nu. 16. ac in Barchinonen. Ebdomadariæ Majoris de Palau Tordera prima Junii* 1696. §. *Et quidem cor. bon. mem. Vrſino.*

Eamdem demum prætenſæ unionis iu obſervautiam concludebat aſſiguatio omnium fructuum, reddituum, Jurium, & Proventuum Parochialium facta Saeerdotibus in Parochos, ſeu Rectores aſſumptis; Si enim ex Eeeleſiæ fuiſſent Monaſterio unitæ, omnia ſane emolumenta, & fructus ad ipſum Monaſterium per-
10 tiuuiſſent, aſſignata tantum certa congrua portione Vicario ad exercitium Curæ aſſumpto, ut docet *Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 34. Rebuff. in prax. benefic. tit. de Vnion. nu. 49. Turricel. de Vnion. cap. 4. nu. 11., Rot. coram Seraph. dec. 1009. nu. 4. Verall. dec. 349. nu. 3. Rot. coram* Emerix *Iun. dec. 320. num. 1. Adden. ad Greg. dec. 77. nu. 10., & in Recanaten. Beneficii* 20. Martii 1702. §. *Quoniam coram clar. mem. Card. Caprara in Reatina Vnionis 25. Iunii 1708.* §. *De Vnione, &* §. *Poſita coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, & in Savonen. reſervationis Parochialis Eccleſiæ 8. Martii* 1709. §. *Quamvis cor. eodem.*

Evulſa ab ipſis fundamentis prætenſione Vuionis ob defectum probationum primordialis donatiouis, & demonſtrata ſucceſſiva etiam eiuſdem Iuobſervautia, quæ tantæ eſt relevantiæ, ut etiam ſi per Hypotheſim re vera Vnio ſubjectiva favore Monaſterii per Guilelmum fuiſſet expleta, adhuc talis unio per inobſervantiam antiquata, & in ipſo initio ineffectuata, nullius amplius fuiſſet roboris, ut firmatum habemus *in Alerien. Parochialis 16. Iunii* 1688. §. *Vnio in fine*, quam cum exteris concordan. in puncto refert, & ſequitur *Rot. in Barchinonen. Parochialis de Albiniana* 1. *Iunii* 1696. §. *Convenerunt coram bon. mem. Muto*, nullius conſequenter, vel minimæ relevautiæ illico apparebaut argumeuta, quæ ad præteuſæ Vnionis Juvamen per Abbatem adducebantur; Non quidem primum deductum ab exactione arrendamentorum, Primitiarum, ac Deeimarum facta ab Abbate, quoniam cum etiam referri vaderent ad alias Decimas, & fructus diverſo titulo ad eumdem Abbatem pertinentes, excluſa non remanebat perceptio ipſarum ſpiritualium Decimarum, & fructuum quorumcumque mere Parochialium, qui ſemper Parochi fuerant aſſignati, & per eoſdem ſemper percipi conſueverant.

Nec minus ſeeundum depromptum ex nonnullis Collationibus *ad aſſertam præſentationem Abbatis* peractis, & ex permutationibus prævio eiuſdem Abbatis conſenſu expletis; Quoniam reſpectu præſentationum tantum aberat, ut etiam unionem concluderent, ut immo eam poſitive eliminarent, cum enim præſentationes a Jure Patronatu activo profluant, Jus vero Patronatus, cum proprie ſit ſervitus dari nequeat in re propria, qualem faceret unio ſubjectiva, hinc ex prædictis præſentationibus Abbatis per eius defenſores aſſertis, obſervan-
11 tia prædictæ Vnioni, penitus adverſativa videbatur, ut in puncto notat *Card. de Luc. de Paroch. diſc. 10., Rota in Novarien. Parochialis 23. Martii* 1693. §. *Nec ſufficienter coram clar. mem. Card. Caprara, in Bitantina, ſeu Baſilien. Parochialis 5. Martii* 1700. §. *Eſt certum, & 27. Iunii* 1701 §. *Abſque eo, quod, coram Rmo D. meo Molines Decano, & in Conſtantien. Vnionis ſuper Bono Iure 13. Iunii* 1710. §. *Præſertim cor. R. P.* D. *meo Criſpo.*

Quo vero ad reſignationes, & permutationes, ex pariter prætenſæ Vuioni de directo adverſabantur ex firmatis ſuperius *in* §. *In idem*, quæ iudubiæ procedebant, non obſtante allegato conſenſu per Abbates, quandoque in iis præſtito, quia ex d. conſenſu poterat quidem ad ſummum favore Abbatis concludi *Ius Patronatus*, quatenus re vera etiam iſtud adeſſet,
12 numquam vero adminiculum aliquod prætenſæ Vnionis deſumi, ut arguit *ſæpedicta deciſio bon. mem. Emerix Iun.* in hac Cauſa edita *ſub nu. 6., & ſeqq.*, ac altera *clar. mem. Card. Vicecomitis in* §. *Adminiculum, ibique relati*, & faveut deducta *in Gerunden. Sacriſtiæ 28. Iunii 1694. verſ. Ex quibus operatur, cor. bon. me. Pio, in Gerunden. Parochialis, ſeu Rectoriæ de Villobi 3. Iunii* 1697. §. *Neque ad Vnionis, cor. eodem, & in dec. 47. nu. 9. inter hactenus in Vrbe impreſſas cor. Me.*

Pariformiter contra Vnionem pugnare viſa erat diſmembratio Territorii de Blanes de Tordera facta per Epiſeopum Gerunden. ad effectum erigeudi Clavigeriam, dum ut animadverſum fuerat coram *clar. me. Vicecomite ſub* §. *Præſertim*, hæc eademmet diſmembratio in elari, ponebat, quod illa beneficia nullatenus Monaſterio unita, ae incorporata exiſterent; Eoque magis, quia iu eodem diſmembrationis actu Epiſeopus reſervaverat Rectori de Blanes omnia Jura, & emolumenta ad ipſum beneficium pertinentia; Si autem vere unio ſubſtitiſſet, planum eſt, quod ea Emolumenta, & Jura fuiſſeut Monaſterio, non vero Rectori re-
13 ſervata, adempta ſolummodo competenti congrua ipſi Rectori ex iiſdem provèntibus aſſignanda, ut ultra relatos ſuperius *in* §. *Eamdem demum*, proſequuutur *Pax Iordan. elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 32. nu. 11., Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3. diſput. 15. qu. 5. num. 4., Marg. in addit. ad dec. 4. poſt opus ad Conſtitut. Benedictin. num. 20. & ſeqq. & num. 53., ac 63.*

Circumſtantia demum quod onus Exercitii Curæ Animarum in Eeeleſia de Tordera inhæreat alternatim binis Ebdomadariis, nullum peni-

penitus adminiculum prætenſæ Vnionis præſeferebant; Ex ſolidari enim exercitio prædictæ animarum Curæ nedum in duobus, ſed & in pluribus etiam Parochis in una, & Eademmet Eccleſia reſidente (prout in Eccleſia Parochiali Divi Bartholomæi in Civitate Mediolani quatuor Parochi inſolidum Conſtituti de facto reperiuntur) nullatenus excludi unicitatem illam formalem, & neceſſariam, quam Spirituale Conjugium inter Rectorem ſponſum, & Eccleſiam Parochialem Sponſam requiret, itaut quamvis plures materialiter ſint, ſe habeant tamen formaliter ad modum unius, in iiſdem terminis excludendæ unionis firmaveram *Ego in prædicta deciſ. 47. a num. 9. & ſeqq.*

Allegatæ vero deciſioni *Cor. Bichiola* 237., in qua eadem unio dubium non revocari viſa fuit optime reſponderat *deciſio bon. mem. Emerix ſub num.* 9. ubi animadvertitus, non fuiſſe inibi de Vnione diſceptatum, ſed eam incidenter tantum enunciatam, ac ſimpliciter præſuppoſitam fuiſſe, & quidem una Parte tantum informante.

Concludendo tandem, quod actus omnes hinc inde allati unionem, vel non concludebant, vel deſtruebant, cum de cætero in eorumdem actuum Conflictu ſemper prævalere debeant illi, qui ad Vnionis Excluſionem afferuntur, cum nomen Vnionis, præſertim quoad Parochiales ſit adeo odioſum, ut ſpeciali Sanctione *in cap. 3. ſeſſ. 24. de reformat.* eam *Sac. Concilium Tridentinum* improbaverit, & habeat poſitivam Juris reſiſtentiam, quod e contra ſemper favet ſtatuti Collativo ex ſupra firmatis.

Et ita &c. utraque &c.

NULLIUS, SEU MONTIS CASSINEN. MANUTENTIONIS SUPER DELATIONE STOLÆ.

Veneris 22. Iunii 1714.

ARGUMENTUM.

Peregrini & Advenę certam ſedem non habentes ac decedentes abſque ulla ſepulturæ Electione tumulandis ſunt in Eccleſia Matrici. Jus deferendi Stolam in aſſociatione Cadaverum ſpectat ad ſolum Parochum, non verò ad alios.

SVMMARIVM.

1 *Peregrini, & Advenæ certam ſedem non habentes, ac non electa ſepultura decedentes tumulandi ſunt in Eccleſia Matrice ac digniori.*

2 *Sanctio Synodalis unius Diæceſis facit Ius municipali quoad omnes alias Eccleſias ejuſdem Diæceſis.*

3 *Relationi Ordinarii circa ſtatum ſuæ Diæceſis valdè eſt deferendum.*

4 *Stolæ Vſus in aſſociatione Cadaverum Parochialē indicat Iuriſdictionem.*

5 *Ius aſſociandi jure proprio Cadavera defunctorum ſpectat ad ſolum Parochum.*

6 *Elevatio propriæ Crucis in aſſociatione cadaverum, illius quę delatio ſpectat ad Parochum.*

7 *Equalis diviſio emolumentorum Parochialium eſt Ius Parochiale, & Parochis competit.*

8 *A diverſis non fit illatio.*

9 *A cauſa, & poſſeſſione univerſali regulanda etiam eſt particularis.*

10 *Actus præheminentiales illi tantum ſunt manutenibiles, qui Iuris aſſiſtentię non adverſantur, ſuis ſi adverſentur.*

11 *Dicta Teſtium cum fomentum à Iure recipiant ſunt admittenda in poſſeſſorio ſummariſſimo.*

DECISIO DCLXXIV.

INter cætera præheminentiali Jura, in quibus favore Eccleſię Parochialis Sanctę Mariæ Majoris Cerbarii, *Deciſione dici decimæ Iunii* 1712. manutentionem decreverat *R. P. D. meo Lancetta*, recenſebatur etiam Ius deferendi privative Stolam in tumulatione Cadaverum Advenarum, & Peregrinorum, ſuper quo, cum *Signatura Iuſtitiæ* adita per Abbatem Eccleſiæ Sancti Pauli ejuſdem Loci, æquale Jus prætendentem, particulariter reſcripſiſſet -- *Alteri cum facultate manutenendi, quem de Iure*, directa propterea mihi Commiſſione requiſivi hodie *Dominos*; -- *An, & cui ſit danda manutentio delationis Stolæ in tumulatione Cadaverum Peregrinorum, & Advenarum in caſu &c.* qui eam *deberi Archipresbytero Sanctæ Mariæ* declararunt.

Ut autem ſub valido Iuſtitiæ fundamento baſim hujuſce reſolutionis iidem conſtabilirent, neceſſe duxerant bonum Jus pro poſſeſſorii coloratione examinare; Si enim ad terminos ſolius nudæ poſſeſſionis Judicium ferendum fuiſſet, negari ſane non poterat, quin utrique manutentio deberetur, cum utrumque reperiri in eadem quaſi poſſeſſione deferendi Stolam in tumulationibus prædictis nedum haberetur ex depoſitionibus quamplurium Teſtium, ſed iſtorum etiam, ſcilicet eamdem quaſi poſſeſſionem Abbatis, ipſemet Ordinarius Caſſinenſis de cæteris favens Archipresbytero comprobaret.

Deguſtando itaque bonum Jus, ſtatim emicuit, illud aſſiſtere Archipresbytero, cum enim hujuſmodi Peregrini, & Advenæ certum Sedem non habentes, ac non electa Sepultura decedentes, tumulandi ſint in Eccleſia Ma-
1 trice, ac digniori, non ſolum ſpectata Iuris diſpoſitione, de qua *Silveſtr. in ſummm, verbo Sepultura nu. 8.*, *Antonell. de Regimin. Eccleſ. lib. 1. cap. 12. nu. 33.*, *Pignatrel. conſultat.* 145. *per tot.*, *& nu. 3. tom. 1.*, ubi ita per *Sacram Congregationem Concilii* deciſum refert *in una Piſauren. quarta funeralis* 15. *Junii* 1652., *Laver. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 11. nu. 102.*, *& ſeqq.*, *Sperell. dec. 87. nu. 14. verſ. cæterum*,

Bar-

Barboſ. de Offic. Paroch. cap. 26. nu. 55., & Panimoll. dec. 5. annot. 3. nu. 44.. Verum etiam ex Synodali illius Diœceſis ſanctione edita de
2 anno 1654., faciente Ius municipale quoad omnes alias Eccleſias eiuſdem Diœceſis, ad tradita per *Gonzall. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 1. nu. 18., Rot. coram Buratt. dec. 852. n. 3., & ſeqq., & coram Zarat. dec. 24. num. 20., ac dec. 115. nu. 6. par. 19. rec., necnon in Mediolanen. Iurium Parochialium* 20. *Aprilis* 1708. *§. Conſtabilitur in fine coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*; Ac etiam ſolus Archipreſbyter memoratæ Eccleſiæ S. Mariæ Majoris iiſdem Peregrinis, & Advenis vigore
3 prædictæ Synodalis Conſtitutionis Sacramenta adminiſtret, ut teſtatur idem Ordinarius, cujus relationi circa ſtatum ſuæ Diœceſis non parum deferre *Tribunal* regulariter conſueverit; ut *in Pampilonen. Exemptionis* 25. *Iunii* 1706. *§. Velſi*, & 6. *Decembris ejuſdem anni §. Quid effundunt*, ac 4. *Iunii* 1707. *§. finali cor.* Me.

Merito clara emergente videbatur Juris aſſiſtentia pro elargienda eidem Archipreſbytero uti horum Advenarum Parocho manutentione ſuper Jure deferendi privative Stolam, cu-
4 jus uſus in hiſce actibus Parochialem indicat Juriſdictionem per ea, quæ monet *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. par. 3. cap. 26. num. 76., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 298. a num. 65. & ſeqq.*, cum concordan. relatis in prædicta *Deciſione* huius Cauſæ 10. *Iunii* 1712. *§. Et quamvis coram R. P. D. meo Lancetta*, & ita pariter declaratum habemus per *Sacram Congregationem Concilii*, & ſignanter *in Lucerina* 24. *Octobris* 1609., *& in Preneſtina* 13. *Iulii* 1619. *Collect. per Pignatell. in conſ. 73. nu. 21. tom. 8. & in Elbrunden.* 25. *Iunii* 1695. *in reſponſione ad undecimam relat. per Monacell. in formul. for. Eccleſiaſt. par. 1. tit. 10. form. 18. nu. 24.*

Nec relevante, quod etiam Abbas S. Pauli actus Iuriſdictionem Parochialem præſeferentes abſque contradictione, ultra dictam Stolæ delationem, ſemper exercuerat, concomitando nimirum funera eorumdem Advenarum, nulla præcedente convocatione, ſed Jure proprio, ac in eadem aſſociatione propriam, & diſtinctam Crucem elevando, nec non emolumenta pro æquali cum eodem Archipreſbytero dividendo, quæ omnia ad ſolos Parochos, uti Parochos decedentium ſpectare clamabant
5 ſcribentes pro eodem Abbate, afferendo circa Jus aſſociandi *Hoſtienſ. in cap. 1. de ſepultur., Pignatell. conſult. Canonic. 73. num. 51., & 55. tom. 8., & Paſſerin. de ſtat. homin. quæſt. 187. artic. 4. ſub nu.* 131.; Quoad delationem pro-
6 priæ Crucis adducendo *Text. in Extravagant. ſuper Cathedram, & in Clementin. dudum §. Hujuſmodi de Sepult., & eumdem Pignatell. in prædict. conſult. 73. nu. 34. 40., & 49. tom. 8.*,
7 Reſpectu vero æqualis emolumentorum funeralium diviſionis, allegando *Text. in d. cap. 1. de Sepult., Card. de Luca de Paroch. diſc. 31. nu. 8., Panimoll. dec. 5. num. 4., & Rot. in dec. 160. nu. 6. part. 11. rec.*

Etenim quicquid ſit de hiſce actibus, qui, & ſi debiti ſolo Paroco Eccleſiæ Majoris tanquam matrici, potuerint per Abbatem Sancti Pauli præſcribi, hoc unum pro certo animadvertebant *Domini*, quod cum hoſce met actus exercerat etiam idem Archipreſbyter, inſuper Sacramenta prædictis Advenis ſolus adminiſtret, ac in ejus Eccleſia eorumdem Cadavera tumulentur, ex hiſce actibus propriam, & incontrovertibilem Parochialem præciſius indicantibus, Jus etiam privativum Stolæ favore eiuſdem Archipreſbyteri reſultabat ex ſupra firmatis; Accedente præſertim generali aliarum Parochialium eiuſdem Diœceſis conſuetudine, qua in funeribus Advenarum ſolus Archipreſbyter Stolam defert, de qua *in Summar. Eccleſiæ Majoris nu. 3.*

Minus etiam obſiſtente tranſactione inita de anno 1643. inter eaſdem Eccleſias hodie contendentes, in qua tertio loco conventum extitit, quod -- *nelle Proceſſioni porti la Stola l' Arciprete, come l' Abbate* -- ex quibus verbis deſumebant ſcribentes pro Abbate, quod nedum vigore hujus tranſactionis licita ſit Abbati delatio Stolæ, ſed ex illo explicandi modo, videatur uſus Stolæ antiquior in eodem Abbate, quaſi dicere voluerint -- *poſſit impoſterum Archipreſbyter deferre Stolam, ſicuti ea deferri conſueverat per Abbatem.*

Quoniam remanente hodie incontrovertibili matricitate, ſaltem impropria Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris, prout concludentiſſime *R. P. D. meo Lancetta* in ſæpedicta *ejus deciſione* fuerat demonſtrata ac prout impugnari amplius per ipſum Abbatem non videbatur, interpetratio illius dictionis -- *come* -- reddebabatur inutilis, nec ex conceſſione delationis Stolæ in Proceſſionibus argui recte poſſe videbatur ad Jus deferendi Stolam in funeribus, qui actus inter ſe nihil habent Commune, & diverſo Jure cenſeri ſolent, ideoque ab uno ad
8 alium inferre recte non licet per ea, quæ notant *DD. ad Text. in l. Papinianus 21. ff. de minor., & l. final. ff. de Calumniat., Rot. deciſ. 493. nu. 10., dec. 563. num. 15., & dec. 607. nu. 31. par. 19. tom. 2. rec.*

Confovebat etiam mirifice Jus Archipreſbyteri animadverſio ex relatione ipſius Ordinarii deſumpta, quod in funeribus Civium, ubi utriuſque Eccleſiæ Clerus convocari contingat ſolus Parocus defuncti Stolam deferre conſueverit, unde cum ex ſupra firmatis Parochus Advenarum ſolus ſit Archipreſbyter, & unica Stola iſtorum etiam Cadavera aſſocianda videantur, & perneceſſe per Archipreſbyterum tanquam verum illorum Parocum ſit quoque unice deferenda, a Cauſa enim, & poſſeſſione univerſali, regulanda etiam eſt particularis,
9 ut advertit *Rot. in Caſſanen. Iurium Parochialium 6. Junii 1707. §. fin. cor. bo. me. Caſſarello:*

Poſita autem, ac conſtabilita Juris aſſiſtentia, & ſi actus poſſeſſorii ſuper eademmet Stolæ delatione aſſerrentur, eos attamen manutenibiles tantum *Domini* exiſtimarunt, qui eidem Juris aſſiſtentiæ conformes forent, non autem illi, qui eidem adverſarentur, ut in conſimilium Præheminentiarum terminis firma-
19 tum habemus per *noſtrum Tribunal* in illa *Civitatis Plebis Jurium Parochialium ſuper manutentione* 3. *Julii* 1705. §. *Nihil obſtante*, & §. *finali coram Rm̃o meo Molines Decano*, ac in *dicta Caſſanen. Jurium Parochialium* 6. *Junii* 1707. §. *Ultra enim*, & §. *Præterea coram bon. mem. Caſſarello*, & *in Perusina Præheminentiarum ſuper manutentione* 2. Decembris 1711. §. *Verum etiam coram Me*.

Quæ eo validius procedere videbantur ex eo, quod nunquam Archipresbyter matricis Eccleſiæ, ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter contradicere non omiſerit, quoties Abbas Sancti Pauli Stolam in hiſce Advenarum funeribus geſtare tentaverit, ut deponunt teſtes per eumdem Archipresbyterum adducti in ejus *Summario nu.* 10., qui, & ſi formali examine ſubjecti non fuerint, attamen cum eorum dicta fomentum a Jure recipiant, non videban-
21 tur in hoc poſſeſſorio Summariiſſimo reiicienda, ut monent *Rot. poſt Poſth. de manut. deciſ.* 269. *nu.* 4., & 5., & *cor. Manzaned. dec.* 465. *nu.* 1., & *coram Dunoz. Jun. dec.* 581. *nu.* 3., & *in Biſinianen. Præheminentiarum* 16. *Januarii* 1711. §. *Et ſane in fine coram Me*.

Atque ita *manutentione delationis Stolæ in tumulatione Cadaverum Peregrinorum*, & *Advenarum dandam eſſe Archipresbytero Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris Domini* cenſuerunt utraque &c.

TIBURTINA MANUTENTIONIS.

Veneris 22. *Iunii* 1714.

ARGUMENTUM.

Inter duos Compoſſeſſores illi ſemper debetur manutentio, qui prior in tempore fuit ad capiendam poſſeſſionem; Juri non repugnat, nec iniqua, ac rationabilis dicitur conſuetudo illa, ut Baro ſuccedat in omnibus bonis exiſtentibus in ſuis Caſtris, quoties eorum Poſſeſſores abſque legitimis heredibus decederent, cum iſta conſuetudo vehementiſſimum præbeat argumentum exiſtimandi, quod ut in pleriſque aliis Feudis contigit bona omnia de dominio Baronis priùs exiſterent, ac ſubinde Vaſſallis conceſſa cum hac reverſionis lege in caſum eorum obitus ſine legitimis ſucceſſoribus.

SUMMARIUM.

1 *Manutentia in concurſu aliorum compoſſeſſorum concedi ſemper debet anteriori*, & num. 10.

Et poſſeſſio in tempore poſterior nullatenus eſt manutenibilis num. 2.

3 *Conſuetudo ut Dominus, vel Baro ſuccedat in omnibus bonis exiſtentibus in ſuis Caſtris, quoties eorum poſſeſſores abſque legitimis heredibus decederent Iuri communi non repugnat. Et de ratione* num. 5. & ſeqq.

4 *Conſuetudo Hominum memoriam excedens apta eſt tribuere quemcunq; meliorem titulum de mundo.*

6 *Sententia lata cum legitimo contradictore, & ſuper eadem individuali materia nulli dubium eſt quin faciat ſtatum etiam quoad alios quaſcumque contra idem Ius ſic canonizzatum venire prætendentes.*

7 *Teſtibus omni exceptione majoribus, & in ſubſtantia concordibus, licet in expoſitione cauſæ ſcientię ſingularibus plena fides eſt adhibenda.*

8 *Poſſeſſio capta à Procuratore abſque ſpeciali mandato nequit preficere Principali.*

Præſertim ſi non conſtet de ratificatione ejuſdem poſſeſſionis per Principalem expleta num. 9.

DECISIO DCLXXV.

INnixus Domini Princeps Franciſcus Pius a Sabandia antiquiſſimæ conſuetudini in ejus Caſtris Sancti Gregorii, & Caſapis vigenti, qua Baro pro tempore eorumdem Caſtrorum ad integras hæreditates decedentium ab inteſtato invitatur quatenus nullos poſt legitimos hæredes relinquant, & ad ſolam medietatem, ubi iidem teſtamentarias condant tabulas, quod *Jus recadentiarum* nuncupatur, erepto ab humanis ſuperioribus annis Abbate Joſepho de Cruce abſque legitimis hæredibus, prævio hinc mandato in Curia eiuſdem Caſtri expedito de menſe Februarii anni 1709. poſſeſſionem bonorum omnium ſtabilium in dicto Territorio memorati Caſtri Sancti Gregorii ſitorum, ac ad hæreditatem prædicti Abbatis de Cruce pertinentium nactus fuerat; Sed cum ad eandem inteſtatam ſucceſſionem adſpirantes quoque tamquam proximiores DD. Marchio Philippus de Maximis, aliiſque, coæquale cum eo Jus in eadem ſucceſſione pretendentes, & eidem Marchioni uniti, eorumdem bonorum poſſeſſionem, quoque ſub die 23. Aprilis anni 1712. appræhendere non dubitaſſent, hinc contendente utraque Parte coram A. C. Anſidæo pro manutentione in prædictis bonis, ſuſpenſo petitorio, ea, exceptis nonnullis bonis emphyteuticis Reverendiſſimi Capituli Sancti Petri de Urbe, fuit in reliquis omnibus Domino Principi conceſſa, cum ſucceſſiva ſententia declarante nullam, inſubſiſtentem, & non manutenibilem poſſeſſionem per dictum Marchionem, & litis Conſortes appræhenſam, quæ ſententia in gradu appellationis *ad Sacrum Auditorium* unanimi conſenſu devolutæ, hodie meruit confirmari, reſcribentibus unanimiter *Dominis* — ; *Dandam eſſe manutentionem Baroni*.

Siquidem de poſſeſſione anteriori ejuſdem

D. Ba-

D. Baronis, ad nudos eujus anterioritatis tra-
mites in hoc ſummariiſſimo Judicio manuten-
1 tionis conceſſio regulari ſolet, ex paſſim fir-
matis, *ad Text. in §. Retinendæ inſtit. de inter-
dict. per Argel. de legitim. Contradict. quæſt. 2.
nu. 125., Poſth. de manut. obſervat. 12. nu. 1.,
& poſt eum Rot. in dec. 514. nu. 1. dec. 122. n. 1.
part. 9. tom. 1. recen., in Auximana, ſeu Ca-
merinen. Manutent. primæ Iulii 1709., §. Fun-
damentum coram R. P. D. meo Criſpo, & in Bo-
nonien., ſeu Ferrarien. Manutentionis 22. Iunii
1711. §. Verſamur, coram R. P. D. meo Al-
drovando* plene *Dominii* liquebat ex Inſtru-
mento poſſeſſionis per eumdem Dominum
Baronem captę uſque de menſe Februarii me-
morati *anni* 1709., *Summario ejuſdem num.* 2.,
quando e contra poſſeſſio, quam Dominus
Marchio de Maximis, eique adhærentes in-
dicabant, apparebat appræhenſa tantum de
anno 1712., *Summ. ejuſdem Marchionis num.* 2.;
2 Ideoque iſta tamquam in tempore poſterior,
nullatenus erat manutenibilis; ut uno ore pro-
ſequuntur, *DD. in l. 1. §. Interdictum autem,
ff. uti poſſidetis.*

Adſtipulante præſertim legitime captam
poſſeſſionem bono Iure, quo fulcitus videba-
tur idem Baro, reſultante ex memorata anti-
quiſſima conſuetudine ſuccedendi in omnibus
bonis exiſtentibus in Caſtris *Sancti Gregorii, &
Caſapis*, toties, quoties eorum Poſſeſſores abſ-
que hæredibus legitimis (quales in propoſito
aſſerebantur Pater, Mater, Filii, ac Fratres
in communi viventes) decederent ab inteſta-
to, vel in medietate, ubi ſcriptum relinque-
rent hæredem, quæ conſuetudo, nedum Iuri
3 non repugnat, ut in ſpecie tradit *Guilem. de
Benedict. in cap. Raynutius, verbo Uxorem no-
mine Adelaidam 5. dec. num. 286., & ſignanter
391.*, ibi -- *Et quod conſuetudo, quod Dominus
ſuccedat Pageſio, & homini ſuo valeat, tenet Ho-
ſtienſis &c.*, & inferius -- *Quod ſi fuerit conſue-
tudo Terræ, quod mortuo homine, ſine filio, Do-
minus totum accipiat, talis conſuetudo eſt ſervan-
da, & conſequenter dicitur in foro Conſcientiæ
tuta.* Sed uti memoriam omnem hominum
4 excedes apta eſt tribuere quecumque titulum,
quem meliorem de Mundo *Doctores* noſtri ap-
pellare conſueverunt, ut unanimiter volunt
*Canoniſtæ in cap. 1. de Decimis, ibique Gloſ. fina-
lis in aliquibus, verſic. Quia Clerici, & in ca-
pit. Super quibuſdam §. Preterea de verb. ſignif.,
Roland. conſil. 66. nu. 4. lib. 2., Menoch. lib. 3.
præſumpt. 121. nu. 44., Buratt. dec. 673. in fin.
Coccin. dec. 864. nu. 2., Rot. dec. 101. num. 5.
parte 10. rec.* Quinimmo in ſubjecta Fæudo-
rum Baronalium materia, vehementiſſimum
eadem conſuetudo inſinuabat argumentum
exiſtimandi, quod ut in pleriſque aliis fęudis
contigit, bona omnia de dominio Baronis
prius exiſterent, ac ſubinde Vaſſallis conceſſa,
cum hac lege reverſionis, in caſu eorum obi-
tus, ſine legitimis ſucceſſoribus ad certos, ut
ſupra gradus reſtrictis, omnino quoque ſer-
vanda, cum rebus ſuis quiſque leges ſibi bene-
viſas apponere poſſit, ad earumque obſervan-
tia ſic contrahentes, ab eiſque cauſam haben-
5 tes, & bona cum tali inſito onere tranſeuntia
poſſidentes ligentur, ut generaliter docent
Surd. conſ. 138., ubi in vim conſuetudinis di-
cit Baronem loci Corii ſuccedere ſubditis ſine
filiis, nulloque condito Teſtamento deceden-
tibus, *Molfes ad conſuetudines Neapol. parte 2.
tit. de Bonis*, & magis in ſpecie tuentur, *P.
Ioannes de Friburgo in ſumma confeſſ. tit. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. qu. 121. fol. 71., Column. prima in
fine, nec non addit. ad qu. 11. nu. 12.*

Hancque veriſimilem veritatem non obſcure
ſuadet illa recognitio, quæ quotannis fieri ſolet
a cunctis ſtabilia in dicto Caſtro Sancti Gregorii
poſſidentibus erga Dominum Baronem, eidem
tribuendo ovum unum pro quocumque bono-
rum corpore ab eis poſſeſſo in recognitionem
dominii, de qua recognitione Teſtimonium
reddunt Priores memorati Caſtri, *Summ. Baro-
nis num. 12.*

Hujuſmodi autem antiquiſſimam conſuetudi-
nem comprobare videbantur, nedum Teſtes
per dictum Baronem inducti, ac formiter exa-
minati, optimam eorum aſſertionum ſcien-
tiam reddentes, ac caſus præciſos individuan-
tes, quorum depoſitiones per extenſum affe-
runtur *Summ. num. 1.*, quibus adamuſſim con-
ſonant atteſtationes Priorum ejuſdem Commu-
nitatis Sancti Gregorii allatæ *in eodem Summ.
num. 8.*; Sed & indubitabilem efficiebant quam-
plures actus effectum ſortiri ab anno 1567., uſ-
que in præſens, ordine temporum ſucceſſivo
relati *in eodem Summ. nu. 10.*, ex quibus ple-
niſſime conſtabat *Dominis* hujuſmodi *recaden-
tiarum* Jus in viridi ſemper obſervantia a tam
longævis temporibus, quinimmo in contradi-
ctorio etiam Judicio Canonizatum extitiſſe, ut
præſeferebat ſententia Curiæ Epiſcopalis Ty-
burtinæ lata de anno 1708. in vim hujuſmodi
recadentiarum favore ejuſdem hodierni Domini
Baronis contra R. Thomam Calvum Archi-
præsbyterum Eccleſiæ Sancti Petri ejuſdem Ca-
ſtri prætendentem integram ſucceſſionem in
bonis quondam Tarquiniæ Cortarellæ, *Summa-
rio ejuſdem D. Baronis num. 7.*, quæ ſententia,
tamquam lata cum legitimo contradictore, &
ſuper eadem individuali materia, nulli dubium
eſt, quin faciat ſtatum etiam quoad alios quoſ-
6 cumque, contra idem Jus ſic canonizatum ve-
nire prætendentes *ad Text. in l. ingenuum 25. ff.
de ſtat. homin.*, cum ibi notatis, *Rot. coram
ſan. me. Gregorio XV. dec. 476. num. 9., & co-
ram Buratt. dec. 780. num. 8., Adden. ad eum
dec. 358., & dec. 41. num. 8. par. 19. tom. 1.
rec.*

Nec vim, aut efficaciam hujuſmodi rei Judi-
catæ in hodierno themate adimere valebat ani-
madverſio, quæ fiebat per ſcribentes pro D. Mar-
chione, quod nempe in dicta ſententia quæſtio

Digitized by Google

eſſet de bonis ſitis in Caſtro *Caſapis*, hodie vero
agatur de bonis ſitis in Caſtro *Sancti Gregorii*;
Quoniam utrumque Caſtrum ſub ejuſdem Baro,
nis Dominio exiſtere, iiſdem legibus, & ſignan-
ter memoratarum *recadentiarum* ſubjectum eſ-
ſe, deponebant iidem Teſtes, & ſignanter pri-
mus *ſub litt. BB.*, ac tertius *litt. XXX.*, &
comprobant quamplura Inſtrumenta relata in
prædicto *Summ. num.* 10., quæ ſingillatim re-
cenſere ſuperfluum eſt.

Eandem conſuetudinem mirifice etiam coa-
diuvabant tam Statutum ejuſdem Loci Sancti
Gregorii præſcribeos hujuſmodi recadentias in
memoratis caſibus favore Baronis, *Summar.
ejuſdem Num.* 6., quam venditionas ejuſdem
Fæudi, in quibus ſemper harum *recadentiarum*
Jura exprimi conſueverant, ot de viſu hujuſmo-
di Inſtrumentorum teſtatur primus Teſtis *litt.
S.*, & de auditu a ſuis majoribus, & ab anti-
quioribus dicti Caſtri affirmat tertius *litt. SSS.*
7 quibus Veſtibus tamquam omni exceptioe ma-
joribus, & in ſubſtantia concordibus, licet in
expoſitione cauſæ ſcientiæ ſingularibus, plenam
fore adhibendam fidem, docent *Bartol. in l. eos
col. 2. ff. de falſ. poſt gloſ. in cap. dudum in verb.
Subſtantia de converſione Conjug.*, *Alex. conſ.* 47.
num. 5. *lib.* 2., *Gabriel. de crimin. concluſ.* 4.
num. 20., *Sperell. deciſ.* 81. *num.* 52., *& Ludo-
viſ. deciſ.* 547. *num.* 9., *& ſeqq.*

Hiſce autem ſic formiter, ut ſupra conſtabi-
litis, nullum obicem facere viſa ſunt ea, quæ
pro impedienda dicto Baroni manutentione de-
docebantor per Scribentes pro D. Marchione
de Maximis, iiſque Conſortibus, non quidem
primum, quod poſſeſſio allegata per D. Prin-
cipem uti capta ejus nomine a Petronſellio abſ-
8 que ſpeciali mandato Procuræ nequeat ei profi-
cere, per *Text. in leg. §. Per Procuratorem, ubi
gloſ. in verb. acquiritur §. Et ſi poſſeſſio ff. de ac-
quir. poſſeſſ.*, *Corn. conſ.* 46. *num.* 11. *verſ. nec
reperitur cum concordantibus adductis per Poſth.
de manut. obſerv.* 71. *num.* 76. *verſ. limita* 9., *&
Rota poſt eumdem in dec.* 150. *nu.* 7., *necnon dec.*
612., *ac deciſ.* 122., *utrobique num.* 2. *par.* 9.
tom. primo Rec., præſertim non docto re inte-
gra, & in tempore habili de ratificatione dicti
actus poſſeſſorii per eumdem D. Principem ex-
pleta, quæ judicare poſſet ejuſdem animum; a
9 quo tota hæc poſſeſſionis materia dependet, &
regulatur, ut habetur in memorato *Textu in l.
1. §. Per Procuratorem*, addito altero *in l. quem-
admodum ff. de acquir. poſſeſſ.*, & docet *Rota id
deciſ.* 252. *num.* 4. *coram ſan. me. Greg. XV.*,
cum aliis in dicta deciſ. 122. *ſub num.* 9. *par.* 9.
tom. 1. *Rec.*

Etenim *Dominis* ſuperabundare viſom fuit,
quod talis poſſeſſio appræhenſa fuerit nomine
dicti Principis, ſive ſuæ Cameræ Baronalis ab
eodem Petronſellio uti ejus Miniſtro Generali,
ad hunc effectum retento, & habente facultates
omnes, quibus actus omnes utiles, & favora-
biles ejus Domino explere poſſet, ſtaote præ-
ſentia abſentia ejuſdem D. Principis, & actu
ipſo de ſui natura moram non patiente, ut nu-
per, ſcilicet *ſub die 27. currentis menſis, & an-
ni*, pendente extenſione hujus deciſionis, fir-
mavit *Tribunal in Romana manutentionis coram
R. P. D. meo Falconerio*, in qua reſponſum fuit
pro manutentione favore Franciſci, ejuſque filio-
rum de Torrentibus, non obſtante, quod per
Eccleſiam S. Antonini Luſitanorum, quæ po-
ſteriorem quoque cæperat poſſeſſionem, oppo-
neretur defectus mandati Procuræ ejuſdem
Franciſci in Hiſpaniis commorantis.

Minus officere exiſtimarunt alterum obie-
ctum fundatum, vel in inexiſtentia Statuti, cum
non exhiberetur origioal, ſed ſimplex tantum
particula per Cancellarium Loci exemplata,
quam non eſſe attendendam iidem Scribentes
pro D. Marchione cootendebant, vel in eiuſ-
dem Statuti incapacitate ligandi forenſes, &
Perſonas Eccleſiaſticas, cum non doceretur de
confirmatione Pontificis; Quoniam ut animad-
vertebant *Domini* dictum Statutum adminicu-
lative tantum fuerat a dicto Principe allegatum,
cum de cætero Ius *recadentiarum* principaliter,
& primario radicatum habeatur in antiquiſſima,
& Juri non repugnanti, ac judicialiter etiam
canonizata conſuetudine, per quam onus illud
uti reale infixum eſt bonis ipſis, & ad quoſcum-
que Poſſeſſores indiſtincte tranſit, non attenta
eorumdem Poſſeſſorum qualitate perſonali,
ſeu privilagiata, quoniam ipſis Perſonis tale
onus non eſt impoſitum, ſed bonis ipſis ac per
conſequens quęlibet Immunitas Perſonarum
apta non videbatur eximere ab hoc onere reali
prædicta bona, ut docuit etiam obſervantia, de
qua mentionem facit ipſum Statutum, ibi --
Si come è ſtato ſolito, e conſueto, & per Teſtes
prędictos formiter probata, per quam ſive age-
retur de hæreditate forenſium, ſive de Clericis
ſemper, & toties, quoties evenit obitus Poſ-
ſeſſorum huiuſmodi bonorum, indiſtincte Ba-
rones tale *recadentiarum* Ius ad actum deduxe-
runt, ut etiam evidentiſſime præſefert memo-
rata Sententia Curiæ Epiſcopalis Tyburtinæ
lata contra Archipresbyterum Eccleſiæ Sancti
Petri Caſapis, qoi cum fuiſſet hæres inſtitutus
a Tarquinia, integram boourum ab eo relicto-
rum poſſeſſionem prætendebat, tam uti Archi-
presbyter dictæ Eccleſiæ, quam uti Principalis
nomine proprio, & tamen ſuccubuit, ut pan-
dit ipſa Sententia in iudicatum tranſacta, ac
executioni, ut ſupponitur demandata: Quæ
omnia ſi ad victoriam Cauſæ in petitorio non
leve afferreot momentum, multo magis viſa
ſunt *Dominis* exoberare pro coloratione Poſſeſ-
ſorii Summariiſſimi pendentis anudo facto ante-
rioris poſſeſſionis, de quo unice hodie ad effe-
ctum elargiendæ manutentionis, quærebatur
ad paſſim firmata per *Canoniſtas in cap. licet cau-
ſam de probationibus*, *Bart. in l. Si duo in princ.
num.* 4. *ff. uti poſſidetis*, *Alexand. conſ.* 88. *num.*
40. *lib.* 5., *Menoch. de retinen. remed.* 3. *numer.*
723.,

723., & in terminis manutentionis datæ in vim antiquæ ſententiæ *Rota dec. 204. num. 3. par. 19. tom. 10. Recent.*

Atque hinc prætermiſſa indagine cęterarum oppoſitionum, quæ fuſe fiebant per Scribentes pro D. Marchione circa dicta Teſtium, eorumque ætatem ad probanda immemorabilem, cum notiſſimis requiſitis *Gloſſa in cap. primo verb. memoria de præſcript. in 6.*, ut aiebant inſufficientem, cæteraque, quæ per *Dominos* viſa ſunt omnino ad petitorium in actis ſuſpenſum reiicienda, *Manutentionem D. Baroni dandam eſſe iidem Domini cenſuerunt.*

Utraque &c.

PERUSINA IMMISSIONIS.

Lunæ 25. Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata conſtat ex non proſecuta intra legitima tempora appellationis cauſa, & neglecta actorum intra biennium tranſportatione.*

2 *Reſtitutio in integrum abſque læſione non datur.*

3 *Sexus differentia hodie de jure noviſſimo Codicis eſt ſublata.*

4 *Statutum excludens a Parentum ſucceſſione fæminas dotatas propter maſculos, an dotatio tali caſu præcedere debeat, vel etiam ſubſequi poſſit delationem hæreditatis.*

5 *Pater retinendo bona materna cenſetur nomine infantis Matris hæreditatem adiviſſe.*

6 *Onus dotandi filias inhæret primario, & principaliter Patri.*

Et illius dotatio ad Patrem tantum eſt referenda n. 7.

Et nonniſi in ſubſidium tenetur Mater n. 8.

9 *Fructus in Judicio interdicti quorum bonorum debentur a die ceſſati uſufructus.*

DECISIO DCLXXVI.

EX Perſona Sororis Hyacinthæ Monialis in Sæculo *Flaminia* defunctæ uſque de anno 1697. immiſſionem ex *interdicto quorum bonorum* ad nonam partem dotis ſcut. 6000. Vincentiæ illius matris, quæ novem filiis poſt ſe relictis deceſſerat, cujuſque uſufructu Sfortia Monteſperellus Vir, & reſpective Hiacynctæ Pater quouſque in humanis extiterat Jure permittente gaviſus fuerat, expoſtulaverat de anno 1700. Monaſterium Sanctæ Iulianæ Peruſiæ, in quo eadem Hiacytha profeſſionem emiſerat coram Gubernatore ejuſdem Civitatis adverſus Paulum Emilium Monteſperellium hæredem in ultimis Tabulis Scipionis memoratæ Hiacynthæ Fratris conſcriptum, ac eorumdem bonorum dotalium detentorem, votique compos evaſerat mediante ejuſdem Gubernatoris ſententia, qua decreverat immiſſionem pro indiviſo prędicto Monaſterio ad nonam partem Molendini Frumentarii poſiti in Parochia Montis Mellini in vocabulo *Ponte forcione*, cum omnibus ſuis Juribus, & pertinentiis, ac nonnullis Terrenis adiacentibus valoris in totum ſcutorum 1000., quæ in memoratæ dotis computum dictis Sfortiæ, & Vincentię Conjugibus fuerant ab hujus Parentibus conſignata, & penes præfatum Paulum Æmilium Monteſperellium reum Conventum exiſtebant, & pro complemento nonæ partis recenſitæ dotis ad ſcuta 6000., ut ſupra aſcendentis damnaverat hæreditatem dicti Sfortiæ Monteſperelli ad ſolutionem ſcutorum 555. 55. ⅓ & conſecutive demandaverat favore ejuſdem Monaſterii reſtitutionem fructuum pro dicta nona parte perceptorum a die motæ litis reſervatis eidem Monaſterio Juribus talibus qualibus pro conſecutione aliorum fructuum, quos ſibi ex perſona memoratæ Hiacynthæ perſolvendos a die obitus dicti Sfortiæ, & ceſſati uſufructus eidem uti Patri in bonis filiorum de Iure debiti, prætendebat.

Nec diſsimile, immo favorabilius Iudicatum reportavit idem Monaſterium ab A. C. ad quem provocante Paulo Æmilio, cauſa fuerat devoluta, quoniam nedum confirmationem primæ ſententiæ obtinuit, ſed aſſumpta per eumdem A. C. cognitione ſuper reſervatis in eadem prima ſententia condemnata fuit hæreditas dicti Sfortiæ Patris, & debitoris dotis ad reſtitutionem fructuum a die obitus ejuſdem Sfortiæ, ceſſatique ejus favore uſusfructus, pro ea tamen rata, quæ erat in ſtabilibus reſtituenda, qua ſecunda ſententia in rem Iudicatam, ob omiſſam intra biennium Actorum tranſportionem, poſtmodum tranſacta, ſed tamen Paulo Æmilio, non acquieſcente conſulti hodie Domini — *An conſtaret de re Iudicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum — Pro informante* — videlicet — *Conſtare de re Iudicata* reſcripſerunt.

Siquidem rem Judicatam incontrovertibilem faciebat non proſecuta intra legitima tempora appellationis cauſa, & neglecta Actorum intra
1 biennium tranſportatio ex paſſim firmatis per *Rot.*, & ſignanter in *deciſion. 7. numer. 2.*, & *deciſ.* 1237. *num. 1. coram Emerix* Iuniore, ac *deciſion. 78. numer. 2. Inter hactenus in Urbe impreſſas coram Me*, reſtitutionem vero in integrum denegandam ſuadebat nedum validitas, de qua nulla erat quæſtio, ſed & evidens ſen-
2 tentiarum Iuſtitia, cujuſcumque læſionis excluſiva, ſine qua eidem reſtitutioni locum non eſſe, monet *Text. in cap. 1. de reſtitut. in integrum*, & docet *Rota coram Celſo in deciſ.* 181. *num. 2.*, & *in Romana Cenſuum, & Cambiorum ſuper reſervatis* 12. Iunii 1713. §. *Res ſiquidem coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Iuſti-

Iuſtitia autem illico effulgebat ex cenſura
Textus in Leg. maximum vitium, *Codic. de liber.*
3 *præterit.* tribuente, ſublata ſexus differentia
æqualem Maſculis, ac Fœminis Succeſsionem
in bonis Parentum, & conſequenter cum eidem
Vincentiæ Matri novem ſuperfuerint filii, in-
ter quos prædicta Hiacyntha, Iure meritoque
Monaſterio in Perſonam Hiacynthæ repræſentanti
Immiſsio pro nona parte Dotis Maternæ con-
ceſſa fuerat ne inæquali Iure, cum cœteris Fra-
tribus, ac Sororibus cenſeretur contra ſancita
per *Textum in §. Si quis igitur authentic. de hæ-
red. ab inteſt. venient.*, *& §. Inteſtatorum Inſtit.
de hæreditat.*, *quæ ab inteſtat. defer.*, *ac in Leg.
4. Codic. de lib. præterit.* de quibus *Rota in deciſ.*
160., *& deciſ.* 187. *utrobique numer.* 1. *coram
Emerix Iunior.*

Nec difficultatem Dominis ingeſsit ſtatutaria
illius Civitatis diſpoſitio per quam mulieres
propter maſculos a Parentum, & Aſcenden-
tium Succeſsione arcentur; Animadvertebant
enim, quod cum ſtatutum excludat Fœminas
jam dotatas, quidquid dicendum, ubi quæſtio
fuiſſet de Succeſsione in bonis Patris, vel Avi
Paterni, quo caſu an dotatio præcedere debe-
ret, vel etiam ſubſequi poſſet declarationem
hæreditatis, variæ ſunt Doctorum ſententiæ,
aliis ſentientibus ſufficere futuram dotationem,
inter quos in præciſis terminis hujus ſtatuti
4 *Corn. in conſil.* 75. *numer.* 4 *libr.* 1. cœterique
relati per *Cardinal. de Luca diſcur.* 2. *ſub numer.*
8., *&* 9. *de ſucceſſ. ab inteſtat.*, quos etiam cum
eodem *Cardinal. de Luca approbavit*, & ſecuta
eſt, *Rota in deciſion.* 200. *a numer.* 3. 4., *&
ſeqq. part.* 13. *recentior.*, aliis vero exiſtimanti-
bus, quod pro fœminarum excluſione requira-
tur dotatio ante delatam hæreditatem, ut in iiſ-
dem terminis voluere *Bartol. in conſil.* 31. *in fine
libr.* 1. *Corn. conſil.* 74. *numer.* 7., *&* 8. *verſic.
Quod alia etiam ratione pariter lib.* 1., *& conſil.*
300. *numer.* 1. *libr.* 4. *Eugen. conſil.* 4. *numer.* 55.,
quos refert, & diverſimode ſentiens ſecuta eſt
indiſtincte eadem, *Rota in deciſ.* 112. *part.* 15.
recentior. nec non in *deciſ.* 160. *numer.* 3., *&
ſeqq.*, *&* 189. *numer.* 2., *& ſeqq. coram Emerix
Iuniore*; Sane in caſu hodierno, quo de mater-
na ſucceſsione agebatur nulla in Dominorum
animo hæſitatio eſſe poterat, quin firmiter exi-
ſtimarent, quod pro excluſione Filiæ ab hære-
ditate Materna, Dotatio omnino de tempore
delatę Succeſsionis adeſſe debuiſſet, cum ſta-
tutum diſcrete de hac ſucceſsione agat, & hu-
jus reſpectu pręſupponat fœminam iam dota-
tam, ut diſtinguendo admittit etiam idem
Cardinal. de Luca dicto diſcur. 2. *ſub numer.* 11.
de ſucceſſion. ab inteſtat., & conſtanter omni tem-
pore firmavit Tribunal, ut videre eſt in *deciſ.*
326. *numer.* 19., *coram Dunoz. Iunior. deciſ.* 264.
num. 19. *part.* 6. *deciſ.* 200. *num.* 8. *par.* 13. *&
deciſ.* 112. *num.* 23. *par.* 15. *rec.*

Et propterea, cum de tempore obitus Vin-
centię Matris ſecuti de anno 1622. Soror Hia-
cintha in Sæculo Flaminia indotata abſque con-
troverſia adhuc foret, dum ſolum de anno
1646., quo ſpirituale contraxit connubium,
dos ei in florenis 500. fuerat conſtituta, ideo
ad eiuſdem Matris Succeſsionem non obſtante
exiſtentia tunc temporis Iulii, & Scipionis eius
Fratrum cum iiſdem cœteriſque aliis Sororibus
erat æqualiter admittenda, ut in individuo *au-
thoritates omnes ſuperius allegatæ* præſcribunt.

Abſque eo quod de aditione Maternæ hæredi-
tatis per Flaminiam dubitari contingeret, dum
pro ea in pupillari ætate tunc exiſtente Pater re-
5 tinendo dicta bona Materna cenſetur nomine
Infantis Matris hęreditatem adiviſſe ex littera-
libus *Textibus in Leg. Si Infanti Codic. de Iur.
deliber.*, *& Leg. Qui in alieno. §. Sed & ſi ff. de
acquir. hæredit.*, *de quibus Bartol. in conſil.* 129.
numer. 2. *libr.* 1. *Corn. conſil.* 94. *numer.* 8. *libr.* 2.
cum concordantibus fuſe deductis in *dicta deciſ.*
326. *num.* 9. *coram Dunoz. Iun.*, *& dec.* 112.
num. 6. *par.* 15. *rec.*

Minoris relevantię pro inducenda Flaminię
ad coęqualem Matris Succeſſionem excluſione
viſa fuit oppoſitio, quod dos eidem Flaminię,
6 ſeu Hiacynthę conſtituta appareat, tam de bo-
nis paternis, quam Maternis, quoniam cum
onus dotandi filias inhęreat primario, & prin-
cipaliter Patri ad cenſuram *Text. in l. fin. C. de
Dot. promiſ. & leg. liber. ff. de rit. nupt. Surd.
conſil.* 290. *num.* 29. *Amat. reſol.* 23. *num.* 11.
par. 1. & ad tradita per *Rot. in deciſ.* 417. *num.*
7 22. *par.* 14., *& deciſ.* 486. *num.* 4. *par.* 19. *rec.*,
eadem idcirco dotatio veniebat ad Patrem unice
referenda, ut ponderat *Surdus in conſil.* 192.
num. 29., *&* 30. *Menoch. conſil.* 370. *num.* 9.
Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 3. *gloſſ.* 6. *num.* 2.
mart. med. deciſ. 57. *num.* 2., *&* 3., & in indi-
viduo huius ſtatuti conſimiliſque dotationis,
quę in bonis Paternis, & Maternis conſtituta
dicebatur *Rota in deciſ.* 218. *num.* 8. *& ſeqq. &
deciſ.* 358. *num.* 6., *&* 8. *par.* 14. *rec.*, nec ali-
ter de bonis Maternis in parte aſsignata cenſeri
poterat, niſi quatenus de impotentia Patris eiuſ-
8 que Patrimonii inſufficientia doceretur, ut re-
lato *Text. in Leg. fin. Cod. de dot. promiſ.* monet
Fontanell. de pact. nup. clauſ. 9. *gloſſ. unic. par.* 1.
num. 9., *& ſeqq. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 19.
nu. 8., *& ſeqq. Menoch. libr.* 3. *præſumpt.* 15.
num. 22. *Amat. reſolut.* 23. *num.* 10. *libr.* 1. cum
cœteris congeſtis *per Rot. in Tridentina bonorum,
ſeu Immiſſionis ſuper Legato Urſulæ* 12. *Martii*
1706. *§. Sed ubi etiam coram R. P. D. meo Scot-
to Almæ Urbis Gubernatore.*

Tantum autem aberat, quod per Paulum
Æmilium doceri poſſet de tenuitate, & inſuf-
ficientia Patrimonii Sfortiæ Patris, ut immo
eam de facto excluderet dos Lauræ alteri filiæ
longe etiam ex poſt ſcilicet de anno 1659. con-
ſtituta in ſcutis 2000., mille, ſcilicet ex bonis
Paternis, & mille ex Maternis, inveriſimile
enim omnino eſt, quod ſi de anno 1659. Pater
valuit ex proprio Patrimonio aſſignare cœteris
filia-

filiabus ſcut. 1900. impotens ſupponendus ſit antecedenter ſcilicet de anno 1646. ad aſſignandos Flaminiæ florenos 500., quæ ſumma tantum ſcuta 250. conſtituunt niſi de alicujus hæreditatis, ſeu donationis acquiſitione ipſi Patri poſtmodum ſuperventa, aut de alia cauſa, quæ ejuſdem ſtatum immutare valuiſſet per Paulum Æmilium doceretur.

Quo vero ad fructuum reſtitutionem pro ea rata dotis, quæ in ſtabilibus fuerat Vincentiæ aſſignata, & in ſtabilibus pariter ab hæredibus Sfortiæ illius Vir erat filiis dictorum Conjugum reddenda omniquoque Iuri conſona viſa eſt ſententia A. C. ſi enim illi non debebatur tanquam uſuræ dotales debebantur, & tanquam fructus recompenſativi Molendini de ſui natura fructiferi, ac in partem dotis, ut ſupra aſſignati, juxta firmata in *Terracinen. dotis 28. Januarii 1686. §. Quo vero coram Matthejo confirmat. ſub die 18. Iannarij 1704. §. Conſtabilita coram bon. mem. Omannu, & in Piſauren. dotis 16. Maii 1692. §. Conſideratum, & ſeqq. coram Eminentiſſimo Priolo impreſſ. apud Card. de Luc. de dot. deciſ. 38. num. 1., & ſeqq. lib. 6, tom. 1.*, & tanquam ſequela Iudicii petitionis hæreditatis *ex interdicto quorum bonorum*, in quo fructus à die obitus Sfortiæ quo ceſſavit uſusfructus ei-
9 dem debitus venire debere probat, *Rota coram Buratt. deciſ. 474. nu. 7., & dec. 843. nu. 2., & 3., & in rec. deciſ. 154. num. 3., & ſeqq. par. 18. & in memorata Tridentina bonorum, ſeu Immiſſionis ſuper ſucceſſione in bonis Philippi Jacobi, & Iſabellæ 15. Martii 1706. §. Firmata quantitate coram eodem Almæ Vrbis Gubernatore.*

Et ita Informante tantum Monaſterio &c.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS SUPER REINTEGRATIONE.

Lunæ 25. Iunii 1714.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Ex Bonis fideicommiſſariis vel ex utilitate vel ex neceſſitate conſumptis reintegrari non debet fideicommiſſum.*

2 *Fideicommiſſum non tenetur ad reficienda ſimplicia reaptamenta, & voluptuoſa melioramenta.*

3 *Legatarius antequam poſſeſſionem nanciſcat debet priùs conficere Inventarium, quo omiſſo compelli poteſt ad redditione rationis favore legitimi Succeſſoris.*

DECISIO DCLXXVII.

Demandata per tres conformes Sententias rei judicatæ auctoritatæ ſuffultas, & clauſula exequutionis præſervativa roboratas contra R. P. D. Petrum Aloyſium Carafam de Mayra reintegratione fideicommiſſi, ſeu legati per clar. mem. Cardinalem Carafam ordinati, ob non nullas locorum Montium, ac mobilium eidem legato ſuppoſitorum alienationes per eumdem R. P. D. Petrum de Mayra doloſe perpatratas, & eidem hodie adverſus prædictas Sententias denegata per noſtrum *Tribunal* tam reſtitutione in integrum, quam petita electione Periti, cum quibus dictas locorum Montium alienationes a dolo vindicare, & eorum pretium in neceſſariam Domuum fideicommiſſariarum reparationem, ac in legati utilitatem ceſſiſſe, oſtendere prætendebat, ut ex *deciſionibus* per me hodie contemporanee jam editis, conſequens erat, ut iuſtæ R. P. D. Petri Aloyſii Carafæ de Beluedere in eodem legato ſubſtituti inſtantiæ adhærerem, requirendo *a Dominis — In qua ſumma ſit facienda reintegratio legati*, qui cernentes nullam per R. P. D. Petrum Aloyſium de Mayra, licet pluries laceſſitum exhiberi defenſionem, forſitan ei non competentem, facile illius petitioni annuere voluerunt reſcribendo -- *Pro Informante juxta modum*.

Primo etenim loco occurrere viſa eſt alienatio locorum duodecim cum ſexaginta ſex centeſimis Montis S. Petri ſextæ erectionis, quam in primo momentaneo ingreſſu ad bonorum legato ſubjectorum occupationem contra poſitivam Teſtatoris prohibitionem ſub inſubſiſtenti, & falſo prætextu reparandi Palatium ad urſum poſitum decepto Iudice explere de anno 1696. non formidaverat, ut plene probant *deciſiones* quæ prædictas Sententias præceſſerunt, prima nempe 20. *Januarii* 1712. §. *Verum præterea cum ſeqq. coram Eminentiſſ. Priolo*, *ſecunda 13. Maii eiuſdem anni §. Præter autem cum duobus ſeqq., & tertia 6. Junii ejuſdem anni §. Ad locorum vero Montium*, utraque coram *R. P. D. meo Criſpo*, & in hodierna contemporanea *deciſione ſuper reſtitutione in integrum §. Supradictæ in ingreſſu coram Me*.

Subſequebatur *ſecunda* quinque locorum cum quinquaginta octo centeſimis eiuſdem Montis diſtractio, ad quam de anno 1701. devenerat prædictus R.P.D. de Mayra tam pro conſtruendo Repoſitorio vulgo *Guardarobba* in eodem Palatio ad urſum, quod ſimpliciter neceſſarium fore Iudici ſuppoſuerat, quam pro reparanda altera Domo fideicommiſſaria ad Paſquinum ſita, exhibens ad ideatæ neceſſitatis comprobationem conſuetam peritiam per ipſummet ad eius placitum confectam, & per nimia facilem Architectum cœca fide ſemper ſubſcriptam; quam alienationem doloſam omnino extitiſſe, ideoque de ea reintegrandum omnino fore legatum, plene convincunt eædem *deciſiones* ea nimirum *Eminentiſſimi Prioli* in *§ Minime prætereundo*, *prima R.P.D. mei Criſpi* in *§. Verum hic non ſtetit*, & ſecunda *§. Ad*

loco-

locorum vero, & in *mea* Eadem §. *Supradicta verſ. ſucceſſive*.

Tertio lnco ſe nſſerebat alienatio unius loci cum 29. centeſimis eiuſque Montis iiſdem artibus, & dolo de anno 1704. peracta, affingendo apud Iudicem prn extorquenda diſtractinnis permiſſione, quod prn perfectione Repoſitorii ultra ſcuta 430. ex ſecunda alienatinne in eandem cauſam retracta, adhuc requirerentur alia ſcuta 148. 80., quam alienatinnem doloſe, & abſque ulla neceſſitate peractam, ſatis ſuperque nſtendunt memoratę *deciſiones Eminentiſſimi Prioli ſub* §. *Minime prætereundo*, & in primo *R. P.* D. *mei Criſpi* §. *Verum hic poſt med.*, & in ſecunda *deciſione* §. *Ad locorum vero*.

Poſtremo tandem loco recenſebatur diſſipatio locorum duorum cum triginta quatuor centeſimis Mnntis Sancti Petri ſeptimæ erectionis, quam de anni 1705., & 1706. idem R.P.D. de Mayra peregerat ſub magis inſubſiſtenti, & in anteacta ſecunda, & tertia alienatione ſub ſilentio ſemper prætermiſſo prætextu, quod pro primis reparatinnibus, nb quas de anno 1696. obtinuerat diſtractionem locorum duodecim Mnntium, ultra, inquam, ſcuta 1506. 54., quæ ex eorumdem locnrum venditione retraxerat, opus adhuc fuiſſet aliis ſcutis 272., ideoque exhibita parata ſemeer Peritia eiuſdem Architecti jurantis in verbo Magiſtri, facile eidem fuit a R.P.D. Petra mandatum extorquere pro memoratorum locorum duorum cum 34. centeſimis diſtractione, quam pariter alienationem uti dolnſam, & omni iure adverſantem damnant toties memnratas *deciſiones Eminentiſſimi Prioli ſub* §. *Minime prætereundo* poſt medium, *& R. P. D. mei Criſpi* nempe prima *ſub.* §. *Verum hic*.

Neque R. P. D. Petro Alnyſio de Mayra quidquam proficere hodie valuiſſet repetitio pluries facta, & ſemper rejecta ſive neceſſitatis reparatinnum, quibus utramque Domum fideicommiſſariam indiguiſſe decantabat, ſive melinrationis eorumdem bonorum, ob quam uberiores fructus in evidens legati commodum percipi dicerentur, quibus in caſibus de fideicommiſſariis capitalibus, vel ex neceſſitate, vel ex evidenti utilitate conſumptis nullam faciendam eſſe reintegrationem mouent *Menoch. de arbitrar. caſ.* 182. *per tot.*, *Mngon. dec. Lucen.* 33. *pariter per tot.*, *Rot. dec.* 310. *num.* 9. *part.* 12. *recent.*

Qunniam de ea neceſſitate ad bujuſmndi diſtractiones requiſita nullatenus conſtare in memnratis deciſionibus *Domini* pluries animadverterant, cum pecuniæ ex locorum Montium alienatlonibus retractæ in proprium R. P. D. Mayræ commodum ceſſiſſent, & rurſus ea notulis per R. P. D. de Mayra exhibitis, & per binos primarios Urbis Architectos recognitis plane emicuerat agi de ſimplicibus reaptamentis, & voluptuoſis melioramentls nulla-

2 teous per fideicommiſſum reficiendis, per ea, quæ in propoſito tradunt *Bard. in l. ſi. fundo nu.* 11. *verſic. ſi autem ff. de rei vindicat.*, *Aretin. in* §. *certe verſic. pro voluptuariis inſtitut. tit. de rer. diviſ. & in l.* Impenſæ 79. *ff. de verb. ſignificat.*, ubi de incruſtationibus parietum, lnricationibus, picturiſque *Peregrin. art.* 50. *n.* 54., *Rot. dec.* 250. *nu.* 5. *part.* 7. *rec.*, *Buratt. deciſ.* 834. *num.* 12., *& deciſ.* 319. *nu.* 10. 11. *&* 12. *part.* 9. *rec.*, & quatenus aliqua ſumma in reaptamentis mere neceſſariis vere impenſa extitiſſet, vel pro ea jam ſatisfactionem fuerat R. P. D. de Mayra aſſequutus mediante imburſatione, & appropriatione illorum ſc. 800., quæ retracta ex legati fructibus pendente lite collectis in prædictarum reparationum uſum *Sacra Rota* deſtinaverat, ubi quid minimum idem R. P. D. de Mayra impediſſet, nulla adhuc ei orta actio dici poterat pro eo ex fideicommiſſi bonis repetendo, cum tam de Iure, quam ex *Sacra Rota* præcepto ſimilia reaptamenta forent ex fructibus conficienda, ut plene probavi in alia Contemporanea *deciſione* in eademmet Cauſa ſuper electione Periti hodie per *Me* edita *in* §. *Verum animadvertentes in fin.*

Abſolutio examine alienationum locorum Montium, ſupererat reintegratio per R. P. D. Petrum Alnyſium de Beluedere expoſtulata Argentnrum; mobilium, & ſuppellectilium in hæreditate clar. mem. Cardinalis Legantis repertorum, & in ejuſdem Inventario deſcriptorum, de quibus ratio a R. P. D. de Mayra annuentibus juremerito *Dominis exigebatur*: Cum enim tam ex Teſtatoris, quam *Sacra Rota* præcepto aſtringeretur memoratus R. P. D. Mayra; antequam legati poſſeſſionem nanciſceretur, ver viam etiam conditionis ſuſpenſivæ, exactum, & legale conficere Inventarium, hinc eo nmiſſo, ſicuti Juſtitia impellente a legati commodum cecidiſſe per tres conformes Sententias declaratus fuerat, ita eximi hodie nequibat, quin de argentis, mobilibus, & ſuppellectilibus in d. Teſtatoris Inventario deſcriptis, quæque ad ejus manus una cum cæterorum bonorum occupatione perveniſſe cenſenda ſunt, & cujus negativam attenta d. omiſſione
3 juſtificare amplius non valebat, rationem reddere ſucceſſori legitimo compelleretur, ex firmatis per *Peregrin. de fideic. art.* 75. *nu.* 22., *& ſeqq.*, *Gratian. diſcept.* 570. *nu.* 21., *&* 22., *Rot. coram* Dunoz *jun. dec.* 846. *num.* 25. *coram Merlin. dec.* 265. *nu.* 5., *&* 6., *& coram Ninot. dec.* 37. *nu.* 6., *nec non in rec. dec.* 185. *nu.* 21. *part.* 10. *& dec.* 232. *nu.* 4. *par.* 19., *& in Camerinen. fideicomm.* 2. *Junii* 1687. §. *Qua præſumpta coram Hervavalt.*, *ac in Bononien.*, *ſeu Imolen. Bonorum ſuper bono jure* 11. *Iannar.* 1694. §. *Et licet coram bon. mem. Urſino*.

Eorumdem autem mobilium, & argentorum deficientia, prn quorum pretio *Sacrum Tribunal* relaxandum eſſe mandatum hodie cenſuerat, reſervatis juribus R. P. D. Inſtanti

pro-

pro conſequutione ulterioris crediti, quatenus aliæ alienatinnes detegeretur, reſtringebatur ad integrum periſtroma oloſericum coloris punicei cannarum 31. valoris ſc. 32. 84. cum trinis aureis eidem ſuperpoſitis valoris aliorum ſcutorum 26. 47.; Deſiderabantur quoque trinæ, & frangiæ pro duodecim ſedibus appretiatæ in ſcutis 16. 32., nec non aliud Paratum oloſericum coloris viridis valoris ſcutorum 15. 20. Deerant inſuper petia ſex Auleorum, vulgo *ſopraporte* pretii ſcutorum 28. 80. aliæque trinæ, ac frangiæ æſtimatæ in ſcutis 8. 60. ex argentis vero deficiebat vicens aureatus & Malvius vulgo *Bacile* pariter de aureatus, quorum pondus valorem ſcutorum 98. æquabat; Poſtremo tandem plura deerant mobilia adnotata in quadam æſtimatione peracta per Franciſcum Brochium de ordine ejuſdemmet R.P.D. Petri Aloyſij de Mayra, quæ omnes ſummæ ſimul ſumptæ, ſcuta 2942. 80. efficiebat, *pro quibus relaxandum eſſe mandatum* hodie *Domini* cenſuerunt.

R.P.D. Petro Aloyſio Carafa de Belvedere tantum informante.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 25. *Iunii* 1714.

ARGUMENTUM.

Liquet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Fructus ſunt reſtituendi non a die motæ litis, ſed productionis Jurium.*

Sac. tamen Rota *modernieis receſſit in caſu alicujus fideicommiſſi particularis demandando reſtitutionem fructuum non a die tantum motæ litis, ſed a die purificationes, & de ratione* num. 2. *Declara* n. 3. & ſeq.

3 *Sine interpellatione dominium a vocato ad fideicommiſſum tolli nequit.*

DECISIO DCLXXVIII.

CUM immiſſionem ad Bona legato Cardinalis Petri Aloyſii Carafæ ſuppoſita, ejecto R.P.D. Carafa de Mayra, tanquam injuſto eorumdem detentore per tres conformes ſententias cum clauſula *ſine præjudicio* canonizatas ſumma facilitate obtinuiſſet R. P. D. Petrus Aloyſius Carafa de Belvedere, parique, & conſequutiva Juſtitia etiam reintegrationem ad loca Montium, & mobilia, ac argenta per eumdem R. P. D. Carafam de Mayra alienata ſibi decerni obtinuiſſet, ut ex ſententia A.C. ac ex *deciſionibus coram Eminentiſſimo Priolo, & R. P. D. meo Criſpo* editis, & ſententiis ad earum normam promulgatis, liquebat, earumque in ſequelam, a me pariter hodie explicari obtinuiſſet, in qua ſumma eadem reintegratio peragenda foret, ut ex altera *mea* contemporanea *deciſione* ſuper reintegratione hodie pariter exarata, cernens omnia ſibi e voto ſuccedere, in ſpem quoque hodie erectus fuerat tentandi, num fructus etiam ante motam ſuper legati caducatione litem per R. P. D. de Mayra perceptos aſſequi valeret, ſed propoſito per me hodie ad ejus inſtantiam dubio *An ſint reſtituendi fructus ante motam litem, & in qua ſumma, Dominis* adeo a Jure devians viſa eſt petitio, ut quamvis pro parte R. P. D. de Mayra nullæ afferrentur defenſiones, nihilominus *contra Informantem* reſpondere non dubitaverint.

Inconcuſſa enim videbatur Iuris regula non cogendi reos, qui in Iudicio ſuccubuerint ad aliam fructuum reſtitutionem, quam a die motæ litis, & quidem non ſimpliciter, & illico poſt cœptum ſub expeditione, & intimatione monitorii, aut cujuslibet citationis Iudicium, ſed a die, qua mediante Iurium productione intentionem ſuam fundaverit Actor, & certiores de non jure ſuo facti Rei in omnimoda mala fide repoſiti ad divexandum tamen injuſta obſtinatione Actorem litem injuſtam ſubſtinere non reformident, juxta ejuſdem noſtri *Sacri Tribunalis* ſententiam, quam amplexum eſt *in deciſ.* 226. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 18. *rec. in Romana hæreditatis de Lanuviis* 6. *Junii* 1695. §. *Cum enim coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore. in Avenionen. ſeu uaſionem Primogeniture* 16. *Ianuarii* 1696. §. *Non obſtat coram clar. mem. Card. Caprara*, & recentius mature diſcuſſio articulo in *Beneventana fructuum* 13. *Maii* 1712. *coram Me*.

Et quamvis ab hac generali regula modernius recedere conſueverit *idem Tribunal* in caſu purificationis alicujus fideicommiſſi particularis, demandando reſtitutionem fructuum non a die tantum moti Iudicii, & petitæ per hæredes fideicommiſſarios immiſſionis, ſed a die purificationis ejuſdem fideicommiſſi, ſub ea particulari ratione, quod cum in hoc caſu dominium recta via tranſeat in fideicommiſſarium particularem etiamſi iſte fuerit negligens in adeunda, & acceptanda hæreditate, tamen poſt eam aditam, & acceptatam quod effectum lucrandi fructus, ea aditio, & acceptatio ad diem purificationis particularis fideicommiſſi retrotrahantur, non curata bona, vel mala illud intermedie poſſidentis fide, eo quia petionis vices lex ipſa in hoc caſu ſupplere cenſeatur, ſequendo opinionem *Pauli de Caſtr. in conſ.*
a 413. *Covarru. var. reſolut. cap.* 9. *ſub num.* 5. *ergaſin. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 10. *a num.* 30. *ad* 34. *Andreol. controv.* 220. *num.* 1. *Merlin. Pignatell. controv. cent.* 2. *cap.* 61. *num.* 2. *Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 49. *num.* 103. *Mant. de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 18. *art.* 8. *num.* 7. *& ſeqq. Mareſcott. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 96. *num.* 5. *& ſeqq. Call. de fruct. diſput.* 17. *per tot. Camerell. delegat. lib.* 12. *cap.* 3. *num.*

num. 2. Balducc. deciſ. & rer. jud. cat, tit. 3. deciſ. 40. num. 31. Antonell. de tempor, legal. lib, 4. cap. 14. num. 49. Staiban. de intereſſ, lib. 2. tit. 7. quaſt. unica num. 5. & ſeqq. cum concordan. per Rot. cor. Pan. juxta impreſſ. Lugdun. deciſ. 920. num. 2. & 4. & deciſ. 51. nu. 3. coram Eminentiſſimo Priolo, & in Avenionen. ſeu vaſionen, Primogenituræ 10. Maii 1694. §. fin. coram clar. mem. Card. Caprara, & recentius in *Romana Domus, ſeu Palatii ſuper negocio principali 31. Iannarii 1710. §. Sublatis, & ſuper fructibus 10. Decembris ejuſdem anni §. Reſpiciendo, nec non ſuper fructibus quod reſervata 13. Martii 1711. §. Iam ſine controverſia*, ubi innumeri idem ſentientes cumulantur, & plurimæ Tribunalium ſententiæ referuntur, nec *non in eadem 22. Iunii ejuſdem anni §. Non videbatur in cunctis coram R. P. D. meo Criſpo*.

Attamen in longe diverſis terminis rem hodie agi *Domini* animadverterant; non enim quæſtio erat de purificatione fideicommiſsi particularis ea ſui natura ob gravati obitum evenientis, quo caſu bene dici poterat, quod cum recta via dominium in fideicommiſſarium tranſeat, lex ipſa pro fideicommiſſario particulari ad effectum fructuum poſſeſſorem interpellet, ſed agebatur de vocato ad dictum fideicommiſſum particulare, & quidem poſsidente poſt adventam eiuſdem legati purificationem, pro quo privando ob incurſam caducitatis pœnam neceſſario omnino erat ſubſtituti petitio, & Iudicis declaratio ſuper facto incurſus in eandem pœnam, ideoque non antea fructibus, ad quos percipiendos legitimo alloquin vocationis, & purificationis titulo R. P. D. de Mayra nitebatur ſuffultus, privandus erat, quam in mala fide omnino inexcuſabili per interpellationem fuiſſet conſtitutus ſine qua interpellatione nec
3 ipſum dominium ab eodem vocato avelli potuiſſet iuxta animadverſa per *Rot. in deciſ. 558. num. 4. & ſeqq. par, 19. rec.*

Et licet in caſu *deciſionum* in prædicta *Romana Palatii a R. P. D. meo Criſpo* editarum, ageretur quoque de reſtitutione rerum fideicommiſſariarum ex cauſa earumdem alienationis, ad ſubſequentem vocatum devolutarum, attamen admittere tunc videbatur *Sacr. Rot.*, quod ubi ageretur de pœnalitate, ſeu caducitate incurrenda in omnibus bonis fideicommiſſo particulari ſubiectis, quamvis aliqua tantum pars fuiſſet alienata, tunc fructus non deberentur niſi a die factæ interpellationis ſubſtinendo decretum reſtitutionis fructuum a die purificati fideicommiſsi in eo caſu prolatum ſub duplici circumſtantia in hodierno caſu non concurrente, altera nimirum quod caducitas in eo caſu incurſa favore ſubſtituti non egrediebatur bona alienata, non vero extendebatur ad alia bona non alienata, & ideo non poterat dici alienanti inflicta pœna, ſed tantum agebatur de ſimplici devolutione rei alienatæ ad ſubſtitutum, itaut potius mereretur nomen purificatæ conditionis, ſub qua ſubſtitutus fuerat vocatus iuxta diſtinctionem *Card. de Luca de fideicommiſſ. diſc. 157. num. 8. §. Ac ulterius, & diſc. 158. ſub num. 5. cum aliis*, & altera quod in memorato dictarum *deciſionum* caſu clara, & litteralis erat devolutio ad ſubſtitutos in caſu contraventionis per Teſtatorem demandata, quæ apta erat alienantem in ipſo alienationis actu in mala fide conſtituere, ut videre eſt in dicta *Romana Domus, ſeu Palatii ſuper fructibus, quod reſervata diei 22. Iunii 1711. §. Nihil relevante, & ſeqq.* Ideo nil mirum ſi reſtitutio fructuum a die purificati fideicommiſsi fuerat in eo caſu decreta.

Non iuvante replicatione, quæ fortaſſe per R. P. D. Petrum Aloyſium de Belvedere ſubiungi valuiſſet, quod nimirum ſi a mala fide ſimpliciter pendere deberet fructuum reſtitutio, in claris undequaque poſitum foret Ius ſuum, eo quia ignorare nequiiſſet R. P. D. Carafa de Mayra, quod poſſeſsionem legati adipiſcendo non datis prius fideiuſſoribus de bonis legati non diſtrahendis, & non confecto Inventario, ac ſucceſsive eredem bona alienando, a dicti legati commodo cadere illico debuiſſet, cum ob conſimiles omnino omiſsiones, & commiſsiones ab eiuſdem legati poſſeſsione R. P. D. Franciſcum Carafam ipſemet antea deturbaſſet, quoniam duplex occurrebat reſponſio, altera nimirum ſupra allata, quod cum agatur de incurrenda caducitatis pœna præcedere ſemper debeat Iudicis declaratio ſuper facto, & interpellatio, ſine qua dominium non avellitur a poſsidente, & non niſi poſt avulſum dominium fructus ab alienatario reſtituendi ſint, præſertim cum agatur de caducitate incurſa etiam in bonis non alienatis, quo caſu nullus videtur allegari poſſe Doctor, qui firmet fructus a die purificationis deberi; Et altera, quod non ita patens erat mala fides R. P. D. Petri de Mayra, ut in ipſo actu adeptæ poſſeſsionis legati cauſare valeret fructuum reſtitutionem, allegabat enim ſe in præcepti Teſtatoris implementum duos præſtitiſſe fideiuſſores, & deſcriptionem bonorum legato ſubiectorum exaraſſe, alienationes vero titulo neceſſariarum raparationum in domibus fideicommiſſariis præſtandarum, & melioratæ fructuum perceptionis colorabat, quibus ſe a caducitate tutum exiſtimabat, quæ etſi eidem non profuerint ad finem conſervandæ poſſeſsionis legati, tamen negari nequit, quod ea non exuberent, ut antequam a Rev. P. D. Petro Aloyſio de Belvedere interpellaretur, fructus interea faceret ſuos, ut in propoſito ratiocinantur Doctores *in leg. bona fidei emptor ff. de acquir. rer. domin. Rot. deciſ, 1168. ſub num. 3. coram Seraphin, & in Tiraſonen. decimarum 5. Maii 1608. coram Card, Lugdunenſi impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. Mantic, deciſ. 172. num.* 6. cum non requiratur ad hunc effectum poſitiva bona fides, ſed ſufficiat abeſſe malam, ut adducto *text. in leg. ſed etſi lege, §. Scire, ibique Doctor. ff. de petit. hæred. in propoſito docet Rot. in*

deciſ.

Google

deciſ. 588. *num.* 9. *par.* 19. *tom.* 2. *recentior.*

Addente aliquo ex *Dominis*, quod ſupra adicta certa omnino, & æqua videbantur ex iis, quæ contra R. P. D. Franciſcum fuerant ſervata, a quo R. P. D. de Mayra fructus ante motam litem perceptos expoſtulare auſus non fuerat, unde cum eiuſdem R. P. D. de Mayra veſtigia ſequi profeſſus fuerit idem Rev. P. D. Petrus Aloyſius de Belvedere, æquum videbatur, ut & in hoc illius geſtis non adverſaretur.

Et ita *contra* R. P. D. Petrum Aloyſium Carafam de Belvedere tantum *informantem* reſolutum fuit.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS SUPER ELECTIONE PERITI.

Lunæ 25. *Junii* 1714.

ARGUMENTUM.

Quæ impenſæ ab herede fidæicommiſſario reficiendæ ſint gravato pro reparatione bonorum, & Domuum fideicommiſſariarum Electio Periti concedenda non eſt, ſi expoſtuletur ad probandas id, quod probatum nullo modo proficeret, quodque ex aliis probationibus haberi poteſt.

SUMMARIUM.

1 *Immune eſſe debet a reintegratione fideicommiſſi, quod fuit neceſſario impenſum in illius bonis.*

2 *Impenſæ utiles, & modici valoris non ex capitalibus, ſed ex fructibus fideicommiſſi fieri debent,* & nn. 3., & 4.

5 *Res judicata etiam a non citato impugnari nequit.*

6 *Periti electio petita ad effectum probandi, id quod probatum nullo modo proficeret eſt omni jure deneganda*, & n. 9.

7 *Melioratio domus metienda eſt ex augumento penſionum.*

8 *Gravato non competit alia actio pro expenſis, quam pro illis, quæ fundum fideicommiſſarium pretioſiorem reddunt.*

DECISIO DCLXXIX.

CAnonizata per tres conformes ſententias caducatione R. P. D. Petri Aloyſii Carafa de Mayra a toto Legato per Cardinalem ejuſdem nominis Carafam favore per Cardinalium, & Prælatorum ejus familiæ Romæ commorantium ordinato, ob omiſſum nimirum Inventarium, & non præſtitas ante adeptam poſſeſſionem idoneas fidejuſſiones à Teſtatore per viam ſuſpenſivæ conditionis præſcriptas de non hypothecandis, aut quomodocumque diſtrahendis legati bonis, ac ob doloſas poſt nactam poſſeſſionem plurium locorum Montium, & mobilium alienationes, ſe gravatum adhuc exiſtimans prædictus Petrus Aloyſius de Mayra, novam idcirco commiſſionem à *Signatura Juſtitiæ* imploraverat, quam tamen non niſi cum clauſula *ſine præjudicio* exequtionis præſervativa eidem placuit elargiri, qua mihi directa, quatuor dubia partim ad inſtantiam appellantis, & partim R. P. D. Petri Aloyſii Carafa de Beluedere appellati ſubſcripſeram; Primo nempe — *An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum*; *Secundo an ſit locus electioni Periti. Tertio in qua ſumma ſit facienda reintegratio legati. Quarto* demum — *An ſint reſtituendi fructus ante motam litem* — Cum autem poſt reſolutionem primi dubii in contumaciam appellantis informare recuſantis emanatam, ut ex *deciſione* per *Me* hodie contemporanee edita, propoſuerim & ſecundum, nempe — *An ſit locus electioni Periti*, ſuper quo ſub die 12. *Junii anni proximi præteriti* ob votorum ſciſſuram nulla capta fuerat reſolutio, *Domini negativum* edere reſponſum non dubitarunt.

In memoriam ſiquidem revocaverant Patres, quod duplex erat R. P. D. Petri Aloyſii de Mayra objectum, ſive motivum implorandi electionem Periti, alterum nempe, quod exiſtimans potiſſimam, ac principaliorem rationem infligendæ caducitatis pœnæ deſumptam extitiſſe ex doloſa locorum Montium alienatione, & ejuſdem pretii in proprium commodum converſione ſe ope, & miniſterio prædicti Periti oſtenſurum clamabat, quod totum, & integrum eorumdem locorum Montium diſtractorum pretium fuerit in Domus, & Palatii fideicommiſſarii reparationibus, & ſic in cauſa Judici expoſita, realiter, & effective implicatum. Alterum vero, quod ſuppoſito etiam, quod *Dominorum* ſententia ſuper caducatione a legato foret immutabilis, cum tamen conſecutive ad illam diſputandum foret — *in qua ſumma ſit facienda reintegratio legati*, ut in tertio dubio per me ſubſcripto, indeclinabilis redderetur præambula dicti Periti electio, a quo præventive ad dicti tertii dubii diſputationem *Sacrum Tribunal* inſtrui valeret, quid, & quantum ex memoratis locis Montium in neceſſariis, vel penſiones augentibus reparationibus fuerit per R. P. D. Petrum Aloyſium de
1 Mayra realiter impenſum, quod per conſequens a prætenſa reintegratione evadere deberet immune, juxta in conſimilibus materiis notata per *ſcribentes in l. filius familias* §. *Divi verſic. ſecundo caſu ff. de legat. primo Rot. deciſ.* 310. *nu.* 9. *part.* 12. *rec. Burſatt. conſil.* 151. *nu.* 11. *lib.* 2. *Cephal. conſ.* 311. *num.* 13. 16. & 17. *juncto num.* 78., & *ſeqq. lib.* 3. *Bald. conſ.* 20. *lib.* 2. *Magon. dec. Lucen.* 33. *nu.* 8. & *ſeqq. Conazan. dec.* 34. *in fin.*

Verum animadvertentes *Domini*, quod hujuſmodi Periti electio, vel inutilis foret evaſura, eo quia ſi agatur de conſtructione Repoſitorii, vulgo *Guardarobba*, quod aſſerebatur Palatii penſiones auxiſſe in annuis ſcutis 18. nulla Pe-

iıı opera opus fore videretur, cum ıııuı augumentum, ex locationum Inſtrumentis, quæ dictum opus præceſſerant, & poſtmodum ſubſequuta erant, poſſet facillimc comprobari, & de eo particulariter in diſputatione quarti dubii agendum foret, præcipuc quod cum de præſcoti dd. penſiones non exiſtant auctæ oiſi in ſcutis tribus, & ex boc detur intelligi, quod talc diſpoſitorium oullam durabilem, & perpetuam utilitatem fideicommiſſo ſit allaturum, ſed ſolum faciliori locationi Palatii de- 2 ſervire valeat, iſtæ propterca impenſæ, non ex Capitalibus, ſed ex fructibus fieri debebant, cx litterali *Text. in l. fin. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.*, & firmant *Paulut. diſſert. 34. n. 13. Gratian. diſcept. 778. num. 1., & ſeqq. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 513. Angell. de impenſ., & melioram. art. 4. nu. 17. Rot. dec. 176. nu. 43. parte 6. dec. 363. num. 10. parte 11. rec. & in dec. 23. nu. 29. juxta hactenus in Urbe impreſſ. coram me*; ſi vero dc reliquis reparatiooibus in eodem Palatio factis quæſtio eſſet, cx quo indubitabilc apparuit notabiles pecuniarum ſummas fuiſſc per bon. mem. Marchioncm Pallavicinum io dicti Palatii melioratione de proprio impenſas, fruſtranea Periti foret electio, niſi prius diſtinctim indicarentur quę, & qualia melioramenta memoratus Marchio Inquilinus expleverit, quæque R. P. D. Carafa de Mayra locator propriis effici ſumptibus curaverit.

Adhuc in omnem caſum ſemper hujuſmodi Peritiam in oihilo fore eidem R. P. D. Carafa de Mayra profuturam exiſtimaverant: Tum quia cx computis cxhibitis agi videbatur, vel de voluptuoſis melioramentis, vcl dc ſimplicibus reaptationibus, pro quibus Legatarius Capitalia legati diſtrahere prohibebatur, cum ea nedum de jure ſed & vigore poſitivi *Sacræ Rotæ* præcepti forent cs fructibus perficienda, ut re- 3 ſpectu primæ propoſitionis docent *Menoch. de arbitr. caſ. 182. nu. 18., & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 544. num. 7. Peregrin. de fideicomm. art. 50. nu. 21. & nu. 39. & 76. Ridolphin. allegat. jur. 115. nu. 107. Magon. dec. Lucen. 33. nu. 8. & ſeqq. Rot. coram Bich. dec. 75. num. 7.,* 4 *& ſeqq.* & de ſecunda liqucbat ex ſententiis Rotalibus *bon. mem. Pii, & Emerix Jun.* contra R. P. D. Franciſcum latis, ac in judicatum tranſactis, quæ ſicuti a neminc etiam non citato impugnari non valerent ad *Text. in l. Ingenuum ff. de ſtat. homin.* multo minus contro- 5 verti poſſent a R. P. D. de Mayra, qui illas adverſus prædictum R. P. D. Franciſcum obtinuerat, eorumque vigore bonorum legato ſuppoſitorum poſſeſſiooem nactus fuerat, ita docente *Text. in l. ſi ſenſus plurium 53. §. Si hæreditatis ff. de legat. primo, Rot. dec. 399. nu. 7. & 8. par. 11. & dec. 676. nu. 12. par. 18. rec.*

Sed quod magis magiſque *Dominos* io propoſito denegandæ Periti electionis jam ex ſupradictis concepto confirmaverat, fuerat evidens demonſtratio, quod cum laboreria omnia, quæ facta fuiſſe in Palatio, & domo fideicommiſſariis a R. P. D. de Mayra aſſerebantur, quæque idem iuſtificaſſe prætendebat, excepto Repoſitorio, ſeu *Guardarobba*, de quo ſupra, aſcendant ad ſcuta 998. 79. Ab hac autem ſumma demenda ſint ſcuta 800., quę cum ad Maggettum Œconomum de tempore motæ litis ex legati fructibus perveniſſent, Peritus per eumdem R. P. D. de Mayra excitatus aſſeruerat fuiſſc ex ordine *Sacræ Rotæ* in memorati Palatii reparationc conſumpta, & tamen nec reparationes cxpletæ fuerant, nec dicta ſcuta 800. in Palatii fideicommiſſarii melioramcotis, ſed in crumenæ R. P. D. de Mayra beneficium converſa fuerant, quæquæ utpote a *Sacra Rota* in dictum uſum deſtinata, in alium uſum converti non poterant, ideoque ad dictorum laboreriorum excomputum primo loco ponenda ſunt, demptis inquam prædictis ſcutis 800., ſupererat exigua ſumma ſcutorum 145. 70., ſuper cujus iuſtificatione cadere valeret Periti electio; Sed cum cx atteſtationibus Joannis Baptiſtæ Contini, & Caroli Franciſci Bizaccari Urbis Architectorum liqueret pecunias omnes per R. P. D. de Mayra impenſas reſpicere mera reaptamenta, & acconcimia voluptuoſa, fruſtranea idcirco etiam pro hac tenui ſumma videbatur electio Periti, cum dictæ reaptationes forent cum fructibus perficiendæ, ut oltra adductos ſupra *in §. Verum*, probant etiam *deciſiones R. P. D. mei Criſpi* ſuper principali Immiſſionis dubio editæ, prima nempe 13. *Maii* 1712. §. *Militante*, & ſecunda 6. *Iunii ejuſdem anni §. Ad locorum vero, poſt medium*; Adeoque huiuſmodi Periti electio tamquam petita ad effectum probandi 6 id, quod probatum oullo modo proficeret, aut relevaret, erat omni Jure deneganda, ita docente *Textu in l. Ad probationem la 2. Cod. de probat., Rot. dec. 489. nu. 2., & dec. 251. nu. primo, & dec. 833. num. 1. & 6. cor. Dunozett. dec. 66. nu. 17. & 18. coram Bich. cum concordan. in dec. 73. num. 2. inter impreſſas in Urbe coram Me.*

Atque hinc quantum calumoiæ ſpeciem, & animum divexandi inutilibus expenſis R. P. D. Caraffam de Beluedere, ac bonorum fideicommiſſarium uſurpatiooem colorandi redoleret huiuſce Periti petitio in aperto ponebat recordatio geſtorum a R. P. D. Caraffa de Mayra pro diſtrahendis locis montium fideicommiſſariis, iiſque in proprios uſus decepto Judice convertendis, cum nempe inducere valuerit Architectum, & quidem ex primariis Urbis ad ferendum in ſcriptis eius judicium ſuper reparationibus in utraque domo fideicommiſſaria requiſitis, & ſubſcribendum ordines Artificibus directos pro exactionc pecuoiarum, quæ de mandato ludicis in Menſa Nommularia Sancti Spiritus depoſitæ fuerant, & tamen nec de huiuſmodi reparationum neceſſitate, nec de cre-

dito

Digitized by Google

dito eorumdem Artificum idem Architectus conſcius erat, ut ipſemet cenſurarum met propriam fatendo turpitudinem revelaverat; Eademque verſutia apparebat, quod Dominico Cattaneo Fabro lignaminum in eamdem reparationem cauſam ſoluta extitiſſent ſcuta 887. 50., & tamen idem R. P. D. Caraffa de Mayra, naturali veritatis ſtimulo impellente, ingenuæ faſſus ſubinde fuerat, quod nil aliud, quam ſcuta 100. ad dicti Cattanei manus revera pervenerat; Prout per eumdem R. P. D. de Mayra doctum fuerat ſoluta fuiſſe ſcuta 898. Franciſco Simeoni Fabromurario, & nihilominus ex jurata ejuſdem Franciſci depoſitione metu excommunicationis emiſſa didicerat *Tribunal* ea fuiſſe brevi manu eidem R. P. D. Petro Aloyſio de Mayra reſtituta, itaut illæ fictæ, & apparentes ſolutiones non ad aliud, quam ad celandam Patrimonii Prælatitii diſtractionem deſervirent.

Ideoque ſive quia dictæ reparationes vere non fuerint factæ, ut hæc geſtorum narratio non levem parit ſuſpicionem, & non exhibitæ per Reum receptæ, & computa præter ſupra diſcuſſa ſatis eamdem negativam comprobant, ſive quia ſi prætendatur melioratio Palatii, ea
7 metienda ſit ex augumento penſionum, adeoque Periti opera ſuperflua ſit, ut obſervat *Peregrin. conſ. 76. n. 10. lib. 4., & Rot. in dec. 564. nu. 17. coram Bich.*, cum Gravato non competat actio pro aliis expenſis, quam pro illis, quæ fundum fideicommiſſarium pretioſorem red-
8 dunt, fructuſque rei melioratę augent ad tradita per *Rot. in dicta dec. 564. num. 17. coram Bich. deciſ. 550. nu. 4. par. 2. recent., & in Bononien. tranſactionis apud Radulphin. alleg. 115. nu. 107., & in Romana* Multiplici *impreſſ. apud Torr. var. queſt. tom. 3. par. 2.*, Miſcell. *tit. 12. dec. 1. nu. 5. & ſeqq.*. ſive quia impoſſibile hodie ſit illas, ultra Repoſitorium, factas ſeparant ab illis de proprio factis per bon. mem. Marchionem Pallavicinium, ſive demum quia ſi quæ vere, & realiter factæ ſunt, fieri eum legati fructibus debuerint, calumnioſa propterea, & irrelevans cum viſa ſit dicti Periti petitio, & electio, merito eam denegandam
3 *Domini* cenſuerunt, ut proſequuntur *Rot. in recent. dec. 253. num. 20., & dec. 278. num. 7. par. 14. tom. 2. & dec. 32. nu. 16. part. 19. rec.*, ubi Judex in his, quæ judicio, & ſcientia ſua poteſt terminare, Peritos eligere non tenetur.

Ex his autem eliminata videbatur omnis ſpes, quam evertendi Rotalia judicata decernentia immiſſionem favore R. P. D. de Beluedere conceperat R.P.D. de Mayra, exiſtimans, quod demonſtrata reali, & effectiva verſione pretii locorum montium diſtractorum in legati utilitatem mediante prædicta Periti electione, iterum ejuſdem legati poſſeſſionem ab eodem R. P. D. de Beluedere avocare facillime valuiſſet: Quoniam ſi hæc ideatio erat potiſſima cauſa petendæ electionis Periti, facilius etiam reiicienda videbatur *Domini* inſtantia, cum ad hunc effectum nullatenus fuiſſet Inſtanti profutura; Quamvis enim per merum poſſibile docere valuiſſet, quod omnes pecuniæ ex locorum montium alienatione retractæ in evidentiſſimam utilitatem, & innegabile fructuum legati argumentum ceſſiſſent, adhuc reintegrationem ad legati poſſeſſionem minime obtenturum animadverterant, cum æqua primaria, & principalis cauſa infligendę eidem R. P. D. de Mayra caducitatis pœnæ, fuerint idoneorum fidejuſſorum, & confectionis legitimi Inventarii omiſſiones, quæ cum per viam ſuſpenſivæ conditionis omnino ante bonorum occupationem, tam ex Teſtatoris, quam Sacræ præcepto implendæ fuiſſent, poſſeſſionis idcireo adeptionem impediebant, ac efficiebant, ut a jure, quod ad dictum legatum prętendere alioquin valuiſſet, adipiſcendo, ſpretis iis conditionibus, prout egerat, poſſeſſionem, caducitatis pœnam irremiſſibilem illicò incurriſſet, prout revera hac ſola de cauſa etiam R. P. D. Franciſcum Caraffam privari eodem legato idem R. P. D. de Mayra a *noſtro Tribunali* per ſententias *bon. mem. Pio, & Emerix* obtinuerat.

Et ita informante tantum R. P. D. Petro Aloyſio de Belvedere, licet pluries citato, & per annum expectato R. P. D. de Mayra reſolutum fuit &c.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS SUPER RESTITUTIONE IN INTEGRUM,

Lunæ 25. Iunii 1714.

ARGUMENTUM.

Legatum ex quibus amittatur late diſſeritur.

SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio in integrum non conceditur ſi liquet de juſtitia, & validitate ſententiæ.*

2 *Fidejuſſio univerſaliter facienda non vales ſi ea facta fuerit pro re particulari.*

3 *Fidejuſſio tanquam odioſa extendi nequit de re ad rem, ſeu de perſona ad perſonam.*

4 *Fidejuſſio pro nulla habetur ſi pro ea data fuerit perſona pauper, & inhabilis.*

5 *Deſcriptio defectuoſa, & a doli ſuſpicione non immunis vices Inventarii ſupplere nequit.*

6 *Legatum non eſt denegandum ei, qui eſt vocatus, & omnes habet qualitates.*

7 *Legato conditionali privari debet is, qui precepto Teſtatoris contravenit.*

8 *Alienatio facta auctoritate Iudicis fraude extorta eximere nequit heredem ab incurſa caducitate.*

9 *Legato indigni efficiuntur omnes qui defraudant Teſtatoris precepto, & legati everſionem curant,* & num. 10.

11 *Idem*

11 *Idem Ius quod quis in alium ſtatuit in ſe ipſum ſtatuere debet*,

12 *Ad reintegrationem rerum alienatarum alienantis bona diſtrahi poſſunt*.

DECISIO DCLXXX.

IMmiſſionem, quam ad bona per clar. mem. Cardinalem Petrum Aloyſium Carafam relicta Cardinalibus, & Prælatis ejus Familiæ actuali in Urbe Sanctæ Sedis ſervitio addictis obtinuerat R. P. D. Petrus Aloyſius Carafa de Mayra ſub comprobato ſuppoſito, quod R.P.D. Franciſcus Carafa de eo tempore poſſeſſor, ea illicite occupaſſet nullo confecto ante ingreſſum Inventario, ac nulla præſtita cautione de iis non diſtrahendis, hypothecandis, aut quomodolibet permutandis, poſtquam vero effectus fuerat poſſeſſor, ad nonnullorum locorum Montium, Librorum, quorumdemque aliorum bonorum alienationem, abſque ullo Iudicum decreto, & contra expreſſam Teſtatoris interdictionem deveniſſet, pati etiam per tres Sententias conformes rei judicatæ vim ſortientes, nuper iiſdem prorſus de cauſis coactus fuerat idemmet R, P. D. Petrus Aloyſius Carafa de Mayra ad inſtantiam R. P. D. Petri Aloyſii Carafa de Belvedere, qui pro eo a poſſeſſione dicti Legati espellendo iiſdem penitus deciſionem, ac ſententiarum Rotalium armis uſus eſt, quibus idem R. P. D. Petrus Aloyſius de Mayra R. P. D. Franciſcum oppreſſerat, itaut merito cum vate lugere valeat, & repetere.

..... *Heu patior telis vulnera facta meis*.

Cum autem adhuc non aquieſcens *a Signatura Juſtitiæ* commiſſionem cum clauſula -- *de cauſis reſtitutionis in integrum ſine præjudicio rei judicatæ* mihi directam obtinuiſſet, requiſiveram idcirco a *Dominis ſub die* 12. *Iunii anni proxime præteriti*, num dictæ reſtitutionis beneficio locus eſſet, ſed dilata tunc reſolutione, hodie non comparente R. P. D. de Mayra, licet pluries laceſſito, ac juſte forſan de ſuis viribus diffidente, facta iterum per me eadem requiſitione, prodiit fatale reſponſum -- *Non conſtare de Cauſis*.

Ea enim reſtitutio ſicuti per *Tribunal* benigne indulgeri ſolet, quoties aliqua in ſententiis Iuſtitiæ læſio intercesserit, ita eadem facilitate denegatur, quoties ſententiarum validitas, & juſtitia omnino coruſcat, ad paſſim notata per
1 *Rot. deciſ. prima de reſtit. in integr.*, *deciſ.* 132. *num. primo part. prima recent.*, *& dec.* 534. *num. primo poſt* 2. *volum. conſ. Farinacc.*, *Seraphin. deciſ.* 351. *num.* 2., *Bich. deciſ.* 251. *num.* 4.

Juſtitiam autem trium conformium, quibus a memorati Legati beneficio cecidiſſe, ſive illud nunquam legitime acquiſiviſſe R. P. D. Petrus Aloyſius de Mayra fuerat declaratus incontrovertibilem præſeferebant leges, ac conditiones præſcriptæ iis, qui ad hujuſmodi Legatum a Teſtatore fuerant invitati, ac omnino tam ante poſſeſſionis aquiſitionem, quam ea adepta ſervandæ, necnon doloſus earumdem legum contemptus, quo ſe tali poſſeſſione indignum idem R. P. D. de Mayra effecerat, Siquidem cum Teſtator perpetuo conſpicuæ ejus Familiæ decori intentus non ſatis eſſe conſiderabiles facultates relinquere exiſtimaſſent, niſi etiam earumdem conſervationi, impediendo earum diſtractionem proſpexiſſet, ſuam idcirco mentem aperuerat, ea bona relinquendo -- *Con conditione eſpreſſa, che i detti* Cardinali, *e Prelati diano ſicurtà idonea di non alienare detti mobili, & argenti, ipotecarli, o permutarli in qualſivoglia modo, nè per qualſivoglia cauſa, ma di goderne ſolamente l'uſo di loro &c.* -- quæ verba duo onera importare videbantur, conditionem nimirum ſuſpenſivam, qua interdicta remanebat bonorum occupatio antequam volita a Teſtatore fidejuſſio præſtaretur, & alienationis prohibitio, poſtquam Legatarius, ſuppoſito primæ conditionis implemento, legitimus bonorum poſſeſſor evaſiſſet, prout in individuali caſu firmatum, ac declaratum extiterat in *deciſionibus* ad eiuſdem rei favorem editis ſub *die* 18. *Iunii* 1695., & 13. *Ianuarii* 1696. *coram bon. mem. Pio*, *&* 25. *Iunii ejuſdem anni coram bon. mem. Emerix Iun.*, quæ ſunt inter eius impreſſas *la* 1347. 1348., *&* 1349.

In utriuſque autem conditionis implemento defeciſſe R. P. D. Petrum Aloyſium de Mayra plene liquebat ex *deciſionibus editis ſub die* 20. *Ianuarii* 1712. *per Eminentiſſimum Priolum*, *&* 3. *Maii*, *ac* 6. *Iunii ejuſdem anni per R. P. D. meum Criſpum*, quæ eorum ſententias præceſſerant, ubi manifeſte demonſtrabatur, nec primæ conditioni, præſtandæ fideiuſſionis ante eius ingreſſum fuiſſe per R. P. D. Petrum Aloyſium de Mayra ſatisfactum mediantibus geminis fideiuſſionibus per Petrum Maggettum, & Franciſcum Antonium Invictum præſtitis, ſive quia Maggettus eius fideiuſſionem reſtrinxerat ad Bona ſtabilia, loca Montium, & alia Capitalia, ac ad ſolam quantitatem Librorum valoria tantum ſcutorum 225., nulla facta mentione mobilium, argentorum, ſuppellectilium, & reliquæ Bibliothecæ; Invictus vero caverat dumtaxat pro ſcutis 931., quibus pretioſa ſupplex, Bibliotheca, & 73. Tabulæ pictæ quamvis inſignium Auctorum, nemine citato, fuerant æſtimatæ, quo caſu fideiuſſio, quæ ſuper univerſis Legati bonis tam ex dicto Teſtatoris præcepto, quam ex Rotalium Sententiarum definitione preſtanda erat, ad certa tantum bona reſtricta, nullius roboris evaſerat, perinde ac ſi nullatenus cautum, aut ſatiſdatum extitiſſet, ad *Text. in leg. quoties* 6. *ff. qui ſatiſdar. cogant.*, *leg. de die* 8. §. *Qui Mulierem*, *ff. eodem tit.*, *leg. qui duobus* 23., *& leg. fundus* 56. *ff. de conditionib.*, *& demonſtrationib.*, *Menoch. conſ.* 60. *num.* 49., *Peregrin. de Fideicommiſſ. artic.* 40. *num.* 10. *& ſeqq.*

Nullatenus relevante, quod idem Invictus

ſe

ſe devinxerit etiam pro quibuſcumque aliis mo-
bilibus per Cardinalis Fortunati Caraſæ hęredes
conſignandis; Quoniam cum mobilia legato de
quo agitur, gravata, reſtituenda forent vigore
Sententiarum Rotalium per R. P. D. Franci-
ſcum Caraſam a dicto legato ob conſimiles con-
traventiones de eo tempore expulſum, non ve-
ro per memorati Cardinalis Fortunati hæredes,
extendi idcirco non poſſe videbatur ad hæc mo-
bilia aa fideiuſsio, quæ ad mobilia tantum a
prædictis hæredibus præſtanda reſtringebatur;
indubitati enim Iuris eſt, quod fideiuſsiones
tanquam odioſæ nullam admittunt ampliatio-
nem, ſeu extenſionem de re, ad rem, nec de
3 perſona ad perſonam, ſed ſtrictiſsime ſumptæ
tantum obligant, quantum ſonant, ita dictan-
tibus *Textibus in leg. ſi in pignore* 54., ibique
Gloſſ. leg. fidejuſſores, leg. blanditus, *Cod. eodem*,
& leg. ſtipulationam alia §. *Satis acceptio*, *ff. de
verbor. obligat.*, quos referunt, & ſequuntur
Maur. de Fidejuſſ. part. 2. in princip. ſection. 5.
cap. 2. num. 34., *& ſeqq.*, *Noguerol. allegat.* 11.
num. 4., *Cardinalis de Luca de Credit. diſcur.*
96. *num.* 3. cum concordantibus fuſe adductis in
deciſione hujus Cauſæ Eminentiſſimi Prioli §. *Non
relevat*, & in prima *R. P.* D. *mei Criſpi* §. *Al-
teravero*.

Sive quia admiſſo etiam, quod prædictæ fi-
deiuſsiones univerſa legati bona per poſsibile
complecterentur, adhuc tanta erat utriuſque
fideiuſſoris paupertas, & inhabilitas in dictis
deciſionibus Eminentiſſimi Prioli in §. *Tantum
abeſt*, & prima *R. P. D. mei Criſpi* §. *Verum
4 quatenus*, ut illas pro non pręſtitis *Domini* iure-
merito diiudicaverint, ita ſuadente cenſura
Text. in leg. quoties, *ff. qui ſatiſdar. cogant.*, *&
leg. de die* 8. §. *Qui Mulierem*, *ff. eodem*, *leg.
habitationem penult. ff. de peric.*, *& commod. rei
vendit.*, *& Gloſſ. in verb. cautionem idoneam de
pignor.*, *Gratian. diſceptation. forenſ.* 147. *num.*
19., *& ſeqq.*, *& Conſtantin. ad Statut. Urb. an-
notat.* 47. *num.* 21.

Hoſce autem defectus ſubſequebatur omiſsio
Inventarii, ad cuius exarationem, ſive ex Te-
ſtatoris lege, ſive ex *Sacra Rota* præcepto
R. P D. Caraſa de Mayra obſtringebatur; Non
ſuffragante deſcriptione, quæ facta indicabatur
tam mobilium, quam Bibliothecæ, quia cum
ex illa nullatenus de qualitate, quantitate, &
pondere eorumdem Librorum, ac mobilium
conſtare valeret, omnia enim in folle, & in
confuſo deſcripta erant, ſine ſpecificatione, ni-
mirum quoad tabulas pictas, qualitatis, ma-
gnitudinis, & nominis Auctorum, ex quibus
tantum verus valor colligi poteſt, auleorum
5 vero vulgo *Aruzzi*, neque medietas deſcripta
appareret, merito talis deſcriptio ita defectuo-
ſa, & a doli ſuſpicione minime immunis vices
Inventarii ſupplere non valuerat, ex monitu
Text. in leg. final. §. *Si vera non fuerit*, *Authent.
de hæred.*, *& falcid.*, *Rota in Romana Annuæ
præſtationis* 26. *Martii* 1703. §. *Quibus factis*, *co-
ram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Guberna-
tore*, *& in eadem ſuper relevatione* 15. *Iunii* 1711.
§. *Sed ultra*, *& ſeqq. coram Eminentiſſimo Priol.*,
& in individuo firmaverat *Rot.* ad inſtantiam
eiuſdem R. P. D. Caraſa de Mayra *ſub die* 18.
Iunii 1695. §. *Prout fruſtra coram bon. mem. Pio*.

Unde palmaribus hiſce defectibus in ingreſſu
ad legati conſequutionem præmiſsis, nulla am-
plius colorari poterat intruſio, quæ caducatio-
nem a legati commoditate perneceſſe inducebat,
prout iiſdem de cauſis idem R. P. D. Caraſa de
Mayra caducatum declarari *a Sacra Rota* obti-
nuerat R. P. D. Franciſcum: probato enim eo-
dem crimine idem etiam iudicium ſubiri debere
omnis æquitas, & iuſtitia ſuadebat, & inſuper
R. P. D. Caraſæ de Mayra interdicta remanebat
quælibet prætenſio impugnandi ſubſtitutionem
R. P. D. Petri Aloyſii de Belvedere ad dictum
legatum vocati, & qualitatibus omnibus ad eius
6 conſequutionem in exceſſu pollentis, cuius vi-
gore ſe vocatum ipſemet declarari viderat, ut
ratiocinatur *Merlin. de primogenit. lib.* 4. *cap.* 8.
num. 4. *Palm. allegat.* 44. *num.* 14. *Torr. de pri-
mogenit. Ital. par.* 2. *quæſt.* 50. *num.* 113. *Rot.
deciſ.* 179. *num.* 2. *par.* 11. *recent.*

Supradictæ in ingreſſu omiſſiones exubera-
re *Dominis* videbantur pro declaratione incur-
ſæ caducitatis, ſed ut magis congruitas peti-
tionis, & inſtantiæ R. P. D. Petri Aloyſii de
Beluedere, & conſequutiva *Tribunalis* Iuſtitia
emicarent, non abs re exiſtimarunt, (licet ex
abundanti) recenſere graviora in progreſſu
commiſſionum delicta, quibus R. P. D. Caraſa
de Mayra ſe magis, magiſque tali Legato indi-
gnum reddiderat; Vir enim ejuſdem Legati
poſſeſſionem a Sacra Rota aſſequutus ſpreta
penitus literali Teſtatoris prohibitione ultra
plures tabulas pictas, alienare etiam non for-
midavit de anno 1696. loca duodecim Mon-
tium, extorta a Iudice facultate, ſub inſubſi-
ſtenti prætextu reparandæ Domus, ſeu Palatii
fideicommiſſarii ad Urſum ſiti, ad quarum
idcirco reparationum neceſſitatem combro-
bandam, eshibuerat quamdam relationem,
ſeu peritiam ab Architecto, nulla facta aſſer-
tarum reparationum recognitione nimis oſci-
tanter, & inconſulto ſubſcriptam, prout idem-
met Architectus metu excommunicationis ter-
ritus ingenue poſtmodum faſſus fuerat, & ſuc-
ceſſive de anno 1700. prævia alia conſimili Ar-
chitecti relatione, & novo Judicis decreto ſub
falſo ſuppoſito, quod altera Domus fideicom-
miſſaria ad Paſquinum reparationibus pariter
in ſumma ſcutorum 200. indigeret, & quod
pro conſtruendo Repoſitorio vulgo *Guardarob-
ba* in Palatio ad Urſum requireretur impenſa
aliorum ſcutor. 430. alia loca quinque Mon-
tium, & 50. centeſ. vendiderat, & de anno
1704. & 1705. eadem verſutia, & eiuſdem ne-
ceſſitatis ſimulatione alia circiter quatuor loca
diſtraxerat, quorum locorum Montium pre-
tium in proprios uſus, non in Palatii, & Do-
mus

Digitized by Google

n-us indigentias convertiſſet, licet illud fabris
murariis, & lignariis perſolvere ſimulaſſet,
cum tamen Palatium vel nulla indigeret repa-
ratione, vel ex fructibus penes Æconomum in
ſumma ſcutorum 1009. exiſtentibus, & eidem
R. P. D. Carafæ de Mayra perſolutis, repara-
ri procul dubio valuiſſet, ut diligentiſſime de
more facti ſeriem recenſentes comprobant *De-
ciſiones Eminentiſſimi Prioli, & R. P. D. mei
Criſpi*, ad quas remiſſive ſe habebant *Domini*,
non poterant propterea non ſuſpicari, quod
animus eiuſdem R. P. D. Carafæ de Mayra fo-
ret evertendi Legatum, eiuſque bona ſub ſpe-
cioſo conſimilium indigentiarum pretextu im-
pune diſſipandi, ideoque poſita ineacuſabili
fraude, & doloſa contraventione præcepto Te-
ſtatoris ab eodem R. P. D. Carafa non ignora-
7 to, conſequutiva ſane erat ejuſdem Legati ca-
ducitas, ut ponderant in ſimilibus *Catell. de
donat. ſpecial. 28. nu. 9. part. 2. Rot. in Roma-
na Primogenituræ de Albericis 3. Julii 1703.
§. Minuſque refragante, & §. Cum enim coram
Me, & in Carpentoraten. fideicommiſſi ſuper por-
tione Petri 19. Februarii 1712. §. Verum tamen
Eminentiſſimo Priolo*, & in individuali caſu hu-
juſcemet Legati contra R. P. D. Franciſcum
firmaverat *Rota in prima deciſione bon. mem. Pii
in §. final. & cor. Emerix jun. deciſ. 1347. num.
8. & ſeqq.*

Quas quidem alienationes a manifeſto dolo,
& fraude ſalvare nequibat Iudicis auctoritas,
quoniam decreta illa a Judice falſis Architecti
peritiis circumvento eatorta, reiecita etiam
Teſtatoris prohibitione, qua meliorationes
cum fructibus faciendas eſſe præſcribebatur,
habenda videbantur ac ſi non fuiſſent interpo-
8 ſita, ac propterea doloſe alienantem ab in-
curſa caducitate eximere non valebant, ut fir-
maverat *Rota in Reatina Salviani 16. Iunii
§. Hac ſuffragari cum ſeqq. cor. bon. mem. Oman-
na, & in Romana Primogenituræ de Cardellis
16. Martii 1711. §. Sed precisivi cor. R. P. D.
meo Criſpo*.

Abſque eo, quod pro evitanda ea condigna
caducidate, eidem R. P. D. Carafæ de Mayra
juvamen aliquod afferre valeret animadverſio,
quod in Teſtamento Cardinalis Legantis, in
caſu conſimilium alienationum, nulla priva-
tionis pęna legeretur inflicta, & quatenus evi-
tari non poſſet, ea tamen egredi non valeret
portionem illam alienatam, ut deciſum eati-
terat in *illa Romana Fideicommiſſi de Albericis
coram Me*, vel ſaltem purgationis morę benefi-
cio juvari deberet; Quoniam reſpectu primæ
objectionis, ſi deerat in Teſtamento expreſſa
privatio, eam, poſito inexcuſabili alienatio-
num dolo, ſupplebat iuris cenſura, qua Te-
ſtatoris pręcepta defraudantes, & Legati ever-
ſionem totis artibus procurantes tali Legato
omnino indigni efficiuntur ſollicituſque reddi-
tur Iudex, ut mediante avocatione bonorum
9 ab eorum diſſipatore, indemnitati aliorum vo-
catorum conſulat ut videre eſt in *leg. Pater 69.
ff. de legat. 2. leg. fin. Cod. de fideicom. Peregrin.
de fideicom. art. 40. nu. 17. Fuſar. de ſubſtit. qu.
582. num. 1. & ſeqq. Rot. cor. Card. Cerr. deciſ.
665. num. 15. & in Romana Domus, ſeu Palatii
ſuper fructibus 10. Decembris 1710. cor. R. P. D.
meo Criſpo*.

Quo vero ad ſecundam, eam irrelevantem
reddebat tum dolus concurrens in recenſitis
alienationibus, tum qualitas rerum alienata-
rum, quæ pro majori parte in locis Montium
conſiſtebant, quæ cum a tertiis per ſubſtitu-
tum vindicari non poſſent, ideo ne caducatio
fruſtranea remaneret, pernecesse in totum
incurſa dicenda erat, ut firmatum habemus in
illa *Romana Fideicommiſſi de Cardellis 16. Mar-
tii 1711. §. Cæterum coram* R. P. D. *meo Criſpo*.

Purgationis demum moræ beneficio indi-
gnum reddiderant memoratum R. P. D. Pe-
trum Aloyſium de Mayra tot, ac tantæ inex-
cuſabiles diminutiones, & doloſæ commiſſio-
10 nes quibus totalem Legati everſionem procu-
raverat, *leg. ſi in commiſſum, & leg. auxilium
78. ff. de minor. Bald. in leg. fin. in fin. ff. de re-
pud. hæredit. Rot. in rec. dec. 372. nu. 16. & 18.
part. 18. rec. cum concordan. in dec. hujus cauſę
20. Ianuarii 1712. §. Quo poſito cor. Eminentiſſ.
Priolo*.

Vnica autem, & quidem fatali reſponſione
omnia hæc tria obiecta diluebantur, eaque erat
quod ſicuti ea ſuffragari non valuerant R. P. D.
Franciſco, quo minus denegata purgatione
moræ toto, & integro Legato ob conſimiles
alienationes privatus remanſiſſet, etſi in Te-
ſtamento ea privatio non legeretur inflicta, ut
pandunt geminæ ſententiæ *bon. mem. Pii, &
Emerix iun.* in judicatum tranſactæ, ac ad in-
ſtantiam eiuſdem R. P. D. Petri Aloyſii de May-
ra emanatæ, & quarum vigore in ejuſdem Le-
gati poſſeſſionem fuerat ſubingreſſus, æquo, &
patienti animo eam ferre, & ipſe debeat iuſti-
11 tiam, menſuram, qua alios dijudicari, ac
metiri obtinuerat ad regulam *Text. in cap. cum
inter 5. ibique gloſſ. verb. claudicare de except. &
dec. 497. nu. 4. cor. Emerix. jun.*

Immiſſionis tandem favore R. P. D. Petri
Aloyſii Carafæ de Beluedere per *Sacram Ro-
tam* in præteritis inſtantiis elargitæ conſecuuti-
va iterum viſa eſt reintegratio alias decreta
ad bona Legati alienata, pro qua ipſius alie-
nantis bona diſtrahi poſſe certum eſt, & monet
*Text. in l. quidam 25. §. Si quis, ad Senat. Con-
ſult. Trebell. & leg. fin. §. fin. ff. de legat. 2. Rot.
cor. Emerix jun. dec. 2041. nu. 1. cum concordan.
in Maceraten. fideicom. ſuper reſervatis 5. Martii
currentis anni coram Me*.

Et ita R. P. D. per Aloyſio de Belvedere
tantum informante, licet R. P. D. Petro
Aloyſio de Mayra pluries intimato reſolutum
fuit &c.

ROMANA JURIUM PAROCHIALIUM.

Mercurii 27. *Iunii* 1714.

A R G U M E N T U M.

Acriter defendebant Miniſtri Eccleſiæ Almæ domus Lauretanæ Collegio Piceno adnexæ jus habere privativum Sepulturæ tradendi in eorum Eccleſia Corpora Alumnorum, aliorumque intra ſepta ejuſdem Collegii decedentium nonnullorumque aliorum actuum Parochianorum, & præcipui benedicendi manſiones Collegii in die Sabathi Sancti; eo ſub fundamento, quod ſicuti Canonici Regulares S. Georgi de Alga Venetiarum ab antiquiſſimo tempore fuerant ſemper eaempti a quacumque Parochiali Juriſdictione Eccleſiæ SS. Celſi,& Juliani ita ea ſuppreſſione eorumdem Canonicorum anno 1668. facta a Clementa IX., & nova Collegii Piceni ſubrogatione ſibi blandiebantur ejuſdem quoque privilegiis Exemptivis frui debere. E contrario vero Parochus SS. Celſi, & Iuliani ſe ſe ſtrenue opponendo contrariæ huic inſtantiæ cauſæ victoriam tum in poſſeſſorio, tum in petitorio obtinuit.

S U M M A R I U M.

1 *Parochus jus habet privativum exercendi omnia jura Parochialia in quaſcumque Perſonas, loca, & Eccleſias exiſtentes intra limites ſuæ Parochiæ.*

2 *Manutentio ſolet eſſe pediſſequa boni* Iuris.

3 *Limita primam concluſionem in illis Eccleſiis Monaſteriis, aut* Collegiis,*quę* ſ*peciali aliquo titulo, ac privilegio a Parochi Iuriſdictione exempta forent.*

4 *Privilegia, & exemptiones in illum tranſeunt, qui fuit ſubrogatus, & ſubſtinet onera antiqua.*

5 *Exemptiones Canonicis Regularibus elargitæ tranſeant in* S*ęculares ſubrogates*, & nu. 7. 8. & 9. *Limita* num. 11. & ſeqq.

6 *Ius humandi cadavera decedentium intra Clauſtra exempta eſt locale non perſonale*. *Limita* nu. 11. & ſeqq. *ibique declara concluſionem*.

10 *Obſervantia longeva omnem adimit dubietatem.*

12 *Natura ſuppreſſionis, & extinctionis totius ordinis ea eſt, ut omnia etiam illius privilegia diſſolvat, ac de medio tollat, ac ſi nunquam extitiſſet.*

Itaut pro iis habendis nova conceſſione, ac creatione opus eſt nu. 12. & ſeqq.

14 *Exemptionis privilegio is frui debet, qui ſuſtinet onera, ſecus in caſu contrario.*

15 *Manutentio debetur illi qui bonum Jus fovet.*

16 *A Sacramentorum adminiſtratione cætera jura parochialia promanant.*

17 *Poſſeſſio actualis probanda non eſt a Parocho, qui jus habet privativum explendi Iura parochialia in aliquo loco, ſeu Collegio.*

Tom. VI.

18 *Jus ſepulturæ tam activum, quam paſſivum ſine Animarum Cura competere quandoque etiam ſolet.*

19 *Non utens jure ſibi permiſſo eligendi ſepulturam præſumitur ſibi ſepulturam in Parochiali Eccleſia elegiſſe.*

20 *Licitum unicuique eſt ſepulturam eligere in Eccleſia ſibi beneviſa reſervata quarta funerali Parocho proprio.*

21 *Actus omnis cui reſiſtit jus ſemper factus intelligitur in ſtatu licito & permiſſo cui jus non adverſetur.*

D E C I S I O D C L X X X I.

OBitus Vincentii de Vincentiis Alumni Collegii Piceni burſale eacitaverat diſſidium inter Parochum Collegiatæ Eccleſiæ Sanctorum Celſi, & Juliani, intra cuius Parochiæ ſines ſitum reperitur dictum Collegium, & Miniſtros Eccleſiæ Almæ Domus Laurotanæ eidem Collegio adnexæ, ſuper Jure memorati Vincentii Cadaver ſepeliendi; quo delato ad R.P.D. *Vicesgerentem*, iſte demandata prius per modum proviſionis privata illius humatione in eadem Eccleſia Lauratana, inſtructoque proceſſu ſuper prætenſa per Collegium manutentione in quaſi poſſeſſione tradendi Sepulturæ in ejus Eccleſia Corpora Alumnorum, aliorumque intra ſepta eiuſdem Collegii decedentium, nonnullorumque aliorum Jurium, & ſignanter benedicendi manſiones Collegii in die Sabathi Sancti, manutentionem ſubinde in omnibus Parocho, & Canonicis dictæ Eccleſiæ Sanctorum Celſi, & Juliani elargiri non dubitavit, at per ſententiam Iura quæcumcumque Parochialia inter limites eiuſdem Parochiæ privative ad quoſcumque, & ſignanter in dicto Collegio, ac in Perſonas in eo degentes dicto Parocho,& Canonicis competere declaravit; A quibus provocante Collegio, *Mihique* per *Signaturam Juſtitiæ* directa commiſſione cum *facultate manutenendi quem de Iure*, exquiſiveram ſub die 23. Februarii proxime præteriti *a Dominis* Cuinam ea decertantibus tribuenda foret manutentio, ſed reſolutionem a boni Juris cognitione pendere authumantes, eam diſtulerunt, quouſque novum hodie Dubium petitorium etiam involvens iiſdem proponerem, ſcilicet -- *An, & de cujus bono Iure conſtet etiam ad effectum manutentionis*, *quod favore Archipresbyteri, & Capituli* reſolverunt juxta modum.

Licteralis enim, apertiſſimaque erat Juris Cenſura tribuens Paroco Ius privativum eaercendi omnia Jura Parochialia in quaſcumque Perſonas, Loca, & Eccleſias exiſtentes intra
1 limites ſuæ Parochiæ, utpote deſumpta ex *literalibus Textibus in Cap. Paſtoralis de his, quæ fiunt a Prælatis, in Cap.* Dilectum *de Cappell. Monach., in Cap. relat. de ſepult.*, *ac in* Clementi*na dudum* §. *Verum eodem tit. ubi DD. omnes*, quoque referunt, & ſequuntur etiam *Marescott.*

ſcott. var. reſolut. lib. 2. Cap. 95. nu. 9. Card. de Luca de Paroch. diſc. 38. num. 2. Rota dec. 124. nu. primo, & ſecundo & dec. 214. nu. 6. part. 6. recen., ac in Mediolanen. Iurium Parochialium *23. Aprilis* 1708. §. *Stetit coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*, ac alias millies; qua poſita innegabilis erat eidem Parocho
2 manutentio, quæ boni Juris ſolet eſſe pediſſequa ad tradita poſt *Textum in Cap.* Cum *Perſona de privileg. in 6. per Poſth. de manutent. obſerv. 45. num. 8., & ſeqq. Rota coram Cavaler. dec. 193. nu. 1., & coram Roxas dec. 211. n. 4., ac in Romana Iuris legendi ſuper manutentione* 16. Maii 1698. *in principio cor. bon. mem.* Muto, nec non *in Colonien., ſeu Eſſendien. Officii Coquinæ majoris ſuper* Manutentione *diei 1. Decembris* 1713. §. *1. coram me*.

Admittebant ſcribentes pro Eccleſia Lauretana veritatem memoratarum propoſitionum, ſed contendebant eas non eſſe per Parochos allegabiles contra illas Eccleſias, Monaſteria, aut Collegia, quæ ſpeciali aliquo titulo, aut privilegio ab ejuſdem Parochi Juriſdictione
3 exempta forent, ut prædictam regulam limitando tradunt *Panimoll. dec. 1. annotat.* 10. *nu.* 2., & 3. *Rota in Veronen. Iurium Parochialium apud Tamburin. de Jur. Abbat. dec.* 84. *nu.* 2., & 5., *Z rat. dec.* 15. *eodem numero, & in Romana Juris Tumulandi* 2. *Febr.* 1702. §. *Nonnulla coram Eminentiſſimo* Priolo, & ſignanter circa jus ſepeliendi monet *Hoſtien. in Cap. 1. de Sepult.*, & firmavit *Rota in Neapolitana Conſtructionis Eccleſiæ ſuper ſecundo Dubio 26. Iunii* 1711. §. *Et quidem cum ſeq. ant. coram R. P. D. meo Falconerio*, exemplificando nedum in Regularibus, quod tumulandos eſſe in Eccleſia proprii Monaſterii, non Parochiæ præcipit *Text. in* Canon. *placuit 16. quæſt. 1., & in Cap. final. de Sepult. in 6.*, ſed & in eorum famulis, ac Operariis intra eorum Clauſtra degentibus, quamvis in dictorum Regularium Eccleſia Sepulturam non elegerint, ut videre eſt apud *Donat. in Prax. Quæſtionum Regular, tom. 3. tractat. 10. nu. 1., Rodriguez Quæſtionum Regular, tomo 2. quæſt. 67. artic. 2., Pelizar. in Manual. tractat. 8. cap. 5. ſect. 4. ſubſect. 2. num. 145.*, nec non comprobando idem practicari in Tertiarii, quæ in Eccleſiis ſui Ordinis ſepeliuntur, in Infirmis in Hoſpitali decedentibus, in Canonicis Beneficiatis, in Confratribus habentibus Ius tumulandi proprios Confratres in eorum Oratoriis, ac etiam magis proxime in Collegiis, ut ſervari in illo Pauperum Jeſu Chriſti in Civitate Neapolis teſtatur *Rota in dicta Neapolitana conſtructionis Eccleſiæ §. Et quidem coram R. P. D. meo Falconerio*.

Lauretanæ vero Eccleſiæ exemptionem deſumere conabantur prædicti Scribentes pro Collegio ex ſpecialibus *Summorum Pontificum* privilegiis, quorum vigore Canonici Regulares Sancti Georgei de Alga Venetiarum, uſque ab anno 1448., quo a liberalitate Latini Cardinalis Urſini ad ejuſdem Eccleſiæ ejus expenſis conſtructionem, & Clauſtri, ſeu Collegii poſſeſſionem fuerant invitati, per duo, & ultra ſæcula a quacumque Parochiali Juriſdictione Eccleſiæ Sanctorum Celſi, & Juliani fuerant ſemper Immunes, ac exempti, perfruentes ſignanter pacifico Jure, tam activo, quam paſſivo ſepeliendi in eorum Eccleſia quoſcumque intra eorum Clauſtra fato cedentes, abſque eo quod Parochus ullam valeret querimoniam promovere.

Poſtquam autem eorumdem Canonicorum Congregatio, *per San. Mem. Clementem Nonum* de anno 1668. fuerat ſuppreſſa, & in eorum loco ſubrogatum extiterat Collegium Picænum, eadem antiqua exemptio a Parocho, ſignanter quoad Ius humandi in eorum Eccleſia Cadavera Alumnorum, dicebatur ulterius præſervata; Eo enim ipſo, quod privilegia hujuſmodi exemptionis fuerant Canonicis Regularibus prædictis conceſſa, non intuitu ſimpliciter eorum Perſonæ, & Regularitatis, ſed ex primaria potentiori, ac immediata Cauſa augumenti Cultus Divini, ac Dignitatis, & Onorificentiæ ipſius Eccleſiæ, eadem propterea privilegia dici debeant realia, & per conſequens tranſitoria ad quoſcumque alios in eadem Eccleſia ſubrogatos, qui præſervantes eamdem Eccleſiæ utilitatem, dum eadem ſuſtinent onera, quæ antiquis Canonicis incumbebant, iiſ-
4 dem etiam exemptionibus, & privilegiis perfrui æquum ſit, ut ad propoſitum advertit *Jo. Andr. in Cap. Cum Perſonæ de Privileg. in 6. num. 9.*, & in terminis exemptionis Canonicis
5 Regularibus elargitæ, quod eadem in Seculares ſubrogatos tranſeat videre eſt *Prob. ad Monach. in Cap. Cum de Beneſic. num. 17., & 48. cum ſeqq.* & ſignanter *nu. 64. de Præben. in 6., Rip. reſponſ. 3. lib. 1. decret. tit. de electione. nu. 16.* cum quibus concordat *Tamburin. de Iur. Abbat. tom. primo diſputat. 15. quæſt. 11. num. 12. Rebuff. conſil. 105. in princip. Geminian. conſil. 125. num. 12.* cum concordan. *in Tarraconen. Onerum Sacriſtiæ 19. Martii* 1601, relat, per *Garz. de Beneſ. par. 7. cap. 15. numer. 8. in fine*.

In individuo autem Ius humandi Cadavera decedentium intra Clauſtra exempta, eſſe lo-
6 cale, non perſonale docet *Samuel. de Sepult. controv. 15. num. 40. fol. mihi* 152., & doctiſſime *R. P. D. Petra in ejus elaboratis Commentariis ad Conſtitut Apoſtolic. tomo 2. ad Conſtitut. 9. Innocentii Tertii ſectione unica num. 43.*, ideo indubitantius tale Ius, ſicut omnia Iura localia, & realia, quæ per antea Eccleſiæ Regulari exemptæ infixa erant, ubi ea poſtea ſæculariza-
7 retur in eoſdem ſubrogatos transferri monet *Innocentius in Cap. Dilectus de Cappell. Monach. num. 4. verſ. reſpondeo*, ibique *Panormitanus num. 9., Ioann. Andr. numer. 12. verſ. Dic. tamen, Imol. num. 4. verſ. Sed videtur, Franceſ. de Competent. quæſt. 88. num. 8., Adden. ad Pamphil. deciſ. 61. num. 9. Rota coram Vbag.*

deciſ.

Digitized by Google

deciſ. 34. *numer.* 20., *coram Merlin. deciſ.* 547. *nu.* 5., *in Firmana Iuriſdictionis* 14. *Iunii* 1688. *coram Rondinino impreſſ., apud Bertachinum Vo*-*to* 88. *numero* 61., & 62., cum cæteris fusè *in Fa*-*nen. Iuriſdictionis* 16. *Iunii* ... §. *Conſtitutio in fine*, *coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*.

Eoque indubitabilius prædictas concluſiones in præſenti urgere, ſubdebant iidem ſcribentes quia in ſæcularizatione memoratæ Eccleſiæ nulla per *Clementem IX.* facta fuerit mentio de extinctione Iurium, aut Privilegiorum, quibus eadem Eccleſia condecorata reperiebatur, & de quibus ſpecialem fieri mentionem requirebat natura earundem exemptionem ad ſubrogatos de Iure tranſeuntium, juxta animadverſa *in Recinaten. Beneficii* 20. *Martii* 1702. §. *Non obſtante*, *coram clar. mem. Card. Caprara*, & *in dicta Fanen. Iuriſdictionis* §. *Conſtitutio*, *coram R. P. D. meo Scotto*, ſed ſimpliciter demandata habebatur ſuppreſſio Inſtituti Regularis eorundem Clericorum, quod nil commune habet cum privilegiis, & Iuribus Eccleſiæ, cui famulabantur iiſdem Regulares. Quinimo eadem Iura omnia ab extinctione præſervata apparere ſubjungebant iidem Collegii Defenſores, ſub illis verbis ibi -- *Ne univerſa Bona, mobilia, & immobilia tam ſacra, quam prophana Conventus, Collegia, Monaſteria, Domus, Vineas, Prædia, & Iura quæcumque ubicumque locorum exiſtant noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni in uſus, & opera per eos quibus id a nobis, & a Sede præfata commiſſum fuerit convertenda reſervamus, & in* §. *Mandavit*, ibi -- *Ne Eccleſiæ Congregationum ſuppreſſarum debito deſtituantur ſervitio, ſed ſarta, tecta cuſtodiantur, & ipſis debitus cultus. & veneratio conſervetur*. Quam Eccleſiam talibus ditatam Iuribus, cum ſubinde memoratus *Clemens IX.* in Collegium Picænum tranſtulerit in aperto poni dicebant, quod quemadmodum Ius tam activum, quam paſſivum tumolandi morientes intra idem clauſtrum pænes dictam Eccleſiam reſidebat de tempore regularitatis, & continuaverat uſque ad ejus ſæcularizationem; Ita idem Ius, & eadem poſſeſſio ſuffragari debeat Collegio in ejuſdem Eccleſiæ, & Clauſtri
9 poſſeſſione ſubrogato, dum dicta poſſeſſio per ſuppreſſionem non fuit alterata ex firmatis in *Gerunden. Beneficii* 21. *Aprilis* 1698. §. *Quæ legitima*, *coram Reverendiſſimo dell' Olmo Epiſcopo Coneben*.

Adſtipulante prędicta omnia obſervantia, qua prædicta Eccleſia, & Collegium Picænum dicebatur ſemper etiam poſt Sæcularizationem ſequutam de anno 1668., conſervaſſe exemptionem a Paroco tam in ſuorum Alumnorum humatione, quam in Domorum in die Sabathi Sancti, ac mulierum benedictione per ſpatium annorum 40., abſque ulla Parocorum contradictione uſque in præſens, quo modernus Parochus hodiernam litem promovit, ut tam ex depoſitionibus Teſtium, quam ex libris utriuſque Lauretanæ, & Parochialis Eccleſię uti Scribentes comprobari aſſerebant; Quam obſervantiam tam etiam in linea præſcriptiva,
10 quam multo magis in linea interpretativa omnem dubitationem excludere munet *Rot. coram Card. Cerre deciſ.* 12. *num.* 4., *Merlin deciſ.* 547. *num.* 6. cum concordan. *in Aretina Parochialis ſuper bono Iure* 15. *Iunuarii* 1703. §. *Hoc autem*, *coram Me*.

Verum omnes iſtas concluſiones elaborato diſcurſu, & ingenioſo apparatu expoſitas, & in ſuis caſibus tantum admittendas, quando ſcilicet privilegia exemptiva non fuerit conceſſa Eccleſiæ, & Monaſterio Regularium intuitu primario Inſtituti Regularis per ea, quæ docet *Gloſſ. fin. in cap. Abbate de verbor. ſignificat.*,
11 *Rot. coram Bich. dec.* 431. *num.* 2., & *ſeqq.*, & *coram Card. Cerr. dec.* 235. *num.* 14., & *in Recent. deciſ.* 99. *tom.* 1. *par.* 7., *ac deciſ.* 24. *nu.* 9. *poſt Monacell. tom.* 2., & quando agatur de ſimplici mutatione de perſona in perſonam, non adaptari tamen hodierno facto *Domini* animadvertentes eas propterea parvi pendere non dubitarunt. Non enim hic congruere videbantur termini ſimplicis ſæcularizationis, ac ſubrogationis, dum *ſan. mem. Clemens* IX. pro viam omnimodæ, ac totalis ſuppreſſionis extinguere profeſſus eſt totum ordinem Canonicorum Sancti Georgii, & cum eorum diſperſione abolere omnes -- *Eorundem Regularium*, *Dignitates*, *Officia*, *Monaſteria*; *Conventualitatum*, *Titulum*, *Denominationem*, ac quidquid talem Regularium eſſentiam conſequebatur, adeoque cum eorundem Canonicorum ſuppreſſione caſſata, & ad non eſſe redacta remanſere quæcunque Privilegia, & Iura, quæ intuitu ejuſdem Ordinis, & famulative ad ejuſdem Congregationis dignitatem fuerant à *Summis Pontificibus* communicata, quæque ab eodem Ordine in rerum natura amplius non exiſtente, & non dato illico apto, & idoneo Succeſſore non poterant conſervari, & ad exercitium deduci, abſque eo quod opus eſſet alia litterali, & expreſſa eorundem Iurium, & Privilegiorum caſſatione, talis enim eſt natura ſuppreſſionis, & extinctionis totius Ordinis, ut omnia etiam illius privilegia diſſolvat, ac de medio tollat, ac ſi nunquam extitiſſent, itaut pro iis habendis nova creatione opus ſit, ad notata per *Felin. in cap. Cum dilecta*, *verb. Deſtructo Monaſterio de reſcript. Succin. Iun. conſ.* 112. *num.* 9., & *ſeq. lib.* 1. *Sard. conſ.* 99. *num.* 17., & punctualiter *Rot. in deciſ.* 131. *nu.* 21., & *ſeqq. coram Bich. deciſ.* 325. *nu.* 14. *coram Card. Cerre*, & in ejus confirmatoria *la* 352. *num.* 9. & *in Firmana Iuriſdictionis* 14. *Iunii* 1688. *coram Rondanino* ſuperius in objecto allegata, *Adden. ad Pamphil. dec.* 65. *nu.* 9., & 10. & *dicta deciſ.* 99. *num.* 1. *par.* 7. *Recent.*

Iura vero, quę *Papa* reſervare in actu extinctionis intellexerat, morabãtur tãtum circa Bona mobilia & immobilia tam ſacra, quam prophana, Cõ-

ventus, Collegia, Monaſteria, Domus, Vineas, Prædia, & Jura quæcumque, ſub quibus ſane Juribus uti ad temporalia tantum, & burſalia reſtrictis non veniebant exemptiones à Juriſdictione Parochi; Et quatenus in ſenſu Collegii hæ quoque exemptiones fuiſſent reſervatæ, non per hoc dici poterant Collegio conceſſæ, niſi de ea conceſſione expreſſe facta doceret, alias eodem Iure prætendere poſſe euncta ſtabilia, ac totum id, quod in dicta ſuppreſſione ſub unica periodo, & determinatione ſibi Pontifex reſervaverat, quod dicere ſane ſaperet fatuitatem,

Quæ argumenta, ſi vera ſunt abſolute ſumpta, & in caſu quo Eccleſiæ Ordinis extincti datus fuiſſet unico contextu Succeſſor, & novus Poſſeſſor, ſeu Rector, fortius procedere videbantur in hoc caſu, quo ſuppreſſio Ordinis Canonicorum non fuerat contemporanea conceſſioni eorum Eccleſiæ factæ Collegio, cum non breve tempus inter unam, & alteram interceſſerit, itaut nemo de tempore dictæ ſuppreſſionis intereſſet qui dicta privilegia conſervare valeret, adeoque extinctis, caſſatis, ac abolitis primævis Iuribus in nova deinde conceſſione per actum penitus diſtinctum, & ſeparatum facta, non alia Collegio Piceno privilegia con-
13 ceſſa fuiſſe dicenda ſint, quam quæ nova conceſſio eidem facta liberaliter præferre apta erat adconnotata *per Innocent. in cap. Dilect. de affic. Arch. Felin. in cap. Auditis num.* 10. *de præſcript.*, *Rot. deciſ.* 2252. *num.* 5. *coram Coccin.*, *& in Cavallicen. Aquarum* 25. *Iunii* 1706. §. *Comperto*, *coram bo. mem.* *Caſſarello*, ubi maxime præjudicium Tertii ſcilicet Parochi ſuam privativam Iuriſdictionem a claro Iure dimetientis ex ſuppoſita privilegiorum translatione, ſeu nova creatione læderetur, ut obſervant *Bertrad. in conſ.* 193. *n.* 173. *volum.* 5. *Enriq. conſ.* 73. *n.* 9., *Suarez. alleg.* 7. *nu.* 3., *Menoch. conſ.* 210. *n.* 6., *Larr. deciſ. Granat.* 8. *num.* 1. *& per totam*,

Animadvertebant inſuper *Domini*, quod etiam ſupportatio onerum, quæ Canonici Sancti Georgii incumbebant, & ſine qua etiam in terminis ſæcularizationis, & ſubrogationis continuatio privilegiorum in ſubrogatis amplius non admittitur, nullatenus per Miniſtros, aut Alumnos Collegii continuabatur. Etenim ex Bulla *Eugenii IV. ſa* 24. patebat, quod -- *Canonici prædicti* (ſunt verbo ejuſdem Bullæ) *pie*, *& caſte*, *ac in commune degentes Miſſas*, *& alias horas Canonicas nocturnas*, *atque diurnas diebus ſingulis celebrabant*, *& in copioſo numero præſentialiter permanebant*, *in ſpiritualibus*, *& temporalibus ad laudem*, *& gloriam Divini Numinis*, *Sacrique Cultus*, *& Populorum devotionis augmentum*, *necnon ex eorum multiplicatis virtutibus plurimi fructus etiam ad ſalutem Animarum proveniebant*, *& alias omnes*, *& ſingulas Deo devotas perſonas ad eorum Eccleſias de alienis Partibus pro tempore applicantes Hoſpitio ſuſcipere conſueverant*; Quæ onera, ſeu potius commendabilia opera condigno exemptionis præmio a Summis Pontificibus Iure merito excepta, nullatenus a Collegialibus prædictis explere hodie dignoſcebantur, adeoque deficiente ratione, ac fundamento admittendæ ſubrogationis, ipſa etiam excludebatur ſubrogatio, quæ in ſubſtentatione dd. onerum fundatur per DD. ſuperius in objecto Collegii allegatos, qui-
14 que propterea retorquentur, ut videre eſt lo: *Andr. in dicto cap. cum perſonæ de privileg. in* 6. *n.* 9., ibi - *Pato privilegium exemptionis durare &c. quia cum ſubrogati ſubſtineat onera*, *ergo*, *& comoda*.

Corruente autem Iure ex memoratis privilegiis Canonicorum Sancti Georgii male deſumpto, ſub quorum præſidio allegatam poſſeſſionem tueri ſe poſſe Collegium arbitrabatur, corruebat, & prætenſio manutentionis, quæ boni
15 Iuris ſolet eſſe conſecutiva, & ideo Parocho bonum Ius foventi tribuenda videbatur ex *Text. in cap. Cum perſona de privil. in* 6., & deductis per *Poſth. obſervat.* 45. *n.* 7., *& ſeqq.*, *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 193. *num.* 2., *& coram Roxas deciſ.* 211. *num.* 4., *& coram Zarat. deciſ.* 10. *nu.* 9. *coram Card. Cerr. deciſ.* 545. *eodem numero*, necnon *in deciſ.* 33. *n.* 1. *par.* 13., *& deciſ.* 124. *n.* 21. *par.* 19. *Recent.*

Præſertim quod Iuris aſſiſtentiæ adjungebatur effectiva quaſi poſſeſſio ejuſdem Parochialis Iuriſdictionis in eodem Collegio, & perſonis inibi commorantibus exercitæ, cum citra ullam inficiationem præceptum Paſchale per ejuſdem Collegii Alumnos, ſemper in eodem Parochiali Eccleſia adimpleri conſueverit, & iiſdem in eorum infirmitatibus Sacramenta per Parochum prædictum fuerint adminiſtrata, prout illis idem etiam Canonicus de Vincentii per manus Parochi ante ejus obitum munitus fuit, a quorum Sacramentorum miniſtratione, cætera
16 etiam Iura Parochialia promanare docet *Text. in cap. Omnis utriuſque ſexus de pœnit.*, *& remiſ.* itaut abſque neceſſitate comprobandi actualem poſſeſſionem ſingulorum actuum Parochialium, idem bonum Ius privativum promanans ex titulo Parochiali univerſali, & ex dicta Sacramentorum adminiſtratione hodie ad effectum elargiendæ eidem Parocho manutentionis in quibuſcumque actibus Parochialibus, privative per
17 ipſum tantum, vel ejus ſubſtitutum in Collegio prædicto, ejuſque Alumnis explendis incontrovertibile videretur, juxta theoricam *Bur. in cap. fin. num.* 46. *de cauſis poſſeſſ.*, *& propriet.*, & notat *Spad. in conſ.* 97. *lib.* 7. *num.* 1., *Poſth. de manut. obſerv.* 73. *n.* 13., *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 7., *nu.* 7. *& 8. coram Celſ.*, *& deciſ.* 293. *num.* 11. *coram Buratt.*, *in Recent. deciſ.* 231. *n.* 5. *par.* 3. *& deciſ.* 242. *num.* 15. *par.* 16., *ac in Ianuen. Abbatiæ* 10. *Maii* 1692. §. *Etenim*, *coram Manuel*, *&* 15. *Iunii* 1694. §. *Quandoquidem*, *coram clar. mem. Cardinali Caprara*, & præciſius *in Caſſanen. Iurium Parochialium* 6. *Iunii* 1707. §. *fin. coram bo. mem.* *Caſſarello*,

Non-

Non relevante reſponſione per Scribentes
pro Collegio adducta, quod nempe Ius tumu-
landi, de quo hodie principaliter quæritur,
non profluat neceſſario a Sacramentorum ad-
miniſtratione, alias non ſuffragaretur electio
Sepulturæ, & Sepulchra majorum vacua re-
manere deberent, quoties cuncti, qui Sacra-
menta a Parocho recipere tenentur, forent in
Parochiali Eccleſia ſepeliendi, ideoque dictum
argumentum a Sacramentorum adminiſtra-
tione nihil probet, ut oſtendit *Rot. in Romana
Iuris tumulandi* 20. *Februarii* 1702. *coram Emi-
nentiſſimo* Priolo, impreſſ. poſt *Torr. variar. re-
ſol. tom.* 2. *Miſcell. part.* 1. *tit.* 12. *dec.* 5. Si er-
go compatibile eſt Ius tumulandi in Eccleſia
a Parochiali diverſa Cadavera eorum, qui a
Paroco recipere debuerant Sacramenta, & Ec-
cleſia Lauretana in ejuſdem Juris quaſi poſſeſ-
ſione, etiam poſt ſuppreſſionem Ordinis Ca-
nonicorum Sancti Georgii continuo ſe conſo-
vit, adeout per lapſum quadragenarium præ-
ſcriptionis etiam titulo ſe juvare poſſit, nulla
propterea amplius ratio haberi debeat nec de
Juris aſſiſtentia, nec de quaſi poſſeſſione ad-
miniſtrandi Sacramentum Euchariſtiæ, a quo
Jus Sepulturæ tam activum, quam paſſivum,
18 nullam neceſſariam habet dependentiam,
quodque ſine Animarum Cura competere po-
teſt, juxta animadverſa per *Barboſ. de Epiſcop.
allegat.* 57. *num.* 161., *Gratian. diſceptat.* 298.
num. 42., *Coccin. dec.* 1887. *num.* 12., *&* 39.,
Bich. dec. 645. *nu.* 21., *& in Aretina* Iurium
Parochialium 27. *Februarii* 1704. §. *Pari deni-
que, coram Me*,

Quoniam non impugnabat Parochus Jus cui-
cumque Eccleſiæ competen. tradendi Sepul-
turæ Cadavera quorumcumque in alienis Paro-
chiis decedentium in caſu quo, vel per eoſdem
ante obitum electa fuerit Sepultura in dictis
Eccleſiis, vel ſuorum majorum Sepulchra ha-
beant, in quibus velle collari præſumantur,
ſed quæſtio eſt, ubi nec dicta electio præceſſe-
rit, nec dicta majorum Sepulchra, aut alia
privilegia per Eccleſias extraneas valeant al-
19 legari, hoc enim caſu morientes non utentes
Jure ſibi permiſſo Sepulchrum eligendi præſu-
muntur ſibi Sepulturam in Parochiali Eccleſia
elegiſſe, a qua Sacramenta receperint, ut no-
tant Doctores *in cap.* 1. *de Sepult. in* 6., *Silve-
ſtr. in Summ. verb. Sepultura*, *num.* 8., *Anto-
nell. de Regim. Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 30.,
Card. de Luc. *de Paroch. diſc.* 32. *nu.* 8., *Pani-
mell. deciſ.* 5. *addit.* 3. *nu.* 10., *Speroll. dec.* 87.
nu. 6., *Rot. coram Seraphin. dec.* 1135. *nu.* 3.,
cum concordan. *in Romana Oratorii* 13. *Janua-
rii* 1698. §. *Nullam*, *cor. Emo Priolo*,

Allegatam vero per Collegium conſuetudi-
nem humandi Cadavera ſuorum Alumnorum
in Eccleſia Lauretana, quamvis inibi non ele-
gerint Sepulturam, nullatenus in præſenti ſuf-
ficienter probatam *Domini* animadvertebant;
Poſita enim libertate quibuſcumque competen-
te eligendi Sepulturam in Eccleſia ſibi benevi-
ſa, cui Parochus, recepta quarta Funerali
contradicere nequit ex diſpoſitione *Clement.
Dudum* §. *Hujuſcemodi quoque de Sepult.*, poſi-
taque memorata Juris aſſiſtentia Parocho per-
mittente Cadavera Sepulturam non eligentium
in ejus Parochiali Eccleſia ſepeliendi, hinc pro
inducenda conſuetudine, apta tribuere poſſeſ-
ſionem manutenibilem, aut præſcriptivam,
ſatis viſum non fuit, quod Eccleſia Lauretana
probaret ſimpliciter Alumnos Piceni Collegii
fuiſſe in eadem Eccleſia tumulatos, ſed inſimul
probare debebat, quod eædem tumulationes
peractæ fuerint, quamvis defuncti nullam
præambulam hujuſmodi Sepulturæ electionem
expleverit. Cum enim impugnetur per Paro-
chum humatio ſimpliciter in aliena Eccleſia
prævia Sepulturæ electione facta, ſed excludi
contendatur humatio qualificata, nulla ſcili-
cet præcedente electione, hinc nudum factum
illius quaſi poſſeſſionis humandi, probare non
ſufficiebat, ſed neceſſario probanda erat cum
adjuncta qualitate non factæ electionis, alias
20 hac qualificata juſtificatione deficiente, pro-
batio nullius relevantiæ evadebat, ad tradita
per *Bald. in conſ.* 447. *num.* 2. *lib.* 5., *Oldrad.
conſ.* 152. *nu.* 1. *lib.* 4., *Poſth. de manut. obſerv.*
73. *nu.* 2., & in præciſis terminis *ſub num.* 46.,
& poſt eum *Rot. dec.* 511. *nu.* 2., *&* 6., *ac dec.*
551. *nu.* 3., *coram* Ludoviſ. *dec.* 569. *nu.* 2. *co-
ram Cavaler. dec.* 510. *num.* 1., *& ſeqq.*, & me-
lius *coram Buratt. dec.* 504. *nu.* 11.

Atque hinc nil Eccleſiæ Lauretanæ proficere
videbatur, quod tam in libris Eccleſiæ Paro-
chialis, quam propriis, Alumnorum tumula-
tiones ſimpliciter fuerint adnotatæ, nulla ad-
jecta expreſſione electionis Sepulturæ; Quo-
niam cum ut ſupra innuimus, talis humatio
ſine hujuſmodi electione fieri de Jure nequiret
in Eccleſia Lauretana onus erat ejuſdem Ec-
cleſiæ concludenter docendi tales humationes
fuiſſe abſque ea præambula electione expletas,
cum non probet hoc eſſe, quod ab hoc contin-
git abeſſe, quinimo in dubio talis humatio re-
ferenda videbatur ad præcedentem Sepulturæ
electionem juxta notam regulam, quod actus
21 omnis, cui reſiſtit Jus, ſemper factus intelli-
gitur in ſtatu licito, & permiſſo, cui Jus non
adverſetur per *Text. in l. Quoties*, *ff. de rebus
dub.*, *Surd. conſ.* 327. *num.* 62., *& ſeqq.*, *Gra-
tian. diſcept.* 14. *nu.* 14., *Caſt. de jur.*, *& fact.
ignor. inſpect.* 37. *num.* 3., cum concordan. *in
Trojana delationis Crucis ſuper bono Iure* 10. *De-
cembris* 1708. §. *Profecto*, *cor. R. P. D. meo Al-
drovando*,

Verum quia memoratus Archipresbyter,
& Capitulum Sanctorum Celſi, & Juliani præ-
tenſionem quoque hodie promoverant pera-
gendi privative alias functiones ſimpliciter Ec-
cleſiaſticas, & non Parochiales, tam per Sa-
cram Congregationem Rituum in Decretis Ur-
bis, & Orbis de anno 1703. editis, & Sanctiſ-
ſimo

timo per viam legis ſpecifice confirmatis contra Parochos definitas, idcirco modum adiiciendum cenſuerunt, quod nempe manutentio favore Archipresbyteri, & Canonicorum ad ſola Iura Parochialia reſtringeretur.

Et ita *in hunc modum conſtare de Bono Jure Archipresbyteri, & Capituli Sanctorum Celſi, & Iuliani etiam ad effectum manutentionis Domini* cenſuerunt, utraque &c.

INTERAMNEN. LEGATI.

Lunæ 2. Iulii 1714.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Liberatio ampliſſima facta a Teſtatore ab omni, & tota eo quod eidem Teſtatori debebatur ex ſui amplitudine nedum pecunias, ſed cęteras quoque ſpecies quarum de tempore conditi teſtamenti creditor erat comprehendit.*

2 *Verba* -- tutto quello mi deve *nullam patiuntur reſtrictionem debiti.*

DECISIO DCLXXXII.

PRO *Rotalis Sententiæ confirmatione*, in qua per *R. P. D. meum Falconerium*, prævia ejus *Deciſione ſub die 12. Decembris anni* 1712. edita, fuerat pronunciattum, *non conſtare de credito* Hæredum R. P. D. Albergotti adverſus Dionyſium de Caſtellis, *nec* propterea contra eumdem *relaxandum eſſe mandatum* hodie *Domini per Me* in ulterioris appellationis gradu de ejuſdem Sententiæ viribus requiſiti reſponderunt.

De validitate enim nulla erat quæſtio inter Partes, Iuſtitia vero ex ipſa facti ſerie præfulgebat; Cum enim in poſtremis, cum quibus deceſſerat, tabulis, R. P. D. Albergottus Gubernio Civitatis Maceratenſis tunc a Sanctiſſimo Præfectus, legata omnibus fere ejus Debitoribus abſolutione, ſpeciali amoris, ac benevolentiæ Teſtimonio condonaſſet Dionyſio de Caſtellis ejus ex Sorore Nepoti, omne, & totum id, quod ſibi ab ipſo foret debitum ſub iis verbis -- *Al Signor Dioniſio Caſtelli mio Napote ex ſorore laſcio per ragione di* Legato *tutto quello mi deve, quietandolo in tutto, e per tutto, come ſe lo non haveſſi da havere coſ' alcuna* -- hocque legatum per appoſitiunem in margine litterarum M. A. ſignificantium eiuſdem Teſtatoris nomen, videlicet *Marcellino Albergotti*, particulariter ſignaſſet eo modo, quo etiam legata pro Anima ſua, hæredumque Inſtitutionem, quæ magis cordi erant contradiſtinxerat, nulla hinc ſubeſſe *Dominis* videbatur difficultas, quin ſub hoc tam amplo, ac generali legato compræhenderentur etiam ſalmæ illæ centum quinquaginta Olei, quas emptas cum pecuniis eidem Dionyſio per Teſtatorem in eamdem cauſam tranſmiſſis de tempore obitus eiuſdem Albergotti penes ſe prædictus Dionyſius aſſervabat; Generalis enim illa, & nullo limite coarctata liberatio ab omni, & toto eo, quod eidem Teſtatori per Dionyſium deberetur, ex ſui amplitudine, ne dum pecunias, ſed cæteras quoque ſpecies, quarum de tempore conditi Teſtamenti Creditor Lega-
1 tarii erat, compręhendere proculdubio apta erat, ad notos *Textus in l. Aurelio, l. Caje Sejo, ubi Scævola, ff. de liberat. legat., Covarru. var. reſol. lib. 2. cap. 14. num. 1. verſ. 6. illud eſt conſiderandum, Barboſ. de dict.* totum 408., *& de appellat. jur. ſignif. appellat. 235. per tot.*, & ut expendendo etiam verba illa -- *Come ſe Io non haveſſi da havere coſ' alcuna* -- ſub quibus verbis -- *coſ' alcuna* -- de propria ſui ſignificatione venire poſſunt quælibet ſpecies quorumcunque fructuum, latius, ac de more egregie demonſtrat *R. P. D. meus Falconerius in memorata Deciſione ſua* §. *Potiſſima enim, & ſeqq.*, ubi plene ſatisfacit objecto per hæredes prædictos tunc excitato, & hodie etiam repetitio, ac nitenti falſo ſuppoſito, quod Dionyſius foret a ſola pecuniarum, non vero a quacunque ſpecierum reſtitutione liberatus, ut in ſpecie, quod illa verba *tutto quello mi deve*, nullam patiantur
2 reſtrictionem debiti ex quavis cauſa, & ſpecie provenientis, docet *Rot. in Balneoregien. Pecuniaria 15. Aprilis* 1712. §. *Pro univerſali cor. R. P.* D. *meo Criſpo.*

Accedentibus inſuper quamplurimis circumſtantiis mirifice controverſam abſolutionem indigitantibus, quales erant, prima arcta Sanguinis inter Teſtatorem, & Dionyſium conjunctio; Secunda exemplum deductum ex conſimili Legato per eadem verba concepto, ac relicto Caſimiro de Montibus alteri Nepoti, cujus vigore ne dum exemptus extiterat a reſtitutione ſc. 300., quæ Teſtator eidem mutuo tradiderat, & ſuper quibus verificari valuiſſet condonationis legatum, ſed ulterius quamplura mobilia ad eumdem Teſtatorem ſpectantia; Tertia ex diſtinctione, qua, legata cæteris familiaribus, ac famulis non ita dilectis relicta conceperat, in quibus & certas quantitates ſibi debitas, & debitorum cauſas expreſſerat; Quarta demum, & quidem indeclinabilis, quod cum nullo alio debito erga Teſtatorem de tempore conditi Teſtamenti Dionyſius obſtrictus foret, perneceſſe dicendum ſit de hujuſmodi Olei condonatione eumdem Teſtatorem ſenſiſſe, ne alias fruſtratoria reddatur eiuſdem Patrui erga Nepotem expreſſa, tam amplius amoris ſignis liberalitas, quæ etiam in vilioribus famulis ſuum fuerat effectum ſortita, quas omnes circumſtantias expendit, & mirifice comprobat, ac ab obiecti vindicat eadem *R. P. D. mei Falconerii deciſio a* §. *Huic ſane*

Sen-

Sententiæ eum ſex ſeqq., ubi ſub trutina poſitis partitis illis ab hæredibus objectis, ſuper quibus liberationem verificari prætendebant, palam redditur Teſtatorem de ſola dicti Olei remiſſione ſenſiſſe, ad quam propterea *Domini* hodie ſe remiſſive habebant.

Ad prædictæ autem Legati intelligentiæ, & conjecturarum ſupra recenſitarum everſionem, duo iterum argumento per Scribentes pro Hæredibus ex facto elicita, ac hodie magis magnificata deducebantur; Alterum nempe, quod Teſtator de tempore conditi Teſtamenti, ordinatique legati habuerit Oleum pro jam vendito, licet pretium adhuc per Emptorem non fuiſſet perſolutum, ideoque nil dici poſſet in manibus Dionyſii exiſtere, quod per ipſum Dionyſium Teſtatori deberetur, ac per conſequens nil quo ad Oleum eidem in legato fuiſſe remiſſum, Oleum enim per Dionyſium tradendum erat Emptori, de cujus dominio jam per emptionem effectum fuerat, pretium vero ab Emptore perſolvendum erat Teſtatori uti Domino, vel ejus Agenti, a quo peracta in Urbe fuerat venditio, & de pretio eidem Teſtatori, vel ejuſdem Agenti perſolvendo extiterat concordatum; unde imperceptibile omnino redderetur, quomodo dici poſſet hoc Oleum Dionyſio condonatum; Si enim de ipſo Oleo eſt ſermo, jam ſciebat illud in Emptoris dominium fuiſſe per venditionem ei factam ab Agente translatum, haeque de cauſa inſtabat contra eumdem Emptorem pro relaxatione Mandati executivi; ſi vero agatur de ejuſdem Olei prætio, illud eidem Dionyſio condonari non poterat, cum adhuc in manibus Emptoris extaret.

Alterum vero, quod cum Teſtator expreſſe, ac particulariter de Oleo vendito, cujus prætium adhuc non fuerat perſolutum favore hæredum diſpoſuerit ſub illis verbis -- *Di tutti poi li miei Beni &c. denari contanti, & altre robbe vendute, delle quali reſtaſſe ad eſſigerne il prezzo, ſi come anche di quel e non vendute laſcio &c. miei Eredi univerſali li Signori* Donato, *Aleſſandro, & Antonio miei Nepoti* -- non valuerit proinde idem Oleum venditum contineri ſub legato generali nullam ſpeciem individuante, retorquendo ita argumentum in prædicta *Deciſione R. P. D. mei Falconerii* efformatum, cum quo ſupponebatur, Oleum tamquam in Legato perneceſſe comprehenſum, non potuiſſe poſtea cadere ſub generali diſpoſitione favore hæredum.

Hancque voluntatem relinquendi pretium memorati Olei hæredibus, non Dionyſio ſatis aperte convinci ſubdebant ab examine Bartholomæi Perotti per *Sac. Rotam* in expeditione Cauſæ demandato, qui depoſuit ſe poſtquam ultimam R. P. D. Albergotti voluntatem de ejus ordine extenderat, interrogaſſe Teſtatorem -- *quello haveſſe voluto ſi faceſſe ſopra queſto particolare dell' Olio* -- reſponſumque habuiſſe -- *che ci haurebbero penſato li ſuoi Eredi* -- eodemque Teſte Inſtantiam pro clariori explicatione renovante, ſubjungendo ſcilicet -- *ma per la cotroverſia, e Lite, che vi è col Mercante?* Teſtatorem ſubdidiſſe - *Sono le coſe in chiaro* - Ex quibus reſponſionibus ſatis declarari voluntatem Teſtatoris ſubjungebant, quibus nimirum Olei pretium reliquiſſet. Si enim illud Dionyſio Legatum exiſtimaſſet, utique reſpondiſſet -- *che vi haverebbe penſato il Sig.* Dioniſio - non autem *li ſuoi Eredi* - addentes, quod verba illa *ſono le coſe in chiaro* - nullatenus referenda videbantur ad clarationem diſpoſitionis de Oleo facta favore Legatarii, ſed de claritate actionis, quæ contra Emptorem pro conſequutione prætii competebat, alias Interogrationis reſponſio non cohæreret.

Verum ex neutro prædictorum argumentorum vires Rotalis ſententiæ infringi *Domini* iterum animadvertebant; Ad primum enim objectum, quod condonatio nec in Oleo, nec in illius pretio verificabilis foret, cum Oleum in alienum dominium per venditionem jam petranſiiſſet, pretiumque in manibus Dionyſii adhuc non reperiretur, placebat *Dominis* reſponſio, quod exitus docuit, dictam venditionem non extitiſſe perfectam, cum ad ejuſdem Olei receptionem cogi numquam Emptor valuerit, ideoque de medio ſublata hac ſuppoſita, ſed non verificata translatione dicti Olei in dominium aſſerti Emptoris, ſemper ſubſiſtere videbatur, quod de tempore conditi Teſtamenti Dionyſius eſſet ejuſdem Olei Debitor erga Teſtatorem, & per conſequens ſub plenaria abſolutione a quocumque debito recte etiam iſtud Olei debitum fuiſſe comprehenſum, ex *authoritatibus* ſupra in §. *De validitate* prope finem *adductis*,

Prout minoris relevantiæ viſum fuit ſecundum a diſpoſitione Teſtatoris favore hæredum deductum in illis verbis -- *Et altre robbe vendute, delle quali reſtaſſi ad eſſigerne il prezzo* -- ut enim *Domini* perpendebant, cum hæc verba de alia quacumque ſpecie alterius rei vendite pretio adhuc inexacto, verificari valerent, quinimo Idem Teſtator dubitative loquutus foret, ibi - *che reſtaſſi* - loco dicendi - *delle quali lo reſto* - fruſtra ideireo trahenda erant ad comprehenſionem Olei, cujus pretij, quatenus venditio irrevocabiliter, & perfecte expleta fuiſſet, quod negatur, certo ſciebat, ſe eſſe Creditorem, & cujus Olei, ſeu pretij reſtitutionem jam in Legato evidentiſſime Dionyſio condonaverat, alias Legatum eluſorium remanſiſſet, ut bene probat *Deciſio R. P. D. mei Falconerii in §. Minus valida*.

Ex depoſitione vero Perotti nil Dionyſio contrarium deſumi pariter Domini authumabant, opinantes, quod ſi Teſtator reſpondit - *che ci haverebboro penſato li ſuoi Eredi, e che tutto era in chiaro* - intelligere potuerit, quod ſi re vera contractus venditionis Olei perfectus extitiſſet,

adeo-

adeoque Emptores pro pretio in judicium vocandi forent, tunc actio illa exercibilis eſſet per eoſdem hæredes, ad quos ſubinde pretii exactio pertinuiſſet, ubi vero non ſubſiſtente contractus perfectione, Debitor Olei, vel illius pretii remanſiſſet Dionyſius, tunc res eſſet clara, ut debitum ſive ejuſdem Olei, ſive illius pretii eidem Dionyſio condonatum haberetur, cum a ſolutione cujuſcumque debiti fuiſſet ampliſſime liberatus.

Et ita omiſſa reſponſione ad alia læviora argumenta, vel nil concludentia, vel plene per *R. P. D. meum Falconeriam in ejus Deciſione* ſublata *Domini Sententiam Rotalem eſſe confirmandam exiſtimarunt*, Utraque &c.

FRISINGEN, CANONICATUS.

Lunæ 2. Julii 1714.

ARGUMENTUM.

Leges in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Executor Literarum Apoſtolicarum ſi formam in dd. Literis præſcriptam non ſervaverit nulliter procedit.*

2 *Ordinarius Executor Literarum Apoſtolicarum non præſumitur, quod in propriæ conſcientiæ detrimentum voluerit non idoneum gratificare.*

3 *Judex ſemel officio ſuo functus nequit poſtea manus in eademmet cauſa apponere.*

4 *Contradictor ſi non eſt legitimus non eſt audiendus.*

5 *Obreptitia, ac ſubreptitia dicitur gratia ſi Papæ expreſſum non fuerit id quod ſi ſciviſſet vel non conceſſiſſet, vel ſaltem difficilius.*

6 *Beneficia ob incompatibilitatem vacantia non pertinent ad Ordinarios collatores, ſed ad Sedem Apoſtolicam.*

7 *Reſidentia in Beneficio eam requirente omnino demandatur a Sac. Concil. Trid.*

8 *Fructus præbendæ Canonicalis debentur illi, qui reſidet in loco Beneficii.*

DECISIO DCLXXXIII.

SEntentia *R.P.D. mei Criſpi* in qua prævia *deciſione* edita *ſub die 27. Iunii 1712.* pronuntiatum fuerat — *Non intrare arbitrium pro retardanda exequutione litterarum Apoſtolicarum* continentium diſpenſationem favore Ioſephi Gammershamer a Summo Pontefice emanatam retinendi Canonicatum, quo antea perfruebatur inſimul cum Parochiali ad quam a Capitulo, & Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Zenonis in Iſen de quorum gremio, & ipſe erat nuper fuerat nominatus & ſucceſſive ab Ordinario Inſtitutus, ſolidis adeo fundamentis in dicta deciſione expreſſis innixa viſa eſt, ut etiam hodie ad novam ejuſdem Capituli provocationem cummiſſa mihi appellationis cauſa, & propoſito Dubio — *An procedendum ſit ad legitimam earundem litterarum Apoſtolicarum exequutionem* — reſponſum prodierit *Affirmativum*.

Conquærebatur enim hodie Capitulum, quod Vicarius Generalis Friſingen., cui litteræ Apoſtolicæ fuerant directæ, ut eas certis præſcriptis pro forma legibus exequeretur, nedum nulliter non impleta prædicta forma proceſſerit, ſed, & injuſte ſe geſſerit eaſdem litteras exequendo, quando uti manifeſto ſubreptionis vitio affectæ nullam penitus exequutionem merebantur. Nullitas autem non ſervatæ formæ in eo reſidere dicebatur, quod cum Summus Pontifex in memoratis litteris injuxiſſet Exequutori, ut prædicta Parochialem Ioſepho conferret per hæc verba -- *Diſcretioni Tuæ mandamus quatenus ſi per diligentem examinationem per Te adhibitis Examinatoribus ad hoc a Concilio Tridentino deſignatis ſi iſtinc ſint, ſin autem abſque illis faciendam, dictum Joſephum idoneum eſſe reperreris, ſuper quo Conſcientiam Tuam oneramus &c. Eccleſiam &c. conferas &c.* dictam vero formam non ſervaverit Exequutor, examini Joſephum non ſubiiciendo, a manifeſta

1 propterea nullitate eius proceſſus ſalvari nequeat per ea, quæ in his caſibus tradunt *Amayden. de Styl. Datariæ lib. 1. cap. 5. quæſtion. 5. nu. 112. Garz de Beneſic. part. 6. cap. 6. n. 258.*, *Card. Cerr. dec. 604. n. 7. Bich. dec. 545. n. 17.*, *& in Auguſtana Canonicatus ſuper litteris Ludovici 3. Junij 1712. §. Verum coram R. P. D. meo Criſpo.*

Verum multiplici reſponſione tolli hujuſmodi objectum videbatur. In primis enim neſciebatur quo Iure hanc oppoſitionem promovere valeret Capitulum, cum nullo ex titulo ad haſce nullitates opponendas videretur legitimus Contradictor, præmaxime impugnando habilitatem Ioſephi, propriam videretur turpitudinem allegare; Si enim Ille prædicto Parochiali muneri impar erat male ſe geſſerat ipſum Capitulum, & Canonici, eum ad talem Provinciam nomiuando, & minus commendabiliter egiſſet Ordinarius poſt conſuetum per actum examen ſuper illius idoneitate eidem Parochiam conferendo; Cum autem nec de ipſo vigilantiſſimo Epiſcopo, nec de Capitulo talis oſcitantia ſit præſumenda, perneceſſe dicendum eſt, quod de idoneitate Joſephi, ſicuti ipſis antea conſtiterit, ita nec hodie dubitari valeat prout ſatis quoque ad hunc gratioſum effectum conſtare videbatur ex ſola aſſertiva per ipſum Iudicem Exequutorem in ejus Sententia emiſſa, qua ſibi conſtitiſſe de notoria ejuſdem Joſephi idoneitate teſtabatur; cujus Exequutoris Conſcientiam cum ſuper hoc Summus Pontifex oneraſſet, nefas videretur cogitare quod in propriæ Animæ detrimentum hujuſmodi indaginem omittere voluerit, & nihilominus de idoneitate

2 palam in Sententia teſtati, quando ſufficiens de ea experimentum non habuiſſet, ut

ani-

animadvertit *Roſ. de exequut. litter. Apoſtolic. cap. 7. nu. 15. Rot. coram Card. Cerr. dec. 759. num. 5. deciſ. 298. num. 6. cum aliis in dicta deciſ. R. P. D. mei Criſpi relatis in §. de Juſtificatione.*

Sed quatenus ad earundem litterarum implementum, requiſitum pro forma fuiſſet oppoſitum examen, adhuc implementum hujus formæ amplius hodie non deſiderabatur, exhibita enim fuerat *Dominis* in hodierna propoſitione ingenua relatio eiuſdemmet Vicarii Generalis Judicis Exequutoris nuperrime defuncti teſtantis, quod ob inexiſtentium Synodalium Examinatorum, Examen in Apoſtolicis præſcriptum litteris per alios ad huuc præciſum effectum Deputatos expleverat, atque ita, cum formam in memoraris litteris deſignatam adamuſſim fuerit exequutus, illico fundamentum quo prædicta magnificata nullitas nitebatur, mole ſua ruere viſum erat.

Oppoſitionem prædictæ aſſertæ nullitatis ſubſequebatur altera, quam Scribentes pro Capitulo fundabant in eo, quod prædictus Vicarius Generalis non fuerit exequutus contemporanee Apoſtolicas litteras ſuper utraque gratia, ſed prius contulerit Parochialem, deinde vero poſt duorum menſium lapſum ad aliam Sententiam ſuper retenſione Canonicatus proceſſerit obſiſtentibus legalibus Sanctionibus, quæ Iudi-
3 cibus, poſtquam ſemel ſuo Officio per Sententiam functi ſunt, manus ulterius in eadem Cauſa apponere interdicunt de quibus eſt *Text. in capit. in litteris de offic. delegat.*, *& in l. Judex de re Judic.*, *ac in leg. ſi, ut proponis C. quomodo Judex*, *Roſ. de exequut. litterarum Apoſtol. lib. 2. cap. 7. num. 81.*

At levioris momenti tale quoque obiectum *Dominis* apparuit; Ultra enim ſupra relatam animaduerſionem, quod in hac exceptione Capitulum, uti non legimus Contradictor, minime erat audiendum, ut dicit *Card. de Luc.*
4 *de Judic. diſc. 43. ſub nu. 16.*, & in caſu debiliori reſponderat *Rota in Leodien.*, *ſeu Aquiſgranen. Canonicatus ſuper manutentione 20. Januarii 1702. §. Non ſubſiſtet coram Eminentiſſimo Priolo*, Prædictam etiam propoſitionem, & auctoritates ad eam comprobandam proxime per Capitulum deſuper allatas, militare *Domini* animaduerterant tantum in Exequutoribus Juſtitiæ, qui partes Judicis in contentioſo Partium conflictu aſſumere debentes, Judiciaria tela ſervata, ac cum matura cauſæ cognitione ad definitivam ſubinde Sententiam ſer. ſer. deveniunt, minime vero in Exequutoribus Gratiarum, ſeu litterarum in forma gratioſa espeditarum; Horum enim reſpectu Juriſdictio ſtatim, ac fuit aſſumpta, perpetuatur, cum etiam abſque proceſſus compilatione procedere valeant, ut diſtinguendo monet *Roſ. de exequut. litter. Apoſtol. d. cap. 7. num. 13.*

Hæcque diſtinctio maiori efficacia procedere dignoſcebatur in præſenti themate, quo Judex Exequutor declarando licitam, &, ſanata incompatibilitate, esercibilem retentionem ejuſdem Canonicatus cum Parochiali nil de propria voluntate, aut Iudicio contribuerat, cum admiſſo Joſepho tamquam digno ad Parochialem, veniret per conſequens, & facultas retiuendi etiam Canonicatum es permiſſione Summis Pontificis in ipſiſmet litteris elargita, & ita declaratio hujus licitæ retentionis erat Proviſioni Parochialis omnino conſequutiva, quinimo neceſſaria.

In juſtitiam vero memorati Scribentes pro Capitulo ex duplici aſſerta ſubreptione deſumebant, altera nimirum quod Joſeph in ſupplicatione pro diſpenſatione incompatibilitatis Sanctiſſimo porrecta tacuerit quod ab Ordinario collata ei fuerit Parochialis ſub ea lege ab ipſo etiam acceptata, quod illico Canonicatus haberetur pro vacante, altera vero quod Papa ſuppoſuerit Joſephum poſſe utrique Beneficio commode deſervire, ſolumque cogitaſſe, quod aliquando deficere poſſet in ſervitio perſonali Canonicatus; hancque credulitatem in Summo Pontifice ortam eſſe quia Joſeph non expreſſerat diſtantiam Eccleſiæ Parochialis a Collegiata per quinque milliaria, & ultra, ac numeroſum Populum eidem Parochiali ſuppoſitum, quæ ſane omnia ſi Summo Pontifici innotuiſſent, nullo modo, vel ſaltem difficilius utriuſque beneficii retentionem fuiſſet elargitus quoties una es dictis Eccleſiis perneceſſe pro-
5 prio ſervitio defraudata exiſtere debuiſſet, ad tradita per *Roſ. de exequut. litter. par. 1. cap. 6. num. 1. & ſeqq. Rich. deciſ. 302. nu. 4. In Medilanen. Beneficii 9. Decembris 1707. §. Sicuti, coram bon. memor. Cafforello, & in Majoricen. Beneficii 6. Decembris 1709. §. Principali illud coram me.*

Verum, quoad prætenſam Conditionem in collatione Parochialis adiectam ſuper vacatione Canonicatus, placuerat reſpouſio quod cum talis conditio adiecta uon fuerit in nominatione per Capitulum facta, ea nullatenus ſuper addi poterat in approbatione ad Curam per Ordinarium, cujus partes erant tantum inquirendi de Idoneitate uominati; Nec es eo quod Joſeph retinuerit utrumque Beneficium incompatibile cum actuali fructum utriuſque perceptione per aliquod tempus, ex quo Canonicatus ipſo Iure vacaverat, dici poterat Ius aliquod Capitulo ortum providendi alium de eodem Canonicatu, de quo Iure facienda fuiſſet mentio in ſupplica-
6 tione; quoniam Certi Iuris eſt, quod hujuſmodi beneſicia ob iucompatibilitatem vacantia non pertiuent ad Ordinarios Collatores, ſed ad Sedem Apoſtolicam, ut præcipit *Extravag. execrabilis de Præben.*, *& Dignit. verſ. quæ omnia prope fin.*, & decernit *Regul. 3. Cancellariæ tit. de extenſ. Reſervationis Beneficiorum per aſſequutionem Pacificam Vacantorum*, ideoque cum nullus in hujus Canonicatus proviſione Capitulo nec Ordinario ortum fuiſſet, nulla etiam facienda videbatur expreſſio.

Digitized by Google

Cæteris vero obiectis quoad utriuſque reſidentiæ per Papam ſubintellectæ incompatibilitatem in præterita etiam Inſtantia propoſitis, cum abunde ſatisfaciat memorata *Deciſio R. P. D. mei Criſpi a §. Verum Capituli Contradictio uſque ad finem*, eaſdem hodie Reſponſiones repetere *Domini* ſuperfluum exiſtimarunt, ideoque ad eas ſe remiſſive habuerunt.

Non relevante novo obiecto, quod nimirum etsi Statuta illius Collegiatæ Eccleſiæ præcipiant reſidentiam ſub pœna ammiſſionis fructuum, non exinde tamen diei valeat reſidentia tantum cauſativa, inducens ſolummodo privationem fructuum, non vero tituli, *ut in prædicta deciſ. R. P. D. mei Criſpi ſupponitur*, cum in Canonicatibus Eccleſiarum Collegiatarum non detur iſta reſidentia cauſativa, ſed inſit reſidentia formalis obligans Canonicos, nedum ad intereſſentiam in Choro, ſed ad Reſidentiam localem in loco Beneficii, ſique Statuta hujus Eccleſiæ ſubtractionem fructuum non Reſidentibus imponunt, id fecerint inhærendo pœnis a Sacro Concilio Tridentino primo, & ſecundo anno abſentibus inflictis, ſed non exinde ſublata diei poſſit privatio tituli in caſu durationis Contumaciæ non reſidendi, *quam Sacrum Concilium Tridentinum* omnino
7 præcipit, contra quod Statuta diſponere non valent, ad tradita *per Fagnan. in cap. ut Abbates ſub num. 79. de ætat., & qualit. Corrad. in praxi benef. lib. 2. cap 14. num. 37. & 45. Panimoll. decif. 80. num. 8.; Seraphin. deciſ.* 1256. *num. 2., & 4.*, & præciſus *Rota in Monaſterien. Canonicatu ſuper litteris Erneſti 6. Decembris 1706. coram R. P. D. meo Lancetta, & in Auguſtana Provinciæ Moguntinæ* 14. Decembris 1708. *§. Quod autem, & §. Theorica coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Etenim optime noverant *Domini* utraque Canonicorum Collegiatarum obligationem, nimirum nedum Choro intereſſendi propter Diſtributiones ex clara Sanctione ejuſdem *Sacri Concilii Trident. in ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.*, ſed independenter etiam a dicta intereſſentia continuo quoque reſidendi in loco Beneficii propter fructus Præbendarum qui continuo percipiuntur quamvis ſervitium Chori eſſet temporaneum tantum, ſeu certis tantum diebus ſcilicet feſtivis affixum, ex Diſpoſitione *Textus in cap. Iamdudum ibique Fagnan. num. 19., & cap. licet ibi-*
8 *que gloſſ., Aacbaran. Gonzal, cæterique Scribentes de Præben. Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. n.* 140., 180., & 407 *Barboſ. allegat. 53. nu. 115. de Luca de Benefic. diſc. 61. numero 4., & in annotat. ad Sacrum Concilium Tridentinum diſc. 15. n. 2., & 3., & in deciſ. 82. nu. 53. inter in Urbe impreſſ. coram Me*, & idem innuit *Sacrum Concil. Trident. in dicto cap. 12. ſeſſ. 24.*, ob quam Cauſam Coadiutus, etſi Choro intereſſe non teneatur, nihilominus à loco Beneficii abſque *Sacræ Congregationis Concilii* Diſpenſatione abeſſe nequit ſub pœna privationis eorundem fructuum Præbendalium ut reſpondit eadem *Sac. Congregatio Concilii* in una *Cartaginen. prima Decembris* 1618., *de qua in lib.* 11. *Decretorum fol.* 223. *à tergo*, Cujus meminit *Barboſ. in Summ. Apoſtolic. deciſ. collect.* 175. *nu.* 24. non perficiente intereſſentia Coadiutoris in Choro.

Sed hujuſmodi Sanctiones non obeſſe diſpenſationi per Joſephum obtentam, nec eam ſubreptitie obtentam reddere valebant; Eo enim ipſo quod narraverat Summo Pontifici ſe exoptare retinere ſimul cum Parochiali etiam Canonicatum illius Collegiatæ, neceſſe non erat eas obligationes intereſſentiæ, & reſidentiæ localis talibus Canonicatibus infixas exprimere; Quoniam ſi ex ſub pœna ammiſſionis nedum fructuum ſed, & ipſius tituli iis beneficiis vigore Sanctionum *Summorum Pontificum, ac Sac. Concilii Tridentini* inhærent utique Papæ optime innoteſcere cenſendæ ſunt, ideoque ſi iis non obſtantibus retentionem Canonicatum ſimul cum Parochiali indulſerat, nemini amplius datum erat de hac largitione conquæri, cum ſit actus ex mera Summi Pontificis Beneficientia promanans; Animadvertentibus etiam iterum ex abundanti *Dominis*, quod etiam prædictis Statutis, & quibuſcumque aliis in contrarium facientibus fuerat expreſſe in Apoſtolicis litteris derogatum, itaut nil ultra utriuſque beneficii retentioni obſtare amplius valeret, ut obſervat in puncto *Barboſ. de clauſ. 84. num. 6., 9. & ſeqq.* Et generalibus tradunt *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 9., §. 1. numero 57. Rota coram Emerix. Iun. deciſ. 1214. nu. 11. cum concordan.* in propoſito adductis in laudata *deciſ. præcedentis Inſtantiæ ſub §. Evidentius coram R. P. D. meo Criſpo*.

Et ita &c. utraque &c.

BONONIEN. FRUMENTI.

Lunæ 2. Iunii 1714.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

Num. unic. *Tertii Periti electio demandari tantum ſolet in primorum peritorum diſcordia.*

DECISIO DCLXXXIV.

DEtrectantibus uſque de Anno 1698. Poſſeſſoribus Molendinorum Bononiæ certam frumenti quantitatem in qualitate alias in antiquiſſima Tranſactione conſtabilita RR. Monialibus Sanctiſſimi Corporis Chriſti, aliiſque eorum Creditoribus perſolvere, horum quærimonia ad Iudices delata, per tres conformes ſententias in Iudicatum tranſactas definitum extiterat Poſſeſſores prædictos teneri tradere memoratis

Creditoribus conventam frumenti quantitatem in qualitate appellata *Scavezzo* ad formam notificationis à Dominis Plebum Tribunis ſub die 25. Ianuarii Anni 1688. emanatæ, quæ ita ſe habebat *Sopra di che il Scavezzo da ſopraporſi alle ſome, ſi debba fare dall' aſcita del ſecondo Vallo, in maniera, che non viſia Loglio, e così ne meno frumento buco, come peggiore del Loglio, intendendoſi però ad arbitrio di buomo da bene, ſe ve ne foſſe meſcolato qualche Grano, e di Loglio, e di frumento buco, ſotto le pene &c.*

Verum adhuc requiſitam, & decretam tritici qualitatem tradere recuſantibus iiſdem Poſſeſſoribus, opus fuit Creditoribus denuo Auditoris Generalis Bononiæ auctoritatem pro earundem ſententiarum exequutione implorare, a quo decretum, & relaſatum propterea fuerat mandatum pro pretio, per Peritos tamen liquidando, quod tanquam Iuſtitiæ conſonum nedum in ſecunda, ſed & ab A. C. in tertia inſtantia meruerat confirmari; Electiſque ſucceſſive hinc inde Peritis pro demandata pretii perſolvendi liquidatione, cum prædictus Auditor Generalis animadvertiſſet utrumque Peritum concordare in eo, quod frumentum illius qualitatis in memoratis bannimentis contentum, & pro cujus pretio relaxatum fuerat mandatum, taxandum foret in obulis 25. minus pretio frumenti puri in Calmerio Civitatis ſtabilito, Peritus enim Creditorum præciſè ex dicto prætio Calmerii obulos 25. deduxerat, & Peritus Poſſeſſorum ſolos obulos 20. ad ſummum deducendos fore arbitratus erat, ideoque magis etiam Creditoribus favebat, tutiorem idcirco, & magis favorabiliorem debitoribus viam eligens dictum prætium liquidaverat juxta ejuſdem Calmerii taxam, *detractis tamen ex dicto valore Calmerii ſolidis 25. Bononien. pro qualibet corbu ejuſdem tritici Scavezzo juxta peritiam &c., & alteri us detractis aliis ſolidis quinque Bonon. pro eo, quo minus dicto Calmerio quandoque vendi ſolet frumentum Bononiæ &c.* quam liquidationem ſucceſſive etiam R. P. D. Petra tunc A. C. munere fungens tanquam Iuri omnino congruam confirmavit.

Non adhuc tamen tot ſententiis, ac decretis obtemperantes memorati Poſſeſſores, iterum ad *Signaturæ Iuſtitiæ Tribunal.* provocaverant, ſed tantæ contumaciæ debitum finem ſemel imponendum idem *Tribunal* agnoſcens, non aliter cauſam iterum committendam cenſuerat, quam cum clauſula *ſine præjudicio* debitæ executionis præſervativa, qua mediante pretium frumenti in ſumma judicialiter liquidata tandem extitit perſolutum: ſatis tamen ſibi adhuc cautum non fore iidem Creditores in ſola pretii conſequutione arbitrantes, ni etiam expenſarum indebite paſſarum reſtitutionem, quæ temere litigantibus imponi ſolet, conſequerentur, eamque aſſequi Iudiciorum praxis eis non permitteret, niſi penitus Iudicia abſolverentur eædem idcirco Moniales, litiſque conſortes apud *Me*, cui nova Commiſſio in devolutivo directa fuerat, hodie inſteterunt, ut definiendum *Dominis* proponerem, *num conſtaret de re judicata, ſeu potius de Cauſis reſtitutionis in integrum*, qui *conſtare de re judicata* reſpondendum exiſtimarunt.

Unica enim hodiernæ controverſiæ ambago reponi videbatur in prætenſa per poſſeſſores Molendinorum Peritiarum diſcordia, quæ reſultare dicebatur ex eo, quod licet Creditorum Peritus pretium in obulis 25. minus Calmerio liquidaſſet, non in ſimili tamen, ſed longe diverſo ſenſu Poſſeſſorum Peritus extitiſſet, cum idem pretium in medietate minus Calmerio perſolvendum retulerit, ſed utraque relatione ſedulo per *Dominos* rimata, nullum inter eas adeſſe diſcrimen emicuit, cum utraque quoad qualitatem macinabilem, de qua notificationes, & bannimenta Bononiæ, ac ſententiæ loquuntur in pretio bonenorum 25. minus Calmerio conveniret.

Ideo enim Peritus per Poſſeſſores inductus frumentum *Scavezzo*, pro medietate minus Calmerio valutandum exiſtimaverat, quia erronee ſuppoſuerat eſſe debere illius infimæ qualitatis ex Iolio, aliiſque frugibus compoſita. ad cujus receptionem nullatenus Creditores cogi poſſe jam per duplicem rem judicatam extiterat declaratum, ut ejuſdem Peritiæ lectura præſefert, ubi loquendo de hac infima ſpecie viliori pretio per ipſum taxata, ait, *e quello non è buono da macinare*, ideoque dicta liquidatio in medietate minus Calmerio aperte controverſum caſum non percutere videbatur, ſed reſpectus habendus erat ad aliud pretium ab eodem Perito ſtabilitum pro alia qualitate frumenti macinabilis. ſeu *Scavezzo*, de quo bannimenta, & ſententiæ loquuntur, nimirum in obulis 20. tantum minus Calmerio. Atque ideo poſita Relationum conformitate quoad frumentum in qualitate decreta Creditoribus tradendum, fruſtra ſcribentes pro Poſſeſſoribus Molendinorum de ſententiis ad normam utriuſque Peritiæ pretium liquidantibus conquærebantur, nullumque proinde allegare valebant gravamen ob denegatam tertii Periti electionem, quæ tantum in primorum Peritorum diſcordia demandari ſolet ad *Text. in l. ſi unus, §. penult. ff. de recept. arbitr. & cap. innotuit, ubi ſcribentes eodem tit. ac Rot. in dec. 678. per tot. coram* Merlin.

Et ita &c. Utraque &c.

ROMANA, SEU SARZANEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurii 21. Novembris 1714.

ARGUMENTUM.

Vulgaris ſubſtitutio reſtricta ad certum, ac determinatum tempus verti nequit in fideicommiſſariam Reicitur Theorica *Soccini in L. Solemus ff. de Condit., & demonſtrat.*, & illius con-

conciliatio, atque explicatio aſſertur, & reiciuntur etiam conjecturæ talem fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſuadentes, puta digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, & votum conſervandi agnationem.

SUMMARIUM.

1 *Hereditas filii ab inteſtato & nullis relictis filii defuncti Matri defertur.*

2 *Vulgaris ſubſtitutio defecta conditione eidem adjecta, atque eam qualificante expirat, ac habetur ac ſi facta non fuiſſet.*

3 *Vulgaris reſtricta ad certum, ac determinatum tempus verti nequit in fideicommiſſariam.*

4 *Theorica* Soccini in L. Solemus ff. de Condit., & demonſtrat. *late expenditur.*

5 *Subſtitutio reſtricta ad tempus obitus alicujus ſine filiis eſt mere vulgaris, & caducatur per exiſtentiam eorundem filiorum.*

Et conjecturæ contrarium ſuadentes eſſe debent efficaciſſimæ, & concludentiſſimæ nu. 6.

7 *Quæ diſtinctio intercedat inter ſubſtitutionem dependentem a caſu negativo inexiſtentiæ, & alteram fideicommiſſariam orientem ex vocatione activa plurium.*

8 *Mixtura cognominis implicat cum voto conſervandi agnationem.*

9 *Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, quo in caſu non ſit attendendus ad inducendum fideicommiſſum.*

DECISIO DCLXXXV.

IMmiſſionem in vim *l. fin. C. de Edict. Div. Adrian toll.*, quam ad Bona hæreditaria Dominicis ſenioris de Finalibus expoſtulaverat Franciſcus Serractus, denegaverat nedum A. C. ſed & in ulteriori Inſtantia, noſtrum quoque Tribunal, *ut ex Deciſione R. P. D. mei Corri* edita *ſub die 2. Iulii proxime præteriti*, ad cujus normam fuerat ſubinde favore Mariæ Magdalenæ Franciſcæ Gamberucciæ eadem bona poſſidentis, lata abſolutionis ſententia. Cumque ad eiuſdem Reæ inſtantiam requiſiverim, hodie Dominos, *An ſententia Rotalis confirmationem, ſeu potius Infirmationem promereretur*, negligente, & hodie Actore Jura ſua deducere, prodiit alteri conforme in ſubſtantia oraculum, nimirum *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam.*

Reminiſcebantur enim *Domini*, quod Dominicus Teſtator condito perpetuo deſcenſivo fideicommiſſo in maſculis deſcendentibus a Marco ex Antonio ipſius Teſtatoris fratre nepote primo Inſtituto, ac animadvertens nil frequentius contingere, quam quod lineæ maſculorum Deſcendentium in tempus remotiſſimum per Teſtatores excogitatæ, in ipſiſmet illarum primordiis deficere ſoleant poſtquam ideirco primo loco nominaverat *li Figlioli maſchi nati, e da naſcere di legitimo matrimonio del ſudetto Marco &c. e loro Deſcendenti in infinito &c.* ſubdiderat -- *E ſe al tempo della morte di detto Marco non vi foſſero, voglio, che ſucceda il primo figlio maſchio, che naſcerà dalle figliole femine di Marco legitimi, e naturali, con che debba pigliare il Cognome di Finale con retenzione del ſuo* -- Cum autem deceſſiſſet Marcus relicto poſt ſe Dominico Iuniore ejus filio, eidemque Dominico ſuperſtes remanſiſſet Ioannes Paulus ex eodem pariter Dominico, & Maria Magdalena Conjuge, ac hodie rea procreatus, hicque ſine filiis poſtremo loco curſum humanæ vitæ abſolviſſet, merito Ioannis Pauli hæreditas ad Mariam Magdalenam, tamquam ejus Matrem, & in proximiori ſucceſſionis
1 gradu exiſtentem, fuerat devoluta ad notiſſimum *Text. in Auth. defuncta Cod. ad Senat. Conſult. Tertull. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 684. nu. 7., Rot. dec. 547. nu. 9. par. 19. tom. 2. recent.*

Abſque eo quod, ad eam ab inteſtata proprii filii ſucceſſione arcendam, aſſerri valeret, diſpoſitio Teſtamentaria prædicti Dominici ſenioris, in qua ſe fideicommiſſarie ſubſtitutum coram A. C. prætendebat Franciſcus Actor, quoniam ea diſpoſitione mature, & hodie per *Dominos* rimata, nullam eiuſdem Actoris ſubſtitutionem ineſſe in memoratis verbis animadverterant, niſi meram vulgarem in ſolo præciſo, & taxativo caſu, quod *al tempo della morte di detto Marco non vi foſſero, ſcilicet li maſchi deſcendenti di detto Marco*, quam vulgarem ſubſtitutionem per ſuperexiſtentiam Dominici filii de tempore obitus prædicti Marci, Patris, nemo erit, qui expiratam non dicat, tamquam defecta conditione dictæ ſubſtitutioni adjecta, eandemque ſtricte qualificante, ſeu informante, perinde ac ſi (ſublato illo præciſo caſu)
2 exarata non fuiſſet, ita docente *Text. in l. ſi quis ita ff. de condit., & demonſtrat., Zsach. in l. hæredes mei, §. Cum ita nu. 7., & ſeqq. ff. ad Trebell., Ramon. conſ. 28. num. 6., & 7. ibique Balduc. num. 7., & 8., Peregrin. de fideicomm. art. 16. nu. 115., Fuſar. de ſubſtit. queſt. 454. nu. 1., & ſeqq., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 659. num. 24., Altograd. lun. controv. 55. nu. 56., Andreol. controv. 100. nu. 2., Magon. dec. Florent. 144. num. 1., Rot. in Cavallicen. Bonorum 3. Iulii 1705. §. Subſiſtere cor. bon. mem. Caffarello, & in Camerinen. Immiſſionis 13. Martii ejuſdem anni §. Aſt quia, & ſeqq. coram Me.*

Adeoque omnino impropria dignoſcebatur Franciſci prætenſio, quod ſubſtitutio illa ad tale præciſum, & determinatum tempus obitus Marci ſine filiis relata, & in eo tantum unico negativo caſu verificabilis, & per conſequens mere vulgaris, ut ſupra dixeram, verti poſſent contra litteralem Teſtatoris voluntatem in fideicommiſſariam, ut ponderata eorumdem verborum, & memoratæ conditionis
3 ad certum, determinatumque omnino tem-

pus

pus reſtrictæ formula, punctualiter docent *Soccin. Iun. conſ. 180. nu. 38., & ſeqq. lib. 2., Menoch. conſ. 469. nu. 10., Ramon. conſ. 28. nu. 28. & 29. ibique Balducc. num. 7., & ſeqq., Andreol. controv. 100. nu. 4., & per tot., Actolin. reſolut. 102. num. 3., & reſolut. 114. nu. 1., & ſeqq., Rota in Fulginaten. legatorum deciſ. 635. nu. 3. & 4. part. 19. tom. 2., confirmata 11. Maii 1686. §. 1. coram Rondinino, in Piſauren. fideicommiſſi penes Balducc. ad Ramon. dec. 5., & 6. per tot., & in Reatina fideicommiſſi de Clavellonibus 16. Junii 1698. §. Quippe quia coram bon. mem. Pio.*

Nullam in noſtro caſu vim faciente, tamquam non conveniente, nec applicabili, theorica *Soccini in l. ſolemus ff. de condit., & demonſtrat.*, 4 qua ſæpiſsime verba, & ſi ſolam vulgarem alioquin importantia, uti ad aliquem Caſum, ſeu tempus reſtricta, nihilominus ad Fideicommiſſariam extendi ſolent, quoniam quæſtio illa non agitatur in noſtris Siccis, præciſis, & taxativis terminis certi omnino, & determinati temporis, quod ſcilicet Teſtator in ſolo caſu, quo de tempore præciſo mortis primi hæredis inſtituti non adſint maſculi, vocavit ſubſtitutum, ſed in caſibus, quibus vel verba non ſint abſolute determinantia, vel citra interverſionem præciſæ Teſtatoris voluntatis, alteri etiam caſui ſint applicabilia, quibus, qualis erat caſus *Deciſionis in Romana Jurispatronatus* 14. *Decembris* 1705. §. *Ex quo ſubſtitutionem contextu, coram Rmo D. meo Molines Decano*; Cum de cætero ſubſtitutionem in hodiernis terminis ad certum, & determinatum tempus obitus alicujus individualiter nominati hæredis ſine filiis reſtrictam, & ipſe *Soccinus* mere vulgarem dijudicet, & conſequenter caducatam data ſuperexiſtentia eorumdem filiorum, ſeu Deſcendentium in conditione poſitorum 5 de tempore obitus ejuſdem Inſtituti, ut declarat ipſe *Soccinus in dicta l. ſolemus ſub nu. 5., & 6. verſ. Tertia concluſio ſit*, & concordant *Actolin. reſolut. forenſ. 102. nu. 5., & reſolut. 114. ſub nu. 7., Rot. dec. 110. nu. 12., & 13. coram Priolo, & in dicta Piſauren. fideicommiſſi penes Balducc. ad Ramon., tom. 2. deciſ. 5. ſub num. 2. verſ. nec adducta diſtinctio, & in Romana Donationum penes Conſtantin. ad Statut. Vrb. dec. 203. nu. 14., & 15., & ſeqq. ac in prædicta Romana Jurispatronatus* 14. *Decembris* 1705. §. *Ex quo ſubſtitutionum contextu, coram Rmo* D. *meo Molines* Decano.

Atque hinc poſita tam clara, & litterali Teſtatoris diſpoſitione, qua in ſolo & limitato caſu inexiſtentiæ filiorum Maſculorum Marci de præciſo tempore obitus ejuſdem Marci, vocare intendebat ſilium maſculum ex filia fœmina ejuſdem Marci naſciturum, opus non erat ad examen Conjecturarum deſcendere, quæ per Franciſcum Actorem proponi fortaſſe valuiſſent; ad conjecturarum enim præſumptionum, & argumentorum adminicula tunc ſolum recurrimus, quando verba diſpoſitiva Teſtatorem ex ſe ita clara non ſunt, ut vel ad cæteras Teſtamenti partes, vel ad veriſimilem, & conjecturatam mentem recurrere opus ſit; ſecus autem, ubi prout in præſenti, tempus determinatum, & conditionem omnino certam, ac caſum individualem deſignavit Teſtator, in quo ſolo maſculus ex fœminis filiabus Marci deſcendens ſuccedere deberet, 6 hoc enim in caſu nullæ aliæ forent admittendæ conjecturæ, ac præſumptiones, niſi quæ tanti ponderis eſſent ut aptæ forent de per ſe novum fideicommiſſum, nil Commune habens cum illa conditionata ſubſtitutione, inducere, ut particulariter notat *Rot. penes Balducc. ad Ramon. d. tom. 2. deciſ. 5. ſub num. 18. verſ. prout etiam inapplicabiles.*

Talis autem non eſt animadverſio, ſeu argumentum ex eo deſumptum quod cum Teſtator ſubſtituerit Deſcendentes ex fœminis in caſu, quo in die obitus Marci nulli reperirentur maſculi ab eo Deſcendentes in infinitum, prout importat ſenſus illius diſpoſitionis, in qua prius Teſtator vocavit filios Maſculos Marci, *e loro deſcendenti in infinito*, & poſtea ſubdit -- *e ſe al tempo della morte di detto Marco non vi foſſero*, ſcilicet, *li figli, e loro Deſcendenti in infinito voglia, che ſucceda &c.* pernecesse dicendum ſit Teſtatorem non reſpexiſſe caſum illum unicum, & determinatum diei obitus Marci ſine filiis Maſculis, cum non poſſent uno, eodemque tempore adeſſe omnes Maſculi, & Deſcendentes maſculi in infinitum ejuſdem Marci, ſed id circo ſubſtitutionem maſculorum ex fœminis ordinaſſe in caſu deficientiæ, nedum filiorum, ſed quorumcumque etiam Deſcendentium ab ipſo Marco indefinite, ac indeterminate, & ordine ſucceſſivo, ac quandocumque deficientia ultimi ex dictis maſculi eveniret, adeoque prædicti Deſcendentes a filiabus Marci non per ſolam vulgarem, ſed per fideicommiſſariam vocati dicendi ſint.

Quoniam cum agatur de caſu inexiſtentiæ omnium filiorum, ac Deſcendentium a Marco, in ſenſu negativo concepto quamvis ille relatus fuerit ad plures perſonas exiſtere non valentes eodem tempore, tamen ille in uno identifico temporis momento, & quidem obitus ejuſdem Marci verificari poterat hocque in caſu ſucceſſio non ſit vocatis inexiſtentibus, ſed directe ipſi Teſtatori, & ſic per meram vulgarem, ut diſtinguendo inter ſubſtitutionem hanc dependentem a caſu negativo inexiſtentiæ, & alteram fideicommiſſariam orientem ex vo-7 catione activa plurium, quæ in uno, eodemque tempore verificari non poſſit, firmant concorditer *Bartol., cæterique ſcribentes in l. 1. ff. de vulgar. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1346. per tot. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 1. nu. 3., & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 22. nu. 1., & Manſ. conſ. 18. nu. 48.*

Nul-

Nullius quoque relevantiæ ad creandam hanc fideicommiſſariam ſubſtitutionem viſa fuit conjectura ex contemplatione Agnationis depromi ſolita, quoniam veram Agnationem conſervare nequeunt Deſcendentes ex fœminis, fictam vero, nec ſtricte esoptavit, nec voluit Teſtator, quia, & ſi injunxerit aſſumptionem cognominis primo filio maſculo Deſcendenti a filiabus, tale tamen præceptum non repetiit in vocatione aliorum Deſcendentium, ac ulterius permiſit eidem primo Maſculo retentionem proprii Cognominis, quæ
6 mistura implicat cum voto conſervandæ propriæ Teſtatoris Agnationis, ut docet *Molin. de Primogen. lib. 2. quæſt. 14. nu. 29., & Rot. in dec. 205. nu. 8. par. 16. rec.*

Prout parum favebat Actori digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, quoniam ex ſubſtitutiones tunc attenduntur, quando ſtant de per ſe, & ſunt a prima independentes ſecus vero, quando prout hic, omnes pendent ab illa conditione negativa, quod de tempore obitus Marci nulli esiſterent ejus filii Maſculi, nec Deſcendentes; Hoc enim in caſu fideicommiſſum per tales digreſſus non protenditur ultra caſum per Teſtatorem volitum, ac præciſe deſignatum, ut monet *Saminiat. conſ. 8. poſt controverſ. Altograd. lun. nu. 16. Caſtal. conſult. 34. num. 21., Rot. deciſ. 147. num. 17., & ſeq. coram Celſ. deciſ. 359. nu. 5. par. 13., deciſ. 80. num. 23. par. 15. rec., & in Lauretana fideicommiſſi 6. Martii 1702. §. final. coram R. P. D. meo Lancetta.*

Et ita &c. unica &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Super primo Statu.

Lunæ 3. Decembris 1714.

ARGUMENTUM.

Non eſt neceſſarium.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas Teſtatoris eſt ſemper religioſe ſervanda ac cuſtodienda.*

2 *Alimenta in qua nam ſumma Sac. Rota taxaverit pro Victu honorifico Matris, ac trium Filiarum.*

3 *Reddi nequit ratio de his quæ Teſtator voluit, ac ordinavit*, & num. 4.

5 *Defectus librorum Tutelarium non impedit quin Tutor rationem reddere aliunde nequeat.*

DECISIO DCLXXXVI.

AD retardandam Dotis Annæ Mariæ Victoriæ ſatisfactionem ei debitam per Agamemnonem, & alios de Mareſcottis mediatos hæredes Alexandri de Cucchis primi Viri ejuſdem Annæ, ac Ioannis Angeli dicti Alexandri Patris Debitorum ejuſdem Dotis, oppoſuerant memorati de Mareſcottis redditam, nondum fuiſſe per eandem Anna Victoriam rationem bonorum Alexandri ejus Viri, quæ tam vivente eodem Alesandro ob ejus dementiam, quam eo e vivis erepto tanquam Franciſcæ Iuſtinæ communis Filiæ Tutrix, ac Curatrix adminiſtraverat jactantes inſuper, quod ne dum de prædicta Dote ſatisfacta penitus remanſiſſet, ſed & in notabili ſumma, favore eorundem de Mareſcottis, Debitrix eadem Anna Victoria evaſiſſet.

Quæ exceptio, licet uti altiorem requirens indaginem retardare non valuerit favorabile Annæ Victoriæ *Tribunalis noſtri* reſponſum pro ejus Dotis reſtitutione, cujus originale Creditum in controverſiam non revocabatur, *ut ex Deciſione per Me* edita ſub *die 11. Maii proxime præteriti*, effecerat nihilominus, ut eadem Anna Victoria, quæ fructus etiam Dotales pendente Debitorum mora decurſos, & ei non ſolutos exoptabat, ac ad removendam omnem ſuę rectitudinis, ac legalitatis ſuſpicionem, exceptionem illam de medio tollere omnino ſatageret mediante ejuſdem Adminiſtrationis redditione rationis, ſub oportuno dubio *per Me* ſubſcripto, *& Dominis* ſub eadem *die 12. Maii* propoſito -- *An nempe conſtaret de ſufficienti redditione rationis*; Sed Equite Mareſcotto abſente, nec informante protulerant equidem *Domini* in ejus contumaciam reſponſum pro Dotis reſtitutione, quamvis dilationem illius Procurator efflagitaret, non tamen alteram dilationem ſuper puncto redditionis rationis pariter espetitam eidem elargiri abnuerant reſcribendo, *Dilata, & dividantur ſtatus.*

Qui cum in quatuor Claſſes per Me fuerint poſtmodum ſubdiviſi, hoc nimirum ordine, ut in prima Claſſe adminiſtratio Annæ expleta a Menſe Octobris 1671., uſque ad Menſem Auguſti Anni 1681. diſcuteretur; In ſecunda, de Adminiſtratione a dicto Anno 1681. ad Menſem Auguſti 1654., ſermo haberetur; Tertia, diſpunctionem rationis ejuſdem Adminiſtrationis ſuſceptæ per Comitem Philippum Marcianus ejuſdem Annæ Victoriæ ſecundum Virum, & per ſex Menſes tantum perduratæ involveret; In quarta demum, examen Adminiſtrationis reaſſumptæ, & per Annum exercitæ per eundem Comitem Philippum poſt obitum Ioſephi ejus Nepotis Viri Franciſcæ Iuſtinæ, & eidem præmortui aſſumeretur; Hinc aſſumpta hodie *per Dominos* diſcuſſione, ſeu examine *primi Status* ſub eodem Dubio -- *An conſtet*, quoad illum *de ſufficienti redditione rationis*, licet quoad Ta-

ber.

bernam odorum, & Chirothecarum, ob Votorum ſciſſuram, nulla reſolutin capta extiterit, *Mibique*, idcirco injunxerint, ut eandem Tabernæ Cauſam alia vice diſcutiendam *proponerem* in reliquis tamen -- *conſtare de ſufficienti redditione conſuerunt*.

Omiſſo etenim de prædicta Taberna ſermone; tota reſiduales hujus primi Status quæſtio reducebatur ad inſpectionem, num Anna Victoria fidelem, ac ſufficientem redditionem de fructibus Bonorum ab hæreditate Joannis Angeli derivantium, & perdecennium ab eadem Adminiſtratorum reddidiſſe dicenda ſit, ita ut hi omnes in illo decennio integre in manutentione Domus, & Familiæ conſumi potuerint, & debuerint, vel potius in eorumdem fructuum Adminiſtratione dolo, vel culpa aliqua eadem Anna notari valuerit; de Capitalibus enim nulla erat quæſtio, cum nulla eorumdem obiici poſſet diſtractio.

Mature itaque, ſeduloque examine rimata prædicta Adminiſtratione, perpenſiſque circumſtantiis omnibus tum temporis, tum ſtatus conditioniſque Perſonarum, ac Patrimonii eandem Comitantibus, injuſtæ emicuerant Dominorum de Mareſcottis conqueſtiones, quibus eandem Adminiſtrationem de dolo, aut lata culpa redarguere profitebantur; Poſita enim etiam ad Partes prætenſione Dominorum de Marſcianis, qua demonſtrare Conabantur, quod Anna eorum Auctrix uti procoæquali portione cum Alexandro ejus Viro ad hæreditatem Ioannis Angeli Soceri invitata, potuiſſet à redditione rationis eximere medietatem omnium fructuum hæreditariorum, quos proprio hæreditario titulo fecerat ſuos, abſque onere illos in ſubſtentationem Familiæ erogandi, aut inveſtiendi, poſtpoſita inquam hujuſmodi prætenſione, tanquam nimis debili fundamento innixa per nonnullos *ex Dominis* exiſtimata, eo quia ſpectata integre Teſtatoris voluntate, ac Viribus ipſis totius hæreditatis apertiſſime liqueret, illum voluiſſe equidem hoc hæreditario titulo ſuos effectus in aliis futuris Caſibus poſt Viri obitum paritoro, allicere Annam Victoriam ad fidele Gubernium Domus, ſubſtantiarum, ac ipſius etiam Perſonæ Alexandri Fatui ejus Filii, ſed non ideo illam eximere voluiſſe, ſeu intendiſſe, a fructuum omnium in publicum totius Familiæ commodum contributione, quo uſque inſimul cum Alexandro Viro conviveret; Ita enim ſuadebat diſpoſitio illa, qua fructus Locorum Montium eidem Iuſtinæ Nepti prælegatorum, ad utilitatem hæreditatis, & conſequutivam commodiorem manutentionem totius Familiæ reliquerat, ut aperte profeſſus fuerat, ibi -- *E queſto laſcio acciò detti miei Eredi poſſino con più commodità mantenere*, *Carrozza*, *Servitori*, *e Serve*, *come l' ho mantenute*, *e mantengo* lo; Si enim demi ex Iudicio Teſtatoris debuiſſet (in ſuppoſito Fratrum de Marſcianis,) hæc fructuum medietas, ſeu iſtarum contributio a communibus Familiæ alimentis, ſane Teſtatoris voluntas, & deſiderium, quod ejus hæredes pari honorificentia ſe tractarent, fruſtratum remanſiſſet, ſi verum eſt (prout ipſa Anna Victoria in redditione ejus rationis fatetur). quod vix integri totius hæreditatis fructus pares tali manutentioni extiterunt, unde obligatam remanſiſſe Annam Victoriam ad fructus omnes totius hæreditatis in Familiæ ſibi commiſſæ alimentis impendendos per neceſſe dicendum eſt ex ipſomet Teſtatoris Iudicio, & non obſcura ejuſdem voluntate,
s quam religioſe ſemper ſervandam monet *Textus In Leg. In Condition. ff. De Condit.*, *& demonſtrat. Leg. Cum qu. in fine Cod. de Legat.*, *in §. Diſponat*, *& §. Si vero uſus fuit*, *in fine*, nec non *in §. His nos circa medium Authent. de Nuptiis*, *ac Cap. Tua 17. Canon. ultima voluntas*, *Cauſa 13. quæſt. 13.*

Adhuc ex redditione rationis per Annam Victoriam de Vniverſis, & integris fructibus coram Perito reddita in comperto apud *Dominos* emerſerat, quod ſcuta illa 16759., quæ partim ex fructibus bonorum hæreditariorum per decennium Anna Victoria perceperat, & partim in æde Sacra depoſita de tempore obitus Teſtatoris adinuenerat, in qua ſumma utraque Pars concordabat, fuerint in Familiæ uſibus per ipſum Teſtatorem volitis, ac deſignatis fideliter per ipſam Annam Victoriam, ac Religiosè inſumpta; Cum enim admitterent Domini de Mareſcottis, quod expenſę neceſſariæ, & veriſimiliter in manutentione illius Familiæ per decennium impenſæ, forent omnino bonificandæ, quamvis de iis minutatim ratio non redderetur, ſolumque contenderet, quod ex ad menſtrua ſcuta 100. reducendæ forent, prout in totidem taxaverit olim noſtrum *Tri-*
2 *bunal.* conſilia alimenta matris cum tribus filiabus, ſcilicet in illa *Romana Legati de Vleis* 27. *Iunii* 1708. *coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano*, ſequendo propterea, & hodie *Domini* prudentiale hoc temperamentum, in ſubſtantia ſaltem Iudicii a Mareſcotto approbatum, diverſimode tamen quoad quantitatem illud hodie regulandum attentis diſparibus voluntatis Teſtatoris circumſtantiis exiſtimaverunt; In caſu enim Legati de Vlcis Teſtator ille moderatas expenſas ſuo hæredi præſcripſerat, in noſtro vero Joannes Angelus honorificam omnino manutentionem injunxit, permittendo etiam, ut quatenus fructus omnes non ſuppeterent, Curatrix Capitale Cenſus ſcutorum 4000. diſtrahere valeret; Unde ſi in memorato primo Caſu ſummam menſtruorum ſcutorum 100. moderationi a Teſtatore injunctæ, & illi ſtatui congruam *Tribunal* dijudicaverat, nemo ſane prudens affirmare audebit, quod ſcuta 140. menſtrua, quæ in annis decem æquant prædictam ſummam ſcutorum 16800. fuerint exceſſiva in manutentione predictæ familiæ, quam ſplendide alendam ipſemet Teſtator præceperat, itant concludendum per neceſ-

ſe

ſe videatur fruſtra a prædicta Curatrice hujuſ-
modi expenſarum exigi rationem, nt ponderat,
3 non abs re *Rab. de confuſ., & diſtinct. Jur. De-
funct., & hæred. Cap. 29. §. 4. numer. 19., Rota
deciſ. 238 num. 4. coram Pamphil. deciſ. 283. nu.
primo in fine part. 1. deciſ. 177. nu. primo, & 2.
par. 7. dec. 221. num. 6. & 13. par. 16., & dec.
11. num. 19. par. 18. rec., ac in Romana Eco-
nomiæ, ſeu redditionis rationis 22. Januarii
1700. §. Nec relevat coram R̃mo dell'Olmo in Ro-
mana Pecuniaria 2. Ianuarii 1706. §. Minime
ad hunc eff: ctum, & in Romana redditionis ratio-
nis 17. Iunii 1709. §. Expediti utraque coram Me.*

Superaddito inſuper, quod in hac quantitate
menſtruorum ſcut. 140. compræhenſæ rema-
nent funeris Teſtatoris impenſæ Elemoſynæ,
& Miſſarum celebrationes per ipſum Teſtato-
rem injunctæ, nec non ſumma in compoſitione
cnm Reverenda Fabrica erogata, conſtituentes
in totum ſcuta 2222., ac ulterius emptio quo-
rumdam Argentorum, ac mobilium, finita
cura, aut Tutela per ipſam Annam Victoriam
reſtitutorum, quæ ſane in caſu Legati de Vlcis
non compræhendebantur, adeo ut ſemper ma-
gis magiſque appareat recte, ac fideliter An-
nam Victoriam in prædicta adminiſtratione ſe
geſſiſſe, nec ex ejus adminiſtratione quidqnam
ſupereſſe ex memoratis fructibus valuiſſe, quod
fuiſſet in ſenſu Dominorum de Mareſcottis in-
veſtiendum; Prout, & agnoverat, idem Te-
ſtator, qui poſt conſtitntam in eodem Teſta-
mento Franciſcæ Juſtinæ ejus Nepti dotem in
ſcutis 7000., deſignatis tot Locis Montium, in
qnibus, & conſiſteret, vetaverat nihilominus,
quod pro tempore quo eadem Iuſtina in Capillis
foret, fructus eorundem Locorum Montium
ad effectum augendę illius Dotis inveſtirentur,
ſed eoſdem fructus in lautiori ſplendidiorique
ejuſdem familiæ cultu impendi præceperat;
Sciebat enim nullos poſt optatam decentem ma-
nutentionem ſupereſſe poſſe fructus ad illius
commodum inveſtiendos; quinimmo diffidens
eos omnes poſſe ſufficere, omnimodam etiam
eidem Annæ Victuriæ facultatem diſtrahendi
Cenſum ſcutorum 4000. (ut ſupra innueram)
fuerat impartius; Vnde ſi illa fructus omnes in
ſæpedicta manutentione impedit, nedum ij in
cauſa licitam, & permiſſam conſumpti dicen-
di ſunt, ſed, & in cauſam mere, & præci-
4 ſe ab ipſo Teſtatore volitam; & præſcriptam,
per ea, quæ ponderat *Bellon. Jun. conſil. 31.
num. 49., Rot. coram Pamphil. dec. 480. num. 2.
coram Card. Cerr. dec. 461. nu. 7., & 8. coram
Card. Celſ. dec. 402. nu. 2., & 3., & ad orna-
tum, Card. de Luca de donationi, dec. 41. nu. 1.*

Non omittentibus *Dominis* (exabundanti
tantum) animadvertere, quod ubi, in ſenſu
etiam minus vero Equitis de Mareſcottis, ali-
quid modicum ſuperexcedens Anna Victoria
impendiſſet, id nulla erat in conſiderazione
habendum, cum ageretur, de Curatrice a
redditione rationis per Teſtatorem plenarie
abſoluta, quæ capitalia omnia intacta reli-
querat, quamvis Cenſum ſcutorum 4000. di-
ſtrahere valuiſſet, & de redditione rationis ex-
petita a Filia, & Nepotibus contra Matrem,
& reſpective Aviam, ac ad illos duriſſimos ef-
fectus condemnandi in bonis propriis Curatri-
cem dolo uſque nunc, ac culpa vacantem.

Atque hinc nullius roboris videbantur ea,
quę contra Legalem Inventarii confectionem
per Mareſcottos, & defectum Librorum tute-
larium opponebantur, ſine quibus legitimam
reddi non poſſe redditionem rationis exagera-
bant; Quo enim ad Inventarium, ultra quam
quod illud in anteactis Judicis ſuper fideicom-
miſſo ſemper fuerat approbatum, animadver-
tebatur, quod de exiſtentia Capitalium nulla
in præſenti erat quæſtio, cum omnia adhuc ex-
tare ſit in confeſſis, ſolumque de fructuum ab
iis provenientium adminiſtratione res erat,
adeoque, redditioni rationis eorundem fru-
ctuum, nihil prædictum Inventarium obſiſte-
bat; Quo vero ad hodiernum Librorum Tute-
larium defectum, plana res erat, quod illo-
rum defectus facultatem Curatrici adimere
non valebat, quo minus de redditibus, aliiſ-
que rebus hęreditariis ab ea adminiſtratis ratio-
5 nem reddere non potuerit, ut in propoſito Tu-
toris, ac Curatoris docet *Cakan. conſ. 93.*,
quem refert, & ſequitur, *Rot. in deciſ. 225.
num. 12., coram Cardin. Celſ. dec. 151. nu. 13.
coram Emerix Iun., & in Romana redditionis
rationis 14. Februarii 1710. §. Expediti coram
Eminentiſſimo Priolo* adhibito præſertim ſupra-
dicto temperamento ab ipſis met Mareſcottis
ſaltem quo ad ſubſtantiam inſinuato.

Et ita omiſſa reſponſione ad alia leviora ob-
jecta *Domini* cenſuerunt utraque &c.

EADEM CORAM EODEM.

Super ſecundo Statu.

Et eodem die 3. Decembris 1714.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Inventarium tutelare in actu ſuſceptionis tutelæ
conficere omnino tenetur Tutor ad excludendam
doli, & occultationis præſumptionem.*
*Nec ſuffragatur ad hunc effectum informis deſcri-
ptio, & facta longe poſt tempus a Jure conſtabi-
litum* num. 2.
3 *Expenſæ non juſtificatæ in nullo numero ſunt ha-
bendæ.*

DECISIO DCLXXXVII.

AGgreſſa per *Dominos* hodierna die juxta or-
dinem in altera prima contemporanea mea
Deciſione deſignatum, diſpunctione *ſecundi Sta-*

tus

tus reſpicientis adminiſtrationem ab Anna Victoria exercitam Tutorio nomine Franciſcæ Juſtinæ unicæ communis filiæ in Conjugis cum Alexandro primo Viro ſuſceptæ, a die ſcilicet 15. Auguſti anni 1681. quo memoratus Alexander e Vivis exceſſerat, uſque ad diem 23. *Martii anni* 1684., quo eadem Auna ad ſecundas Nuptias -- tranſiverat, in hoc pariter iidem *Domini conſtare de ſufficienti redditione rationis* reſcripſerunt, excepta tamen partita ſcutorum 1249., cujus diſcuſſionem ob ſuffragiorum ſciſſuram, quæ hodie ſuper ea interceſſerat, novo, ac particulari examini reſervarunt.

Admittebatur enim per utramque partem, quod fructus ex univerſis hæreditariis bonis per Annam, durante eadem tutela, percepti, aſcenderent ad ſcuta 2974. 74. Quorum nimirum ſcuta 3478. 48. provenirent ex fructibus hæreditatis Joannis Angeli Cucchi, in qua eadem Anna coæqualiter cum Aleſandro Viro, & reſpective Io. Angeli filio fuerat hæres inſcripta, reliqua vero ſcuta 496. 26. conflarentur es fructibus Locorum Montium 47. hæreditariorum ipſius Alexandri Patris Pupillæ, tamquam emptorum cum pecuniis Dotalibus ejuſdem Annæ ſub nomine Alexandri Viri, ad cujus dominium procul dubio pertinebant.

Pro redarguenda itaque redditione rationis per Annam in hoc *ſecundo Statu* coram perito exhibita, & *Dominorum* Trutinæ hodie ſuppoſita de penitus inſufficienti, præmittebant in primis Domini de Mareſcottis defectum Inventarii bonorum præſertim mobilium, ac Jocalium Alexandri, quod in actu ſuſceptionis tutelæ omnino Anna conficere tenebatur ad ex-
1 cludendam doli, & ocultationis præſumptionem ex cenſura *Textus in leg. Tutor, qui repertorium ubi Bart., & alii ſcribentes ff. De Adminiſtrat. Montan. de Tutel. cap.* 32. *regul.* 5. *per tot.*, *& Rot. in Deciſ.* 83. *num.* 2. *part.* 13. *rec.* & alibi paſſim; Non ſuffragante ad hunc effectum deſcriptione tam bonorum quam mobilium per eandem Annam exarata de tempore, quo ad ſecunda vota convolaverat, tum quia foret undequaque informis, tum quia per acta fuiſſet longe poſt tempus ad hoc in Iure
2 conſtabilitum, ut proſequitur *Rot. in dec.* 293. *num.* 6. *part.* 9. *dec.* 118. *num.* 25., *& ſequent. part.* 12. *recent. cum concordan. in Bononien. evictionis* 2. *Iulii* 1714. *§. In hac quidem, & §. Alterum vero coram R. P. D. meo Falconerio*. Duplicemque ſubinde calculum proponebant, quod nempe, vel facienda foret ipſorum redditum hæreditariorum Joannis Angeli ſeparatio, ita ut ſcuta 1739. obtigerint Annæ Victoriæ tamquam hæredi in medietate Inſtitutæ, & hoc caſu eadem Annæ Tutrix rationem reddere teneretur de altera portione debita Iuſtinæ Pupillæ ex Perſona Alexandri Cohæredis, & ejus Patris in coæquali ſumma ſcutorum 1729., quibus ſi addantur fructus Locorum Montium 47. emptorum, ut ſupra ex pecuniis propriis ipſius Alexandri, debitum Tutricis conſiſteret in ſcutis 2235. de quibus rationem in præſenti reddere teneretur.

Poſito autem hoc calculo, proſequebantur memorati de Mareſcottis examen expenſarum, quas pro manutentione Juſtinæ ſubire Tutrix debuerit, eaſque in totum reducebant ad ſcuta 310. ſub eo fundamento, quod cum pro eo tempore, quo Iuſtina moram traxerat in Monaſterio Sancti Silveſtri de Capite, menſtrua ſcuta decem ſuperabundarent, iis propterea deductis a prædicto credito Pupillæ ſcut. ut ſupra 2235., debitum ejuſdem Annæ Tutricis pro hac ſecunda Adminiſtratione ſummam excederet ſcut. 1925.

Abſque eo quod in ulteriorem hujuſmodi ſummæ diminutionem calculari valerent Alimenta ipſius Tutricis ſecum trahente notabiles expenſas famulorum, & Currus, cum poſita ſeparatione, & appropriatione tributa eidem Annæ fructuum ſuæ propriæ portionis in ſupradicta ſumma ſcutorum 1739., ex prædicta per conſequens ſumma ſibi parare propria alimenta eadem Anna omnino debuerit, nec ulla æqui bonique ratio patiatur, quod ea ex portione fructuum Pupillæ non vero ex illa fructuum eiuſdem Tutricis præſtari debuerint.

Quatenus vero in hypotheſi (per eoſdem tamen de Mareſcottis non admiſſa) dici valeret Iuſtina obligata concurrere pro ſua medietate ad omnes illas expenſas, adhuc debitricem in non modica ſumma conſtituendam Annam Tutricem ſubjungebant iidem de Mareſcottis, eo quia expenſę in manutentione Domus ipſarum Annæ Tutricis, & Iuſtinæ Pupillæ, una cum Curru, & famulis nullatenus æquarent ſummam illam ſcutorum 3974. 74. ex fructibus bonorum ab eadem Tutrice Adminiſtratorum retractam, quamque ſummam integre in hoc caſu conferendam non inficiabantur ipſimet ſcribentes pro Marſcianis, prætendebant enim Mareſcotti, quod expenſæ per Annam appoſitæ non forent, prout opus fuiſſet, Iuſtificatæ nec in tam ad eo exceſſiva ſumma per *Tribunal* bonificandæ.

Signanter enim de omnino exceſſiva redarguebant primam partitam aſcendentem ad ſc. 369. 88. quam conflatam ajebant ex Eleemoſynis, & Legatis, quando aſſerebant hæreditatem nullo alio gravatam onere, quam ſcutor. 58. annuorum, quæ in toto eo tutelæ tempore, conſtituerent tantum ſummam ſcutor. 160. Prout de omnino in debita, & exceſſiva redarguebant iidem de Mareſcottis partitam 23. cantantem *ſpeſe diverſe*, & præferentem ſummam ſcutorum 1249. 89., cum dictæ expenſæ juſtificatæ non apparerent, nec concludenter doceretur in quam cauſam ceſſerint,
3 nullo propterea pacto calculandæ viderentur ad creditum ejuſdem Tutricis ut firmat *Rot. poſt. Merlin. de Pignor. Dec.* 45. *ſub nu.* 6.

ve; pc. unde cum ſingula , & poſt Salgad. in Labyrint. Creditor. dec. 17. num. 5. deciſ. 189. num. 2c. coram Merlin. dec. 142. num. 70. coram Card. Celſo , & dec. 111. nu. 5. par. 7. rec.

Adeoque cenſebant memorati de Mareſcottis , quod attenta erroneitate prędictarum partitarum , recurrendum , & hodie foret ad taxam legalem in primo pariter ſtatu practicatam , qua habito reſpectu numeri Perſonarum ſcilicet Matris tantum in Domo manentis ; & unicæ filiæ in Monaſterio pro eo tempore ut ſupra de gentis regulari in probabili ſuppoſito valeret quid , & quantum potuerit , ſimulque debuerit expendere Tutrix , exiſtimantes , quod in eorum ſenſu per Peritum relato , *ut in Summar. eorundem de Mareſcottis nu. 6.* debitum Annæ foret adhuc in ſc. 1199. 16. procul dubio liquidandum , & ita non conſtare de ſufficienti redditione rationis , eſſe per *Dominos* reſpondendum .

Hiſce tamen minime attentis cenſuerunt *Domini* , dempta partita illa ſcut. 1249. 82. particulari ut ſupra examini reſervata , *conſtare de ſufficienti redditione rationis* , cum enim tota conqueſtio DD. de Mareſcottis in ſubſtantia reeduceretur ad illas b nas partitas nempe ſeutorum 369. 88. intitulatam *uſcita generale* , & vigeſimam tertiam ſcutorum 1249. 82. *per ſpeſ diverſe* , quæ hodie non definitur , exiſtimarunt propterea *Domini* fruſtra quo ad primam partitam redargui Tutricem de exceſſu quia quamvis Legata , & Elemoſynę in ſenſu etiam ſuppoſito per DD. de Mareſcottis , non excederent ſummam in totum ſcutorum 160. occurrebant nihilominus in præſenti impenſæ funeris Alexandri ad ipſam Iuſtinam ſpectantes , ſen de prædictis fructibus explendę .

Unde cum deductis memoratis ſcutis 1249. 82. alteri examini reſervatis , quantitas reſidualium fructum per Annam exactorum reduceretur ad ſcnta 1724. 92. eaque (retento themate per ipſos Mareſcottos inſinuato , & per DD. in primo ſtatu incepto taxandi hujuſmodi expenſas habito reſpectu ad numerum Perſonarum , ac ad Vires Patrimonii , & Ioannis Angeli præceptum) ſub diviſa in annos duos , menſes ſeptem , & dies octo , æquarent ſummam tantum menſtruorum ſcutorum 88. ſane hæc ſumma hic , & nunc , perpenſa manotentione Matris , & filiæ Curtus . & Famulorum dici nequibat exceſſiva , quinimo omnino congrua , ita ut . cum certi omnino forent *Domini* , quod hęc ſumma , quinimo , & major in prædicta manutentione impendi per Tutricem debuerit , non potuerit id circo hic . & nunc , non reſpondere favore ejuſdem Tutricis .

Parvi penſa oppoſitione defectus Inventarii bonorum Alexandri facta per Mareſcottos , *nam Domini* , ſuppoſito Inventario per eandem Annam de Bonis Joannis Angeli Patris Alexandri antea legittime confecto , in quo etiam Loca Montium ex pecuniis Dotalibus empta legebantur , ac Animadverſo , quod Alexander uti mente captus facile obierit ſine aliis bonis , quam illis in hæreditate Patris repertis , exiſtimaverant propterea Annam nulla alia Inventarii confectione indiguiſſe , ſatiſque fuiſſe , quod illa in Tutela Franciſcæ Iuſtinæ filiæ judicialiter confirmaretur .

Et ita &c. Utraque &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Super tertio Statu .

Veneris 7. Decembris 1714.

Nec Argumento nec Summario . Indiget .

DECISIO DCLXXXVIII.

ABſoluto examine Adminiſtrationis geſtæ per Annam Victoriam , ſive de tempore , quo Alexander ejus vir in humanis erat , ut *in primo Statu* ſive poſt ejus obitum ut *in Secunda* , ſuccedebat diſpunctio *tertij Status* , in quo non amplius de adminiſtratione Annæ Victoriæ quærebatur , ſed de Adminiſtratione Comitis Philippi Marſciani , quam in ejus manibus Anna tranſeundo cum illo ad ſecunda vota dimiſerat , quamque Adminiſtrationem bonorum Franciſcæ Juſtinæ ipſe Comes Philippus per ſemeſtre geſſerat , quouſque ſcilicet eadem Franciſca Iuſtina ad Thorum Ioſephi Marſciani nepotis memorati Philippi fuerat traducta , qua diſcuſſione ſub conſueto dubio *Dominis* hodie propoſita , reſponſum , quod *conſtaret de ſufficienti redditione rationis juxta modum* , edere pariter non ambigerunt .

Concordabatur enim inter Patres , prout , & ipſe Peritus retulerat , quod hujus Adrriuiſtrationis occaſione , ex effectibus Franciſcæ Juſtinæ ſive ex eorum fructibus perveniſſent ad Philippi manus ſcuta 435. 31. , ſola vero quæſtio reſtringebatur ad expenſarum verificationem , quas pro ejuſdem Franciſcæ Iuſtinæ manutentione ſubire idem Comes Philippus coactus fuerat , quæque per Marſcianos demonſtrabantur aſcendere ad ſcut. 625. , & in tali adamuſſim ſumma *a Dominis* procul dubio admittebantur .

De nullo enim exceſſu redarguenda videbatur ea expenſarum quantitas ſi habeatur reſpectus ad ſtatum Matrimonio proximum ; quem in Adoleſcentulis viro maturis longe majores ſumptus , & quidem inevitabiles ſecum ferre quotidiana nos edocet praxis ; præſertim , quod in ea quantitate compræhenſæ noſcebantur ſolutiones annuorum Legatorum , eleemoſynarum , ac fructuum Dotalium , & Lucri Dotis Annæ Victoriæ Iuſtinæ Matris debitorum , itaut non exceſſiva ſed vere levis perpenſis memo-

by Google

moratis circumſtantiis; eadem expenſarum quantitas viſa foret. Ac per conſequens, cum libratis partitis dati, & accepti, dignoſceretur idem Comes Philippus Creditor in ſcut. 189., & propterea compenſanda cum debito *quarti Status* ad ejuſdem Philippi commodum *Domini* pariter cenſuerant, in quo pars *modi* reſolutioni adiecti conſiſtit.

Agnoſcebant, & DD. de Mareſcottis irritum omnino eorum laborem minuſque Juri, & æquitati conſentaneam prætenſionem impugnandi ſub prætextu exceſſus hujuſmodi rationis redditionem, ideoque alterum magis extraneum ſuperaddentes obiectum, augere nitebantur debitum Comitis Philippi, & annua ſumma ſcut. 400. quam & in Capitulis Matrimonialibus cum Ioſepho ſponſo initis, & in ſuceſſiva Inſtrumenti ſtipulatione ſibi Franciſca Juſtina reſervaverat, quamque ſe exigere velle declaraverat ſuper fructibus medietatis Cenſus Communitatis Hæbræorum, ac ſuper Locis Montis Novennalis; quæ proinde annua ſcuta 400. cum durante Matrimonio ejuſdem Iuſtinæ (ut proſequebantur dd. de Mareſcottis) cum Ioſepho, perceperit abſque ullo ejuſdem Iuſtinæ mandato, ſed propria authoritate Anna Victoria Mater, & Authrix DD. de Marſcianis in ſumma ſcut. 2400., prætendebant proinde hac occaſione DD. de Mareſcottis, quod de hac integra ſumma rationem reddere Philippus illius vir hodie teneretur.

Verum extraneam omnino ab hodierna inſpectione hujuſmodi prætenſionem duæ æque validæ animadverſiones ſuadebant; quarum prima erat, quod cum hic, & nunc agatur tantum de illa Adminiſtratione, quam limitate ad tempus, quo Iuſtina non dum viro fuerat copulata, Philippus exercuerat, non conveniebat propterea diſcuſſio, & examen eorum, quæ poſt contractas a prædicta Juſtina Nuptias, & ſic abſoluta Philippi Adminiſtratione geſta fuerant: præſertim, quod ſcænam hodierni tertij Status implet ſolus Philippus, Creditum vero illorum annuorum ſcut. 400. directum apparet contra Annam Victoriam.

Altera vero non minoris efficaciæ in eo reſidebat, quod cum ſuper hoc met Credito, jam *Tribunal* fuerit olim inter loquutum *coram cl. me. Card. Caprara* in illa ſcilicet *Romana Dotis, ſeu Lucri Dotalis diei* 26. *Februarij* 1698. *ſub* §. *Quo autem ad ſcut.* 400., ideo hanc petitionem *Domini* in ſuſpenſo reliquendam in hoc Judicio authumabant, illius diſcuſſionem ad aliud magis congruum Judicium remittentes; Atque in hoc altera pars *modi* de ſuper enuntiati verſabatur.

Et ita &c. utraque &c.

EADEM CORAM EODEM.

Super quarto Statu.

Et eadem die 7. Decembris 1714.

Nec Argumento nec Summario. Indiget.

DECISIO DCLXXXIX.

SUccedebat quarto tandem loco diſpunctio ultimi Status Adminiſtrationis redditum Franciſcæ Juſtinæ, reſpicientis illud tempus, quo defuncto Comite Ioſepho Marſciano ejuſdem Iuſtinæ Viro, eamdem Adminiſtrationem Comes Philippus Ioſephi Patruus reaſſumpſerat, & in ea durante Iuſtinæ Viduitate per annum videlicet continuerat. Propoſito itaque *Dominis* eodem Dubio hanc quartam inſpectionem tangente, memores, quod in tertio Statu Comes Philippus in ſcut 189. fuerat Creditor declaratus, contrapoſito idcirco prædicto Credito, ſeu eo compenſato cum debito conſimilis ſummæ, quo in hodierna diſceptatione gravari forſan valuiſſet -- *Conſtare de ſufficienti redditione rationis exiſtimarunt.*

Erat enim in confeſſis inter Partes, quod ſumma, de qua rationem reddere pro hodierna Adminiſtratione Comes Philippus devinctus erat, non excederet ſcut. 594. 43. Quodque pariter alimenta pro primis ſex Menſibus in Domo Viri Iuſtinæ præſtita pro viduili eidem debito ad formam *Statuti Vrbis in cap.* 133. in debitum hæreditatis memorati Ioſephi Viri, non ipſius Iuſtinæ cedere debuiſſent. Unde tota *Dominorum* inſpectio verſabatur in examine expenſarum, quas in prædicto altero ſemeſtre Philippus in manutentione Iuſtinæ impendere debuerit, num ve hujuſmodi expenſæ prædictam ſummam ſcut. 594. 43. ex Iuſtinæ bonis exactam æquare legitime dici poſſent.

Cumque deductis ex prædicta ſumma ſcutorum 594. ſcutis 239., quorum ſcut. 25. ceſſerant pro ſatisfactione Legatorum, ac eleemoſynarum Miſſarum ex Teſtamento Ioannis Angeli præſtandarum, ac ſcut. 100. pro fructibus Dotis ac Lucri Dotalis Annæ Victoriæ, nec non alia ſcut. 114. pro cæteris expenſis in manutentione exactoris, ac neceſſariis bonorum Iuſtinæ reparationibus inſumpta, ſupereſſent ſcut. 355., atque ex iſtis dempto denuo Credito ſcutorum 189. in alia contemporanea *Deciſione ſuper tertio Statu* eidem Comiti Philippo reſervatorum vix remanerent ſcut. 166., cum quibus alimenta, & honorifica manutentio per ſex Menſes Iuſtinæ paranda erat illico *Dominis* injuſtitia querimoniæ illorum de Mareſcottis emicuit, quod tales expenſę de exceſſivitate redargui valerent; habita præſertim animad-

verſione, quod agebatur de manutentione Mulieris in domo nobili degentis, Iunenis, & Viduę, quę novarum Nuptiarum ſollicita, conſueto faſtu incedere ſatagebat, ut a novo viro, ęquales etiam impenſas exigere valeret.

Eoque minus aures prębere valuerant *Domini* petitioni Annuli, Veſtium, aliorumque mobilium, quæ ulterius Mareſcotti a prædicto Comite Philippo vindicare hodie ſatagebant; quoniam deficere videbantur in probatione, quod ea fuerint per Iuſtinam in Domo ejuſdem Comitis relicta, quæ e contra illa habuiſſe inficiebatur.

Ideoque bene in hoc quarto Statu redditam fuiſſe rationem prædictę Adminiſtrationis Comitis Philippi, compenſatis tamen ſępedictis ſcut. 189., *Domini* cenſuerunt utraque &c.

FIRMANA BENEFICII.

Veneris 11. Januarii 1715.

ARGUMENTUM.

Fundator poſt Erectum Beneficium Eccleſiaſticum, & poſt aſſignata eidem Beneficio Bona ad pios uſus deſtinata cum authoritate, & conſenſu Ordinarii, nequit a ſua obligatione reſilire, & Jus Eccleſiæ quæſitum auferre; Secus ſi Beneficium ab initio eſſet laicale quia tunc de laicali in Eccleſiaſticum converti poteſt, cum id redundet in pinguius Divini Cultus incrementum.

SUMMARIUM.

1 *Fundator nequit poſt erectum Beneficium Eccleſiaſticum ab hoc reſilire, & Jus Eccleſiæ quaſitum auferre*, & num. 5.

2 *Qualitas Eccleſiaſtica in Cappellania imprimitur ſtatim ac Ordinarius ad Fundatorum petitionem pro exoptata erectione auctoritatem ſuam interponit.*

3 *Allegare inconveniens non eſt ſolvere argumentum.*

4 *Actus qui dedit cauſam liti allegari nequit pro contraria obſervantia.*

6 *Ordinarius non reluctante Fundatore poteſt Cappellaniam de laicali in Eccleſiaſticam immutare.*

7 *Nulla melior probatio datur, quam proprii oris confeſſio.*

8 *Confeſſionem propriam impugnare nemo poteſt.*

DECISIO DCXC.

Firma, & hodie remanente, nec a contrariis figmentis, & ideatis ſuppoſitis everſa facti ſerie in præterita mea *Deciſione diei 27. Aprilis anni proxime præteriti* conſtabilita, a qua deſumebatur non ſimplicis laicalis, & mere manualis Cappellaniæ conſtitutio, ſed incontroverſibilis Beneficii Eccleſiaſtici erectio per Sacerdotem Alexandrum Lazarinum Fundatorem in primis actibus inter eum, & Ordinarium geſtis volita, ac in poſtremis omnimodæ, & ſolemni exequutioni demandata (quidquid intermedie inter hos actus Fundator ipſe egiſſet), quaque erectione ſubſiſtente, in neceſſarium conſequens deſcendebat literarum Apoſtolicarum exequutio, in quibus ob non factam per Patronum in tempore quadrimeſtri alicujus idonei Clerici præſentationem Iure devoluto Antonio Franciſco Foglietti controverſum Beneficium adjudicabatur, non dubitarunt idcirco in præſenti Audientia *Domini* de viribus ejuſdem meæ *Deciſionis* requiſiti, pro perſiſtentia *in deciſis* prompte, & unanimi ſuffragio reſpondere.

Licet enim ſcribentes pro Bonanno qualitatem illam Eccleſiaſticam, & Beneficialem per Ordinarium ad petitionem ipſius Fundatoris impreſſam obnubilare iterum totis viribus hodie pariter profiterentur, in ſcænam iterum proferendo Inſtrumentum illud per eundem Fundatorem celebratum ſub *die 19. Decembris anni* 1685., in quo non Beneficium Eccleſiaſticum, ſed ſimplicem manualem Cappellaniam, ſeu Opus Pium nulli Eccleſiaſtico Superiori, ſeu Ordinario ſuppoſitum præſcribere profeſſus fuerat, ac huic diſpoſitioni non adverſari ſubderent actus illos per eundem Fundatorem cum Ordinario præcedenter geſtos, ac in prædicta mea *Deciſione ſub* §. *Hiſce tamen* ſingulariter recenſitos, eo quia perfecti in eorum ſuppoſito non eſſent, ſed abſolutionem a memorato Inſtrumento expectarent, per quod declaranda erat ipſius Fundatoris voluntas circa ejuſdem Cappellaniæ qualitatem.

Nihilominus, cum nimis aperta, & literalis eſſet obligatio ejuſdem Fundatoris, Camerali etiam vinculo de victa, qua ſub *die 20. Novembris*, & ſic antecedenter ad dictum Inſtrumentum, ſe coram Ordinario obſtrinxerat, Divina, ut ajebat, inſpiratione impellente nedum dotandi *detto Altare in infinitum*, ſed etiam *farne Cappellania perpetua*, eamque promiſſionem ad actum etiam redigere non omiſiſſet individuando, ſimulque devincendo bona ad eundem effectum deſignata, Edictorum affixionem contra intereſſe habentes procurando, depoſitiones Teſtium ſuper eorumdem bonorum in dotem aſſignatorum redditibus ex Ordinarii præcepto recipi ſatagendo, numerumque Miſſarum, quo Cappellanum gravare exoptabat exprimendo, hinc ſane inutilis eorumdem pro Bonanno ſcribentium conatus a prædicto poſteriori Inſtrumento deſumptus, penituſque irritus evadebat, cum in ejuſdem Fundatoris facultate repoſitum non foret a ſua obligatione reſilire, & Ius Eccleſiæ quæſitum auferre, teſte 1 *Lambertin. de Jur. patron. par. prima lib. 1. q. 4. art. 10. num. 4., Card. de Luc. eodem tractat. diſc. 16. num. 2., & ſeqq., Rot. in dec. 220. n. 32. part. 11., & in Aſten. Prioratus 11. Junii 1708.*

1708. §. *Sed ex facto coram R. P. D. meo Lancetta*.

Sed quamvis (indulgendo per meram hypotheſim eorumdem pro Bonanno ſcribentium ſenſui) nulla ab initio ex memoratis actibus radicata dici valuiſſet Eccleſiaſtica, ſeu Beneficialis qualitas in memorata Cappellania, quodque illi omnes referri debuerint, vel ad meram præparationem, vel ad dotationem conditionalem, & pro ſui perfectione aliud poſterius opus expectantem, ſi ex poſt idem Fundator novas, & expreſſas preces pro formali dictæ Cappellaniæ erectione Ordinario porrexerat, inſtans quoque, ut per eumdem Ordinarium bona in Cappellaniæ dotem aſſignata declarentur Immunia ab oneribus Communitativis, & Cameralibus non privilegiatis, quodque authenticum, ac conſuetum formalis erectionis Privilegium expediretur: Si tandem Ordinarius tam anxiis votis petitam, ac volitam a ſæpe memorato Fundatore erectionem antecedenter decretam, ad actum poſitivum ſolemniter ſub *die* 3. *Junii anni* 1686. deduxerat eamdem Cappellaniam ſuæ, ſucceſſorumque in Epiſcopatu Juriſdictioni ſupponens, annuoque onere libræ unius Ceræ elaboratæ in ſignum Ordinariæ Juriſdictionis Cappellanos pro tempore inſtituendos gravans, cum expreſſa, licet non neceſſaria, reſervatione Juriſpatronatus favore nedum ipſius Fundatoris, qui ſe pariter primum Cappellanum declaraverat, ſed & aliorum ab eodem Fundatore ſucceſſivis temporibus deſignatorum, quæ omnia literaliter pandit Bulla ipſa erectionis per extenſum relata in *præterito Summaria Poglietti ſub Numer*. 5. Quid ultra deſiderandum erat, ad hoc ut dicta Cappellania Beneficium Eccleſiaſticum dici valeret, cum qualitas iſta Eccleſiaſtica in Cappellania imprimatur ſtatim ac Ordinarius ad Fundatorum petitionem pro exoptata erectione ſuam
2 authoritatem interponit, ut uno ore ad *Gloſ. in Clementin*. 2., *verbo Beneficiorum in fin*., *verſ. tu dic. de decim*. tradunt *Lambertin. de Iurepatronat. lib. primo art*. 3. *quæſt*. 11. *in princip*., *&* *art*. 4. *dicta quæſt. num*. 3., *&* 4. *Card. de Luca eodem tit. diſc*. 15. *num*. 6. *Rota in Alien. Priovatus* 10. *Ianuarii* 1708. §. *At omnem coram R. P. D. Lancetta* confirmata 1. *Decembris* 1708. §. *Adhuc tamen coram R. P. D. meo Aldrovando*, cum aliis congeſtis *in Tridentina* Cappellania 2. *Martii* 1714. §. *Ex illo*, *cum ſeq. coram R. P. D. meo Falconeria*.

Abſque eo quod ullam, vel minimam relevantiæ apparentiam apud *Dominos* habere valuerint ea, quæ ad ejuſdem Bullæ inobſervantiam per eoſdem ſcribentes pro Bonanno cumulabantur, ac in eo fundabantur, quod Cappellani nunquam, ut aſſerebatur, injunctam Ceræ elaboratæ libram Ordinario tribuerint, bonaque pro dote aſſignata immunitatem ab oneribus Communitativis, nec ipſo Fundatore vivente, fuerint aſſequuta; Quoniam quid ſit de veritate harum aſſertionum, ac negativæ, quæ nullatenus legitimis concludebatur documentis, pro reſponſione hoc unum ſufficeret, quod erectis formalis in ipſo actu interpoſitæ per Epiſcopum authoritatis ſuper precibus Fundatoris ſuam perfectionem aſſumpſerat, allegare vero inconvenientia, ſcilicet vel non ſolutæ Ceræ a Cappellanis, vel extortæ contributionis a Communitate ſuper iiſdem
3 bonis, non erat ſolvere legem, ut tritum eſt axioma de quo puſt *Text. in l*. 2. §. *Qui hoc dicit in addit. marginali ff. ad l. Iuliam de adulter*. diſſerit *Dacyt. in* 6. *vol. jur. civ. verb. inconveniens fol*. 570. *Rot. dec*.348. *n*. 12. *par*.17. *recent*.

Præſertim, quod hæc indebita exactio facta a Communitate fuerat totis Viribus ab ipſo Bonanno impugnata, dederatque cauſam recurſui per ipſum facto apud *S. Congregationem Immunitatis de anno* 1691., quo mediante pro eadem exemptione voti compos evaſerat; ideoque cum illa indebita coactio perſolvendi aſſerta onera nedum dederit cauſam liti per ipſum Bonannum promotæ in *Sacra Congregatione* prædicta contra Communitatem, ſed & ab ipſa *Sacra Congregatione* damnata extiterit, ut inferius oſtendetur, non merebatur ſane pro contraria Bullę prædictæ obſervantia allegari, ut paſſim tradunt *Bartol. in l. qua enim* §. *Rem haberi ff. rem rat. haber. Dec. conſ*. 98. *nu*. 3. *Rot. coram. Cerr. dec*. 517. *nu*. 19.

Debilius etiam apparuerat ſuppoſitum omnino inveriſimile, quod ſemper fundator tenorem illius Bullæ ignoraverit, qua ignorantia ſuppoſita, concludi neque per conſequens potuiſſet eiuſdem conſenſus; Etenim tot actus per eumdem Fundatorem expleti coram Ordinario, totque Inſtantiæ ad hujus præciſæ erectionis finem Ordinatę, ſatis ex ſe hanc male ideatam, & confictam ignorantiam excludunt, præcipuæ cum in ejuſdem erectionis, & reſervati Iuriſpatronatus ſequelam fundator ipſe ſe ipſum in primum Cappellanum declaraverit, unde fruſtra allegabilis erat ignorantia circa eos actus, quos quiſque ex propria perſona, &
4 nullius alterius miniſterio explevit per ea, quæ in propoſito monent *Text. in l. quamquam ff. ad Vellejanum*, *cap. ab excommunicato in fin. de reſcript. Gail. lib*. 2. *obſ*. 48. *num*. 19. *Maſcard. de probat. concl*. 637. *num*. ˆ. *Menoch. de præſumpt. præſ*. 23. *nu*. 32. *lib*. 6.

Agnoverant memorati ſcribentes veritatem hujus formalis erectionis, ideoque ab ejuſdem inſubſiſtentiam ideandam alteram propoſitionem æque in facto non ſubſiſtentem, & in Jure erroneam efformabant, afferendo nimirum, quod fundator in Inſtrumento anni 1685., quo Cappellaniam mere Laicalem, & manualem declaraverat, dominium bonorum pro dote aſſignatorum irrevocabiliter tranſtuliſſet in perſonas inibi deſignatas cum ſolo onere celebrare faciendi Miſſas injunctas, & manuten-

nen-

nendi Altare, promittens ſub obligatione Camerali hanc ſuam diſpoſitionem attendere, ex quo facto oriri dicebant concluſionem, quod nempe cum Ordinarii conſenſu valuerit ex poſt idem fundator eandem diſpoſitionem vim veræ, & irrevocabilis donationis jam ſortitam, in eorumdem donatariorum præjudicium immutare.

Verum nec in facto, ut dixeram verificabatur hec præſuppoſita donatio, ſeu translatio Dominii in perſonas per eoſdem ſcribentes recenſitas; ſi enim agatur de bonis in dotem Cappellaniæ ſolemniter aſſignatis, jam illud dominium in opus Pium remanſerat translatum, illudque ordinarius in primordiali eorumdem bonorum individuatione, & aſſignatione facta a Fundatore ſub Camerali obligatione favore Altaris erigendi, Miſſarumque celebrandarum, ſeu Cappellani pro tempore, fuerat, ut diximus, ſtipulatus, adeout Fundator illud ab
5 opere Pio nullatenus evellere amplius valuiſſet, aſſignationem jam factam immutando, ut tradunt *Lambertin. de Iurepatr. lib. 1. quæſt. 2. part. 1. art. 6. num. 9. Card. de Luc. eodem tract. diſc. 16. num. 2. Rot. coram Dunozett. Iun. dec. 387. nu. 2., & ſeqq. dec. 316. num. 23. & ſeqq. par. 10., & dec. 372. num. 16. & ſeqq. par. 11. rec., & in Mediolanen. Canonicatus 27. Iunii 1704. §. Potiſſime coram Muto.*

Si vero de Iure vel paſſivo celebrandi, vel activo nominandi celebrantem, ſuper quibus tantum verſabatur vocatio Pauli Franciſci Xaverii filii Iuſtinæ Lazarinæ, aliorumque filiorum ejuſdem Iuſtinæ Fundatoris Sororis, cæterorumque ad idem Ius in memorato Inſtrumento invitatorum ſermo foret, talis ſane vocatio nullum Irrevocabile Ius ad adminiſtrationem eorumdem Bonorum prædictis nominatis tribuebat, ſed Iuſpatronatus ad ſummum concludebat, quod in formali erectione iiſdem met Perſonis fuerat etiam per Ordinarium reſervatum, quodque ipſis nullatenus hodie controvertitur.

Minuſque oppoſita variationis impugnatio in Iure ſubſiſtebat; tritum enim eſt, & iidem ſcribentes pro Bonanno inficiari quoque non valebant, quod ordinarius non reluctante Fundatoris voluntate poſſit Cappellaniam de Laicali in Eccleſiaſticam immutare, indubitabilius vero ipſo Fundatore talem Eccleſiaſticam, & beneficialem qualitatem, ut in caſu, enixe exop-
6 tante, cum talis Immutatio in majorem Dei gloriam, Eccleſiæque utilitatem redundet per ea, quæ in puncto connotant *Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 5 num. 58. Garz. de benefic. par. 1. cap. 2. num. 108., & ſeqq. Panimoll. deciſ. 21. nu. 24., & Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 3. cap. 2. num. 11., Bordon. de legat. cap. 6. num. 38., & Rot. in deciſ. 1122 num. 3. part. 3. diverſ.*

Convicti itaque memorati ſcribentes, quod nec adeo magnificatum Inſtrumentum de anno 1685. celebratum, in quo qualitas beneficialis excludebatur, nec allegatio ignorantiæ Fundatoris circa formalem erectionem, nec ejuſdem Bullæ erectionis in obſervantia circa accidentalia tributi ceræ, & exemptionis bonorum ab oneribus Communitativis, & Cameralibus, nec objectus poteſtatis defectus in Fundatore variandi, quidquam eorum intentui proficiebant, cum omnes prædictæ oppoſitiones ſuis peculiaribus, firmis, & nullæ validæ, ac Iuridicæ impugnationi ſubjectis reſponſionibus dilutæ apparuiſſent, poſtremo tandem refugio fidem ipſi Bullæ erectionis adimere ſatagebant ex eo, quod, ut ajebant, ea non fuerit reperta in eodem Protocollo, ubi cæteri actus præcedentes regiſtrati reperiebantur, quodque extante conſuetudine, ſeu ſtylo Notariorum Firmanæ Epiſcopalis Curiæ conſcribendi a tergo Bullarum Inſtrumenta poſſeſſionis, quæ ab Inſtitutis capi contingeret, cum a tergo hodiernę Bullæ poſſeſſio ejuſdem Lazarinæ adnotata non reperiretur, ſignum ſit, quod Bulla illa ſuum effectum ſortita vere non fuerint.

Sed fruſtra, quoniam, ultra quod nulla exinde ſuſpicio oriri poterat circa veritatem illius publici, & ſolemnis Inſtrumenti erectionis perfectam undique probationem concludentis, quamvis in dicto Protocollo non fuiſſet reperta, & quidquid ſit de prædicto ſtylo Curiæ Firmanæ & an ille probatus concludenter remaneat ex informibus illis atteſtationibus per Bonannum datis nullam fidem merentibus ea vulgatis, qui nil in noſtro caſu officere, cum dictus Lazarinus Fundator nulla indigeret nove poſſeſſionis appræhenſione pro manutentione novi tituli poſſidenti per ea, quæ docet *Rot. in deciſ. 219. num. 5. coram fan. mem. Alexandro VIII., & in deciſ. 396. num. 4. part. 19. rec.*, ejuſdem profecto oppoſitionis inſubſiſtentiam patefaciebat factum ipſum ejuſdem Bonanni hodierni contradictoris, qui nedum eandem fundationis Bullam produxerat *in Sac. Congregatione Immunitatis* ſub ejus propria aſſertione ibi -- *come appariſce dall' anneſſa Fundatione, e Bolle ſpedite à favore dell' Oratore*, ſed, & literas ſuæ Inſtitutionis vigore dictæ erectionis expeditas exhibuerat, quarum vigore obtinuerat ab eadem Congregatione, bona pro dote ejuſdem Cappellaniæ aſſignata declarari exempta, & immunia ab oneribus ibi -- *per le collette preteſe sù li Beni della Cappellania, che egli poſſede ERETTA CON AUTORITA' DELL' ORDINARIO, dal quondam Aleſandro Lazarini, hanno l' EE. Loro reſcritto, che detta Chierica in quanto alli beni aſſegnati per la prima erettione della predetta Cappellania debba godere l' eſſenzione &c. præterita Summario Foglietti Num. 8.*, a quo nedum veritas, & exiſtentia d. Bullæ erectionis, ac ſubſequuta effectuario verificata omnimode exiſte-
7 bant per ejuſdemmet Bonanni confeſſionem, qua nullam majorem, & efficaciorem dari probationem monet *Rot. in recent. deciſ. 182. nu. 5. part. 12., & in Lucana fideicommiſſi ſuper exe-*

quutio.

quatione 12. Iunii 1711. §. Fideicommittentis coram R. P. D. meo Criſpo, & in Romana uſufructus 11. Iunii 1714. §. Quæ porro coram R.P.D. meo Falconerio, ſed illam ulterius impugnare
8 idem Bonannus prohibebatur per ea quæ citra contradictorem docent *Soccin. ſen. conſ. 160. nu. 8. lib. 2. Sanleger. reſol. civil. par. 2. cap. 709. in princ. Rot. coram Seraphin. dec. 1303. nu. 6., & coram Comitulo dec. 168. num. 3., & ſeqq., & in recent. part. 17. dec. 27. nu. 1. & in Bononien. Sportularum 22. Martii 1694. nu. 11. coram Reverendiſſimo P. D. Molines*, quæ eſt in ordine *la 20.* poſt *Conſtantin. ad Statut. Urb.*

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Veneris 11. Ianuarii 1715.

ARGUMENTUM.

Late diſſeritur an Teſtator in vocatione omnium ſuorum deſcendentium ex ſua familia includere voluerit Fœminas in Religione profeſſas earum vita ſaltem naturali durante, ad excluſionem aliorum Religioſorum extraneorum.

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutio nunquam purificata dicitur niſi defecta penitus linea antea vocata*, & num. 2.
3 *Sub illis verbis* – ex deſcendentibus in infinitum *veniunt tam maſculi profeſſi, quam fœminæ profeſſæ*, & num. 4.
5 *Eadem ratio quæ militat pro maſculis profeſſis, militat etiam pro Fœminis pariter profeſſis.*
6 *Fœminæ veniunt appellatione* deſcendentium.
7 *Præferri non dicitur qui non concurrit.*
8 *Religioſæ cenſeri nunquam debent excluſæ niſi verba expreſſa, & nullam involventia, dubietatem earundem excluſionem neceſſario concludat.*
Et in hac materia nulla fieri debet excluſio de caſu ad caſum num. 9. & 10.
11 *Intentio Teſtatoris ſi ab aliquo impleri nequit, ita allegari nec minus valet ille finis, & effectus, qui a tali intentione derivat.*
12 *Renunciationes emiſſæ ab ingredientibus in Religionem ſunt reales, & abdicativæ.*
Limita ibidem num. 13.

DECISIO DCXCI.

PRopriæ Familiæ, ac Stirpis conſervationi, quouſque ſuperna pietas pateretur, & inſimul proprij ſanguinis prædilectioni in Deſcendentibus omnibus, tam Maſculis, quam Fœminis, ordine tamen prelativo Maſculorum, proſpicere cupiens Flaminius Donatus, poſtquam Hæredes ſibi ſcripſerat Mutium, Felicem, cœteroſque ejus Filios, iiſque ſubſtituerat Deſcendentes maſculos, ex maſculis perpetuis futuris temporibus, ac in infinitum, ad Fœminarum tandem omnium deſcendentium vocationem ſe converterat, eas invitando ad ſucceſſionem eorum Bonorum, quibus data ſuperexiſtentia Maſculorum, privatis voluerat. Defectis vero omnibus tam Maſculis, quam Fœminis ab eodem, ut ſupra, deſcendentibus Locum Pium, ut moris eſt, nempe Monaſterium, & Patres S. Mariæ ſupra Minervam, ultimo loco in Codicillis ſubſtituerat.

Cum autem per obitum Felicis Iun. ultimi maſculi deſcendentis, aperta remanſiſſet litteralis ſubſtitutio favore tam Donne Erminiæ Monialis filiæ Marij, quam Donne Hieronymæ filiæ Felicis Sen., & in vim renunciationis per eaſdem Moniales emiſſæ favore ejuſdem Felicis Iun., qui in ultimis ejus tabulis, hæredes ſibi ſcripſerat DD. Franciſcum, & alios Fratres de Paiva ejus Avunculos, iſti pacifica, & inſimul debita fructuum eorundem Bonorum fideicommiſſariorum perceptione perfruerentur, impatientes Patres dicti Conventus poſſidendi prædictam hæreditatem, vivis adhuc ſupradictis Monialibus, etſi in Fœminarum vocatione ſaltem per poſterius comprehenſis, licet altera ex eis decrepitam ætatem agente, altera vero ſenio proxima, & continuis ægritudinibus obnoxia, inſtantiam coram *A. C.* pro Immiſſione in vim *leg. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollen.* promovere ſollicite ſtuduerant, votiſque eventus arriſerat, reportando eandem Immiſſionem, quam exoptabant: parique felicitate *a noſtro* pariter *Tribunali*, ad quod Fratres de Paiua provocaverant, reſponderi audiverant *dandam eſſe eidem Monaſterio Immiſſionem*, ut ex *Deciſione* per *Me* edita ſub *die 12. Martii anni proxime elapſi.*

Verum quia veritas tenebras odit, allatis per ſcribentes pro Fratribus de Paiva, occaſione novæ Audientiæ novis Facti circumſtantiis, rimataque hodie per Dominos maturiori examine tota teſtamentaria diſpoſitione, ſedulaque animadverſione magis propriam, magis veriſimilem, & cunctis legalibus principis magis optatam ipſius Teſtatoris mentem, in ejus verbis clariſſime conijcientes; non dubitarunt idcirco in hodierna repoſitione *pro receſſu a deciſis* ad mei inſtantiam reſpondere.

Etſi enim ſubſtitutio Patrum S. Mariæ ſuper Minervam innegabilis adhuc emicuerit: eque tamen innegabile videbatur, quod illius purificatio penderet a totali defectu omnium tam Maſculorum, quam Fœminarum ab ipſo Flaminio Teſtatore deſcendentium, ibi – *Si vero dicti filii, vel filiorum filii, & deſcendentes tam maſculi, quam fœminæ deficerent, itaut nemo nec maſculus, nec fœmina ex deſcendentibus, & ex progenie ipſius D. Teſtatoris ſupereſſet, tunc ad ſucceſſionem vocavit proximiores*; idemque repetierat in Codicillis, in quibus caſſata Proximiorum de ſanguine ſubſtitutione, in eorundem locum memoratum Monaſterium ſubrogave-

Digitized by Google

gaverat, ibi -- *Quod in defectum lineæ Maſculinę & Fœminæ voluit Bona transfire ad Monaſterium S. Mariæ ſupra Minervam*, itaut quouſque aliquis vel Maſculus, aut Fœmina a Teſtatore deſcendens ſupereſſet, ſubſtitutio illa conditionalis nullatenus dici valeret purificata, nec per 1 conſequens eidem ſubſtituto orta ulla actio ad eadem Bona, ut adducto *Textu in leg. qui hæredi §. final. ff. de condit., & demonſtrat.*, edocent *Peregrin. de fideicom. artic. 4. numer. 10., Manſ. conſult. 278. num. 1. & ſeqq. tom. 3., Rota deciſ. 631. pariter num. 1. part. 19. rec., & in Romana, ſeu Reatina Prælegati 9. Decembris 1709. §. Sed poſthabitis in fine coram R. P. D. meo Falconerio.*

Cum autem memoratæ Fœminæ in humanis adhuc verſentur, fruſtra Monaſterium conditionate, ſeu in earundem tantum defectum ſubſtitutum ad prædictæ hæreditatis aſſequutionem præpropera nimis, & immatura diligentia inhiabat, ut ultra ſuperius adductos, uno 2 ore tuentur *Fuſar. de ſubſtit. qu. 430. per tot., Rota coram Carillo dec. 266. nu. 1., & pariter per tot., coram Ryat dec. 72. num. 2., & in recent. dec. 39. nu. 5., & ſequentibus. part. 13.*

Abſque eo quod ullum hodie vel minimum momentum repetitis Patrum inſtantiis addere valuerint conſueta objecta, in quibus eorundem prætenſio iterum radicabatur, quod nempe hujuſmodi Fœmine tanquam Moniales duplici titulo incapaces evaſerint fideicommiſſariæ illius hæreditatis, altero nempe promanante a litterali Teſtatoris diſpoſitione, qua Religioſos, quamvis a ſe deſcendentes habens pro mortuis naturaliter, ſuę ſucceſſionis incapaces omnino voluit, & altero ex facto ipſarum Monialium oriente, quæ mediantibus ampliſſimis renunciationibus realibus, & abdicativis, occaſione Deo inſerviendi emiſſi pariter ſponte ſe pro vita functis habere voluerint.

Quoniam exordiendo a prima oppoſitione, ſuper qua principalis rumor perſtrepere videbatur, ea oriebatur ex illis verbis, quæ Teſtator ſubjunxerat, quando vocaverat Fœminas poſt obitum cujuſcumque maſculi, ibi -- *Declarando etiam dictus Dominus Teſtator, & ita mandans, quod id, quod diſponit de morte naturali, intelligatur de morte civili; itaut ſi quis maſculus tam natus, quam naſciturus, & ex deſcendentibus in infinitum aliquam Religionem intraret, & profiteretur, vel ob aliquod crimen capite diminueretur, vel Servus pœnæ efficeretur, ipſo jure, ipſoque facto abſque aliqua declaratione pro mortuo, & ac ſi naturaliter mortuus eſſet, habeatur, quia intentio ipſius Teſtatoris eſt, ut Bona perpetuo conſerventur in Familia, Stirpe, & Progenie ſua maſculina, & ea deficiente in fœminina.* Prætendebant enim Patres, quod de iiſdem etiam Fœminis Monialibus verificata foret declaratio illa Teſtatoris, qua ſolos Maſculos in Religione aliqua profitentes, pro mortuis naturaliter habere voluerat, ſive quia, ut aiebant ſubſequentibus verbis, *& ex deſcendentibus in infinitum*, veniant tam Maſculi Profeſſi, 3 quam Fœminæ ſubinde profeſſæ, ut voluere *Fuſar. de ſubſtit. quæſtion. 325. nu. 1., Altolin. reſolut. 58. num. 18., & reſolut. 59. nu. 5.*, cœterique relati per *Rot. in dec. 370. nu. 7. par. 13. & dec. 620. nu. 3. part. 19. tom. 2. recent.*, ſive quia ratio, ob quam Teſtator omnimodam in4 capacitatem ſuccedendi in ejus hæreditate quoad Maſculos Profeſſos expreſſerat, nimirum, *ut Bona perpetuo conſerventur in Familia, Stirpe, & Progenie ſua maſculina, & ea deficiente in fœminina*, æque etiam, & omnimode iiſdem Fœmininis Deo dicatis, & Profeſſis congruere videbatur, ut ratiocinatur *Rota in dec. 339. nu. 5. & 6. coram Celſo.*

Verum tantum aberat, quod declaratio illa Teſtatoris, necnon ratio illa conſervationis bonorum in ejus Familia, & progenie ſua maſculina, & poſtea fęminina faverent Monaſterio ſubſtituto, ut immo contra illud manifeſtiſſime retorquerentur. Si enim ſermo ſit de declaratione Teſtatoris, quod Profeſſi haberentur pro naturaliter mortuis, ea evidentiſſime reſtringebatur ad ſolos maſculos, tam ſi inſpiciamus locum Teſtamenti, in quo ea fuit oppoſita, nimirum ubi pro reintegrandis Fœminis ab ejus ſucceſſione quouſque maſculi adeſſent, per viam regulæ antecedenter excluſis, conſideravit obitum naturalem omnium tantum maſculorum, eique morti parificare etiam voluit obitum civilem; quam ſi attendamus litteram, quæ ſolos maſculos ferit ibi -- *itaut ſi quis maſculus tam natus, quam naſciturus &c.* adeo ut cum agatur de Lege excluſiva illorum, qui meliorem partem eligentes, Deo ſe mancipant in Religione, & ita odioſa, ac Iuri adverſante, nulla poſſit fieri extenſio a maſculis ad Fœminas non nominatas, quamvis etiam per merum poſſibile, & citra ve5 ritatem, quæ in noſtro themate deeſt., eadem ratio pro excluſione utriuſque militaret, per ea quæ notat *Bartol. in leg. cum Avus numero 5. ff. de condit. & demonſtrat. Toadut. quæſt. civil., & canonic. 112. num. 1. Rota deciſ. 206. num. 4. coram Buratto, & in Romana Fideicommiſſi de Alborghettis 3. Decembris 1696. §. Siquidem coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Abſque eo quod, ſubjungi valeat, quod Teſtator ſub ſubſequentibus illis verbis -- *& ex deſcendentibus in infinitum*, compræhendere intellexerit etiam Fœminas, quas ſub nomine *Deſcendentium* citra controverſiam venire monent ſuperius adducti in *Fuſar. conſ. 9. num. 27.* 6 *Torr. Primogen. Ital. quæſt. 54. num. 2. parte 2., & Rota deciſ. 25. num. 8. inter addit. ad Card. de Luca. lib. 10. tom. 3.*

Nam talis interpretatio fieri nullatenus valeret abſque læſione grammaticalis ſenſus, & voluntatis ipſius Teſtatoris in præcedentibus, & ſubſequentibus verbis, evidentiſſime ad ſolos ma-

ſculos reſtricte. Et quidem ſenſus grammaticalis fert, quod verbum illud *ſi quis maſculus*, nedum adaptetur natis, & naſcituris, ſed & Deſcendentibus in infinitum, cum omnes regantur a prædicto verbo *ſi quis maſculus*; alias ſenſus omnino imperfectus remaneret, ut conſideranti facillime patet. Voluntas etiam Teſtatoris ſuperius immediate patefacta tali ſenſui Patrum adverſatur; volens enim ut ſuperius dixeram, ad Succeſſionem vocare Fæminas poſt obitum omnium maſculorum, de ſolo etiam obito, ſive naturali, ſive civili eorundem maſculorum, quibus ſuccedere volebat Fęminas nunquam antea vocatas, immo poſitive excluſas differere voluerat, & debuerat. Prout & aliæ mortes Civiles, quas inferius expreſſerat, & morti naturali æquiparatas pariter voluerat, nimirum *ubi ob aliquod crimen capite diminueretur vel ſervus pœna efficeretur* maſculis ſane tantommodo, non vero Fæminis, ut plurimum congruere ſolent, adeoque de ſolis maſculis prædicari debent.

Nec deerat quoque optima ratio (excluſivæ etiam inveriſimilitudinis toties objectæ, quæ declaratio prædicta ad ſolos maſculos, non ad Fæminas per Teſtatorem reſtringi debuerit; Ideo enim maſculos Profeſſos a ſua ſucceſſione arcere voluerat, quatenus ſuperexiſterent alii Maſculi, qui propagationem ejus Familiæ inſimul & honeſtam ejuſdem manutentionem habere valerent, ut patefacit ratio ipſa tali declarationi immediate adjecta ibi -- *quia intentio ipſius Teſtatoris eſt ut bona perpetuo conſerventur in Familia &c.* Cumque Fæminæ jam extitiſſent per modum Regulæ excluſæ, nec de earundem reintegratione ſermo eſſet, ſed circa maſculinam agnationem omne Teſtatoris objectum adhuc ferretur, merito de ſolis maſculis ſentire voluerat, & debuerat idem Teſtator, ac propterea, cum non dum Fæminæ fuiſſet conſideratæ, reſtringendo, prout par eſt, eam excluſionem ad ſolos maſculos Profeſſos, qui ſoli concurrere valebant cum maſculis non Profeſſis, nullum abſurdum melioris conditionis,
7 ſeu prælationis Fæminarum Maſculi conſiderari valebat ex nota regula, quod non dicitur præferri, qui non concurrit, ut ad rem ponderat *Torr. de ſucceſſ. in Primogen. Ital. part. 1. cap. 40. §. 7. nu. 8. Rota dec. 106. num. 5. coram clar. mem. Cardinali Cerro dec. 627. nu. 8. par. 2. dec. 152. num. 4. part. 6., & deciſ. 297. num. 5. part. 12. recent. nec non in Bononien. Fideicommiſſi de Bove* 10. *Junii* 1697. *§. Tertio cor. clar. me. Cardinali Caprara.*

Quæ cum eſſent clara, opus non fuiſſet oſtendere; quod etiam ubi aliqua dubietas intercederet: adhuc cum agatur de excluſione Religioſarum, ſola dubietas ad earum favorem ſit referenda, & omnis interpretatio capienda ſit, cum Religioſæ cenſeri non debeant exclu-
8 ſæ, niſi verba expreſſa, & nullam penitus dubietatem involventia earundem excluſionem

pernecesse concludant, ut in terminis habemus firmatum per *Tribunal in dec. 266. nu. 15., & 16. coram Carillo.*

Quam neceſſitatem minime ſubminiſtrare poteſt unica ponderatio, quæ primo obtutu animos *Dominorum* movere viſa fuerat contra Fratres de Palva, de qua in *mea praecedenti deciſione §. Quod ſi.* Etenim cum hodie maturius, ſolidiuſque examinata diſpoſitione Flaminii, compertum fuerit Legem excluſivam, & interfectivam Profeſſorum in Religione fuiſſe unice directam conſervationi agnationis prius, & poſtea Cognationis deſcendentalis in ſæculo remanentis, prorſus ideale remanebat abſurdum, quod ultima Fęmina Monialis excludere valuiſſet ultimum maſculum, in Religione profeſſum, quia ceſſante cauſa excluſionis, nemine ex deſcendentibus in ſæculo ſuperſtite, ceſſaſſet etiam excluſio maſculi, & firma remanſiſſet illius prælatio in concurſu Fæminæ; quæ per Teſtatorem Maſculis tributa legitur, quoties non concurrunt Deſcendentes in ſæculo, ut infra dicetur.

Sed quatenus in ſenſu Patrum, & contra omnem veritatem, excluſio illa Profeſſorum in Religione æque maſculis, ac Fæminis congruere deberet, adhuc incongrua omnino videbatur *Dominis* inſtantia Patrum naneiſcendi poſſeſſionem bonorum Fideicommiſſariorum, quouſque prædictæ Moniales, vel earum altera in humanis verſarentur.

Etenim, ut ſuperius animadvertebam, radix, cauſa motiva, & finis Teſtatoris excludendi Religioſos ab ejus hæreditate, non alius ſane fuit, quam ut deſcendentes omnes ſive maſculi, ſive Fæmine per ipſum fideicommiſſariæ, & in perpetuum jam ſubſtituti, qui ejus Familiam, & ſtirpem, ac progeniem erant propropagaturi, correſpective ad onus ſubſtentationis matrimonii, ac alendi Filios, omnibus etiam ejus bonis perfruerentur, adeoque declaratio illa, tanquam reſtricta ad caſum, ſive concurſum deſcendentium ipſius Teſtatoris, ſive maſcolorum, ſive etiam Feminarum tantommodo uſque adhuc vocatorum, referri nequibat ad caſum aliorum Subſtitutorum, præcipue extraneorum; de quibus non ſupra, ſed infra, & ab extra, ſubſidiarie, ſecundario, & per caput omnino diſtinctum, ac ſeparatum ſermonem habuerat, poſt ſcilicet evacuatam totam ipſius Teſtatoris deſcendentiam, tam maſculinam, quam Fæminam; cum in pœnalibus, & odioſis, ut eſt excluſio Profeſſorum in Religionibus, nulla dari valeat extenſio de caſu ad caſum, ut in individualibus terminis ha-
9 bemus deciſum per *Rotam in illa Romana Fideicommiſſi de Tito 5. Maii 1681. coram Benincaſa inter ejus impreſſas la Prima ſub nu. 4., & la 13. ſub nu. 7.*

Idem ſuadebat modus diſponendi per ipſum Teſtatorem adhibitus circa deſcendentes, diverſimode ab eo, quo diſpoſuerat favore Tranſ-

verſalium, ſeu Extraneorum; in Vocatione enim deſcendentium, quorum propagationem exoptaverat, plures, & in perpetuum trahendæ ſubſtitutiones factæ leguntur, quæ juxta ejuſdem Teſtatoris mentem exequutioni non poterant demandari, niſi excluſis Religioſis; in vocatione vero Tranſverſalium, & multo minus in ſubſtitutione Patrum de tali propagatione, nec voluerat, nec potuerat eſſe ſollicitus, adeoque eos per ſolam vulgarem vocaverat, quo caſu excluſio Religioſorum, nunquam præſumitur; Inferentibus recte *Dominis*, quod ſicuti de Tranſverſalium propagatione, quamvis poſſibili, & multo minus de illa Patrum impoſſibili, non cogitaverat, non debuerat etiam in caſu prædictæ ſubſidiariæ, & poſtremæ ſubſtitutionis repetere excluſionem illam Religioſorum, quam ad ſolum finem uberioris, ſeu facilioris ſubſtentationis ſuorum deſcendentium ad Familiæ conſervationem deſtinatorum ordinare profeſſus fuerat, & quibus deficientibus evaneſcere debebat, nullumque favore aut Tranſverſalium, aut Patrum in
10 Tranſverſalium locum ſubrogatorum effectum poterat operari per ea, quæ tradit *Angel. in leg. Si quis autem verſ. Auferri Authentic. de Hæred. & Falcid.*, *Caſtrenſ. conſ.* 191. *nu.* 2. *lib.* 1., *Bald. conſ.* 396. *lib.* 3., *De Luca de Fideicommiſſ. diſc.* 46. *nu.* 8. cum concordantibus in individuo deductis in prædicta *Romana Fideicommiſſi de Tito* 5. *Maii* 1685. *ſub* §. *Etenim cor. Benincaſa*.

Non ſubſiſtente Patrum reſponſione, quod ubi excluſio Religioſorum facta legatur per viam regulæ generalis, & relativæ ad omnes ſubſtitutiones, ac ad omnes caſus, & ad omnia tempora, tunc in caſu etiam cujuſcumque ſubſtitutionis excluſio prædicta ſuum debeat effectum ſortiri, itaut ſemper, & in perpetuum tales Religioſi a conſecutione talis hæreditatis arcendi ſint.

Quoniam tale obiectum regere in facto non videbatur; Excluſio enim Religioſarum, de quibus agitur, reſtringitur tantum ad caſum, quo in ſæculo adeſſent aliqui ex Deſcendentibus ſive Maſculis, ſive fœminis, a quibus Familiæ, & ſtirpis propagatio haberi poſſet, ut pandunt tam locus, ubi fit talis excluſio, nempe intermedie inter vocationem maſculorum, ac illam fœminarum, earumque omnium deſcendentium fideicommiſſarie ſubſtitutorum, & acceſſorie, ac continuative ad illam, cum ſubſtitutio Extraneorum eſſet in alia poſteriori, & omnino diſparata Oratione ordinata, quam verba ipſa tali declarationi, ſeu Religioſorum excluſioni immediate adiecta, ibi — *Quia intentio ipſius D. Teſtatoris eſt, ut bona perpetuo conſerventur in Familia, ſtirpe, & progenie ſua maſculina, & ea deficiente in fœminina, ut ſupra dictum eſt* — quæ intentio, ſicuti per Patres Actores, minime poteſt impleri, ita neque ad eorum favorem allegari valet illa excluſio,
11 quæ a tali fine, & intentione derivat, ac regulatur, ut in propoſito ratiocinantur *Rota in decis.* 80. *num.* 16. *& ſeqq. lib.* 13. *inter addit. ad Card. de Luca tom.* 4., *& in Romana Multiplicorum* 4. *Julii* 1698. §. *Quia cor. Rño meo Molines &* obiecto individualiter reſpondent *dictæ deciſiones in Romana Fideicommiſſi de Tito*.

Non omittentibus *Dominis* animadvertere, quam inhumanum, irrationabile, damnandum, & idcirco omnino inveriſimile ſit, quod tam Sagax, & Providus Teſtator voluerit proprias Filias, cæteraſque a ſe deſcendentes Religioſas poſt defectum omnium tam maſculorum, quam fœminarum ſæcularium, pariter deſcendentium, & prælatarum ab ejus hæreditate arcere, adhoc, ut alii Religioſi omnino extranei, & propagationis æque incapaces eadem bona aſſequerentur; ut in præciſis, imo fortioribus terminis exclamaverat idem noſtrum *Tribunal.* in ſæpe dicta *Romana Fideicommiſſi de Tito* 5. *Maii* 1688. *ſub* §. *Ex veriſimili*, ubi tamen ſubſtituti in caſu defectus omnium deſcendentium illius Teſtatoris, erant non jam alii Religioſi, ut in noſtro caſu, ſed Proximiores ipſius Fideicommittentis.

Firmato itaque tam palpabilibus, & inſimul ineluctabilibus, argumentis, ſeu, ut melius dicam, tot demonſtrationibus, quod ſubſtitutioni Patrum Dominicanorum locus fieri non valebat, niſi poſt obitum naturalem prædictarum Monialium, parum eorundem Patrum intentui proficiebant ipſarum Monialium renunciationes favore Felicis, eorumque hæredum emiſſæ, quæ utpote reales, abdicativæ, & occaſione ingreſſus in Religionem a fœminis emiſſæ, aptæ eſſerebantur eaſdem Moniales renunciantes efficere in perpetuum eorundem bonorum, ita incapaces ac ſi in eodem momento prædictarum renunciationum, naturalem
12 vitæ ſuæ curſum abſolviſſent, per ea, quæ notat *Andreol. controv.* 310. *num.* 3., *Palm. Nep. allegat.* 375. *num.* 36. 38. *&* 41. cum concordantibus relatis in mea *Deciſione*, quæ revidebatur ſub §. *Pro coronide*.

Etenim data etiam realitate, & abdicativa qualitate memoratarum renunciationum, ad effectum, ut renunciantes redire amplius non valeant ad bona renunciata, cum tamen ex conceptæ eſſent verbis translativis in Felicem, in quem effectus earundem dirigebatur, ibi — *Et ne Iura, & bona prædicta &c. renunciata remaneant vacantia, ſubſtituit, & ſubrogavit in ſui locum* D. *Felicem acceptantem pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque &c.* —
13 nulla reſultabat implicantia, quod eædem renunciationes, ſeu ceſſiones efficerentur etiam ad commodum ejuſdem Felicis, ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum translativæ, ut advertunt *Bald. in conſ.* 437. *lib.* 1., *Montan. controverſ.* 10. *num.* 5. *verſ. Quo fit*, *Donat. de renunciat. tom.* 1. *cap. final. n.* 28. *& ſeqq. Torr. var. Iur. quæſt. tit.* 2. *quæſt.* 24. *n.* 35. *&* 36. *verſ. Nec eſt*

ca-

curandum, cum cæteris, quos refert, & ſequitur memorata *mea Deciſio*, quæ hodie revidebatur, ſuper quo puncto etiam in præterita propoſitione, *Domini* conſtanter cenſuerant prædictum obiectum renunciationum adeo læve & omnibos deſtitutum Juris principiis, ut neque confutationem promereretur. Quod agnoſcentes hodie ſcribentes pro Conventu S. Mariæ ſupra Minervam, nec ullom verbum de dictis renunciationibus, proot nec de prætenſa caducitate vigore earundem renunciationum facere prudentiſſime exiſtimarunt.

Et ita a naturali morte nondum a Cælo indicta ereptis memoratis Monialibus, ſeu potius vitali auræ, qua in altera mea *Deciſione*, quæ revidebatur pro privatis habebantur hodie iuſtius reſtitutis *Domini* cenſuerunt utraque &c.

MELEVITANA COMMENDÆ.

Lunæ 21. *Iannarii* 1715.

ARGUMEMTUM.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Dedecet Æquites Hieroſolymitanos diuturnis litibus divexari.*

2 *Reſtitutio in integrum concedi nequit niſi probata leſione.*

DECISIO DCXCII.

NOn acquieſcens adhoc Fr. Iaeobos Togores quatuor conformibus Judicatis, binis ſcilicet Conſilii Ordinarii Sac. Religionis, & reſpective Conſilii Completi, & totidem Rotalibus, in quibus Commenda de Cantavieſa ad Juſtitiæ, & æquitatis tramites adjudicata remanebat Fratri Vincentio Carroz, cujus favore tamquam Antiani, & capacis per Linguam ſmutita fuerat, ut ex *deciſionibus Eminentiſſ. Prioli diei* 10. *Februarii anni* 1710., *R. P. D. mei Falconerii diei* 18. *Decembris ejuſdem anni*, quæ eorum reſpective ſententias præceſſerant, canonizata tertia per Signaturam Juſtitiæ cum clauſula -- *Sine præjudicio trium*, & poſt quartam decreta per *Tribunal* expenſarum taxatione, adita denoo eadem *Juſtitiæ Signatura*, ſub novorum, & quidem ad ejus ſenſom relevantium documentorum noviter adinoentorum ſuppoſito, ulteriorem commiſſiouem in ſecundo grado reſtitutionis in integrum *Mihi* directam nuperrime impetraverat, ad cujus tramites propoſito hodie *Dominis* meis conſueto dubio, *an nempe conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum* illieo reſponſum audivi.

Siquidem duriorem hodie, quam per antea Provinciam aggreſſus erat Fr. Jacobus, cum enim ageretur de ſecunda reſtitutione in integrum, quæ difficilius concedi ſolet ob non levem calumniæ, & eternardæ litis preſumptionem, a qua nedum generaliter omnia Iura, & omnia Tribunalia abhorrent, ſed ſignanter ipſa Religionis Statuta a Summo Pontifice con-
1 firmata poſitive, & expreſſe reſiſtunt, cum dedeceat, Equites glorioſæ tuitioni Sanctæ Fidei addictos diuturnis litibus divexari, & per Tribunalia longo tempore trahi, ut ex *Statuto primo de Sguardio*, & *Statut*: 41. *de concil.* & ex plene notatis per *Micalleſ. in ſumm. Equit. Hieroſolymitan. verb. lis num.* 1. cum concordantibus ibi deductis habetur; Ut eam idcirco ſecunda vice petitam in integrum reſtitutionem aſſequeretur memoratus Fr. Jacobus, talia, adeo clara, & omnino concludentia documenta aſſerre debuiſſet, ex quibus ictu oculi incapacitas Fr. Vincentii aſſequendi memoratam Commendam *Dominorum* oculis patuiſſet, ut in propoſito videre eſt adductis *Textib. in leg.*
2 *in una, Cod. ſi ſæpe in integ. reſtit. poſtuletur*, & *Caldaſ. in leg. ſi Curatorem verſ. implorandu*, *Cod. de in integr. reſtit.*, *apud Rot. in Cortonen.*, *ſeu Peruſina fideicommiſſi* 17. *Novembris* 1703. §. *Ulterius*, & *in Romana dotis de Salviatis* 22. *Januaris ejuſdem anni* §. *Occaſio*, & *in Romana renunciationis* 11. *Januarii* 1712. §. *Verum in præſenti*, *utrobique cor. Me*.

Talia autem viſa ſane *Dominis* non ſunt hodierna documenta, a quibus idem Fr. Jacobus in ſpem aſſequendi favorabilia ſibi ſoffragia erectus fuerat; Tota enim vis excludendi Fratrem Vincentium a poſſeſſione Commendæ, per Linguam ei adjudicatæ, & omni Jure debitæ uti Antiano, & capaci reponebatur, & hodie in aſſertione ejus incapacitatis, quæ erui prætendebatur ex ſuppoſito, quod ſub die 24. *Jannarii anni* 1708., qua Smutitio memoratæ Commendæ illius favore evenerat, ipſe alieno adhuc ære erga commune Erarium premeretur, quod ſuppoſitum cum undique inſubſiſtens in ſupradictis *deciſionibus Eminentiſſimi Prioli*, & *R.P.D. mei Falconerij* fuiſſet jam demonſtratum, dom probatum extiterat in facto ex partitis librorum, & ſucceſſive etiam ex publico quietantiæ Inſtrumento exaratæ per communis Erarii Procuratores, quod omnes debitum Fratris Vincentii fuerat jam dimiſſum abſque ulla colluſione in ipſa die Smutitionis, quæque ſolutio, licet non appareret adnotata certa hora, præſumebatur tamen Smutitionem præceſſiſſe, ita reqoirente in dubio interprætatione pro actus ipſius validitate, ſecundum animadverſa per *Franeb. deciſ.* 649. *a num.* 9. & *per Rot. in Romana dotis, ſeu legatorum ſuper expanſis* 28. *Junii anni* 1709. §. *Attamen*, *coram Eminentiſſ. Priolo*, & prout de veritate præmiſſæ ſolutionis ante Smutitionem teſtabantur Scribæ Theſauri, & Conſervatoriæ; Opus idcirco non erat eandem obiectam incapacitatem ex cauſa dicti debiti toties repetitam, & tanto robore in prædictis *deciſionibus* confutatam iterum adducere,

ac reſpective ab iiſdem oppoſitionibus vindicare, ad eaſdem doctiſſimas de more *decisioni Dominis* ſe habentibus remiſſive.

Ejuſdem quoque irrelevantiæ *Dominis* viſæ ſunt obiectiones hodie per Fratrem Jacobum allatæ quibus oſtendere ſatagebat, Eminentiſſimos Magnum Magiſtrum, cujus pecuniis mediate dimiſſum fuerat debitum Fratris Vincentii in die Smutationis, tale mutuum expleviſſe in odium ipſius Fratris Jaçobi, eo quia in actu quo petierat Smutitionem ad ſui favorem, proteſtatus fuerat, quod ubi ipſe Commendam illam aſſequtus fuiſſet, non intendebat Eminentiæ Suæ ex illius fructibus annatam illam perſolvere ad cujus ſolutionem Eques Caſtelul prædeceſſor devictus erat. Etenim ultra quod tales paſſiones, ſeu odia exulare ſolent a Viris tantæ probitatis, Juſtitiæ, & integritatis, objectum hoc eliminabat ipſa facti circumſtantia; Cum enim, ut *Tribunal* conſtanter firmaverat, dimiſſio debiti Smutitionem præceſſiſſet, & mutuum factum a Magno Magiſtro perneceſſe ipſam etiam ſolutionem antecedere debuiſſet, non poterat ſane proteſtatio illa Fratris Jacobi, quæ facta fuit in ipſo actu Smutitionis eſſe cauſa talis mutui quod prædeceſſerat dictam Smutitionem.

Redargnebatur iterum ejuſdem debiti ſolutio, de ſimulatione, & fictione, eo quia Religionis Ærarium non fuerit de ejus credito ſatisfactum niſi de anno 1711. ex fructibus ejuſdem Commendæ, ut ex partitis extractis a Bilancio anni 1711. Receptoris Dez datis in *hodierno Summario Fratris Jacobi ſub nu.* 20. inferendo ex hoc, quod dictum debitum vere non fuerit dimiſſum de anno 1708., quo facta extiterat Smutitio, verum inſubſiſtentia hujuſmodi illationis ex ſe illico paruerat, dum ſtante veritate, & realitate ſolutionis debiti expleta mediantibus publicis documentis, ut firmant toties recenſitæ *decisiones Eminentiſſ. Prioli, & R. P. D. mei Falconerii*; Summa proinde ſoluta de anno 1711. Receptori Dez ex fructibus Commendæ, vel referenda erat ad debitum poſterius cum Erario Religionis contractum, vel ubi eadem etiam eſſet ſumma, cujus erat debitor Fr. Vinçentius ante Smutitionem, exacta cenſeri debebat ab Adminiſtratoribus Erarii de dicto anno 1711. ad rem gratam gerendam D. Maſcarell, qui in actu girandi partitam ſibi a Magno Magiſtro mutuatam in creditum ejuſdem Fratris Vincentii ſibi reſervaverat -- *di ripetere detta ſomma dal ſudetto Cavaglier Carroz, o dal* Commun *Teſoro, ſempre che parrà eſſer pagata in partibus*, quo fit, ut veriſimile omnino ſit, quod pro reportanda faciliori ſui crediti ſolutione Maſcarell imploraverit officium Dominorum Theſauri, in cujus libris cum jam deſcriptum extitiſſet debitum, nil mirum ſi, & ipſa extinctio per manus ipſius Receptoris Dez in iiſdem libris fuerat inſimul regiſtrata; Cum de cætero inanis ſit penitus hæc quæſtio ſimulationis, ubi Commune Erarium ante Smutitionem ſe penitus per publica Inſtrumenta ſatisfactum declaraverat, non curato modo, quomodo eadem ſatisfactio proceſſiſſet.

Parique debilitate laborabat alterum fundamentum, ſuper quo tota fere moles ideatæ victoriæ per Fr. Jacobum repoſita videbatur, quod nempe cum Smutitio vigore Statutorum fieri debeat ſtatim ſequuto obitu Commendatoris, verbum vero illud *ſtatim* importet ex inconcuſſa Religionis obſervantia tempus 24. horarum, & per conſequens ipſam Smutitionem præcedere debeat debiti ſolutio, quodque inſuper, ſi ex aliquo caſu contingat Smutitionem non potuiſſe fieri intra terminum dictarum 24. horarum, ſi debitor intra dictum terminum debitum non perſolverit licet poſtea illud perſolvat ante Smutitionem in longius tempus dilatam, non ideo capax ſit prædictæ Smutitionis, eo quia debitum dimiſſum eſſe debeat de tempore, quo juxta Statuta, & conſuetudinem facienda fuiſſet Smutitio: applicando idcirco hujuſmodi propoſitiones facto, prætendebatur vacantis Commendæ incapax Fr. Vincentius, eo quia ſequuto obitu Equitis Caſtelul ultimi poſſeſſoris ſub die 22. Januarii anni 1708., Fr. Vincentius debuiſſet ad effectum conſequendi Commendam ſe reddere capacem cum debiti ſolutione die 23. ejuſdem menſis, quæ erat dies craſtina, ut fuit declaratum in quodam Conſilii Ordinarii Judicato ibi -- *declaraverunt, ac ſtatuerunt, quod dicti Fratres, qui per totam craſtinam diem juxta formam Statutorum, & laudabilium Ordinis conſuetudinum capaces, & habiles reperiuntur ad obtinendas dependentias &c. ii tantummodo poſſint, & valeant concurrere, & obtinere ipſas dependentias excluſis cæteris omnibus, qui revera per totam craſtinam diem, ut præfertur quoquomodo ad eaſdem dependentias obtinendas incapaces extiterint.* Cum autem ſolum ſub die 24. debitum perſolverit, ut eſt in confeſſis, licet ad dictam diem 24. dilata fuerit Smutitio, non inde tamen Commendæ capax contra Statutorum formam evadere amplius potuerit Vincentius.

Etenim prædicto diſcurſui aliam praxim opponi perſpexerant *Domini*, de qua deponebant Equites Procuratores omnium ſeptem Linguarum, quod nempe defuncto Commendatario inter denuntiationem, quæ fit Equitibus Lingue intercedere debeat vel unum Prandium, vel cena; denuntiatio vero fieri non ſoleat; nec debeat, niſi poſt humatum cadaver, eamque adamuſſim ſervatam in vocatione controverſæ Commendæ animadvertebant; Cum enim Eques Caſtelul ultimus poſſeſſor obiiſſet ſub prædicta die 22. Januarii, ſole jam ad occaſum vergente, non potuerat idcirco ejus cadaver ad Eccleſiam Conventualem transferri, inibique humari, niſi die 23. immediate ſequenti pariter de ſero, ut teſtabantur Parochus Eccleſiæ, & Eques Magiſter Scutifer, qui Con-

ſtra-

fratrum omnium cadavera ſolent aſſociare, prout, & alii duo Fratres Cappellani. Si autem poſt ſepulturæ traditum cadaver facienda erat denuntiatio, & ſubſequenter interponi prandium, vel coena, ex quod Smutitio non niſi die 24. Jauuarii expleri poterat, prout inſequendo inconcuſſam hujuſmodi praxim, & quidem nedum commendabilem, ſed omnino neceſſariam peracta fuerat; nec ideo prorogata dici in hoc caſu valebat ea Smutitio in aliud tempus, itaut adaptari valeret ſupra recenſita propoſitio, quodſi contingat prorogari Smutitionem, non ideo ſuffragetur ſuperventa capacitas. Quoniam cum Smutitio facta fuerit in tempore non prorogato, ſed omnino proprio, & a Statutis per praxim interprætatis demandato, eodemque in tempore adeſſet per debiti ſolutionem jam ſuperventa capacitas Fr. Vincentii, omnis idcirco oppoſito exulabat, quam etiam omnino irrelevantem detegebat illius tam ſerotina deductio, in quinta nempe inſtantie, & ejus omiſſio in Conſiliis Ordinario, & Completo, quibus ſane vera praxis Religionis innoteſcebat,

Et ita omiſſa reſponſione ad alia leviora objecta tanquam in facto nullatenus ſubſiſtentia, *Domini* reſponderunt, utraque &c.

SENOGALLIEN. FIDEICOMMISSORUM.

Lunæ 21. *Januarii* 1715.

ARGUMENTUM.

Vocata linea fęminina an intelligi debeat vocata linea ultimi maſculi in qua bona jam ingreſſa fuerunt, ſive potius linea Teſtatoris: Proximitas gravati, & non gravantis juxta magis communem omnium Tribunalium ſententiam attendenda eſt in regulandis fideicommiſſariis, ſive inteſtatis ſucceſſionibus. Lineæ vocabulum quomodo ſit accipiendum.

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutionis caſum ad ſui favorem purificatum probare debet, qui immitti petit ad bona fideicommiſſaria.*

2 *Cui debetur ſucceſſio debetur etiam retentio bonorum.*

3 *In fideicommiſſariis ſubſtitutionibus is ordo datus cenſetur, qui ſervatur ab inteſtato.*

4 *Vocata linea fęminina non alia intelligi poteſt vocata niſi linea fęminina ultimi maſculi.* Ampla, *& ſimul* declara nu. 7.

5 *Bona, ſeu ſucceſſio ſemel in unam lineam ingreſſa ad aliam lineam non transferuntur, niſi evacuata prima.*

Idque procedit etiam in primogenitalibus, & fideicommiſſariis ſubſtitutionibus. nu. 6.

8 *Qualitas ætatis inſpicienda tantum eſt in caſu, quo alii in eodem gradu numerentur, ſecus in caſu contrario.*

9 *In regulandis fideicommiſſariis ſucceſſionibus magis communis ſententia eſt, quod attendatur proximitas gravati, non gravantis.*

Limita ſi adſint conjecturæ in contrarium nu. 10.

Quæ tamen debent eſſe efficaces, & non univocæ nu. 11.

Et nonnullæ conjecturæ refelluntur n. 12. & ſeqq.

13 *Ubi agitur de tranſitu fideicommiſſi de una linea ad aliam, non attenduntur reliquię lineæ jam extinctæ, ſed a proximitate gravantis unice ſucceſſio eſt regulanda.*

14 *Linea in ſua propria ſumpta ſignificatione conſtituitur ex collectione plurium Perſonarum ab uno, eodemque ſtipite deſcendentium.*

15 *Linea ſumenda ſemper eſt in ſuo proprio ſignificatu, ubi Teſtator contrarium non dixerit.*

16 *In una, eademque diſpoſitione contrarietates non ſunt admittendæ, ſed potius conciliandæ.*

17 *Bona avelli non debent ab ea linea, in qua adſunt Perſonæ capaces.*

18 *In ſucceſſionibus inteſtatis proximitas gravati, & non gravantis eſt ſemper attendenda.*

19 *In dubio reſpondendum eſt pro fęmina filia ultimi poſſeſſoris in concurſu alterius fęminæ tranſverſalis.*

DECISIO DCXCIII.

DEſperatam propriam ſobolem lugens in ſupremis ejus tabulis Flaminius Mannellus, exoptanſque inſimul ſuorum bonorum conſervationem ſaltem in ejus fratrem eorumque deſcendentibus prius maſculis, deinde fęminis ordine ſibi beneviſo, ſequentibus verbis ſuam poſtremam aperuerat voluntatem -- *In omnibus autem ſuis bonis &c. nominavit ſuos hæredes univerſales pro æquali portione D. Claudium Manellum Abbatem &c. & D. Geneuram Manellum ejus fratrem, & ſororem reſpective. Item D. Equitem Hieronymum &c. alium fratrem; Item DD. Joannem Baptiſtam, Aloyſium, & Bartholomæum de Mannellis nepotes ex dicto D. Equite Hieronymo, & demum omnes de dictis nepotibus deſcendentes maſculos uſque in infinitum, ſi ſuperſunt, ſin autem fœminas ab eiſdem provenientes &c. hoc autem ordine ſucceſſivo in perpetuum inter ipſos valituro, & ſervaturo, hoc eſt, ut primo loco ſint vocati, & inſtituti, ac ipſi ſolum ſuccedant* D. *Abbas* Claudius *&c. &* D. *Geneura, ſecundo loco ſit inſtitutus, & vocatus eodem modo D. Eques Hieronymus, tertio loco ſint vocati, & inſtituti dicti DD. Ioannes Baptiſta, Aloyſius, & Bartholomæus, vocando tamen de his ordine ſucceſſivo proximiores in gradu, & in ſtirpes, non autem in gradu, & in ſtirpes, non autem in capita. Et quinto loco in defectu lineę maſculinæ, quæ ſemper excludat fœminas, vocata ſit linea fœminina, & in ea linea proximior fœmina tunc exiſtens, & ſi plures erunt in eodem gradu, tunc major natu ſit prima vocata, & in totum ſuccedat &c.* quam diſpoſitionem Abbas pariter Clandius ejus frater, Iunipera ſoror, & Aloyſius nepos in eorum ulti-

ultimis reſpective elogiis confirmaverant.

Cum autem conſolidata per obitum Caroli Emanuelis de anno 1676. univerſa hæreditate vigore reciproce linearis in Flaminio Juniore, noviſſime etiam Comes Cæſar illius filius abſque ulterioribus deſcendentibus maſculis fato ceſſerit, ſuperſtite tantum D. Comitiſſa Suſanna, in arenam illico deſcendit Comitiſſa Maria Nicola filia memorati Caroli Emanuelis, prætendenſque ſibi nti Proximiori Teſtatori, & nti etiam quatenus opus eſſet, majori natu, ſucceſſionem in iiſdem bonis vigore fideicommiſſariæ diſpoſitionis deberi, judicialem inſtantiam pro aſſequenda immiſſione in vim *l. fin. C. de Edict. Divi Andriani tollen. coram A. C. Anſideo* promovere ſollicite ſategerat, ſed parum fælici eventu, nam Comitiſſa Suſanna in bonorum penes Patrem exiſtentium de tempore ejus obitus poſſeſſione manens fuerat ab impetitis per ejuſdem A. C. ſententiam abſoluta, a qua provocante eadem Comitiſſa Maria, *Mihique* per *Sgnaturam Juſtitiæ* directa Commiſſione, non diſſimile tamen Judicium experta eſt, nam requiſiti hodie a me *Domini an eidem danda foret immiſſio Negativum* edere reſponſum non dubitarunt.

Et quidem ſummo jure, cum ſubſtitutionem ad ſui favorem purificatam extitiſſe nullatenus Maria concluderet, prout alioquin tenebatur, ſi bona jam in linea Cæſaris ultimo loco defuncti radicata, & jure inteſtatæ ſucceſſionis (præciſive a fideicommiſſo, de quo infra) in Suſannam translata vigore prætenſæ ſubſtitutio-
1 nis, illiuſque purificationis ad ſe avocare prætendebat per ea, quæ paſſim monet *Rota*, & ſignanter poſt *Torr. de majorat. & Primogen. Ital. dec. 40. nu. 1. dec. 385. nu. 3. coram Emerix Jun. dec. 116. nu. 5. part. 18. tom. 1. recent., in Romana reſtitutionis fructuum 11. Iunii 1708. §. At poſito, & 22. Junii 1711. §. Neque, cor. me, ac in Bononien. Primogen. de Calcellis 29. Ian. anni 1714. §. Inconcuſſa, cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Quamvis enim pro Maria Scribentes demonſtrare niterentur, quod facto loco ſucceſſioni fæminarum per obitum ultimi maſculi, in ea concurrerent, ac verificarentur qualitates omnes, quas Teſtator in eadem fæmina ſucceſſura exoptaverat, nimirum, quod eadem foret proximior fæmina in linea, polleretque etiam ex abundanti qualitate majoris ætatis, ac propterea omni jure deberentur omnia bona fideicommiſſaria, de quorum identitate non dubitabatur: Attamen talem exoptatarum qualitatum concurſum in Maria tantum aberat, quod prædicti Scribentes verificarent, ut immo ex lectura ſupra recenſitæ Teſtamentariæ diſpoſitionis clare *Dominis* emicuerit, fæminarum ſubſtitutionem unice purificatam remanſiſſe in Suſanna tamquam filia Cæſaris ultimi maſculi, in quo bona omnia jam extiterant radicata, adeo-
2 que ſicuti eidem Suſannæ debita fuiſſet ſucceſſio, ita per conſequens ſit etiam permittenda retentio, ut docet *Rota in decif. 17. numer. 25. poſt Conſil. ad Peregr., & decif. 270. num. 4. coram San. mem. Alexandro VIII. dec. 103. nu. primo par. 15. recent.* cum concordan. *in Romana fideicommiſſi de Alvaris ſuper Reſervatis 19. Junii 1711. §. Inſpecto coram R. P. D. meo Criſpo.*

Cum enim per Teſtatorem *vocata ſit linea fæminina, & in linea proximior tunc exiſtens*, ſive ſermo ſit de linea, ſive de proximioritate, qualitates iſtæ de ſola Suſanna verificabantur; Quo enim ad lineam, cum in hujuſmodi fideicommiſſariis ſubſtitutionibus idem ordo cenſea-
3 tur datus, qui ſervatur ab inteſtato, ut tradunt *Mart. de ſucceſſ. legal. par. prima, quæſt. 12. art. primo num. 7. & 17. Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 20. nu. 3., Seminiſt. controv. 103. tom. 2. Torr. de Primogen. Ital. lib. primo cap. 4. §. 7. num. 65. par. 1. quæſt. 4. num. primo par. 2., Rota in Balneoregien. Fideicommiſſi 6. Februarii 1708. §. Quemadmodum, coram R. P. D. meo Scotto Pro-Decano, ac Almæ Urbis Gubernatore, & in Auximana, ſeu Camerinen. Fideicommiſſorum 16. Ianii 1710. §. Rurſus, coram Me*, ſane ſub nomine lineæ fæmininæ non alia intelligi poterat vocata, quam linea fæminina Cæſaris ultimi maſculi, in qua exiſtit Suſanna, quæque naturæ ordinem inſequendo uti unica filia eidem Cæſari erat ab inteſtato ſucceſſura,
4 volitamque a Teſtatore lineam fæmininam ſola poterat efformare, ſecundum ea, quæ in propoſito tuentur *Caſtren. in l. ſi Maritus, Cod. de Procurat., Ruin. conſ. 98. num. 2. lib. primo, Hyeron. Gabriel. conſ. 90. num. 33. lib. primo, Soccin. Iunior. conſ. 69. num. 30. lib. 3., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 346. num. 15. 36. & ſeqq., Adden. ad decif. 199. nu. 174. par. 8. dec. 415. num. 12. par. 12., & dec. 233. num. 2. par. 14. recent.*

Veritatem hujuſmodi Judicii comprobare etiam videbatur alia non minus vera propoſitio, qua edocemur, quod bona, ſeu ſucceſſio ſemel in unam linea ingreſſa, ad aliam lineam non transferuntur, niſi illa prima ſit penitus cunctis deſcendentibus evacuata juxta cenſuram *Text.*
5 *in cap. fin. de natur. ſucceſſ. feud.* quem militare ex rationis identitate etiam in Primogenialibus, ac fideicommiſſariis ſubſtitutionibus tra-
6 dunt communiter *Doctores* omnes viden. apud *Palm. Nepot. allegat. 99. num. primo, de Luca de lin. legal. lib. primo art. 12. num. primo, & ſeqq. Fontanell. decif. 35. per tot. Rot. poſt Torr. de Primogen. Ital. tom. 3. dec. 43. num. 2., & coram Zerat. decif. 15. num. 3., & ſeqq. decif. 320. num. 14. coram Merlin. in recent. decif. 28. nu. primo par. 18., & in Romana Caſalis Aguzzani 21. Iunii 1701. §. Fortius coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & in Avenionen. ſeu Carpentoraten. fideicomm. de Tertullis 2. Decembris 1705. §. Cumque coram eodem, nec non in Romana, ſeu Interamnen. fideicommiſſi 14. Maii 1714. §. 22. coram Me*, & magis in individuo caſus noſtri, quod vocata linea fœminarum

poſt

poſt maſculos, cenſenda ſit vocata fœmina de
linea oltimi maſculi jam admiſſa, & poſſiden-
te, rejecta fœmina de linea, a qua bona jam
exierant, ne admittatur ordo retrogradus ex-
7 preſſe a Teſtatore non demandatus tradit in
materia feudi fideicommiſſis æquiparari *Bald.*
in conſ. 200. lib. 5. ſub nu. 2., & in terminis fi-
deicommiſſi Soccin. Iun. in conſilio 126. nu. 14. ad
nu. 18. Torr. de Primogen. lib. 1. cap. 15. nu. 34.
& lib. 2. qu. 16. nu. 107. Roxas de incompatibil.
parte 3. cap. 4. nu. 53., & ſeqq. Card. de Luca
de fideicommiſſ. diſc. 23. ſub num. 8., quem refe-
runt, & ſequuntur *Rocc. diſp. Jur. cap. 3. per*
tot., & ſignanter nu. 14. Palm. Nep. allegat. 93.
n. 7. tom. primo, & Rota in dec. 109. num. 14.
parte 5. recent., ac in Romana fideicommiſſi de
Cribellis 12 45. apud Mantiſſ. ad ornatam Cardi-
nalis de Luca anno. 13., nec non in prædicta Ro-
mana Caſalis Agazzani 21. Iunii 1701. §. Quod
enim coram Rmo Domino meo Molines Decano.

Firmato autem ſecundum omnia Joris prin-
cipia, quod Teſtator pro linea fœminina ſenſe-
rit de liuea ultimi Poſſeſſoris, & non de linea
aliorum maſculorum, a qua bona jam exierint,
& in iſta linea unice Suſanna reperia ur, opus
non videbatur perpendere aliam qualitatem
majoris ætatis, quæ unice inſpicienda fuiſſet in
caſu, quo in eodem Suſannæ gradu aliæ fœmi-
næ numerarentur, onde ipſa ſola diei debet illa
8 fœmina proximior a Teſtatore invitata, ut in
terminis animadvertunt *Peregrin. conſ. 12. n. 22.*
lib. 4. Fuſar. conſ. 28. nu. 5., & de ſubſlit. qu. 357.
nu. 1. & ſeqq. quæſt. 483. num. 10., & quæſt. 485.
nu. 40., Robl. de repræſent. lib. 3. cap. 11. nu. 36.
Fontanell. dec. 34. nu. 6. Rot. coram Celſ. dec. 176.
num. 28., & coram Bich. dec. 622. n. 1. & 2. in
recent. dec. 451. nu. 1., & 3. par. 19., & in Bo-
nonien. fideicommiſſi de Barberii 17. Aprilis 1708.
§. Quæ utique cor. bon. mem. Caffarello, & 17. Ia-
nuarii 1710. §. Et hoc cor. R. P. D. meo Aldro-
vando.

Si vero inſpiciendum ſit, de cujus proximio-
ritate ſenſerit Teſtator, ſe offerebat illico *Do-*
minorum menti receptiſſima hodie ſententia, &
in judicando paſſim admiſſa, quod in regulandis
conſimilibus fideicommiſſariis ſucceſſionibus,
9 proximitas Gravati, nonGravatis ſit attendenda,
ut teſtantur *Vrceol. controv. foreaſ. cap. 12. num.*
10., & 11. Palm. Nep. allegat 93. num. 6., &
allegat. 183. numer. 4. Torr. var. libr. 2. tit. 6.
quæſt. 4. nu. 61. fol. 22. Samiaiac. dicta controv.
103. num. 19. cum ſeqq. Rot. coram Merlin. dec.
520. num. 1. coram Buratt. deciſ. 107. per tot.,
coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 21., &
35. per tot., coram Emerix Iunior. deciſ. 299.
num. 4, & deciſione 1136., num. 2., in Fer-
rarien. Primogenituræ 4. Februarij 1709. §. Ra-
tio autem coram Reverendiſſimo Domino meo Molė-
nes, & in dicta Auximana, ſeu Camerinen. fi-
deicommiſſorum 16. Iunii 1710. §. Quoniam co-
ram Me, & præciſius in eadem *Bononien. Pri-*
mogenituræ de Cultellis 29. Ianuarij 1714. §. Ac
non coram Reverendiſſ. P. D. meo Falconerio.

Quamvis autem ea concluſio, ſeu opinio at-
tendi non ſoleat in caſu, quo ex conjecturis
deſum valeat contraria Teſtatoris voluntas,
10 invitandi ſcilicet proximiorem ſibi, non
ultimo Gravato, ut advertunt *Gratian. diſcept.*
493. num. 30., Giovagnon. conſ. 62. num 7., &
8. lib. primo, Add. ad Pamphil. deciſ. 306.
num. 11. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 23.
num. 14., & 16., & monet Rota in deciſ. 460.
num. 3. & deciſ. 510. num. 2. parte prima, &
deciſ. 297. in princ. verſ. Nec prætendi poteſt part.
12. recent. cum concordan. in Romana fideicomm.
Vannotiæ Pontianæ 13. Februarii 1690. §. Et
profecto coram Reverendiſſimo D. meo Molines De-
cano; attamen prædictæ conjecturæ eſſe debe-
11 rent adeò efficaces, & univocæ, ut nullam
aliam penitus rationabilem interpretationem
paterentur, ut ponderat *Valenz conſ. 97. n. 73. cum*
ſeqq. Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 3. capit. 4.
num. 31., & 32. & cap. 5. num. 71. ibique Ad-
den. Palm. Nep. allegat. 93. nu. 3. tom. 1. Card.
de Luca de fideicomm. diſc. 23. num. 8. Rota dec.
165. num. primo, parte 8., & deciſione 526. nu.
10. parte 19. recent.

Tales autem viſæ ſane non ſunt conjecturæ
illę per ſcribentes pro Comitiſſa Maria magni-
ficatæ cum ea omnes bene compaterentur cum
proximitate reſpectu Gravati. Exordiendo
enim a prima, ea deſumebatur ex verbis dire-
ctis adhibitis a Teſtatore in ſubſidiaria etiam
fœminarum vocatione ibi -- *inſtituit, & ſi voca-*
ta -- quæ cum efficiant, ot hæres talis verbo-
rum formula deſignatus immediate ab ipſo Te-
ſtatore recognoſcat ejus ſucceſſionem, non ve-
ro ab hærede gravato, ita de eodem hærede
gravato nulla debeat haberi ratio pro dimetien-
da proximioritate, ſecundum quam ſucceſſio
12 ſit regulanda, ſed ſpectanda unice ſit illa ipſius
Teſtatoris, qui in aliis etiam partibus omnibus
Teſtamenti ſe fecerat pro omni tempore diſtri-
butorem ſuæ hæreditatis ordinando quinque
gradibus vocationum, inter quos ultimus eſt
ordo ſucceſſionis fœminarum, de quibus agitur.

Verum animadvertebant Domini, quod li-
cet prædicta verba *inſtituit, & ſit vocata* in ſuo
rigore ſint directa, attamen non tollunt ordi-
nem ſucceſſivum, ot in defectum unius cenſea-
tur vocatus alter, qui ſemper ultimo morienti
ſuccedat quem ordinem ſucceſſivum in quarto
ordine, & multo magis in quinto expreſſe præ-
ſcripſerat, quod in iidem coincidit, quod pro-
ximitas Gravati cui ſemper ſuccedendum eſt,
attendi debeat, ut ratiocinantur *Doctores* omnes
ſuperius adhoc propoſitum allegati.

Alteram, & primo aſpectu urgentiorem
conjecturam in ſenſu eorundem ſcribentium
pro Maria efformabat vocatio fœminarum de-
ſcendentium a certis, & determinatis Perſonis,
nempe Joanne Baptiſta, Aloyſio, & Bartho-
lomæo Nepotibus ipſius Teſtatoris ibi -- *ſint au-*
tem fœminas ab eiſdem provenientes, ex qua ar-
guere

guere ſatagebant, quod io hac fœminarum ſubſtitutione oullum reſpectum habuerit Teſtator ad fœminas proaimiores oltimo Gravato, ſed ad omnes illas fœminas a Io: Baptiſta, Aloyſio, & Bartholomæo deſcendentes, tributa tamen prælatione illi fœminæ, quę optatam majoris ætatis qualitatem allegare valeret, ubi plures Perſonæ, ſeu fæminæ, prout in caſu ex iiſdem tribus fratribus deſcendentes concurrerent, certum enim in Iure affirmabant, quod ubi habetur reſpectus ad certas, & particulares Perſonas tuoc ceſſat quæſtio proximitatis Gravati, ſecundum animadverſa per *Peregr. in decif. Patav. 132. num. 3 per tot.*, *Gabr. conſ. 530. num. 39. lib. 2.*, & magis proxime *Giovagn. lib. 1. reſponſ. 62. num. 9. & 10.*

Præſertim, quod ea omnibus hiſce fœminis a memoratis tribus deſceuſuris, efformandum fore unam lineam fœmininam Teſtator cenſuerat, ex qua deſumenda foret illa fœmina, quæ eveniente obitu ultimi maſculi in ejus hæreditate ſuccederet, quateuus onica fœmioa ea dictis ſtipitibus deſcendens reperiretur, vel major natu, ubi, ut inmueram, plures in Collegiali linea numerareotur, adeoque extincta linea maſculina, hæreditas iu prædictam lineam fœminarum omnino diverſam, & ſeparatam, erat ex Teſtatoris jndicio transferenda. Ubi autem agitur de tranſitn fideicommiſſi de nna linea ad aliam, ſeu de ejuſdem ingreſſu in novam, & diſtinctam lineam, qualis eſt lioea fœminina omnino diverſa a maſculina amplius
53 non attendi ſubjugebant reliquias lineæ jam extinctæ ſed a proximitate ipſius Gravatis unice ſucceſſionem regulandam fore, ot per *Venturin. in conſ. 28. a num. 183.*, *Hieronym. Palm. conſ. 56. num. 72. & ſeqq.* *Balducc. ad Ramon. conſ. 100. a num. 162.*, *Card. de Luca de fideicommiſſi diſc. 15. num. 8.*, *Rot. decif. 209. num. 12. verſ. Nec obſtare, & ſeqq. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*, *& cor. Royas decif. 234. num. 5. ac in rec. decif. 98. num. 16. parte 8.*, *& decif. 469. num. 4. & ſeqq. par. 13.*

Verum neutram partem hnjus objecti ſubſiſtere *Domini* exiſtimaruot; Nulla enim concludens dabatur demonſtratio, quod novum hoc geuns lineæ ex diverſis ſtipitibus conſtitoendæ, quæque diverſa capita recognoſcere deberet, Teſtator voluerit, quo noo docto, talis inſolita linea præſupponi non valebat, ſed qood erant maſculi, qni filias genuerint, ſen quot ſunt ſtipites fœminarum, totidem, & inter ſe diverſæ eſſe debebant lineæ fęmininæ: Linea enim in ſua propria ſnmpta ſignificatione conſtitnitur ex collectione plurinm perſonarum ab
54 uno, eodemque ſtipite deſcendentium, oon a diverſis, nt eam deficiont *ex Io. Andrea*, aliiſque antiquioribus *Simon de interpretat. ultim. volunt. lib. 3. interpretat. 3. dub. primo ſolut. 11. num. 41.*, *Altograd. conſ. 95. num. 10. lib. 2.*, *Manſ. conſult. 93. nu. 34.*, *Torr. de Primogen. par. 1. cap. 29. §. 10. num. 10.*, *Rota poſt eundem dec. 33. n. 48.*, *& dec. 124. n. 5. par. 15. Recent.*

Cum autem Teſtator nnicam lineam ſemper in ore habuerit non plures, eamque efformandam per modum nnius a pluribus fæminis a
55 contradiſtioctis ſtipitibus provenieutibus oon dixerit, ſane iſta *linea* io ſuo proprio ſignificatu ſumeoda erat, ut relato *Textu in l. non aliter ff. de legat. 3.*, generaliter monet *Rota in dec. 10. nu. 15. par. 10. & dec. 18. nu. 14. par. 19. rec. & in Romana pecuniaria 4. Iulii 1683. §. penult. coram bon. mem. Urſino*, *ac in dec. 93. ſub nu. 19. inter hactenus in Urbe impreſſas coram Me.*

Quod autem iſtam lineam collegialem, & fęminarnm a diverſis ſtipitibus derivantium complesivam expreſſe Teſtator voluerit, ſatis non concludebat ille diſcurſus, quo dicebatur per ſcribentes pro Maria, quod Teſtator iodefinite vocaverat fæminas a Jo. Baptiſta, Aloyſio, & Bartholomæo deſceodeotes: Placuerat enim reſponſio per ſcribentes pro Suſanoa præventive data, quod in parte ſuperiori vocaverat quidem Teſtator fæminas a dictis tribus ejus Nepotibus provenientes, ſed indefinite, generaliter, & abſtractive, inducendo taotum aptitudinem in quibuſcumqne fæminis ab iiſdem Nepotibus deſcenſuris, ſeu potentiam ſuccedendi, quatenus eveniente obitu ultimi maſculi, ex de illius linea reperirentur, itaut actu applicari quidem valeret cunctis vocatio abſtractiva, ſed effectus tribuendus tamen foret illi ſoli, qnam eventus faceret de linea ultimi maſculi Poſſeſſoris, nt firmaot *Ægidius Bellamer. dec. 723. nu. 16. verſ. 7.*, quem refert, & ſequitur *Rot. in dec. 116. nu. 3. par. 1. rec.*

Hanc veritatem patefaciente animadverſione, quod in dicta priori parte plures etiam fæminæ vocantur, ibi -- *Sin autem fæminas*, & tamen in inferiori parte ad unicam tantum fæminam vocatio coarctatur, ibi -- *in ea linea proximior fæmina tunc exiſtens* — ſignum evidens, quod ſuperius plures fæminæ abſtractive, habitualiter, ac indeterminate vocatæ fuerant, & ita dicendum ſit quod plures etiam io ea priori parte conſideratæ ſint lineæ, ex quibus tamen illa ſola cum effectu admitteretur, quæ effor-
56 maretur ab ultimo maſculo poſſeſſore, ne implicantias, & contrarietates admittere velimus in una, eademque diſpoſitione, quas potins conciliandas monet *Tex. in l. ubi repugnantia ff. de regul. Iur. & Rot. in decif. 14. num. 9. & 10. par. 12.*, *necnon in decif. 33. nu. 4. par. 17. rec.*

Faciliori pariter reſponſione diluebatur ſecunda pars obiecti, quidquid enim dicendum foret, ubi faciendus foret tranſitus de una ad alteram totaliter diverſam, ac penitus extraneam, quando nempe extincta penitus foret linea, ſeu deſcendentia ſemel admiſſa, itaut in ea nulla amplius perſona ſucceſſibilis, & vocata, ſcilicet oec maſculus, nec fæmina reperirentur, quo caſu cnm ab aliis lineis æque eatraneis quærendus ſit ſucceſſor non repugnare vide-

videretur, quod in concurſu plurium, ceſſante linea prędilecta, novum principium a perſonis primo Auctori, ſeu Teſtatori magis proximis petatur; Non ita tamen admitti poterat ea concluſio in præſenti, quo agitur non deſaciendo tranſitu de linea ad lineam diverſam, ſed ſimplieiter de linea maſculina unius; & ejuſdem ſtipitis ad ejuſdem lineam femininam, militante diverſa omnimoda ratione, quia, nempe in hoc ſecundo caſu ingreſſis fideicommiſſariis bonis in lineam ultimi gravati,
17 fieri non poteſt eorundem avulſio, quouſque perſonæ illorum capaces in eadem prædilecta linea reperiantur, ut optime diſtinguendo firmant *Melin. de Primogen. Hyſpanſ. cap. 9. ſub num 1. lib. 3.*, *Card. de Luca de fideicomm. diſc. 23. num. 8. & 9.*, *Palm. Nep. alleg. 93. nu. 7. & allegat. 154. num. 3.*, *Saminiat. d. controv. 104. ex num. 32. cum pluribus ſeqq.*, *Rota deciſ. 21. & 35. per tot. coram ſan: memor: Alexandro VIII.*, *& deciſ. 1136. num. 13. coram Emerix Jun. deciſ. 526. num. 5. & 6. par. 19. rec. in deciſ. 520. a num. 13. uſque ad 16. coram Merlin. & in Auximana, ſeu Camerinen. Fideicommiſſorum 3. Junii 1711. §. Cæterum etiam cor. Me.*

Nullius demum relevantiæ pro demonſtranda Teſtatoris voluntate, quod ſecundum ejuſdem proximitatem non Gravati regulanda foret ſucceſſio, videbatur reflexio, per eoſdem ſcribentes pro Maria *Dominorum* oculis ſuppoſita, quod nempe in tertio ſucceſſionis ordine, præcipiendo reciprocam inter filios Hieronymi prædilexerit Patruos in concurſu Nepotum, & reſpective filiorum ultimi poſſeſſoris excludendo filios cujuſcumque ex iiſdem Nepotibus tertio loco invitatis quouſque alter ex iiſdem Nepotibus ſupereſſet. Etenim ultra quod a prælatione tributa perſonis ſibi cognitis, & nominatim inſtitutis argui non valet ad ideandam aliam prælationem nullatenus expreſſam, & circa perſonas futuras, & incognitas, ac remotiores, ceſſabat quælibet difficultas, dum Teſtator declaraverat, quod in ulterioribus gradibus
18 *ordo ſucceſſivus* ſervaretur, qui ſuccedendi modus convenit Juri ab inteſtato, ſecundum quod proximitas gravati, non gravantis attendenda eſt, ut examinando hanc clauſulam *ordine ſucceſſivo*. notant *Soccin. Sen. in leg. ſi cognatis n. 40. concluſ. 6. ff. de reb. dub. Imol. conſ. 121. nu. 12.*, *Per. de fideicom. quæſt. 11. num. 121.*, *Mart. eodem tit. quæſt. 16.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 484.*, & omnino ad rem *Cephal. conſ. 600. numer. 29. Per. ubi ſupra num. 6.*, *Intriglíol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 78. nu. 17. & Amat. reſolut. 10. nu. 59.*

Ex quibus omnibus claram omnino vocationem Comitiſſæ Suſannæ, ejuſdem prælationem in concurſu Comitiſſæ Mariæ *Domini* authumabant; Non omittentes ſuperaddere ex abundanti, quod quatenus aliquam verba prædicti Teſtamenti valerent per poſſibile involvere dubietatem, adhuc in dubio pro Comitiſſa Suſanna poſſidente reſpondendum foret tanquam filia ultimi Poſſeſſoris in concurſu alterius fœminæ
19 tranſverſalis, ut in præciſis terminis docent *Card. de Luc. de fideicom. diſc. 29. num. 9.*, *Saminiat. in ſæpedicta controverſ. 103. num. 46.*, *Roſ. conſult. 69. num. 177.*, *Rota coram Buratt. deciſ. 107. num. 3. coram Merlin. dicta dec. 520. ſub num. 15.*, *& in Aquipendien. ſeu Montis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. 2. coram clar. mem. Card. Caprara, in prædicta Auximana, ſeu Camerinen. Fideicommiſſorum 16. Ianuarii 1710. §. Rurſus, & nuper in Romana, ſeu Interamnen. Fideicommiſſi 14. Maii 1714. §. finali utraque coram Me.*

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CURTIS.

Ven. 25. Ianuarii 1715.

ARGUMENTUM.

Inventarium quando dicatur defectuoſum, ut ex defectum vel errore illi omnis fides ſit adimenda. Confeſſio erronea ignoranter emiſſa an, & quo caſu præjudicet confitenti.

SUMMARIUM.

1 *Inventarium legitime confectum ſpecificam ipſius deſcribentis confeſſionem importat ſive quis per ſe ipſum, ſive alterius opera ad ejuſdem Inventarii confectionem deveniat.*

Neque ad impugnadam talem confeſſionem Inventarii defectuoſi exceptio eſt attendenda n. 2.

3 Detecto *errore Inventarii in una parte ſupponi etiam valet erronea deſcriptio in altera contrarium vide* num. 6.

4 *Inventarii imperfectio probat quidem adverſus cōficientes, vel ab eo cauſa habentis non vero alios.*

5 *Propria confeſſio ſemper confitenti nocet, & e contrario ei prodeſt pro quo emittitur.*

7 *Confeſſio erronea ignoranter emiſſa nullum confitenti errogat præjudicium.*

8 *Inſtrumentum publicum facit probationem undique probatam, & illud pro ſe habens allegare valet caſum legis.*

9 *Error ſatis eſt ut excludatur per ſolum poſſibile, donec in contrarium negativa cujuſvis poſſibilitatis coarctetur.*

10 *Aſſertio dominii emiſſam in publico, ac ſolemni inſtrumento, & in actu ſerio, ac proportionato eſt valde attendenda.*

11 *Familiari Codici, ſive libro plena fides quandoque adhibetur.*

12 *Iuris Conſultus non præſumitur ea ignoraſſe, quæ in Iure conſiſtunt.*

13 *Nemo præſumitur negligens in tuendis propriis Iuribus.*

14 *Immiſſio retardari nequit exceptione melioramentorum.*

15 *Solutio debiti ex quibus facta præſumatur durante Vita debitoris.*

16 *Creditum peti nequit ad Adminiſtratore niſi reddito prius redditione rationis.*

DECISIO DCXCIV.

PUrificata per obitum bo. me. Joannæ Baptiſtæ Curtæ Duciſſæ Caſſarellæ de Anno 1713. Fideicommiſſaria, ſeu Primogeniali ſubſtitutione in Teſtamentariis Camilli Tabulis favore D. Hyeronimi ordinata, facile eidem Hyeronimo fuerat Immiſſionem in vim *l. fin. Cod. de edict. div. Adrian. tollen.*, ad bona eid. Primogenituræ ſuppoſita, & in ſolemni Inventario per Brigittam Ferinam ejuſdem Duciſſæ Matrem, Tutricem, & Curatricem de Anno 1646. accurate deſcripta obtinere a *R.P.D. de Gentilibus* Iudice ab A. C. deputato, ut in ejus favorabili Sententia, a qua provocantibus Dominis Fratribus de Caſſarellis hæredibus ejuſdem Duciſſæ Teſtamentariis, *Mihique* idcirco directa a *Signatura Iuſtitiæ* Commiſſione, requiſivi hodie Dominos - *An ſit danda Immiſſio, eamque Hyeronimo dandam eſſe juxta modum*, facili pariter negocio cenſuerunt. Modus autem in eo reſidebat, ut immiſſio Hyeronimo elargita intelligeretur ad omnia ea bona, ad quæ parem in Sententia ejuſdem *R.P.D. de Gentilibus* Immiſſionem fuerat in præcedenti inſtantia aſſequutus.

Nulla enim inter partes quæſtio erat de fideicommiſſo, juſque purificatione in perſona ejuſdem Hyeronimi Actoris, nec de identitate illorum bonorum quæ conſiſtunt in Cenſibus, Creditis, ac locis montium in Inventario prædicto deſcriptis, ſed Univerſum Controverſiæ momentum unice reſidebat in probatione, numquam Domus, altera nempe poſita e regione Eccleſiæ Divæ Catherinæ *della Rota*, & altera ſita ubi antiquitus Curſores degebant, integre ad Camilli fideicommittentis hæreditatem ſpectarent, ſeu potius earum medietas ad aliam hæreditatem Alexandri dicti fideicommittentis fratris, & ejuſdem Duciſſæ Avi paterni ad eamdem Duciſſam libere delatam, & in fratres de Caſſarellis ab ea transfuſam pertineret.

Secundo vero in nonnullis aſſertis creditis contra ejuſdem Camilli hæreditatem per eoſdem Fratres de Caſſarellis ex perſona Duciſſæ eorum Auctricis prætenſis, quorum vigore, etſi in exigua Summa aparentium, univerſorum tamen bonorum prædicto fideicommiſſo ſubjugatorum retentionem, quam jam fere per biennium affectaverant, ulterius etiam protrahere hodie ſatagebant.

Verum neutram oppoſitionem tamquam inſubſiſtentibus omnino fundamentis innixam *Domini* attendendam exiſtimarunt. Siquidem exhordiendo a geminis Domibus ſupra recenſitis pertinentia earumdem ad fideicommiſſum Camilli deſumebatur ex ipſo Inventario bonorum ſub prædicto fideicommiſſo cadentium, per memoratam Birgittam Ferrinam tamquam Tutricem Duciſſæ Joannæ Baptiſtæ ejus filiæ exarato in quo utraque domus inter bona hæreditaria Camilli fideicommittentis deſcripta fuerat cum ſpecifica deſignatione earum valoris, ac annuæ Penſionis, quæ ex earum locationibus percipiebatur; Certi autem Iuris eſt, quod quodlibet Inventarium ſer. ſer. Confectum ſpecificam ipſius deſcribentis confeſſionem quo ad bonorum deſcriptorum pertinentiam importat, ſive quis per ſe ipſum, ſive
1 alterius opera ad ejuſdem Inventarii Confectionem deveniat, ut firmant *Manſ. in Conſ.* 385. *nu.* 2. *Conſult.* 395. *nu.* 19. *tom.* 5., *& Conſult.* 35. *nu.* 5., *& ſeqq. tom.* 11. *Rota dec.* 337. *n.* 9. *coram Duran.*, *dec.* 233. *nu.* 5. *dec.* 255. *nu.* 21., *& dec.* 388. *nu.* 2. *coram Beniacaſa ac in Romana deliberationis Cenſus* 12. *Aprilis* 1709. §. *Sed quia coram Me, in Panen. Bonorum, ſeu Tranſactionis* 20. *April.* 1708. §. *Quo vero coram bon. mem. Omaana, & diei* 2. *Iulii* 1710. §. *Bonum lus cum ſeqq. coram R. P. D. Meo Criſpo in Romana Iocalium ſuper Adamantibus majoribus* 26. *Martii* 1708. *ſub* §. *Præterea, &* 14. *Decembris ejuſdem Anni* §. *Et nihilominus, nec non in ejus Confirmatoria diei* 13. *Maii* 1709. §. *Non obſtantibus coram Emo Polignac, ac in ead. diei* 4. *Aprilis* 1710. §. *Pertinentia autem, & in contemporanea ſuper Margheritis*, §. *Pertinentia namque cum ſeqq., & contemporanea pariter ſuper adamantibus majoribus* §. *Quod autem cor. Rmo Molines, nec non in Romana Annuæ præſtationis, & Cenſus ſuper ſtata activo* 19. *Iunii* 1711. § *Et tertio coram Emo Priolo.*

Abſque eo quod eidem Inventario obiici ullo modo valeret, quod illud oſcitanter, ac in folle fuerit a Brigitta Tutrice confectum, quoniam illius lectura contrarium illico *Dominis* patefecerat; In ipſo ſiquidem bona fere Univerſa ſub ſua ſpecifica qualitate; quantitate, pondere, numero, ac menſura, titulo, a quo ea omnia proveniebant deſcripta apparuerant, & per conſequens defectuoſum aſſeri nequibat, ut ad hunc præciſum effectum impugnandæ Confeſſionis ab eodem Inventario Emergentis talem defectum, ſeu oppoſitionem nulla-
2 tenus attendendã fore in terminis monet *Rot. in prædicta Rom. Iocalium ſuper Margheritis* 4. *Apr.* 1710. §. *Attenta, &* 27. *Aprlis* 1711. §. *Eoque certius cum ſeq. Cor. Rmo D. Meo Molines Decano.*

Prout ejuſdem penitus irrelevantiæ viſa erat animadverſio per Scribentes pro fratribus de Caſſarellis inſinuata, quod nimirum cum dictum Inventarium repertum fuerit erroneum reſpectu Domus ſitæ apud Eccleſiam Divi Thomæ Nationis Anglicanæ, quæ per eamdem Brigittam deſcripta fuerat tamquam hæreditaria Camilli, & tamen ex poſt detecta fuerat obnoxia antiquiori fideicommiſſo Joannis Antonii Curti, ut liquere dicebant ex *Deciſionibus & Sententiis Rotalibus* ad inſtantiam ejuſdem Duciſſæ deſuper emanatis, ita detecto errore ejuſd. Inventarii in una parte, ſupponi etiam va-

Digitized by Google

valeat erronea deſtriptio quoad Domus con-
troverſas, itaut certam omnino fidem aſſequi
3 amplius non meretur, juxta animadverſa per
*Decian. in Conſ. 76. num. 32. lib. 3. Rota coram
Gregor. decif. 79. ubi Adden. litt. B. num. 6. in
rec. deciſ. 596. num. 14. part. 19., cum concor.
dan. in Bononien. Dotis* 28. *Iunii* 1700. *§. Hac
partita coram bon. mem. Muto, in Romana pecu-
niaria* 26. *Februarii* 1706. *§. Rurſus, & 3. Iu-
nii* 1707. *§. Inſubſiſtens coram R. P.* D. *meo Scot-
to Almæ Vrbis Gubernatore, in Romana Immiſ.
ſionis* 17. *Iunii* 1707. *§. Certius autem, & in
ejus confirmatoria* 9. *Martii* 1708., *§. Nec con-
trariam coram Reverendiſſimo D. Meo Molines
Decano, nec in Romana annuæ præſtationis, &
Cenſus ſuper ſtatu activo* 19. *Iunii* 1711., *§. Nec
per cohibitionem coram Eminentiſſimo Priolo.*

Etenim duplici æque valido reſponſo profli-
gatum evaſerat obiectum, diſtinguebant enim
primo loco *Domini* Perſonas quæ in legalitate
Inventarii ad hodiernum eſſectum ſe fundare
velint, ut videlicet ſi Inventarium aliquam
imperfectionem patiatur, non probet quidem
pro illud conficiente, vel habentibus ab eo
Cauſam, & in hoc caſu intelligi ad ſummum
valeant authoritates ſuperius proxime cu-
mulatæ. Sed bene tamen probet contra eoſ-
4 dem conficientes, vel ab eo Cauſam pariter,
ut in noſtro Caſu, habentes, ſicuti monent
*Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 2. & ſeqq.,
Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 618. num. 1. Conciol.
allegat. 42. num. 8., & 26. cum ſeqq., Poſth.
reſol. 71. num. 65., Rot. deciſ. 155. num. 1., &
ſeqq. coram Duran. deciſ. 637. numer. 6. ibique
Adden. numer. 5. coram Buratt., & deciſ. 255.
nu. 21., ac deciſ. 388. num. 2. coram Benincaſa*;
alias contra omnem æquitatem, & adverſanti-
bus etiam cunctis Juris principiis, error pro-
deſſet erranti, favorabileſque cum aliena Ja-
ctura effectus a propria Culpa idem errans re-
portaret, ideoque ab una partita erronea illa-
tio proficua erranti ad aliam de Jure fieri non
valet, adeout propria Confeſſio ſemper confi-
tenti nocere debeat, & e contra ei prodeſſe,
5 favore cujus emittitur, relato *Tex. in l. generali-
ter C. de non numerat. pecun. edocet Surd. in
conſ. 61. num. 32., cum concordan. apud Rot. in
deciſ. 1128. num. 3. coram Caccin., & deciſion.
548. num. 4. coram Card. Cerro, ac alibi paſſim.*

Ulterius vero circumſtantiam illam allegati
erroris circa deſcriptionem prædictam Domus
non fideicommiſſariæ Camilli, retorquendam
eſſe ad hominem contra eoſdem Fratres de
Caſſarellis illam allegantes, *Domini*, animad-
vertebant; Si enim Ducиſſa Joanna, non ob-
ſtante prædicta erronea deſcriptione facta a ma-
tre, domum illam nihilominus adeo ſollicite
ſibi tamquam liberam adjudicari obtinuerat,
eo ſane ipſo, quod libertatem aliarum gemina-
rum hodie controverſarum domorum nun-
quam allegavit, ne dum per 67. annos, qui-
bus poſt dictum Inventarium ſupervixerat,

nec ad ſe uti libera ſpectare prætenderat ſeu, &
ſignanter quo ad Domum ſita prope Divam
Catherinam in particularibus foliis per ipſam
exarata, & in ejus Teſtamento de ejus Ordina-
tione inſertis, integram hujus Domus pertinen-
tiam ad fideicommiſſum Camilli aſſeruit,
enunciando præciſe Inſtrumentum aquiſitionis,
& ſpecificando annuum Canonem, ſub quo ea-
dem Domus gravata favore Capituli Divi Pe-
tri nomine etiam Alexandri fratris de anno
1603. fuerat aquiſita, Generaliter vero quo ad
utramque Domum eadem Duciſſa Joanna Ba-
ptiſta deſcriptionem in Inventario Matris fa-
ctam ratam habuerat, iterumque in ſuo teſta-
mento ſtatum fideicommiſſi referens eam ap-
probaverat, ibi -- *In conformità dell' Inventario
fatto l' Anno* 1646., dicendum perneceſſe erat,
quod memorata Duciſſa ideo per tam longam
Annorum ſeriem numquam impugnaverit de-
ſcriptionem harum Domorum inter bona fidei-
commiſſaria Camilli, ſicuti e contra prædi-
ctam aliam prope Collegium Anglicanum ſe-
parare ſollicita fuerat, quia veritatem illius
deſcriptionis, tamquam pleniſſime informata
agnoverit, ut in puncto proſequitur *Rota in
Romana Primogenitura de Ceſarinis* 30. *Janua-
rii* 1708. *§. Immo cor. R. P. D. Meo* Lancetta.

Palpantes Defenſores DD. Fratrum de Caſ-
ſarellis, quod ex ſola generali, licet minus
vera oppoſitione Inventarii defectuoſi, & ex
ſola poſſibilitate Erroris reſultante ab alio di-
verſo errore unius Domus, dari non poterat
6 argumentum ad alias in eodem Inventario de-
ſcriptas, ut punctualiſſime firmaverat *Rota in
allegata Romana Jocalium ſuper Margheritis* 4.
Aprilis 1710. *§. Non relevante coram Rm̃o Dño
Meo Decano*. Progrediebatur idcirco ad alle-
gandum, ſeu individuandum poſitivum erro-
rem ſive a Brigitta deſcribente, ſive a Duciſſa
ejus filia confirmante emanatum, quod nempe
geminę Domus, de quibus agitur erronee de-
ſcriptæ, ac habitæ fuerint tamquam fideicom-
miſſariæ Camilli integraliter quando pro me-
dietate ſpectabant ad Alexandrum ejuſdem Ca-
milli germanum Fratrem, ac reſpective Du-
ciſſæ Avum, aſſerebantque idcirco, quod da-
to eodem errore ſuffragari Hyeronimo non va-
lebant geminatæ illæ Confeſſiones, tamquam
emiſſæ ignoranter, ex eo enim errore, licet
7 acceptato, nullum erranti inferri valuerat
præjudicium *ad Text. in l. cum falſa, & l. ſi
non tranſactionis, ac l. error. facti C. de Iur., &
fact. ignor. leg. 1., Cod. de error. calcul. Surd.
conſ. 202. ſub num. 9., Socin. ſen. conſ. 190.,
col. 3., lib. 3. Manoz. de ratiocin. adminiſtrat.
cap. 41. num. 5., Rot. coram S.* M. *Greg. XV.
deciſ. 552. num. 14., & coram Baratt. dec. 912.
nu. 9., & 10., nec non in Romana Pecuniaria,
ſeu reintegrationis depoſitorum* 17. *Decembris*
1708., *§. 35. cor. Rm̃o Dño* Meo *Molines Decano.*

Quod autem ad utrumq; fratrem ut ſupra,
pro indiviſo eædem Domus ſpectaſſent etiam

de tempore conditi fideicommiſſi, & ſucceſſivi
obitus Camilli, qui evenerat de Anno 1640.,
eruere ſatagebant reſpectu Domus prope Di-
vam Catherinam, primo ex Inſtrumento ac-
quiſitionis ejuſdem Domus ſtipulato Communi
oomine Camilli, & Alexandri uſque de Anno
1602. ſecundo ex altero Inſtrumento concor-
diæ initæ ſub die ſecunda Auguſti 1603. inter
prædictos fratres Camillum, & Alexandrum
ex una, & Sebaſtianum Guazzioum ex altera,
ac Tertio ex Inſtrumento recognitionis in Do-
minum factæ favore Sacroſanctæ Baſilicæ Divi
Petri dictæ Domus proprietariæ eodem Anno
1603., cum ſubſequuta Caooonum ſolutione,
in quibus Omnibus actibus memorati Camillus,
& Alexander uti Domini, ac poſſeſſores pro
indiviſo earumdem Domorum renunciantur,
ac denique ex binis Inſtrumentis Cenſuum ſuper
eadem Domo a Camillo impoſitorum de annis
1610. & 1611. in quibus ipſe fatebatur, ſe
eamdem Domum communiter, ac indiviſo
pariter cum Alexandro nomine poſſidere.

Quo vero ad alteram Domum ſitam prope
Plateam Sfortiæ, ſeu ut dicitur *alli Curſori
vecchij*, ejuſdem pariter pertinentiam ad
utrumque fratrem, Camillum nempe, & Ale-
xandrum, eorumque communem poſſeſſio-
oem pro indiviſo juſtificatam aſſerebant DD.
fratres de Caffarellis ex ipſo actu acquiſitionis
ejuſdem Domus, ſcilicet ex Inſtrumento rece-
ptionis in ſolutum ejuſdem habitæ per utrum-
que fratrem a Congregatione Baronum una
cum alia domuncula eidem annexa de Anoo
1610. pro pretio ſcut. 3581. iiſdem Camillo, &
Alexandro debitorum a fratribus de Ceulis, pro
ſorte & fructibus unius Cenſus in ſorte ſc. 3000.
favore eorumdem fratrum impoſiti uſque de
anno 1602. quibus poſiti velari, ut ajebant,
non poterat error, ſub quo veritas pertinentiæ
earumdem Domorum ſe habere dignoſcebatur
aliter quam fuerit in ſæpedicto Inventario Bri-
gittæ, & in Duciſſæ Teſtamento oarratum,
aut præſuppoſitum, ut ratiocinatur *Bart. in
leg. ſed ſi me num. 2. ff. de condit., & demonſtr.
Poſth. reſol. 126. num. 2. Pariſ. conſ. 89. nu. 37.
vol. prima Roland. a Vall. conſ. 69. num. 49., &
Rot. in dec. 72. ſub num. 33. inter hactenus in
Urbe impreſſas cor. Me*, ac conſequenter proba-
to defectu integri Dominij in Camillo earum-
dem Dominorum per publica Inſtrumenta
rem omnino claram, & manifeſtam facientia,
tanti Juris evaderet hujuſmodi exceptio, ita
clare incontinenti probata, ut valeret a petita
Immiſſione ſuper integris Domibus fideicom-
miſſarium repellere, non obſtantibus prædictis
8 confeſſionibus, & Brigittæ Tutricis in Inventa-
rio, & Duciſſæ Auctricis reorum in Teſtamen-
to per ea, quæ in proximis monet *Bald. in leg.
quoties in fin. Cod. de Iudic. Dec. in l. prima C.
de nov. oper. Nuntiat. Rot. coram Ninot. dec. 57.
nu. prima in rec. dec. 455. nu. 6. par. 18. Tom. 2.*
habens enim pro ſe publicum Inſtrumentum
allegare valet eadum legis *ad gloſſ. in l. Ancilla
C. de furt. Becc. conſ. 74. num. 19., Parexa de
Inſtrum. edict. tit. 1. reſolut. 3. §. 2. num. 5. &
ſeqq. & Rot. in dec. 47. num. 2. cor. Mantic. ac
dec. 116. num. 1. par. 15. Rec.*

Verum inutilis, ac irritus evaſit eorumdem
fratrum de Caffarellis labor io expiſcandis ex
lætheis oblivionis undis, & eruendis ex ferru-
gineis antiquitatis latebris memoratis Inſtru-
mentis, poſitis enim ſæpe recenſitis confeſſio-
nibus ſive Brigittæ Tutricis in eius Tutelari, ac
ſolemni Inventario, ſive Duciſſæ io eius Teſta-
mento quæ per 67. annos in fideicommiſſarin-
rum bonorum perfruitione, ſeu poſſeſſione
permanſerat, cuique ſtatus hæreditarius Ca-
milli omnimode innotuerat quemque minue-
re potius, quam augere proditantis propriis hę-
redibus totis viribus ſatagerat, quæque aliam
Domum tamquam non fideicommiſſariam io
libertatem aſſerere non omiſerat, non ſuffi-
ciebat idcirco defenſoribus prædictorum fra-
trum de Caffarellis aſſerre aquiſitiones Com-
muni nomine per Camillum, & Alexandrum
habitas de Annis 1602. & 1603., ac 1611., ſed
præciſe ad errorem convincendum probanda
erat concludentiſſimis documentis communio
de tempore obitus eiuſdem Camilli de Anno
1640. hoc enim intermedio tempore prætenſa
Domorum medietas ſpectans in origine ad Ale-
xandrum, bene potuerat in ipſum Camillum
transferri, vel per donationem, vel per Em-
ptionem, vel per diviſionem inter ipſos fratres
ſequutam, & Hieronymo Actori non innote-
ſcentem, ſed bene ipſis fratribus de Caffarellis
fortaſſe patentem, cum omnes Scripturæ ad
hæreditatem Camilli ſpectantes, licet iure
non permittente per eaſdem Duciſſæ hæredes
retineantur, aut per alium titulum abſque eo
quod iocumbat Hierooymo onos titulum præ-
dictum clarinribus argumentis oſtendere, quia
cum Domini fratres de Caffarellis errorem
confeſſionis ab eorum Auctricibus, ſive me-
diatis, ſive immediatis emiſſæ, rigoroſe com-
prnbare teneantnr ſatis erat eidem Domino
Hieronymo excludere huiuſmodi errorem per
ſolum poſſibile, donec Domini Fratres de Caf-
9 farellis negativam cujuſvis poſſibilitatis con-
trariæ coarctaverint ad tradita in terminis *per
Rot. in dec. 337. nu. 39. cor. Duran., in Ferra-
rien., ſeu Anconitana fideicommiſſi* 12. *Novem-
bris* 1699. §. *Dictum* Inventarium *cor. Rm̃o Mo-
lines*, & 3. *Iunii* 1701. §. *In primis coram Me,
in Faven. bonorum, ſeu Tranſactionis* 20. *Apri-
lis* 1708. §. *Quo vero circa finem coram bon. mem.
Omanna, & in alia dies* 2. *Iulii* 1710. §. *Minus
hujuſmodi coram R. P. D. meo Criſpo, & in Ro-
mana Jocalium ſuper Margheritis* 4. *Aprilis*
1710. §. *Eaque profecto, & in confirmatoria dies*
27. *Aprilis* 1711., §. *Quibus circumſtantiis, juncto*
§. *Fruſtra coram Rm̃o D. meo Molines Decano.*

Tantum vero aberat, quod Domini Fratres
de Caffarellis talibus, & omnino requiſitis do-
cu-

comentis hujuſmodi probationem conaretur ut immo pluribus, validiſſimis que argumentis ex oppoſito Hieronymus, abſque tamen neceſſitate, veritatem memoratarum Confeſſionum in claris poneret, ac perſpicue confirmaret: Docebat enim quod Camillus fideicommittens in Anno 1628. ampliare intendens alteram ex controverſis Domibus, nempe illam poſitam e conſpectu Divæ Catherinæ *della Rota*, alteram Domunculam eidem contiguam comparaverat, propriiſque ſumptibus noviter ædificaverat; cupienſque ſubinde huic novæ Domui communem reddere quemdam Murum intermedium, in conventionibus proinde initis cum Arpalice Viana Domina d. Muri, pro confine Domunculæ illius ab ipſo ædificatæ deſignaverat controverſam Domum, tamquam ſui ipſius abſolute propriam ibi -- *confinante da una parte detta Signora Arpalice, e ſuoi figli, e dall' altra la Caſa di eſſo Signor Camillo, quale al preſente habita Summ. Hieronymi nu.4.* ex hac autem conſtanti aſſertione emiſſa in publico Inſtrumento, & in actu adeo proportionato ampliandæ ejuſdem Domus, manifeſte conijcitur,
10 quod iam titulum indiviſæ poſſeſſionis reſpectu eiuſdem Domus ceſſaverat, & tota idcirco ipſius Camilli ex aliquo præcedente iuſto titulo effecta fuerat per ea quæ notat *Balduce. dec., & ver. Iudic. tit. 4. de Dot. dec. 34. num. 14. Rot. dec. 847. nu. 25. cor. Buratt. dec. 406. nu. 1., cor. Caccia. in Romana Dotis 10. Januarii 1710. §. Atſque eo quod coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, & in Peruſina Dotis, & fructuum 12. Decembris ejuſdem anni §. Tanto magis cor. eodem.*

Huic evidenti conjecturæ totalem confirmationem ſuperaddit liber, in quo Camillus propria bona adnotaverat, incipiens ab Anno 1620. uſque ad diem obitus per ipſoſmet DD. Fratres de Caſtarellis in meis manibus hodie dimiſſus quemque proprio ipſius Camilli caractere exaratum in eorum informatione falſi ſunt ſub *§. Tranſitque*, in quo ſub *pag. 34.* poſtquam Camillus ſitum Domunculæ Magnæ Domui de qua agitur ſuperadditæ communi nomine etiam Alexandri Emptum uſque de Anno 1602. enunciaverat, ibi -- *Qual ſito fù comprate da me in mio nome, e di mio fratello del 1602. come per Iſtromento &c. ſuperaddit, & poi fabricato da me dal 1616. in quà*; ex qua adnotatione evidens conſurgit argumentum, quod ſaltem de dicto Anno 1616. eadem Domus aliquo legitimo titulo evaſerit ejuſdem, Camilli propria; huic autem Familiari Codici plenam adhibendam fore fidem proteſtati ſunt ipſi fratres de Caſtarellis in prædicta eorum Informatione
11 in fine *dicti §. Tranſitque*, & probat *Text. in l. Inſtrumenta domeſtica, ubi gloſ. in verbo Inſtrumenta, & ibi Salices. nu. 4. de probat.*, cæteræque auctoritates in hunc eumdem finem ab ipſis ſcribentibus pro Caſtarellis accumulatæ, ſignanter *Rot. in dec. 127. nu. 9. part. 7. & cor. Card. Carr. dec. 82. nu. 7., nec non in dec. 40. nu. 23., & 26. inter hactenus in Vrbe impreſſ. cor.* Me.

Tranſit demum in evidentiam, ſi ſpectetur dupplex factum R. P. D. Franciſci filii, & hæredis Alexandri, ad cuius hæreditatem pertinere controverſas utriuſque Domus medietates iidem Fratres de Caſtarellis clamabant; primo enim poſt obitum memorati Alexandri ſequutum de Anno 1636., idem R. P. D. Franciſcus auſus non fuerat poſſeſſionem pro medietate earumdem Domorum nanciſci, quæ integre apud Camillum permanſerat per quadriennium, quo ſupervixerat, prout facere non omiſiſſet ſi prædictæ Domus pro hac medietate hæreditariæ fuiſſent Alexandri ejus Patris, quinimmo ſupervento poſt quatuor annos nempe de Anno 1640. obitu Camilli Patrui Fideicommittentis, tunc tantum idem R. P. D. Franciſcus tamquam primus hæres ab eodem Camillo inſtitutus, & inſimul gravatus poſſeſſionem earumdem Domorum Jure mere hæreditario ejuſdem fideicommittentis apprehendere curaverat, ut in *Summario* Hieronymi *num. 5.* Talis autem obſervantia promanans ab eo, qui ſimul fuerat primus hæres tam Alexandri Patris, quam Camilli fideicommittentis, maximæ ſane auctoritatis extitit ad ſuadendum *Dominii* pertinentiam integri Dominii prædictarum Domorum ad hæreditatem memorati Camilli, cum idem R. P. D. Franciſcus tamquam utriuſque Primus, & Immediatus hæres, & in Ætate, ac in munere apto ad propria Jura dignoſcenda conſtitutus Cenſeri non poſſet ignoraſſe quid ad Alexandrum,
12 quidque ad Camillum ſpectaret per ea, quæ expendit *Franciſcus Rocc. Reſponſ. legal. Centur. prima reſponſ. 60. nu. 16., Caren. reſolut. 43. nu. 28. & ſeqq. Rocc. Epiſ. Iſclan. diſput. Jurium cap. 10. nu. 21. & ſeqq. & cap. 19. nu. 22. Balduce. ad Ramon. in obſervat. ad Conſ. 62. nu. 16., & 21. & dec. 48. num. 22. & 53. tom. 3. Palm. rep. allegat. 100. nu. 43. Faſar. de ſubſtit. quaſt. 501. nu. 9. Idem Palm. dec. Lucenſ. 364. num. 44., Balduce. dec. & ver. Judic. tit. 3. de legat. dec. 51. num. 26. & ſeqq. Rot. dec. 354. nu. 10. coram Roxas. dec. 67. nu. 23. part. 18. rec. & in Romana Fideicommiſſ. 8. Apr. 1707. §. Prædictis coram Eñc Priolo, & in Firmana Diviſionis, ſeu Manutentionis 13. Junii 1710. §. Prout in hunc coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore.*

Alterum vero factum in eo reſidet quod cum Camillus fideicommittens de Anno 1608. Cenſum impoſuiſſet ſuper altera ex controverſis Domibus, in eodem impoſitionis inſtrumento, eamdem Domum ad ſe pleno Jure pertinere aſſeruerat præſente, non conquerente; Immo eidem etiam contractui ſuperaccedente ipſo R. P. D. Franciſco dicti Alexandri filio, & hærede, quem ſane aſſenſum nec præbuiſſet, nec eamdem aſſertionem impugnare omiſiſſet, niſi certo omnino ſciviſſet; quod eadem Domus pro medietate, nullatenus ad liberam Alexan-

xandri Patris hæreditatem ſibi pan o ante de-
13 latam pertineret, ex animadverſis in propoſito per *Iſern. in cap. Imperialem, nu. 56. ibique etiam C. nerar. fol. 88. a terg. litt. M. de feud. Socin. in l. ſi jam facta ff. de condit., & demonſtrat. Vrſill. ad Afflict. dec. 255. ſub nu. 9., Rot. dec. 218. num. 4. coram Benincaſa, in Fanen. bonorum, ſeu Tranſactionis 20. Aprilis 1708. §. Error autem, verſ. Addito præſertim cor. bon. bem. Omanna.*

Adeout ſuperaccedente hiſce Factis R. P. D. Franciſci, primi hæredis, & principale Intereſſe in libertate bonorum habentis, etiam facto Brigittæ Matris, & Tutricis Duciſſæ Joannæ, ad quam utraque hæreditas, nempe illa libera R. P. D. Franciſci Defuncti, & fideicommiſſaria Camilli devenerat, a qua Tutrice inter bona hęreditaria Camilli relata extiterat in Inventario ſolemniter, ut ſupra diximus exarato utraque Domus, nulla earum portione recenſita in Claſſe bonorum hæreditariorum R. P. D. Franciſci, omnis, vel minima dubitatio *a Dominorum* Judicio exulaverit, firmiterque, itaut pro indubitato omnino habuerint, quod utraque Domus ad fideicommiſſariam toties memorati Camilli hęreditatem integraliter pertinere.

Ultra recenſitas Domos Immiſſionem quoque *Domini* elargiendam Hieronymo cenſuerunt ad alteram Domum ſitam Transtyberim, uti pariter inter bona fideicommiſſaria Camilli per eamdem Brigittam Duciſſæ Matrem, & Tutricem deſcriptam, cujus hæreditariam, & fideicommiſſariam qualitatem cum impugnare non valerent momorati DD. Fratres de Caſſarellis, ejuſdem tamen retentionem ſaltem ea Cauſa quorumdam melioramentorum, quæ per Duciſſam facta in eadem Domo ſupponebantur, ſibi deberi contendebant; Verum pro calculanda huiuſmodi prætenſione, eaque omnino irrelevanti dejudicanda ad effectum impediendæ Immiſſionis es fideicommiſſo, undique claro, & non minus clara ſubſtitutionis purificatione debitæ Hieronymo, ſuperabundare hodie *Domini* viſum erat, quod allegata melioramenta neceſſaria, vel utilia nulla hactenus legitima probatione, nec in genere, nec in ſpecie, nec in ratione impenſi, nec in ratione meliorati juſtificarentur, proindeque ſub hoc obtutu lineam verbalitatis, uſque dum
14 non escedente, prædicta Immiſſio nullatenus valeret retardari, per ea, quæ connotavit, *Rota in Romana Domus, ſeu Palatii ſuper fructibus* 10. *Decembris* 1710. §. *Nulla vero coram R.P.D. meo Criſpo, in Romana Immiſſionis* 24. *Aprilis* 1711., §. *E converſo coram eodem, in Imolen., ſeu Faventina Fideicomm.* 20. *Junii* 1712. §. *Debita quidem, ac in Maceraten. Fideicommiſſi* 22. *Junii ejuſdem anni*, §. *Ratio cum ſeq., utraque pariter cor. eodem, nec non in Reatina fideicommiſſi de Severis ſuper melioramentis* 15. *Aprilis* 1713. §. *Et Altera, cum ſeqq. cor. me.*

Ex eodem titulo a fideicommiſſaria diſpoſitione Camilli deſcendente, deberi quoque Hieronymo Immiſſionem ad Vineam controverſam, tamquam in Inventario Brigittæ Tutricis Duciſſę, & in foliis ejuſdem Duciſſæ inter bona fideicommiſſaria enumeratam concordi ſuffragio *Domini* cenſuerunt, denegando DD. Fratribus de Caſſarellis retentionem, quam affectabant, vel ratione melioramentorum, vel ratione cujuſdam Cenſus ſcutorum 400. ſuper eadem Vinea impoſiti favore Joannis Lutii, & ab eodem Lutio eidem R.P.D. Franciſco Ceſſi, cujus cum ſint mediati hæredes prætendebant memorati Domini Fratres, ſe, immutando titulum fideicommiſſarium, ſub quo ab eorum Auctoribus dicta Vinea ſemper poſſeſſa fuerat, valore ea Cauſa anteriori eiuſdem Cenſus, eamdem vineam retinere.

Verum in neutra ſui parte relevare viſa fuerat oppoſitio; aſſerta enim melioramenta, nec in genere, nec in ſpecie iuſtificabantur: Cumque urgeret in oppoſitum DD. Fratres de Caſſarellis præceptum Duciſſæ earum Auctricis de reſtituenda hac Vinea uti fideicommiſſaria hæredi ſubſtituto, utique ſub eorumdem melioramentorum prętextu retardari non valebat eidem fideicommiſſario immiſſio es ſupra allegatis *in* §. *Vltra recenſitas*. Quo vero ad prætenſam tituli immutationem ea Cauſa memorati Cenſus, inanem prorſus exiſtimarunt *Domini* eorumdem Dominorum Fratrum prætenſionem; obſtabat enim poſitivum Duciſſæ earum Auctricis factum, quæ eamdem Vineam a R.P.D. Franciſco paulo ante eius obitum alienatam, vindicare uti fideicommiſſariam Camilli a Tertiis Poſſeſſoribus ſategerat, votique compos evaſerat, ut videre eſt *in dec.* 189. *par.* 10. *rec., & dec.* 180. *coram ſan. mem. Alexandro* VIII., *necnon in dec.* 326. *coram Peutingerio*, quę Judicata Rotalia eidem Duciſſæ vindicationem elargentia pręceſſerant, eademque Duciſſa prædicta Vineam fideicommiſſo obnoxiam remanere ſubinde voluerat, dum uti talem eſſe reſtituendam ſubſtituto fideicommiſſario in ſuis poſtremis tabulis declaraverat, adeoque ex perſona, & Juribus ejuſdem Duciſſæ eorum Auctricis non valebant amplius allegare titulum prædicti Crediti, per quod duratio fideicommiſſariæ qualitatis ab earum Auctrice volita, & demandata impediretur, ut in terminis notant *Altograd. Sen. conſ. 9. nu. 15., & ſeqq. lib. 2., Samin. controv. 15. num. 151., & controv. 75. nu. 10. cum ſeqq., & controverſ. 90. nu. 21., & ſeqq., Mell. allegat. 35. in princ. lib. 2. & obſerv. 132. num. 4. Tor. de major. Ital. par. 1., cap. 39. §. 2. num. 44. Balduec. dec., & rer. Judic. tit. 3. de legat. dec. 19. num. 4., & deciſ. 20. nu. 9.*, & firmat *Rota in Faventina fideicommiſſi de Paſiis 17. Februarii anni proximi elapſi* §. *Maxime cor. R.P.D. meo Lancetta.*

De medio autem ſublatis facili negotio, frivolis alioquin exceptionibus, quibus memorati Do-

Domini Fratres de Caſſarellis debitam Domorum, & Vineæ reſtitutionem ſubſtituto procraſtinare ſategerant, nulla remanebat hæſitatio, quin, & ad alia omnia bona fideicommiſſaria Camilli in ſententia R.P.D. de Gentilibus enunciata foret Domino Hieronymo omni Iure immiſſio per *Dominos* concedenda.

Abſque eo quod pro illius retardatione prodeſſe Dominis Fratribus valuerit objecta detractio nonnullorum creditorum, quam ſibi uti hæredibus mediatis Alexandri Fratris fideicommittentis, necnon R.P.D. Franciſci eorum Auctorum adverſus hæreditatem Camilli fideicommittentis, ut ſuppoſiti Debitoris competere decantabant; multiplex enim ſucceſſerat reſponſio, altera nempe, quod ex lapſu ſeptuaginta ferme annorum, ex opulentia Camilli Debitoris, ex indigentia Alexandri aſſerti Creditoris, ex non facta petitione per primos hæredes, expectataque domum ſucceſſione ulterioris ſubſtituti rerum omnium antea geſtarum penitus ignari, & cui per eoſdem Duciſſæ hæredes cælantur Scripturæ omnes, ac libri concernentes hæreditatem Camilli, quamvis ſint nominati, & ſpecialiter deſcripti in Inventario Brigittæ, ad quorum reſtitutionem omni Iure cogendi forent; Ex tot itaque tantiſque circumſtantiis emergebat validiſſima præſumptio, quod ſolutio cuiuſcumque, debiti, ſi quod erat,
15 fuerit ab ipſo Camillo vivente expleta ex animadverſis *per Conciol. alleg. 11. nu. 17., & 18. Prat. diſcept. forenſ. cap. 8. nu. 15., & 16. tom. 3. Rocc. Epiſcopus Vſelan. diſput. Iur. cap. 155. n. 5. Andreol. controv. 57. nu. 22. Surd. dec. 105. n. 3. Ego in meis annotat. ad deciſ. 26. num. 22., & 24. Rot. dec. 326. nu. 14. cor. Rexas dec. 124. nu. 19., & ſeqq., & dec. 704. num. 24. cor. Merlin., cum concordan. in Cornetana Cenſus 1. Martii* 1706. *§. Verum, & fortius cor. Emo Priolo, & in Fulginaten. Pecuniaria 15. Aprilis 1712. §. Etenim cum ſeqq. cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Altera vero, quod R. P. D. Franciſcus, ex cuius perſona, ſive ex ſe, ſive uti filio Alexandri qualibet prætenſio in Dominis Fratribus mediate pro dictis Creditis contra Camilli bona deſumebatur, nullum confecerat Inventarium bonorum eiuſdem Camilli, cuius fuerat primus hæres, nullamque per conſequens rationem de dictis bonis reddiderat, adeoque repellebantur omnimode iidem Domini de Caſſarellis ex mediata eiuſdem R. P. D. Franciſci Perſona ab allegatione illius penitus Crediti contra eamdem Camilli hæreditatem, quod vel ex Cauſa Confuſionis actionum, vel ex præſumpta ſatisfactione, nec ipſemet R. P. D. Franciſcus non red-
16 dita prædicta rationis redditione proponere valuiſſet iuxta firmata per *Rot. in Reatina fideicommiſſi de Severis 11. Aprilis* 1707. *§. Et demum cum ſeqq., & 13. Februarii* 1708. *§. Cætera cor. bon. mem. Omanna, in Romana fideicomm. de Pantera 6. Maii* 1709. *§. Reſiſtente potiſſimum cum tribus ſeqq. cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, & in Sutrina Immiſſionis 19. Aprilis ejuſdem Anni §. Quo vero ad Dotem cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Plura demum, & conſpicua credita ad fideicommiſſum ſpectantia adverſus eumdem Alexandrum, R.P.D. Franciſcum, eamdemque Duciſſam Auctrices DD. de Caſſarellis Contraponi a Hieronymo *Domini* animadvertebant, quorum cognitionem R. P. D. de Gentilibus, ſibi in eius ſententia reſervaverat, cum quibus fieri in omnem caſum compenſatio valebit, poſtquam matura cognitione ſuis loco, & tempore per Judicem habita, quis eorum, & in qua ſumma ſit creditor emicabit.

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris prima Februarii 1715.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *De ſolutione, & effectiva numeratione dotis per legitimas probationes conſtare debet.*

2. *Libris mercatorum ſine adminiculis non eſt deferendum.*

Præſertim contra abſentem cum quo nil fuit actum num. 3.

4 *Aſſertiones alicujus facti Tertij præjudicium involventes attendendæ non ſunt.*

DECISIO DCXCV.

RESiduale Creditum Dotis conſtitutæ olim Liviæ ſeniori de Cupponis in ſcutis 6000., quod in ſumma ſcutorum 500.. deberi adhuc Philippo de Vadis ejus Viro per Joſephum Cupponum filium, & hæredem Mauritij Soceri ad illius ſolutionem ſub Camerali obligatione ſolemniter devicti reſcripſerat *Tribunal* uſque ſub *die prima Julij Anni 1616. coram Baratto*, ut ex *Deciſione* inter ejus impreſſa *la* 199., hodie quoque ad inſtantiam Liviæ, & Iſabellæ Sororum de Vadis filiarum, & hæredum q. Lauræ filiæ, & hæredis d. q. Liviæ ſenioris fore ijſdem Sororibus a Ven. Collegio Romano uti Donatario, & reſpective Hærede d. Joſephi Capponi Mauritii originarii debitoris filii perſolvendam *Domini* exiſtimarunt, *in deciſis* nimirum *coram Baratto ſub dicta die, & anno* unanimi, concordique ſuffragio reſpondentes.

Nulla enim de primæva illius Dotis obligatione Mauritii erga Philippum quæſtio erat, ſed eam integraliter impletam per totius promiſſæ Dotis ſolutionem prætendebant Filii, & Hæredes Mauritii, deducere ſatagentes juſtificationem integralis prædictæ ſolutionis ex Partitis Librorum Mazzinghi, & Ticci Mercatorum,

in

in quibus factæ pro tempore partiariæ, ſeu in plures pagas diviſæ ſolutiones d. Dotis a dd. Mercatoribus ex ordine Mauritii adnotatæ reperiebantur; Verum nullam penitus ex dd. Libris deſumi probationem ſolutionis prædictorum reſidualium ſcutorum 500. Philippo, ut prætendebatur, factam *Domini* tunc, ſicut & hodie iodubitate authumarunt, nil enim aliud quoad hanc partitam in dd. Libris adnotatum reperiebatur, niſi quod numeratis per eoſdem Mercatores ſcutis 500., traditiſque Mauritio, eoque deſcripto debitore in iiſdem ſcutis 500., ut præſeferebant ea verba -- *portò lui contanti* --, ſuperadditum fuerat -- *diſſe* (ideſt Mauritius) *per pagare al Signor Gio: Paolo Vadi a conto della Dote* --; Ex his enim verbis nil aliud importantibus niſi meram, & ſimplicem voluntatem perſolvendi d. reſiduale debitum, ridiculum ſane foret velle deſumere effectivam ſolutionem uti ſucceſſive de iiſdem pecuoiis factam io manibus nominati Joaonis Pauli, de qua nullum, vel minimum aſſerebatur documentum, quando triti Juris eſt, quod de ſolutione, & effectiva numeratione per legitimas probationes conſtare debet, ut Promiſſor dotis, ſicut & quilibet alius debitor ab ejus non controverſa
1 obligatione liberetur per ea quæ paſſim poſt *Bart. in l. admonendi de Iur. Jur.*, *ibique alii Doctores* monent *Conſtant. ad Stat. Vrb. annot. 48. artic. 4. nu. 255.*, *Rot. Bononien. diverſor. deciſ. 21. num. 43.*, *& Rot. noſtra coram Pænia deciſ. 721.*, *& deciſ. 184. nu. 13. coram Celſo*.

Abſque neceſſitate examinandi num prædicti Mercatorum Libri pro Tertio, & contra Tertium probarent, quibus tamen ſine adminiculis deferendum non eſſe docuit *Rot. in dec. 450.*
2 *num. 4. coram Seraphin.* præſertim contra abſentem, cum quo nil extitit actum, aut geſtum, ut proſequebantur *Aym. de antiq. temp. 6.*
3 *partic. 1. part. num. 71. verſic. 4.*, *& Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 91. num. 25.* cum omnem caſum ea verba nil concluderent niſi ſimplex propoſitum de futuro, & ſic nil ponerent in eſſe, aut diſponerent, quando certum eſt aſſertiones alicujus facti præjudicium Tertii involventes non eſſe ullatenus attendendas,
4 niſi ejuſdem facti probatio exhibeatur ad *Gloſ. in l. 1. §. 1. verbo dicentur ff. de dol. mal.*, *& in l. 1. verbo dicetur ff. ſi quadrup. pauperiem feciſſ. dicatur*, *l. 1. Cod. de probat.*, *& l. aſſecuratio Cod. de non numer. pecun.*

Atque hinc prætermiſſis ſub ſilentio exceptionibus illis omnino friunlis per Hæredes Mauritij tunc deductis, ac nullius penitus relevantiæ coram eodem *Buratto* habitis, & reſpooſionibus per Philippum de eo tempore adequate pariter datis, & per *Tribunal* abſque ulla, vel mioima dubietate admiſſis, ad quas tanquam impreſſas. & ad inutili repetitioni parcendum remiſſive hodie *Domini* ſe habuerunt, omni Jure dicta reſidualia ſcuta 500. perſolvenda Liviæ, & Iſabellæ hodie cenſuerunt, cum & nulla dubitatio quoque contiogere valeret ſive de legitimatiooe Perſonarum Actricium, quæ clare deſumebatur tam ex fide Baptiſmatis, quam ex Teſtium depoſitionibus relatis in eorum *Summario Num. 1.*, ſive Patrum Reorum, quorum donataria, ſive hæreditaria qualitas ab ipſis hodie ooo impugnabatur.

Et ita prædictis pauperibus Sororibus, ſenilem fere ætatem attingentibus tantum informantibus, Patribus vero pluries, & pluries laceſſitis, ſed propoſitionem, & cum ea debitam ſolutionem procraſtinare ſatagentibus, ac fruſtra idcirco dilationem petentibus reſponſum fuit &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CURTIS SUPER OFFICIO PARCI MAJORIS.

Veneris 15. Februarii 1715.

ARGUMENTUM.

Liquet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Gravatus reſarcire tenetur damnum quod fideicommiſſo irrogavit*, & num. 7.
2 *Reſignatarius poteſt ad ſui libitum vendere, & reſignare Officium quoties iſtud fuit reſervatum annuente, & approbante Summo Pontifice.*
3 *Voluntas, non autem verba ſunt attendenda.*
4 *Inutile remanere non debet præceptum Teſtatoris.*
5 *Officia vacabilia pro cammeralibus a Teſtatore uſurparè ſolent.*
6 *Reintegrationis pæna ceſſat, ubi ceſſat dolus, & culpa.*

DECISIO DCXCVI.

IN ſupremis, cum quibus deceſſerat, Tabulis Camillus Curtus, poſt inſtitutum perpetuum tranſverſale fideicommiſſum, animadvertens, quod inter cętera ejus bona numerabantur plura Officia vacabilia in faciem plurium ſuorum Nepotum, ac Pronepotum ex propriis ejus pecuniis acquiſita, reſervata tamen ſibi omnimoda, ac libera facultate ac diſpoſitione, tam ſuper illorum fructibus, capitalibus, ac emolumentis, quam eadem officia in perſonas ſibi viſa alienandi, ſeu reſignandi, ac idcirco per obitom eorumdem Nepotum, ac Pronepotum damnum ſortis hujuſmodi Officiorum ſua hæreditas pateretur ita provide diſpoſuerat -- *ad conſulendum indemnitati hæredum, & ſucceſſorum meorum, & ut meas, voluntas, & intentio mea ad unguem adimpleatur, quatenus ea omnia vendita, & reſignata non fuerint in vita mea, mando vola, &c. ea omnia, & ſingula Officia vacabilia prædicta &c. exiſtentia in Perſonas Nepotum, & Pronepotum meorum, non tamen ea loca Montium &c. vendi debere ſpatio ſaltem annorum quatuor pro pre-*

pretio, ſeu pretiis reperibilibus &c. eorumque pretia inveſtiri debere in ſtabilibus, locis Montium &c.

Cum autem R. P. D. Franciſcus ejuſdem Teſtatoris ex Alexandro fratre nepos primus hæres inſtitutus, ac reſpective gravatus, omiſiſſet officium Abbreviatoriæ Parci Majoris in ſui faciem, cum pecuniis Teſtatoris, ac cum reſervatione decreti comparatum reſignare tametſi nedom qoadriennio, ſed ſexennio etiam poſt Teſtatoris obitum ſupervixiſſet, itaut per obitum ejuſdem R. P. D. Franciſci ſubinde officium prædictum vacaverit, emendationem propterea damni hæreditati illati oedom quoad ſortem ſcutorum 10000., ſed & quoad intereſſe afflagitans coram A. C. D. Hieronymus Curtus, in quo ſubſtitotio fideicommiſſaria extitit hodie purificata, ſeotentiam ſibi favorabilem a R.P.D. de Gentilibus Iudice ab eodem A.C. deputato obtinuerat, in qua damnabatur hæreditas bon. mem. R.P.D. Franciſci ad reintegrationem fideicommiſſi pro pretio dd. ſcutorum 10000., compenſatis tamen ſcutis 354.76. ſolutis ex pecuniis eiuſdem R. P. D. Franciſci Aromatario, ac relaxato pro ſcutis 9645.25. maodato exequutivo contra bona hæreditaria prædicti R.P.D. Franciſci; Cui non acquieſcentibus DD. fratribus de Caffarellis, & inſequendo ordinem dobiorum per me ſubſcriptorum, reqoiſivi hodie Dominos, *An debeatur reintegratio, ita ut ſit locus mandato exequutivo pro pretio Officii contra quem, & pro qua ſumma, iique cenſuerunt dandam eſſe reintegrationem, & eſſe locum mandato exequutivo juxta modum*; ſcilicet cootra hæreditatem R. P. D. Franciſci pro ſumma ſcutorum 9645.25.

Clarum enim erat undique præceptum Camilli Teſtatoris in R.P.D. Francisfcum primum ejus hæredem directum, vendendi intra quadriennium omnia, & ſingula officia Cameralia vacabilia in faciem ejus nepotum acquiſita, & incontrovertibilis etiam negligentia ejuſdem hæredis reſignandi in termino præfixo, & etiam longiori memoratum Officium *di Parco maggiore*, quod indubitanter ex pecuniis Teſtatoris, ac eom reſervatione decreti ad ſui favorem, io faciem tamen eiuſdem Nepotis extiterat comparatum, ac non minus evidens damnom, quod fideicommiſſariæ hæreditati Camilli ob hujuſmodi negligentiam ſequuto obitu ejoſdem R. P.D. Franciſci, & cum ejos vita amiſſo officio, ejuſque pretio eveniſſe palpabatur, Ideoque ejoſdem R. P. D. Franciſci hæreditatem merito ad congruam paſſi damni
1 emendationem obſtrictam fore Domini etiam exiſtimarunt, ut ono ore clamant *Bald. in l. filiom quem habentem in fin. C. famil. ereiſcun. Cravett. conſ. 295. in fine Decian. conſ. 44. nu. 94. lib. 3. Peregrin. conſ. 48. num. 10. lib. 1., & in tractat. de fideicomm. artic. 10. nu. 26., & ſeqq. Pred. de interpetrat. ult. volunt. fol. 361. nu. 27. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 516. per tot. Gallus de*

except. ſucceſſ. tit. 4. except. 23. nu. 105. par. 2., & probata oegligentia admiſit *Rot. in Senogallien. Bonorum prima Julii* 1709. *§. final. coram Me*.

In nihilo attentis oppoſitionibus per DD. fratres de Caffarellis hæredes mediatos ejuſdem R. P. D. Franciſci coram A. C. deductis, & hodie iterum repetitis ſiſtentibus in objectione defectus ſive poteſtatis, ſive voluntatis fideicommittentis compræhendendi ſub enarrato præcepto prædictum Officiom Abbreviatoriæ Parci majoris; Quoniam ſi ſermo ſit de poteſtate, *Dominos* non latebat, quod quoties reſervatur favore alicujus decretum, annuente, & approbante Summo Pontifice, prout in caſu, talis reſervatarius poteſt ad ſui libitum, & quandocumque eadem officia vendere, &
a reſignare juxta animadverſa per *Rot. in decis.* 184. *in fin. par.* 10., *& decis.* 107. *num.* 27. *par.* 12. *rec.*

Abſque eo quod ſubſiſtentiam ullam habere videretur objectum, quod prædictum officium non ex pecuniis propriis ſolius fideicommittentis fuerit acquiſitum; Veritas enim, quod Camillus fideicommittens de proprio ære illud coemerit, & conſequotiva objecti falſitas evidentiſſime *Dominis* emicuerat tum ex ipſa ſupplicatione porrecta Sanctiſſimo pro emendo eodem officio, in qua narrabatur, quod illud emebatur ex propriis pecuniis Camilli, tum ex reſervatione decreti ad ejus favorem in eadem ſupplicatione regiſtrata, quæ indubitaoter convincoot pretium fuiſſe a Camillo de proprio perſolutum, tum demum ex ipſo liberculo per eoſdem fratres de Caffarellis in meis manibus dimiſſo, ac proprio, ut ipſi ajebant, ejuſdem Camilli caractere conſcripto, io quo, ubi diſſerit de emptione huios officii, ita ſcripſerat -- *Officio d' Abbreviatoria di Parco maggiore comprato in Perſona del Dottor Curti mio nepote per prezzo di ſcudi* 11300. *di moneta da Monſignor Bernardino Spada da pagarſi nel modo infraſcritto &c. e nella ſpeditione della raſſegna mi ſono riſervato la diſpoſitione del tutto a me, atteſo che è comprato de miei denari, come per la patente ſpedita dal Signor Cardinal Montalto &c.* ita ut de hac veritate nolla, vel minima dubitatio *Dominorum* mentem iovoluere valuerit.

Frigeſcente de cætero altero objecto; quo DD. fratres de Caffarellis oſtendere conabantur, quod reſervatio decreti legatur appoſita tantum in ſupplicatione, non vero in literis Apoſtolicis, ut enim iidem *Domini* animadvertebant, nunquam juxta praxim conſimilia decreta in Bullis opponuntur, cum ſatis ſit (ut in præſenti evenerat), quod eadem decreta in ſupplicatione porrecta Sanctiſſimo reſerventur.

Sublata obiectione defectus poteſtatis, non mioori etiam levitatis viſa erat altera defectus voluntatis. Siquidem animadverſio, quod præceptum alienandi otpote reſtrictum ad Officia vacabilia Cameralia, extendi non valeret

ad Officia Cancellariæ, quale eſt illud Parci
Maioris, nullam habere ſubſiſtentiam videba-
tur, ſive quia perſpecta Teſtamentaria diſpoſi-
tione clariſſime colligebatur Camillum ſub no-
mine Officiorum vacabilium Cameralium in-
telligere voluiſſe de iis omnibus Officiis, quæ a
Papa proficiſcebantur, & erant obnoxia peri-
culo vacationis in ejus fideicommiſſi præiudi-
cium, cui occurrere tam anxie profitebatur,
3 voluntatem vero, non verborum corticem
Iudices ſolent, ac debent attendere, ut mo-
nent *Bartol. in l. gerit ff. de acquir. hæred. Cra-
vett. conſ.* 88. *nu.* 21. *Altograd. conſ.* 78. *nu.* 28.
cum ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 3. *tit.* 10. *num.* 2.
Rot. cor. Emerix Iun. dec. 1319. *n.* 14. *tom.* 3.,
& in Aſſiſien. Immiſſionis 15. *Aprilis* 1712.
§. *Quamvis cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis
Gubernatore.*

Sive quia de hiſce ſolis ſentire poterat Teſta-
tor, cum enim in faciem ejus nepotum non ad-
eſſent ulla Officia vere Cameralia, ſed omnia
forent ejuſdem qualitatis, ac erat illud Parci
Maioris, pernecеſſe præceptum Teſtatoris,
quod inutile remanere non debebat, de hiſce
Officiis Cancellariæ prædicari, ſeu verificari
4 debebat per ea, quæ in propoſito docent *Mer-
lin. de pign. lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 22., & bene
aliis adductis diait *Rot. in Romana Immiſſionis
ſuper ſucceſſione in hæreditate Principiſſæ Buteræ*
12. *Aprilis* 1709. §. *Hæcque interpetratio co-
ram Rño Molines Decano.*

Præſertim, quod hæc Officia vacabilia,
prout, & alia quæcumque, ſive directe a Ca-
mera Principis, ſive a Cancellaria proficiſcan-
tur, juxta vulgatum hominum ſenſum, Com-
munique, uſu æque Cameralia nuncupantur
5 adeoque, pro talibus ab ipſo Teſtatore uſurpa-
ri, ſeu reputari voluerant ea notatis per *Man-
tic. de conject. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 1.

Prout leviſſima viſa fuerat excuſatio omiſſæ
alienationis in eo fundata, quod cum hujuſ-
modi Officium adnexam haberet prælaturam
credere valuerit R. P. D. Franciſcus, quod
Teſtator cogere noluerit eundem uti delectiſſi-
mum nepotem ad venditionem ejuſdem Officij
ne vel Prælaturam conſequutive dimittire de-
beret, vel amiſſo reddito, minus decenter
aſſumptam dignitatem exercere, & quatenus
Teſtator ſub præcepto alienandi, hujuſmodi
etiam Officium comprædhendere voluerit, excu-
ſationem promereatur omiſſio, quæ profluit
non jam ea culpa, ſed vel ea natura Officii,
quod cum habeat adnexam Prælaturam non
ita de facili invenit emptorem, ut teſtatur
Card. de Luc. de Offic. vacab. diſc. 7. *num.* 7.,
vel attentis continuis morbis, quibus R. P. D.
Franciſcus ab obitu Teſtatoris uſque ad ſuum
obitum fuerat divexatus, talem venditionem
explere non valuerit non minus ratione pro-
vectæ ætatis quam infirmæ valetudinis; adeo-
que ceſſante dolo, & culpa explorati Iuris ſit
6 ceſſare etiam pœnam reintegrationis, ut con-
cludit *Rot. in deciſ.* 595. *num.* 23., *&* 25. *par.*
19. *tom.* 2. *rec.*

Et enim circa primam oppoſitionem placue-
rat *Dominis* reſponſio, quod qualitas illa præ-
laturæ adnexa Officio deſtruere non valebat
neceſſitatem implendi Teſtatoris præceptum,
cum quotidie hujuſmodi Officia ſint in com-
mercio, & ab uno in alterum per reſignatio-
nem, ſeu venditionem transferantur, abſque
eo quod reſignantes eadem Officia eſſe deſinant
Prælatitia dignitate condecorati, manutentio-
nem vero, ſeu congruam ſubſtentationem lu-
gere non poterat R. P. D. Franciſcus, qui in
valde pingui hæreditate ejuſdem Teſtatoris fue-
rat inſtitutus.

Quo vero ad ſecundam nullæ docebantur
expletæ per memoratum R. P. D. Franciſcum
diligentiæ pro peragenda ejuſdem Officii vendi-
tione, quamvis per ſexennium Teſtatori ſuper-
vixerit, nec docebatur talibus morbis grava-
tus, ut nec per ſe, nec per alios demandatam
venditionem explere non valuerit adeout omiſ-
ſio alienationis aliunde non evenerit, niſi ut
idem R. P. D. Franciſcus pinguiores quouſque
ipſe viveret fructus aſſequeretur, non curato
ulteriorum vocatorum detrimento, adeoque
ejus bona, ſi quæ aderunt, vel illa ejus hære-
dum mediatorum nullo Jure a damni emenda-
7 tione eximi poſſe viſa ſunt, ſecundum ea, quæ
firmant *Marzar. in epitom. de fideicom. part.* 2.
quæſt. 46. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 519. *num.* 12.
Cyriac. controverſ. 5. *num.* 29., & in terminis
Officiorum vacabalium quando adeſt præce-
ptum Teſtatoris, quod illa vendat, & prætium
reinueſtiat firmat *Card. de Luca de fideicomm.
diſc.* 192. *num.* 5. *verſ. quoties.*

Quamvis autem obligationem reintegran-
di fideicommiſſum de ſorte ob culpam hære-
dum deperdita, ſubſequatur, & illa damno-
rum, & intereſſe, prout aliqui ex *Dominis*
exiſtimabant, nihilominus benignius agentes
ſatis eſſe cenſuerunt, quod de ſola ſorte fidei-
commiſſum reintegraretur, approbantes etiam
quoad ſcuta 354. 76. ſententiam *R. P. D. de
Gentilibus* itaut pro ſola ſumma ſcut. 9645. 25.
mandato exequutivo locum eſſe, ut ſupra exi-
ſtimaverint.

Utraque &c.

ASTEN. BENEFICIJ.

Veneris 22. *Februarii* 1715.

A R G U M E N T O

Non indiget.

S V M M A R I V M.

1 *Vocatus a Teſtatore ſi habeat omnes qualitates ab eo exoptatas habetur pro præſentato.*

2 *Deſcendentia probatur ſi nemo alius concurrat, & probat ſuam deſcendentiam.*

3 *Juſ-*

3 *Juſpatronatus tam activum, quam paſſivum diverſo modo interpraetari non debet.*
4 *Verbum* -- Caſata -- *aptum eſt comprahendere quoſcumque deſcendentes a primis vocatis.*
5 *Favore deſcendentium ab antiquis Patronis benignior interpraetatio ſumenda eſt pro illorum admiſſione ad Juſpatronatus.*

DECISIO DCXCVII.

REvocata ad trutinam fundamenta *meę Deciſiones* editæ ſub *die* 10. *Decembris anni proxime effluxi*, in qua *inſtituendam eſſe Hieronymum* tunc tantum informantem, ad controverſum Beneficium *Domini* reſponderant, ſolida adeo hodie quoque viſa ſunt in conflictu habito cum Tappa ea totis viribus evertere ſatagente, ut pro perſiſtentia *in deciſis* unanimis *Dominorum* vox audita ſit.

Solus enim Hieronymus videbatur adhuc pollere qualitatibus illis a Teſtatore volitis, ac requiſitis in perſona præſentanda & reſpective inſtituenda, quod nempe eſſet actu Sacerdos de tempore vacationis, ac de familia Vocatorum ad Juſpatronatus activum, quo poſito parum referre videbatur, quod ab actuali Patrono præſentatus non extitiſſet, cum omiſſam illius præſentationem Iura noſtra ſuppleant
1 itaut vocatus a Teſtatore habeatur nihilominus pro præſentato, ut relatis *Abb. in cap. cum in cunctis* §. *Inferior num.* 10. *cum ſeqq. de elect.*, *Lambertin. de Iurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 4. *num.* 15., *Rota in Aſculana Beneficiorum* 18. *Aprilis* 1698. §. *Planu ſiquidem coram Card. Caprara* aliiſque nonnullis firmat *mea Deciſio* quæ revidebatur *ſub* §. *Et è contra*.

Nullam vim apud *Dominos* facere valentibus tribus illis objectis, quibus jam præventive in *mea* contumaciali *Deciſione* occurreram. Quo etenim ad deſcendentiam Hieronymi a Ioanne Georgio Caſaſco fratre Ioannis Franciſci alterius ex ſucceſſivo ordine vocatis in Iurepatronatu activo, a qua vocatione deſcendebat jus paſſivum Hieronymi, & ſufficienter concluſa videbatur iterum per tres Teſtes, cæteraque documenta per Hieronymum deducta, ex qui-
2 bus nemine alio concurrente, qui ſe pariter deſcendentem faciat, deſcendentiam in probatis fore tuentur *Card. de Luc. de Iurepatr. diſc.* 60. *num.* 34., *Rota coram Bich. deciſ.* 189. *num.* 6., *coram* Carill. *deciſ.* 117. *num.* 7. *in rec. deciſ.* 365. *num.* 2. *part.* 9., cum cæteris cumulatis in *mea Deciſione* quæ revidebatur *ſub* §. *Quod autem*.

Abſque eo quod attendi mererentur ea, quę ad diverſificandam Familia Hieronymi ab illa Joannis Franciſci per Fundatorem vocati ſubtile potius blandimentum erga Tappam, quam Facti veritas bene ipſiſmet illius defenſoribus nota dictaverat, quod nempe cum Teſtator vocaverit Joannem Franciſcum tanquam *de Signori di Caſaſco*, & de hoc genere non probentur eſſe Aſcendentes Hieronymi, qui tales feudi nunquam fuerant Domini, illa propterea vocatio referri debeat ad quendam Franciſcum de Familia Aſinaria, ad quam juriſdictio feudi *di Caſaſco* pertinere, & pertinuiſſe non dubitatur.

Quoniam eadem præventive data in *mea Deciſione* reſponſio ſatis erat pro diluenda hac fallacia, Teſtator enim ſub nomine *de Signori di Caſaſco* non intellexerat vocare Dominos Feudi *di Caſaſco*, ſed Dominos de Familia *di Caſaſco*, ut manifeſtabat indigitatio nominis Joannis Franciſci, a quo præciſe Hieronymus per medium Georgii illius fratris deſcendere eſt in probatis, & e converſo de tempore peractæ fundationis nullus alius de familia illa Aſinaria Domina Feudi *di Caſaſco* extitiſſe docebatur, qui nuncuparetur *Ioannes Franciſcus*; Non ſufficiente, quod extaret *Franciſcus* de familia Aſinaria, cuì per Teſtatoris errorem ſuperadditum fuerit aliud nomen Joannis: Hic enim ideatus error fortaſſe allegari valeret ubi pro certo non haberemus, quod in Familia de Caſaſchi de tempore fundationis Beneficii extaret Joannes Franciſcus; At iſto tunc in humanis exiſtente, & nullo alio, qui concurrere valeret tale nomen præſeferente, pro indubitato *Domini* habuerunt, quod iſte fuerit ad Iuſpatronatus activum a Teſtatore nominatus, præſertim, quod iſte Ioannes Franciſcus erat eidem Teſtatori ſanguine conjunctus, ut eruebatur ex Tranſactione anni 1661.

Nullius pariter relevantiæ viſum eſt ſubſequens objectum, per quod iidem Defenſores Tappæ reſtringere conabantur Iuſpatronatus paſſivum familiarum in Iurepatronatu activo comprehenſarum ad ſolos gradus activæ vocationis, inferendo, quod ſicuti Iuſpatronatus activum ſpirabat in Ioanne Franciſco, ejuſque fratribus *de Caſaſco*, nec ad eorum deſcendentes ex Teſtamenti litera progredi valebat, ita nec Iuſpatronatus paſſivum eorundem perſonas non egrederetur, ne interpretemur Iuſ-
3 patronatus activum diverſimode a paſſivo, nec paſſivum ab activo, contra monitum *Card. de Luc. de Iurepatron. diſc.* 29. *num.* 3. & *diſc.* 45. *num.* 4., & *Rot. deciſ.* 49. *nu.* 19. & 20. *par.* 4. *tom.* 2., & *deciſ.* 248. *num.* 17. & 18. *par.* 16. *recen.* cum concordan. *in Hortuna Beneficii prima Ianii* 1708. §. *fin. coram Emo Priolo*, & *in Mediolanen. Beneficii* 30. *Ianuarii* 1711. §. *Potiſſime coram Me*.

Nam diverſitas evidentiſſima eſt; In Iurepatronatu enim activo reſtrictive ſe habuit Teſtator ad Ioannem Franciſcum, ejuſque fratres, ſed quorum nomine venire ſane non poterant ulteriores deſcendentes; At in paſſivo cum vocaverit *qualche Religioſo di dette Caſate*, voluit omnes deſcendentes a dictis Fratribus, qui in hoc Iurepatronatu paſſivo deſerviunt ad indicandum ſtipitem omnium paſſive vocatorum;
4 Verbum enim *Caſate*, quod idem eſt ac *Domus*

aptum in ſe eſt ad compræhendendos quoſcumque deſcendentes a primis vocatis, ut ponderant poſt *Bart. in l. 1. in princ. ff. ad Syllan. Peregr. de fideic. art. 28. nu. 27.*, *Rota dec. 373. num. 3. par. 3.*, *& deciſ. 26. num. 6. par. 18. tom. 1. rec.* Iſtorumque favore tanquam deſcendentium ab antiquis Patronis, illorumque Conſanguineis, ad hoc ut Laici ad conſimiles erectiones alliciantur in concurſu cum Extraneis, benigniorem ſemper Eccleſia ſumere ſolet interpretationem, per ea, quæ in conſimilibus terminis gratificationis Patronorum, vel deſcendentium a Patronis firmatum paſſim

5 habemus, & ſignanter apud *Roccb. de Curt. de Iurepatr. verbo honorific. quæſt. 18.*, *Lambertin. eodem tract. lib. 2. par. 3. quæſt. 5. art. 4.*, *Vivian. eodem pariter tract. lib. 14. cap. 2. nu. 67. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. & 36.*, cum concordan. *in Mediolanen. Iuriſpatronatus* 3. *Iulii* 1684. §. *Obſervarunt enim eorum bon. mem. Paulutio, impreſſ. penes Piton. diſcept. Eccleſiaſtic. diſcept.* 38.

Et ita omiſſa reſponſione ad reliqua levioris etiam ponderis, quibus *mea Deciſio*, quæ revidebatur, plene ſatisfacit, & ad quæ *Domini* ſe remiſſive hodie habuerant, reſponſum fuit Utraque &c.

FAVENTINA SPOLII.

Lunæ 25. Februarii 1715.

ARGUMENTO

Non eſt opus.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio, & reſpective reintegratio danda eſt ſpoliato conſtito de ſpolio.*

DECISIO DCXCVIII.

DEcreverant *Domini* ſub die 31. Martii anni 1713. *dandam eſſe manutentionem Balaſſo, & aliis de Naldis, quoad Prædium del Caſone*, ut ex *deciſione* per Me tunc edita, ſed non acquieſcente adhuc Comite Joanne, eique elargita ex conſueta *Tribunalis* Indulgentia, nova audientia, non diſſimile tamen fatum in hodierna repropoſitione expertus eſt, reſcribentibus *Dominis* unanimi ſuffragio — *In deciſis*.

Innegabilis enim adhuc emicabat veritas, quod Prædium *del Caſone* libere ſpectaret ad eoſdem Comites Balaſſum, & Alphonſum, ideoque venire non potuerit ſub nomine aliorum bonorum adnexorum Molendino, quæ omnia uti fideicommiſſaria quondam Equitis Hieronymi ſen. de Naldis fuerant eidem Comiti Joanni, in quo fideicommiſſum extiterat purificatum, relaxata in tranſactione inter eaſdem Partes celebrata; diverſitatem enim memorati Prædii *del Caſone* a Molendino, aliiſque Terris eidem adnexis ſuadebant iterum eædem circumſtantiæ in prædicta *mea Deciſione* latius enucleatæ, quæque hodie in facto pariter ſubſiſtebant, nempe diverſitas confinium utriuſque Prædii, quantitas valoris ſingularis utriuſque, dum Molendinum cum omnibus Terris eidem adnexis fuerat acquiſitum pro pretio librarum 4000. Prædium vero *del Caſone* ex ſe ſolo valoris eſt valoris ex librarum 5000., diverſitas Colonorum, qui dicta Prædia excolunt, & demum pro remotione cujuſcumque dubietatis exhibebantur iterum bina illa Iſtrumenta, ex quibus acquiſitio eiuſdem Prædii *del Caſone* palpabatur facta de annis 1614., & 1621. non jam a Hieronymo fideicommittente, ſed a Capitaneo Franciſco Naldo Comitis Balaſſi Auctore.

Agnoſcebant ſcribentes pro Comite Ioanne ſe duram Provinciam aggreſſos eſſe in impugnanda iterum diverſitate illa, & independentia Prædii *del Caſone* a Molendino, quæ ex memoratis circumſtantiis, & palpabilius ex ipſis Inſtrumentis acquiſitionum reſultabat, ideoque a dictis Inſtrumentis non diſcedentes; admittebant quidem quod vigore eorumdem Inſtrumentorum acquiſitum fuerit a Comite Franciſco Auctore Balaſſi Prædium illud *del Caſone*, ſed pro rata tantum tornaturarum 19., cumque idem Prædium integretur ex tornaturis in totum 36., reliquæ propterea tornaturæ 17. dicendæ ſint fideicommiſſariæ, ac conſequutive cadentes ſub nomine Terrarum adnexarum Molendino, & in reſtitutione vigore ſæpedictæ tranſactionis ad commodum Joannis hæredis fideicommiſſarii venientes.

Verum hoc argumentum tamquam nimis probans, minus ſtringere repertum fuit: nullibi enim in primis docebatur, quod hæ reliquæ tornaturæ 17. forent eidem fideicommiſſo ſubjugatæ. Secundo quantitas illa tornaturarum 19. nullatenus reſultabant ex memoratis Inſtrumentis, ſed ſimpliciter fundabatur in partitis Cataſtri, quibus uti extractis Lite pendente, & parte non citata, nullatenus erat deferendum; e contra vero ex iiſdem acquiſitionum Inſtrumentis eliciebatur, quod idem Comes Franciſcus alia bona propria acquiſitis coherentia poſſidebat, quæ eſſe non poterant, niſi iſtæ tornaturæ 17. a quibus omnibus vel ponebatur in claris totalis pertinentia ejuſdem Prædii *del Caſone* ad Comitem Balaſſum, vel prætentio Comitis Ioannis, quod pro illa rata tornaturarum 17. foret fideicommiſſaria adeo erat

1 dubia, ut nullatenus interea impedire valeret manutentionem ſpoliato per ea, quæ paſſim docent adducto *Textu in cap. de litteris de reſtitutione ſpoliatorum*, *Poſth. de manut. obſerv. 57. num. 102. cum concordan.* apud *Rot. in dec. 517. nu. 1. coram Emerix jun.*, & alibi paſſim.

Et ita &c. utraque &c.

EA-

EADEM CORAM EODEM SUPER RESERVATIS.

ARGUMENTO

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio turbida impedire nequit manutentionem ſpoliato.*

DECISIO DCXCIX.

RETenta facti ſerie in *Mea Deciſione diei* 31. *Martii anni* 1713. recenſita, ex qua cauſa conquæſtionis promotæ per Comites Baraſſum, & Alphonſum de Naldis contra Com. Joannem deſumebatur, a quo ſe ſpoliatos tam Prædio *del Caſone*, quam illo *della Buſca* clamabant, manutentionemque propterea ad utrumque Prædium expoſcebant, cum *Domini* ſub prædicta die circa ſecundum hoc prædium *della Buſca* in contrarias ſententias abiiſſent, *Mihique* demandaſſent, ut cauſam iterum eorum examini ſubiicerem, annuens idcirco hodie memoratorum Comitum Balaſſi, & Alphonſi Inſtantiæ, *eoſdem Dominos* iterum requiſivi, cui ſit *danda manutentio quoad d. Prædium della Buſca*, proditque reſponſum *eam dandam eſſe Balaſſo, & Alphonſo.*

Non enim probabatur, prout par erat, per Comitem Joannem, quod Prædium iſtud foret de pertinentiis Molendini illius, quod uti fideicommiſſarium ad eumdem Joannem pertinebat, eique fuerat Tranſactione relaxatum, immo eiuſdem compræhenſio ſub prædictis pertinentiis mirifice per eoſdem Comites Balaſſum, & fratrem excludebatur, docebant enim, quod Prædium, de quo agitur, diſtat per tria milliaria a Molendino.

Nec ad demonſtrandum, quod huiuſmodi Prædium fuerit a fideicommittente inſimul cum Molendino acquiſitum, proficere valebat Inſtrumentum acquiſitionis, ad quod in ceſſione fuerat habita relatio per Tranſigentes, ex quo deſumebatur, quod fideicommittens una cum eodem Molendino acquiſiverat in Territorio Piſtri, ſeu Piſtrino quamdam petiolam Terræ; In eodem autem Territorio ſitum eſſe Prædium *della Buſca* non dubitari, inferentibus idcirco Comite Ioanne, eique adherentibus, quod talis acquiſitio verificari non aliter valeret, quam de dicto Prædio *della Buſca*.

Etenim tanta intercedere diverſitas inter Prædium de quo agitur, & petiam illam Terræ cum Molendino per fideicommittentem acquiſitam *Dominis* viſa erat; ut inutile omnino tale obiectum exiſtimaverint, Siquidem Prædium *della Buſca* valoris erat librarum 6000. acquiſitio vero facta a fideicommittente in eodem Territorio *Piſtri* ſonat de una petiola Terræ Caſtaneatæ, quæ nec ratione quantitatis, nec ratione formæ congruere aliquo modo videtur cum Prædio *della Buſca*, quod eſt capacitatis tornaturarum 50.; Inſuper non concordant confinia, nec Prædium illud eſt caſtaneatum. Unde, cum nedum Comes Ioannes per concludentes probationes non doceat de identitate Prędii, quod acquiſitum prætendit à fideicommittente ſedè contra tot, tantæque urgeant circumſtantiæ diverſitatem, & conſequutive libertatem eiuſdem Prædii ſuadentes, innegabilis viſa *Dominis* fuerat etiam ad hoc prædium manutentio Comitibus Balaſſo, & Alphonſo, qui ſub prætextu aliorum Bonorum eidem Ioanni in concordia dimiſſorum, & nil commune pœnitus cum iſtu habentium, fuerant de eodem Prædio pariter ſpoliati ex firmatis per *Bondeni collect. legal. 26. nu* 4., cæteriſque relatis per *Rot. in d.c.* 518. *nu.* 3. *poſt Puſth. de manutent. dec.* 702. *nu.* 7. *coram* Merlin. *dec.* 776. *nu.* 1. *coram Emerix Iun.*, *& dec.*94. *nu.* 8. *par.* 7. *recen.*

Et ita omiſſis aliis levioribus oppoſitionibus, quibus ex identitate rationis, & facti ſatisfacit eadem *mea Deciſio diei* 31. *Martii* 1713. editæ occaſione conſimilis manutentionis *ad Prædium del Caſone Domini* cenſuerunt. Utraque &c.

LEODIEN. JURISDICTIONIS SUPER BONO JURE.

Lunæ 11. *Martii* 1715.

ARGUMENTUM.

Paſſiva Exemptio ex quibus comprobata remaneat in tota deciſione fuſè firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Paſſiva exemptio arguitur ex immediata S. Sedis protectione.*

Et ex expreſſa prohibitione quod nullus Hominum valeat perturbare n. 2., & num. 5. & ſeqq.

3 *Præſervatio Juſtitiæ Ordinarii nullatenus adverſatur exemptioni paſſivæ.*

4 *Obſervatio eſt optima interpres ad probandam paſſivam exemptionem.*

5 *Exemptio paſſiva ex quibus probetur*, & n. 6. & ſeqq.

7 *Epiſcopus viſitare non poſſit illa Monaſteria, quæ ante Concilium Trid. erant exempta.*

8 *Regularis exemptus correctioni Epiſcopi niſi jure delegato ſubjici nequit.*

9 *Eccleſia exempta ſi præficiatur Presbyter ſæcularis, eadem Eccleſia in concernentibus curam animarum viſitari poteſt ab Ordinario.*

DE-

DECISIO DCC.

COnfirmationem, quam ſententia *R. P. D.*
mei Scotti promeruerat *coram R. P. D. meo*
Cerro in ſecunda inſtantia, iterum *coram Me* in
tertia Inſtantia, modificativè tamen, fuit &
hodie aſſequuta, reſcribentibus Dominis, *Sen-*
tentiam Rotalem eſſe Confirmandam juxta mo-
dum,

Validitatem enim, quamvis omnimode non
approbarent Epiſcopi Defenſores, impugnare
tamen mordicus, ut in præteritis propoſitio-
nibus, non audebant, cum nimis firma appa-
ruiſſent fundamenta, qoibus Legalitas Privile-
giorum Apoſtolicorum fuerat undique com-
probata.

Juſtitiam vero ſententiarum nedum iterum
ſuadebant eadem Apoſtolica Brevia, in quibus
inſigne Monaſterium Sancti Trudonis, & Ec-
cleſia eidem unita ſub immediata Sanctæ Sedis
Protectione recipiuntur, quod ex ſe paſſivam
1 arguere exemptionem concludit poſt *Text. in*
Cap. Si Papa de Privileg. in 6. Rota in Nonan-
tulana Iuriſdict. 12. *Junii* 1693. §. *Etenim cor. cl. me.*
Card. Caprara, cum concordan. *in Deciſionibus*
R. P. D. mei Scotti, & R. P. D. mei Cerri deſuper re-
cenſitis, quas repetere ſuperfluum exiſtimo; In-
dubitanter vero ſpectatis aliis verbis importan-
tibus expreſſam prohibitionem, quod nullus ho-
2 minum valeat præfatum Monaſterium pertur-
bare, ut advertit *Lotter. de re benef. lib.* 1. *qu.*
24. *num.* 92. *Rota deciſ.* 1025. *nu.* 3. *coram Se-*
raphin. Vltra adductos *in dicta deciſ. R. P. D.*
mei Scotti ſub §. *Quibus*, & §. *ſeq.* & *R. P. D. mei*
Cerri in §. *Et quamvit*.

Non attenta clauſula illa ſuperaddita -- *Sal-*
va ſcilicet Diœceſani Epiſcopi Canonica Juſtitia,
quoniam præſervativa hujuſmodi nullatenus
adverſari videbatur eidem exemptioni, ut ad-
3 vertit *Seraphin in prædicta deciſ.* 1025. *ſub num.*
20., & *Rota in Conſtantien. Juriſdictionis* 13.
Aprilis anni 1714. *coram R. P. D. meo Scotta*
Almæ Vrbis Gubernatore, & firmant memora-
tæ *Deciſiones* præcedentium Inſtantiarum.

Verum etiam eandem Juſtitiam, fugata om-
ni penitus dubitationi umbra, ſi quam ver-
ba prædictorum Privilegiorum involverent,
concludebat tum longæva, & inconcuſſa ob-
ſervantia optima Indultorum interpres, juxta
quam Monaſterium, & Eccleſia eidem adne-
xa, paſſiva exemptione ſemper perfrui conſue-
verant, quam obſervantiam juſtificabant, tom
negotio actorum Juriſdictionalium Epiſcopi,
qui (exceptis aliquibus confirmationibus Abba-
tum turbativis, clandeſtinis, vel revocatis, &
ab aliis contrariis nomero pluribus abſorptis)
ex parte ejuſdem Promothoris Phiſcalis non
aſſerebantur, & tamen impoſſibile videbatur,
quod in tanto Sœculorum decurſu geſti non
fuiſſent, atqoe hodie ii non exhiberentur, niſi
idem Monaſterium vere ab Epiſcopis agnitum
4 extitiſſe exemptum, & ab eorum Juriſdictione
Immune; ut ratiocinantur *Gobb. in conſult.* 74.
num. 32. *Rocc. diſput. ſelect. cap.* 10. *num.* 57.
tomo primo Rota deciſ. 188. *n.* 5., *coram Ludoviſ.*,
& *in Illerden. Iuris votandi ſuper manutentione*
27. *Iunii* 1704. §. *Quæ quidem coram R. P. D.*
meo Scotto Prodecano.

Tum affirmatio illorum actoum, qui ex par-
te Abbatis dabantur, ſiſtentium in Electioni-
bus Abbatum per tria, & ultra Sœcula à Sum-
mis Pontificibus Conſiſtorialiter confirmatis, &
quidem prævia expreſſione, quod in eodem
Monaſterio, tanquam Sanctæ Sedi immediate
ſubjecto, adminiſtratio, & reginen ſui ipſius
tam in Temporalibus, quam in Spiritualibus
plenarie reſideret, & in Inſcriptionibus, ac
antiquis, & modernis ænonciativis, quod Mo-
naſterium exemptum foret, palam etiam, ac
publice emiſſis, & in declarationibus ſuffraga-
neorum Leodienſium, cœteriſque actibus late
recenſitis, & docte de more enucleatis *in De-*
ciſione R. P. D. mei Cerri §. *Id autem*, *verſic. Et*
5 *nihilominus*, ex quibus remanſiſſe firmiter, ac
evidentiſſime comprobatam paſſivam illam
exemptionem a prædictis Privilegiis derivantem
ponderat *Card. de Luca de Iuriſdict. diſc.* 16.
num. 17., *Pignattell. conſult. canon.* 85. *num.* 9.
& 19. *tom.* 5. *Rota in Capuana, ſeu Montis Ca-*
ſinen. Parochialiam 10. *Martii* 1697. §. *Tale au-*
tem coram Bourlemont, & *in Marſicen., ſeu Nul-*
lius Iuriſdictionis 22. *Martii* 1686. §. *Quæ om-*
nia coram Card. Matthæio.

Adſtipulante, licet exhabundanti, ſuperla-
tiva illa probatione, quæ ex geminatis confeſ-
ſionibus, ſive Suffraganeorum, ſive ejuſdem-
met Celſiſſimi Epiſcopi reſultabat, ingenue fa-
tentium reſpective ad Suffraganeos, quod exem-
ptioni Abbatis præjudicare non intendebant, &
reſpectu Sereniſſimi Epiſcopi, quod confirma-
tiones Electionom Abbatum ſemper, & quan-
docunque ad Summum Pontificem pertinerent,
a quibus tamquam in proportionatis, ſeriiſque
actibus emiſſis comprobatam concludentiſſime
6 remanere paſſivam ejuſdem Monaſterii, adne-
xorumque exemptionem conſtantiſſime ſem-
per firmavit noſtrum *Tribunal.*, & ſignanter *in*
deciſ. 106. *num.* 21., & *ſeqq.*, & *deciſ.* 104.
num. 6. *par.* 19. *recen.* In *Nullius, ſeu Clarevul*
len. Viſitationis 21. *Martii* 1707. §. *fin. coram*
Reverendiſſimo Kaunitz, & *in Nullius, ſeu Ca-*
putaquen. Iuriſdictionis ſuper bono Iure 21. *Fe-*
bruarii 1710. §. *Verum etiam coram R. P. D.*
meo Falconerio.

Hæc quoad paſſivam exemptionem; Reſpe-
ctu vero ſecundæ partis ſententiæ reſpicientis
Viſitationem Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Ma-
riæ eidem Monaſterio adnexæ, & declarantis
Epiſcopo ſpectare quidem facultatem explendi
memoratæ Eccleſiæ Viſitationem in concer-
nentibus curam Animarum, ſed Jure tantum
delegato, non Ordinario, *infirmandam eſſe Sen-*
tentiam Domini exiſtimarunt, cenſentes talem
Vi-

Viſitationem competere Epiſcopo Jure proprio Ordinario, & in hoc modus reſcripto adjectus verſabatur.

Etenim hodie ex facto melius dilucidato edocti fuerant, quod memorata Parochialis ante *Tridentini Concilii* celebrationem reſpectu curæ Animarum, & Sacramentorum Adminiſtrationis a Juriſdictione Epiſcopi immunis non erat, ut pandunt verba donationis controverſæ Eccleſiæ factæ Monaſterio de anno 1163., confirmatæ poſtmodum ab Epiſcopo Succeſſore de anno 1171., adeoque applicari indubitanter videbatur Theorica per ſcribentes pro Epiſcopo docte exornata, quod nimirum ubi Eccleſiæ unitæ ſubjective, ſeu quovis modo a Regularium Monaſteriis dependentes ante *Concilii* publicationem quoad Populum, & Curam, omnimodam Juriſdictionem non erant ſortitæ, *Concilium* nihil innovaverat, Juraque Epiſcopalia minime lædere profeſſum erat, ideoque eas Jure Ordinario viſitare etiam impoſterum Epiſcopi valerent, non ſic autem ubi ante Concilium eædem Eccleſiæ Immunes etiam quoad Animarum Curam ab Epiſcoporum Juriſdictione extitiſſent, hoc enim caſu Epiſcopi ſolam delegatam Juriſdictionem vigore memorati Concilii explicare valerent, ut perpendens ver-
7 ba ſupradicti *Sacri Concilii* docent *Pagnan. in Cap. Cum Dilectus num.* 41., *&* 42. *de Religioſ. Domibus*, ubi conformes Sacræ Congregationis Concilii reſolutiones refert, *& Card. de Luca de Juriſdict. diſcur.* 10. *n.* 5., *& diſcur.* 12. *n.* 16., e diſcuſſo formiter Articulo, ac ſuffragantibus omnibus *Dominis* firmaverat *Tribunal. in Deciſionibus* æditis *in Firmana Juriſdictionis ſuper modo viſitandi coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano* impreſſis penes *Proſperum de Territ. ſeparat. in ordin. deciſ.* 10. *n.* 22., *& ſeqq. deciſ.* 13. *n.* 3. *dec.* 14. *n.* 2., *& deciſ.* 15., *&* 17. *per totas*.

Tunc autem ſolum ſubſiſteret propoſitio *in Deciſione R. P. D. mei Cerri ſub §. Conſtabilitu* firmata, quod ſcilicet Juriſdictio Epiſcopi viſitandi Eccleſias exemptas, & perpetuo Monaſteriis ſubjectas non excedere valeat terminos delegatæ, quando Eccleſia Parochialis vigore aut ſubjectionis, aut unionis mutaſſet naturam & qualitatem, & a ſæculari Regularis foret effecta, itaut in ea, vel Regularis obſervantia vigeret, vel curæ Animarum Sacerdos Regu-
8 laris præficeretur, qui tanquam exemptus, correctioni Epiſcopi niſi Jure delegato ſubjici non valeret, ut animadvertit *Pagnan. in Cap. Grave n.* 18. *de Offic. Ordinar. & repetit. in Cap. Nullus n.* 3., *&* 4. *de Paroch.*, *& concordat. Pignatt. in conſul.* 40. *n.* 4. *tom.* 10.

At quando, prout in præſenti, Eccleſiæ Parochiali, non obſtante unione, vel alia ſubjectionis ſpecie, adhuc præficitur Presbyter tantum Sæcularis, tunc eandem Eccleſiam in concernentibus curam Animarum viſitare va-
9 lent Epiſcopi Jure Ordinario, & nativo, ut per *Text. in Cap. unico de Cappell. Monachor.*, *ubique Gloſſ.* tradunt *Abbas n.* 5. *Abb. Lap. n.* 5., *&* 6. *Paſſerin. n.* 2., *&* 4. *Zabarell. in Cap.* 1. *n.* 3. *eodem Titul.*, *& Cap. Paſtoralis nu.* 14 *verſus finem de Donat.*, *ibique Ancharan. nu* 5. *verſic. Verum tamen.* & pleniſſime firmant *prædictæ Deciſiones in Firmana Juriſdictionis ſuper modo viſitandi* penes *Proſperum de Territorio ſeparato Locis ſuperius recenſitis*.

Abſoluto examine primæ, & ſecundæ partis Sententiæ *R. P. D. mei Cerri* confirmatæ, ac reſpective infirmatæ, ſupererat inſpectio tertiæ partis, ſermonem habentis de Viſitatione Seminarii, in qua *Domini* iterum cenſuerunt, quod ad tollenda omnia æquivoca, ac præjudicia, quæ per Epiſcopum allegabantur, iterum declararem, quod ſuperintendentia Abbatis intelligatur una cum Epiſcopo, & Viris ab eo, & Abbate deputandis ad formam fundationis; Nam habita relatione ad fundationem, ſuper qua ſcribentes pro Epiſcopo mordicus inſiſtebant, nullum Epiſcopus allegare valet gravamen, dum nihil ultra contenta in ipſa fundatione valet prætendere.

Et ita &c. utraque &c.

LEODIEN. JURISDICTIONIS SUPER ATTENTATIS.

Lunæ 11. *Martii* 1715.

A R G U M E N T U M.

Omittitur.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio, & attentatorum purgatio ei danda eſt, qui fovet bonum Jus.*

2 *Monaci Regulares ſecluſa Apoſtolica diſpenſatione regimini Clericorum ſæcularium præeſſe nequeunt.*

3 *Epiſcopus poteſt miniſtros jam intruſos abſque ullo attentatorum vitio amovere.*

4 *Bonum Ius tollit vitium attentatorum, & ſpolii.*

D E C I S I O D C C I.

NOn acquieſcens Celſiſſimus Epiſcopus Leodien. geminis ſententiis editis *per R. P. D. meum Scottum* Almæ Urbis Gubernatorem in prima, & ſucceſſive *per R. P. D. meum Cerrum* in ſecunda Inſtantia, in quibus prævia revocatione attentatorum per viam nullitatis, & purgationis Spolii, *Domini* conſtantes decreverant relaxationem mandati de manutenendo Abbatem Inſignis Monaſterii S. Trudonis in ſuperintendentia, Curatione Seminarii, ac Jure deputandi unum ex tribus Viris ad formam fundationis: Aditâ idcirco *Signatura Iuſtitiæ*, novam ſuſpenſivam Commiſſionem *mihi* dirigi obtinuerat, ad cujus normam propoſito hodie dubio — *An ſit procedendum ad legiti.*

Digitized by Google

gitimam executionem mandati de manutenendo etiam quoad attentata Affirmativum in omnibus concordi *Dominorum* ſuffragio reſponſum emanavit.

Subſiſtebat enim adhuc in facto, quod pendente Judicio inter Epiſcopum, & Abbatem ſuper paſſiva exemptione Monaſterii, ejuſque annexorum, Promutor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis privata auctoritate, ac violento imperio ſibi Jus dicens fractis Seminarii portis, & aſportatis Scripturis, Præceptores eiici mandaverat alioſque in eorum locum, inaudito in cunctis actibus Abbate, ſubrogaverat; Adeoque cum omnes iſti violenti, ac iniuſti actus peracti videantur, nedum cum læſione Jurium Abbatis, ſed & in odium litis pendentiæ ſuper exemptione Monaſterii, & Eccleſiarum, merito pro revocatione attentatorum ex cauſa nullitatis; & purgatione Spolii, nec non pro manutentio-
1 ne in actibus ſuperius recenſitis, pro quibus bonum Ius Abbatis emicuerat, *Domini* hodie etiam reſpondere debuerint, ut monet, *Rot. in deciſ.* 181. *num.* 2., *& deciſ.* 175. *num.* 1. *coram Emerix Iun., & nuperrime in Gerunden. Beneficii ſuper attentatis* 5. *Febr.* 1714. §. *Docto ſiquidem, cor. R. P. D. meo Scotto.*

Factum hoc inficiari non valebant Defenſores Epiſcopi, ſed illud modificare, ac minuere, violentiaſque excuſatione dignas reddere satagebant, quatuor animadverſiones hodie etiam *Dominis* inſinuante, quarum prima reſidebat in eo, quod Epiſcopus non ejecerat, ſeu deſtituerat Miniſtros capaces de Jure regiminis, ac alioquin legitime inſtitutos, ſed Monacos Regulares, qui ſecluſa Apoſtolica diſpenſatione,
2 regimini Clericorum Sæcularium præeſſe non valebant, in cujus comprobationem aſſerebatur, *Gloſ. in Clem. quia contingit verb. Sæcularibus de Religioſ. Domib. Barboſ. de Iur. Eccleſiaſtic. univerſ. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 39. *Roderic. quæſt. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 81. *Dian. reſolut. moral. par.* 8. *tract.* 5. *reſolut.* 8. *per tot.*, *Modern. Roman. diſcept. Eccleſiaſtic.* 23. *numer.* 1., *& ſeqq.*

Secunda erat, quod Epiſcopus exauctoraverat Miniſtros, qui non erant legitime inſtituti, utpotè deputati a ſolo Abbate, apud quem ex lege quoque Fundationis minima Pars adminiſtrationis, & ſuperintendentiæ Seminarii reſidebat, adeoque conſiderata manifeſta intruſione, de qua conſimiles Miniſtri redarguuntur *ab Abb. in cap. jam dudum nu.* 4. *de Preben. Gomez ad regul. de Triennal. quæſt.* 47. *num.* 2. *Zerol. in prax. par.* 1. *verbo Intruſos num.* 2. *Barboſ. de Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 85., *& ſeqq. Ricc. in prax. reſol.* 223. *in princip.* prætendebant iidem ſcribentes potuiſſe Epiſcopum, apud quem Canonica Inſtitutio reſidebat, ſe reinte-
3 grare, eoſdemque Miniſtros ita intruſos, abſque ullo attentatorum vitio amovere, ut docent *Lancellott. de attentat. par.* 3. *cap.* 22. *num.* 59. *Franceſ. de intruſ. quæſt.* 56. *numer.* 6., *& quæſt.* 57. *num.* 6., *&* 7., *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 149., *& lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 9., *&* 10. *Argel. de legitim. contradict. quæſt.* 15. *art.* 5. *num.* 8.

Tertia excuſatio reponebatur in veritate hodie *per Tribunal* agnita, quod ex præſcripto legis fundamentalis Seminarii poteſtas in ſolo Abbate non reſidebat. ſed principaliter in Epiſcopo, a quo duo Viri Coadminiſtratores deputandi ſunt, & alter tantum ab Abbate, ac propterea manutenendi non erant illi Miniſtri a ſolo Abbate electi, nec ad purgationem attentatorum ſeu Spolii conſtito de bono Iure Epiſcopi proce-
4 di valebat, cum bonum Ius omnia hæc remedia de medio tollat, ut de manutentione tuentur *Menoch. de retinendo poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 685., *Rot. deciſ.* 757. *num.* 10. *coram Cardin. Cerr. deciſ.* 41. *num.* 14. *coram Priol. cum concordan. in Leodien. Paſtoratus, ſeu Vicariæ ſuper attentatis* 6. *Decembris* 1713. §. *Tantoque coram me*, & de attentatis dixerunt *Honded. conſ.* 24. *num.* 70. *lib.* 2., *& in Leodien.* Iuriſdictionis *ſuper attentatis* 15. *Aprilis* 1698. §. *Nec relevat eum ſeqq. coram Reverendiſſimo meo* Molines *Decano*, & denique de ſpolio voluere *Bellamer, conſ.* 2. *num.* 14., & in terminis *in Elboren. Officii* 19. *Decembris* 1631. §. *Præcipue coram Queippo*, & punctualiter *in prædicta Leodien. Juriſdictionis ſuper attentatis* §. *fin. coram Reverendiſſimo* Decano, *&* 4. *Ferbruarii* 1699. §. *Ex his coram Eminentiſſimo Priolo.*

Quarta demum oriri dicebatur a vigilantia Epiſcopi, qui pati non poterat, quod in adminiſtratione Seminarii continuarent Monaci illi, qui unitim cum Abbate conſpicua Capitalia ejuſdem Loci Pii uſque ad ſummam Flor. 60000. diſſipaſſe aſſerebantur.

Verum unico verbo omnes iſtæ excuſationes diluebantur, quod nimirum vel debuerat Epiſcopus expectare oracula *noſtri Tribunalis* in definitione Litis, quæ jam erat ſuper paſſiva exemptione, & ſuper eodem Seminario introducta, vel quatenus Munaci forent culpabiles, eoſque removendos eſſe dijudicaſſet, vocare debuiſſet Abbatem, ad quem, ſicuti ſpectat Coadminiſtratio Seminarii, & unius Miniſtri deputatio, ita & illius amotio ab eodem profluere debebat, nunquam vero Abbate inaudito, & privata auctoritate ſibi Epiſcopus Ius dicere valuerat; adeoque ſi male ſe geſſit amovendu Miniſtros non requiſito Abbatis conſilio hæc ſane remotio privato Imperio, & ſpoliative facta venit purganda, & pro effectu purgationis Abbas ad ſua Iura reſtituendus eſt, Miniſtrique attentate remoti ab Epiſcopo veniunt in eorum exercitio reponendi ad formam *Deciſionis R. P. D. mei Cerri ſuper bono Jure in* §. *finali* Poſtmodum vero parte ſollicitudinis ejuſdem vigilantiſſimi Epiſcopi erunt, curandi propriis, & legalibus remediis ſcandalorum, ſi quæ ſunt, remotionem, meliuſque ejuſdem Seminarii gubernium, de quo hodie conquæri-

tur-

Google

tur promovere, illudque ad ſtatum, & ordinem in fundatione præſcriptum redigere. Et ita &c. Utraque &c.

LEODIEN. IURISDICTIONIS SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 15. Martii 1715.

ARGUMENTUM.

Omittitur.

SUMMARIUM.

Num. unic. *Manutentio in actibus Iuriſdictionalibus eſt pediſſequa boni Iuris.*

DECISIO DCCII.

MAnutentionem in hiſce Juriſdictionalibus, aliiſque conſimilibus Materiis fore pediſſequam boni Iuris, tradunt poſt *Text. in cap. Cum Perſonæ de Privileg. in 6. Poſth. de manutent. obſerv. 45. num. 8., & ſeqq., Rota coram Cavaler. dec. 193. nu. 1., & coram Roxas dec. 211. nu. 4., in Romana Iuris legendi ſuper manutentione* 16. *Maii* 1698. *in principio coram bon. mem. Muto, in Colonien., ſeu Eſſendien. Officii Coquinæ majoris ſuper manutentione diei primæ Decembris* 1713. §. 1., *& in Romana Jurium Parochialium* 27. *Iunii* 1714. §. *Literalis utraque coram Me*, & utraque Pars admittebat, ideoque etiam ſuper dubio hodiernam manutentionem concernente *Domini procedendum eſſe ad legitimam executionem mandati de manutenendo juxta modum* tamen, unanimi ſuffragio reſponderunt.

Ratio autem, & inſimul modus erant, quod ſicuti reſpectu exemptionis paſſivæ Inſignis Monaſterii S. Trudonis, & Eccleſia eidem annexæ Ius clarum Abbatis effulgere viſum fuerat in propoſitione in antecedenti Rota ſuper bono Jure habita, & reſpectu Viſitationis Eccleſiæ Parochialis in concernentibus Curam Animarum Juriſdictio Epiſcopi declarata fuerat ordinaria, & nativa, non autem delegata, ut liquebat ex mea *Deciſione ſub die* 11. *menſis currentis emanata*; ita manutentio tanquam ad tramites ejuſdem Boni Juris faventis Abbati, & reſpective Epiſcopo regulanda utrique, etiam reſpective in ſuis actibus decerneretur, Utraque &c.

TUSCULANA CAPPELLANIÆ.

Veneris 15. Martii 1715.

ARGUMEMTUM.

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Beneficii adjudicatio debita eſt ei qui ab omnibus Patronis eſt unice præſentatus.*

2 *Ille præferendus eſt qui fuit a Fundatore vocatus ad Beneficium.*

3 *Vocatio Teſtatoris ad unum filium reſtricta ad alios illius filios extendenda non eſt.*

3 *Proviſio quando Ordinariis devolvitur valent ea vice Beneficium conferre, ſed tenetur leges in Fundatione preſcriptas ſervare.*

Quod facit etiam Summus Pontifex, qui nunquam irrogat prejudicium Perſonis in fundatione paſſive vocatis nn. 5.

6 *Qualibet proviſio ſemper intelligitur facta prout de Iure, & eo modo ſuſtinetur, quo de jure fieri debet.*

7 *Ordinarius an, & quo caſu teneatur expectare, ut requirere qualificatos, quibus incumbit cura petendi Beneficium.*

8 *Ex propria culpa nemo reportare debet commodum.*

9 *In Turno ſublato primo locus in ſequenti gradu aperitur.*

DECISIO DCCIII.

IN iiſdem Tabulis, in quibus de anno 1679. pro ultima vice datum fuerat Petro de Magiſtris de bonis ſuis diſponere, tres erigi, ſuiſque ſumptibus dotari Eccleſiaſticas Cappellanias in Eccleſia Patrum Scholarum Piarum mandaverat ſub ea lege, ut non prius facultas nominandi Cappellanos relicta pro una voce iiſdem Patribus, & pro altera Conſervatori Civitatis ad effectum deduceretur, quam conſumptæ eſſent per turnum omnes illæ nominationes perſonarum, quas ordine ſucceſſivo inſtituendas Teſtator ipſe voluerat, videlicet poſt Paulum Criſpum, Joſephum Butium, & Ioannem Bernardinum de Blancis, quos in primos Cappellanos deſignaverat -- *Habbino da ſuccedere ordine ſucceſſivo, ſecondo che per ſcala da me ſono nominati l' infraſcritti, cioè Bernardino Butii, Gio: Pavolo Manna, il Sig. Pietro Galloppi &c., Pavolo Antonio Ferri &c., un figlio del Sig. Pietro Arigoni, un figlio del Sig. Giuſeppe Buttii, un figlio del Sig. Giulio Pelli, & un figlio, che naſcerà da Maria, e Fauſtina Butii* (ſunt verba ipſa a Teſtatore prolata) quibus omnibus conſumptis fieret tandem locus nominationi Patrum, & Conſervatoris, non tamen effrenatæ, ac omnino liberæ, ſed -- *Con queſta conditione però, che li ſoggetti da nominarſi, voglio, che ſiano del mio ſangue, e più proſſimi al mio Parentato &c., ordinando, che da queſta elezzione reſtino ſempre eſcluſi li foraſtiere &c.*, ut ipſe Teſtator proſequebatur.

Cum autem per obitum Pauli Antonii Ferri vacaſſet de anno 1712. altera ex memoratis Cappellanis, ac ad eam, ſub ſuppoſito, quod

 nul.

nullus alius de deſignatis a Teſtatore inſtituen-
dus amplius ſupereſſet, unanimi Patronorum,
nempe Patrum, & Conſervatoris voce nomi-
natus extitiſſet Andreas Butius, huius inſtitu-
tioni ſe oppoſuerat illico Ioannes Auguſtinus
Pellius uti filius Iulii, ac ſub prætextu certæ,
& expreſſæ nominationis de eo factæ a Teſtato-
re ibi -- *Un figlio del Sig. Giulio Pelli*, inſtitu-
tionem petierat, unde quæſtione ad Pro-Vica-
rium Generalem Tuſculanum delata, prodie-
rat tandem ſententia Cappellaniam Joanni Au-
guſtino adiudicans; a qua eum provocaſſet An-
dreas, mihique Commiſſionem dirigi curaſſet
propoſito idcirco hodie conſueto dubio, *An*
nempe, & cui ſit adjudicanda Cappellania eam
Domini adjudicandam eſſe Andreæ Butio iure-
merito cenſuerunt.

Docebant enim, ſe unice a Patronis omni-
bus præſentatum, adeoque ei tantum Beneficii
1 adjudicatio omni iure debita videbatur, ut mo-
net *Rot. in* Marſican. *Beneficii* 1. *Februarii* 1709.
§. *Illi enim coram R.P.D. meo Falconerio*, *in Ca-*
merinen. Beneficiatus 10. *Maii* 1709. §. 1. *coram*
Rmo Dno meo Molines Decano, & in Civitatis
Caſtelli Canonicatus 12. *Martii* 1714. §. *Ratio*
fuit coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gu-
bernatore.

Et quamvis Ioannes, ſe uti filium Iulii Pelli,
ac idcirco expreſſe per Teſtatorem vocatum
2 præferendum fore contenderet quibuſcumque
aliis per Patronos nominatis juxta *Text. in cap.*
ſi poſtquam 13., *& cap. dudum* 14. *cap. cum in*
Eccleſia 25. *de prabend. in* 6. *in l. ſi unum in Fa-*
milia §. 1. *ubi Doctores ff. de legat.* 2., quos in
propoſito refert, & ſequitur *Rot. in Barchino-*
nen. Beneficii 2. Decembris 1701., *&* 24. *Mar-*
tii 1702. *coram bon. mem. Card.* Caprara *in* Mel-
phiten. Cappellaniæ 4. *Julii* 1698. §. *Quapropter*,
& in Corduben. Cappellaniæ 26. Martii 1696.
§. 1. *in fine*, *necnon in Toralen*. *Beneficii* 25. *Iunii*
ejuſdem anni coram Muto.

Nihilominus animadvertebant DD., quod
jus illud paſſivum unius ex filii Iulii Pelli con-
ſumptum, ac evacuatum remanſerat uſque
de anno 1709.. quo Franciſcus Xaverius alter
ex filiis ſæpedicti Iulii unam ex memoratis Cap-
pellaniis fuerat iam aſſequutus, unde ceſſave-
rat obligatio alium inſtituendi, cum in unum
3 tantum ex dictis filiis vocatis Teſtatoris directa
fuerit, adeoque ad alios filios non extendenda
ex regula *Text. in l. boves* §. *Hoc ſermone ff. de*
verb. ſignific. Cravett. *conſ.* 161. *nu.* 9. *verſ. non*
obſtat, *& conſ.* 180. *nu.* 2. *in fin. & num.* 3. *Rot.*
cor. ſa. me. Gregorio dec. 433. *nu.* 7. *& coram*
Vbald. dec. 325. *nu.* 7. *ac coram Penia dec.* 1066.
nu. 3.

Sentiebant quidem reſponſionis efficaciam,
ac veritatem Scribentes pro Joanne Auguſtino,
ſed eam declinare, ſe poſſe blandiebantur,
proponendo DD. animadverſionem in facto,
quod turnus tunc filio Iulii competens conſum-
ptus quidem dici ad ſummum valuiſſet, quo-
ties Franciſcus Xaverius ejus Frater aſſequutus
fuiſſet aliam Cappellaniam ex Iudicio, ſeu di-
ſpoſitione Fundatoris, ſed cum eam inſtitutio-
nem recognoverit a gratia Eminentiſs. Epiſco-
pi Tuſculani, qui eidem collationem, tam-
quam de devoluto largitus fuerat, attento
lapſu 15. menſium, quo eadem Cappellania
vacaverat, nemine umquam ex vocatis com-
parente, ſeu pro inſtitutione inſtante, ac id-
circo illa proviſio ex jure diverſo, ſeu ex di-
verſa cauſa profluerit, dici propterea nequeat
conſumptum ius illud, quod a ſola diſpoſitione
Teſtatoris derivare dedebat.

Verumnullius penitus relevantiæ viſa extitit
illa reflexio; Non latebat enim eoſdem *Domi-*
nos illa iuris cenſura, qua cavetur, quod ubi
Juſpatronatus paſſivum certo perſonarum ge-
neri relictum ſit, quamvis ad Ordinarios ali-
quando proviſio devolvatur, valent equidem
ea vice iure devoluto Beneficium illud confer-
re, ſed tamen tenentur ſervata forma in fun-
4 datione Beneficii præſcripta unum ex paſſive
vocatis inſtituere, ut tradunt *Garz. de Benefic.*
par. 10. *cap.* 3. *nu.* 42. *Caren. reſolut.* 159. *num.* 4.
Rebuff. in prax. benefic. tit. de devolut. nu. 4. *cum*
duobus ſeqq. Lara de anniverſar. & Cappellan.
cap. 10. *nu.* 27. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 24.
nu. 62. *&* 63. *Gonzal. ad regul.* 8. Cancell. *gloſ.*
46. *nu.* 33. . *& Monacell. in formul. for. Eccleſiaſt.*
par. 1. *tit.* 2. *formul.* 10. *nu.* 13.

Quod ipſe etiam met Summus Pontifex ob-
ſervat in Beneficiis ad Sedem Apoſtolicam de-
volutis, nullum unquam præjudicium inferens
5 perſonis in fundatione paſſive vocatis, ut ob-
ſervant *Caſtropal. Oper. Moral. tom.* 2. *tract.* 13.
de benefic. diſput. 2. *punct.* 1. *nu.* 17. *Rot. coram*
Bich. dec. 189. *nu.* 17. *& ſeqq. & in rec. dec.* 321.
nu. 7. *par.* 17. *in d. Barchinonen. Beneficii* 2. *De-*
cembris 1701. §. *Nec attendendum*, *&* 24. *Mar-*
tii 1702. §. 1. *coram cla. me. Card. Caprara. &* 26.
Martii 1703. §. *fin. coram R.P.D. meo Lancetta*,
necnon in Viscen. Beneficii 17. *Februarii* 1713.
§. *Prætereà coram R.P.D. meo Aldrovando*.

Vnde ſi Ordinarius tenetur conferre etiam
in caſu devolutionis Beneficia paſſivè vocatis,
ſi Franciſcus Xaverius talis erat, & Cappella-
niam ab Ordinario fuerat aſſequutus, perne-
ceſſe dicendum eſt Ordinarium legem Teſta-
toris, licet ab eo non expreſſam unice imple-
viſſe, & conſequenter proviſionem illam ab
eiuſdem Fundatoris diſpoſitione emanaſſe, cum
quælibet proviſio ſemper intelligatur facta,
prout de iure, & eo modo ſubſtineatur, quo de
6 iure fieri debebat, ut advertit *Rot. in Alerien.*
Parochialis 28. *Novembris* 1692. §. *Non refra-*
gante coram bo. me. Muto. *&* 27. *Februarii* 1696.
§. *Neque relevat cor. Rmo Dno meo Molines De-*
cano impreſſ. poſt Remocamp. de Coadiutor. dec. 11.
& dec. 12. *utrobique nu.* 6. *& dec.* 1030. *num.* 7.,
necnon dec. 1046. *nu.* 8. *& ſeqq. utraque cor. Eme-*
rix jun.

Inutili remanente Ioannis Auguſtini re-

pli-

plicatione, quod Ordinarius, nec expectare, nec requirere teneatur qualificatos, quibus Beneficia petendi cura incumbit; Quoniam ea procederent ſi ageretur de ſalvanda proviſione ab Ordinario facta in extraneum iure devoluto, ubi nemo ex qualificatis intra ſtatutum terminum non comparuiſſet, qui non eſt caſus noſter, dum comparuerat Franciſcus Xaverius
7 paſſive vocatus, Beneficiumque fuerat aſſequutus, ut dixerit *modern. Roman. in ejus diſcept. Eccleſiaſt. 22. nu. 59.*, & diſtinguit *Rot. in d. Vicen. Beneficii 17. Febr. §. fin. coram R. P. D. meo Aldrovando.*

Alias maximum illud oriretur abſurdum, de quo Scribentes pro Andrea conquerebantur, quod poſſet qualificatus eveniente vocatione ſibi debita Beneficii omittere petitionem Inſtitutionis in termino ad præſentandum dato, eiuſque artificioſe expectata devolutione proviſionem, Iure devoluto reportare, ut ita, non redacta ſubinde ad actum conſumptione eius Turni in alia futura vacatione alterius Beneficii proviſionem ex beneficio Turni, adhuc in eius ſenſu vigentis in fraudem ſucceſſive vocatorum, vel futurorum Patronorum, ut in caſu reportare valeret; Talis enim conſpiratio, ac fraus, ac apertiſſimus dolus commodum illud
8 pareret, quod improbant omnia iura, ne detur occaſio fraudibus, & ſignanter *in l. nec & dolo ff. de dolo, & Rot. in dec. 372. num. 17. par. 18. rec., ac dec. 40. nu. 14., & dec. 229. nu. 8. cor. Benincaſa.*

Minime pariter proficiente, quod de tempore vacationis prædictæ Cappellaniæ, ſcilicet de anno 1707. reperiretur paſſive vocatus Hieronymus Arrigonus prælative ad unum ex filii Julii Pelli, adeoque nulla culpa adſcribi valuerit eidem Franciſco Xaverio, ſi in tempore ad præſtandum indulto, ipſe non comparuerit, ac pro ejuſdem Cappellaniæ adiudicatione inſteterit; Quoniam cum idem Arrigonus ex defectu Clericatus foret incapax, & acquieviſſet, ut in facto verificabatur, ſemper verum erat, quod Turnus eo tempore competebat uni ex filii dicti
9 Julii, ut docet *Card. de Luc. de Iurepatr. diſc. 20. nu. 6.* Cum ſublato primo locus ſequenti in gradu aperiatur, ut proſequitur *Rot. in deciſ. 443. nu. 17. cor. Merlin. dec. 52. nu. 15. inter hactenus impreſſas coram Me, & in Florentina Canonicatus 12. Martii 1706. §. Eo enim ipſo, cor. R. P. D. meo* Lancetta.

Sublato debili nimis Turni præſidio, adhuc ſibi adiudicandam Cappellaniam, de qua agitur, clamabat Jo: Anguſtinus, tamquam de genere Fundatoris prælative ad Andream, qui ſimpliciter Affinis, & Extraneus aſſerebatur, ita mandante littera fundationis ſuperius recenſita, ibi nempe — *Con queſta conditione però, che li Soggetti da nominarſi voglio, che ſiano del mio ſangue, e più proſſimi al mio Parentato &c. ordinando, che da queſta elettione reſtino ſempre eſcluſi li foraſtieri.*

Tom. VI.

Sed inutiliter cum allegatam illam proximioritatem, nullatenus in facto juſtificare valuiſſet; ultra enim, quod idem Io: Auguſtinus minime probaverat eius deſcendentiam ab Amita Fundatoris, niſi per depoſitionem duorum Teſtium; de hoc anno tantum, & pendente per conſequens lite, ac abſque Patris citatione examinatorum, ac teſtari ſatagentium de deſcendentia antiqua ipſis omnino incognita, neque umquam in anteriori inſtantia idem Io: Auguſtinus ſe de Teſtatoris ſanguine facere ſomniaverit, adeoque dictis Teſtibus, nulla penitus fides adhibenda ſit *ex vulgatis*, data (citra ullam tamen veritatem) illa etiam conjunctione, adhuc nullam deducere valebat proximioritatem; Æque enim, & Andreas ſanguine cum Teſtatore conjunctis, imo in gradu proximior apparebat. Huiuſmodi enim conjunctio Andreæ deducebatur ex eo, quod ipſe eſt filius Ioſephi, qui fuerat filius Franciſci Butii, dictumque Franciſcum, ipſemet Fundator in Conſanguineum agnoverat, eum quodam legato in teſtamento honorando; Et licet eumdem pro Affine nuncupaſſet, palpabilis tamen in nuncupatione error detegebatur, nec veritatem obnubilare valebat, quæ erat, quod Joſeph Pater Andreæ foret Conſanguineus Fundatoris.

Quo denique Andreas haberet ſolam Patronorum nominationem, ut ei obiiciebatur, non vero doceret de eius acceptatione, & præſentatione coram Ordinario peracta, ex facto penitus in Reſponſione Andreæ dilucidato diluebatur, dum & acceptatio, & præſentatio pleniſſime juſtificabatur.

Et ita &c. utraque &c.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEVERIS SUPER MELIORAMENTIS.

Lunæ 18. Martii 1715.

ARGUMENTUM.

Omittitur.

SUMMARIUM.

1 *Status antiquus ex quibus remaneat comprobatus.*
2 *Melioratio probatur ex comparatione fructuum ſtatus antiqui cum modernis.*
3 *Tertio Perito eſt omnino credendum.*

DECISIO DCCIV.

Deberi melioramenta in genere bo. me. Bartholomæo de Vecchiarellis ejus expenſis peracta in Tenimento *di Selva Rotonda* evicto per fratres de Severis titulo Aviti fideicommiſſi, ſed ea non fuiſſe apta ad retardandam immiſſionem per eoſdem fratres de Severis uti fi-

deicommiſſarios expetitam, quibus proinde injunctum fuerat onus ſe devinciendi ad eorumdem refectionem ubi liquidatio ſuperveniret, reſponderat *Tribunal. coram Me*: lo cujus reſervationis ſequelam electis hinc inde Peritis, & ob eorum diſcordiam ex ordine *Dominorum* deputatio *Tertio*, ac eidem præſcripta norma in liquidatione ſervanda, ut ex *deciſione* per *me* pariter edita ſub die 15. *Aprilis anni* 1712., ejuſdem relatione hodie ſuperventa, *A Dominis* requiſivi -- *An, & in qua ſumma ſint eadem melioramenta liquidanda*, prodiitque reſponſum -- *Melioramenta eſſe liquidanda pro nunc in ſcut. 625., & in reliquis eligatur novus Peritus*.

Fundamentum reſolutionis præbuerat ipſa Tertii Periti relatio, qui Commiſſas ſibi partes diligentiſſime implens, antiquum prius Tenutæ ſtatum recognoverat inſpecto Venditionis Inſtrumento, perluſtratis Cataſtri Libris, eorumdemque Partitis, ac examinatis formiter Teſtibus, firmaveratque antiquum valorem extitiſſe ſcutorum 4207. qui etiam comprobatus remanebat ex antiquo redditu non excedente tunc temporis annua ſcuta 84., ex quibus ob temporis antiquitatem, reique immutationem impedientem ocularem inſpectio-
1 nem, ſatis comprobatum remanere antiquum ſtatum, firmant *Pacion. de locat. cap. 34. §. 4. n. 41., & 47. Maſcard. de probat. concluſ. 1037. num. 13., Rot. Lucen. inter recollectas per Palmdee ſ. 222. num. 19. tom. 3. Rot. coram Coccin. deciſ. 826. num. primo deciſ. 232. nu. 1., & ſeqq. par. 15. recen. deciſ. 209. num. 2. & ſeqq. coram Emerix Jun. deciſ. 703. numer. primo, & ſeqq. part. 18.*

Subinde ad præſentis quoque ſtatus indaginem deſcendens, prævia oculari inſpectione, ſolertique examine cuncta perluſtrando, initis diligenter Calculis compererat hodiernum ſtatum aſcendere ad ſummam ſcut. 9010., liquidatis etiam annuis fructibus hodie percipi conſuetis in ſcutis 180., itaut ſive antiquus valor cum moderno, ſive antiqui fructus cum hodiernis comparentur, melioratio ultra di-
2 midium undequaque innegabilis videretur, quam ex his recte deduci monet *Rot. in Romana Fornacis ſuper Melioramentis* 15. *Decembris* 1702. §. *Cæterum coram Me*.

Comprobato autem, firmoque Judicio conſtabilita in tam notabili ſumma melioratione, partes ejuſdem Periti fuerant inquirere qua, & quanta impenſa opus fuerit memorato Bartholomæo pro redigendis iiſdem Terris ad ſtatum illum, qui duplicatos, & ultra fructus reddere valuiſſet, perluſtranſque Aggeres in extrema Tenimenti parte elevatos ad effectum impediendi, ne ab aquis defluentibus e ſuperioribus Civitatis Terris ſubmergeretur, ac neceſſariam eorumdem manutentionem obſervans plures foveas inibi excavatas, ad hoc ut exdem Terræ per aquarum ſtagnantium defluxum ex ſiccarentur, ac numerans Arbores, & vites ae uovo per eumdem Bartholomæum plaoſtatas in ſitu olim paludoſo, & aquoſo, ſed ejus opera ad culturam redacto, has expenſas tamquam omnino certas, & liquidas taxaverat in ſcutis 645. 52., quas omnes expenſas (excepta ſumma ſcutorum 20. pro cuſtodia Arborum, donec excreſcere valuiſſent, ad quam in Territorio Reatino ſoli Coloni, obligantur) *Domini* approbantes tamquam omnino neceſſarias pro habendo valoris hujuſmodi incremento, bonificandas idcirco in ſumma ſcutorum 625. cenſuerunt, cum ex Judicio Tertii Periti liquida omnino apparue-
3 rint, tui propterea deferendum eſſe paſſim monet *Rot., & ſignanter in deciſ. 305. num. 7. part. 16., deciſ. 14. num. 9., & ſeqq. part. 18. recent.*, & alibi frequenter.

Non attenta reſponſione DD. fratrum de Severis quod iſtæ expenſæ nullatenus ab ipſis ſint reſiciendæ, eo quia de præſenti amplius dicta opera non extent, quoniam cum iſta melioramenta pretioſiorem reddiderint Tenutam, illam expurgando ab aquis per annos 16., antequam ſervitus Foveæ Magnæ per Civitatem Reatis acquireretur itaut ſine talibus expenſis tot, tantoſque fructus reddere hodie non valeret, nil refert ſi eadem opera hodie fortaſſe omnia non inſpiciantur.

Quoniam vero ultra prædictam ſummam, quæ uti liquida, nulla inerat *Dominis* dubitatio quin eſſet omnino reficienda, alteram etiam claſſem Peritus conſtituerat melioramentorum per ipſum non liquidatorum, quæ procedere poterant tum ex Arborum extirpatione, cum certum foret, quod antiquitus adeſſent inibi Terræ Nemoroſæ, hodie tamquam ad culturam redactæ non amplius exiſtentes, tum in expenſis excavationis Foveæ Magnæ producendis aquis derivantibus a Bonis Communitatis Reatinæ in Flumen Velinum, *Domini* rejecta omnino prætenſione Bartholomæi pro expenſis hujuſmodi Foveæ, eum occaſione eorumdem expenſarum recepiſſet a prædicta Civitate Reatis ſcuta 3000., de quibus in altera contemporanea mea deciſione ſermo habetur, quoad alteram Arborum extirpationem, ſeu nemoris deſtructionem cum in hac inſpectione nil certi retulerit Tertius ille Peritus, *Domini* idcirco alterius Periti electionem demandarunt.

Utraque &c.

FIRMANA MANUTENTIONIS.

Veneris 5. Aprilis 1715.

ARGUMENTUM.

Renunciatio emiſſa a Puella in Monaſterio degente favore Patris an, & quando dicatur nulla, læſiva, & metu reverentiali a Patre extorta.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius poſſidere cenſetur pro Domino.*

2 *Fideicommiſſarius capere tenetur poſſeſſionem de manu heredis, nec aliter capta eſt manutenibilis.*

3 *Primam poſſeſſionem allegare quis nequit, a qua ante facto proprio ceciderat, & non amplius ſe poſſidere faſſus fuerat.*

4 *Renunciatio infecta ex deficientia cauſæ læſiva, ac vi, metuque extorta eſt nulla, neque ullam parit favore renunciatarii manutentionem.*

5 *Dos ſi conſtituta ſit ex propriis renunciantis bonis nunquam d. dos validam efficere poteſt renunciationem.*

Sed quid dicendum ſi dos fuerit congrua, ſeu ſi dotatio ſequatur de bonis actu mulieri renunciauti non delatis, ſed in ſpe tantum competentibus num. 6.

7 *Datio contemplationis agnationis in renunciationem appoſita apta non eſt validare renunciationem nullam jam, & irritam.*

8 *Sub nomine heredum, ac ſucceſſorum quorumcumque veniunt etiam quicumque extranei.*

9 *Agnationis conſervatio nequiquam in extraneis verificatur.*

10 *Metus reverentialis, ac violentia probatur ex proteſtatione emiſſa a filia paterno juſſu in monaſterio retenta.*

11 *Læſio renunciationis arguitur ſi in correſpectivitatem pinguis patrimonii renunciati, nihil renunciauti datum fuerit.*

DECISIO DCCV.

IN Supremo Elogio ſcripſerat Democritus Mercenarius ſibi hæredem nniverſalem Camillam ex Leandro Mazzagallo Sororis filio proneptem; interdicta eidem Patri perceptione uſusfructus, quem expreſſe ad ejuſdem Camillæ diſpoſitionem reliquerat; Pro quorum omnium ſecuriori implemento plenariam Teſtamenti exequutionem Rmo pro tempore Firmano Archiepiſcopo delegaverat.

Vita poſtmodum functo Democrito, Vicarius Capitularis, vacante Archiepiſcopali Eccleſia, mediante perſona Promotoris Fiſcalis, poſſeſſionem nniverſæ hæreditatis nomini præfatæ Camillæ tunc ex Leandri Patris imperio in Monaſterio degentis ſub *die* 9. *Maii anni* 1710. nactus fuerat, in quam tamen cum præcedenter nempe *ſub die* 26. *Aprilis* ejuſdem anni ſe intruſiſſet Leander vigore cujuſdam fideicommiſſi per Camillum Mercenarium Patrem Democriti Camillæ Auctoris conditi, agnita nihilominus per eumdem Leandrum ſuæ poſſeſſionis nullitate, ac inſubſiſtentia, poſt peractum a Vicario Capitulari legitimum diſtinctumque Inventarium omnium bonorum in hæreditate Democriti repertorum, præſente, & aſſiſtente eodem Leandro per ſolemnem iſte ſtipulationem declaraverat penes ſe retinere titulo veri, & effectivi Depoſiti omnia, & ſingula bona, in eodem Inventario deſcripta, *conſervanda ad commodum, & diſpoſitionem ejuſdem Camillæ filiæ, & ſub obligatione ad omne mandatum ejuſdem Vicarii Capitularis, ſeu cujuslibet in Officio ſucceſſoris conſignandi cui fuerit demandatum.*

Nubilem ſucceſſive ætatem ingreſſa Camilla, concluſiſque cum Priore Zuccono Sponſalibus Leander conſtituta in capitulis Matrimonialibus dote ſcutorum 8000., per ipſum Democritum in ejus Teſtamento taxata, ibi — *Conſtituiſco, & aſſegno di detta mia Eredità, e facoltà allo Spoſo, e Marito per dota, & in nome di Dote ſolamente ſc.8000. il rimanente ſij e reſti libero, & aſſoluto, e ne ſij aſſoluta Padrona*, obligationem ulterius tam a Priore Sponſo, quam a Ioanne Baptiſta ejus Genitore extorſerat, conſentiendi, ac in ſolutum ſe obligandi -- *per qualſivoglia renunzia, e Donazione irrevocabile generale, generaliſſima di tutti, e ſingoli Beni Aviti, Paterni, Materni &c., e di tutti, e ſingoli Beni del fù Signor Democrito Mercenarij ſuo Zio* (ideſt Camillæ) *che atteſa la ſopradetta Conſtitutione di Dota detta Signora Camilla doverà con le dovute ſolennità fare, a favore di detto Signor Leandro ſuoi Eredi, e ſucceſſori &c.*, quam ſubinde renunciationem, ſeu donationem Camilla in Monaſterio tamquam in Carcere degens, ut Sponſum aſſequi valeret, licet invita, & reluctanti animo emittere debuerat, prævia tamen ſolemni, & inſimul ſecreta proteſtatione per eandem coram Notario, & confidentibus Teſtibus emiſſa in qua declaraverat ſe coacte, metuque reverentiali tantummodo eam violenter impellente ad prætenſam a Parte renunciationem deventuram fore, animo tamen omnia bona ſibi a Democrito relicta integre, & abſque ulla diminutione non obſtante quacumque renunciatione nulliter, & indebite per ejus Patrem extorquenda ſuo tempore aſſequendi.

Cum autem celebratis Nuptiis, ſuſceptaque legitima Prole Camilla paſſæ violentiæ memor in longius tempus actionem pro impetranda manutentione, & quatenus opus foret reintegrationem ad Bona Democriti nulliter, & adeo læſive renunciata, non amplius diferre opportunum cenſuerit, impetrata proinde a Sanctiſſimo Commiſſione, eaque ad me directa, ad ejuſdem normam dubium hodie Dominis meis definiendum propoſuit — *An, & cui ſit danda manutentio, & quatenus opus D. Camillæ reintegratio*, *prodijtque reſponſum* — *dandam eſſe manutentionem Camillæ.*

Ex prænarrata enim facti ſerie plene juſtificata ſatis, emicuerat valida, juſta, & titulata poſſeſſio per Vicarium Capitularem nomine Camillæ apprehenſa, & quod magis urget ab ipſo etiam Leandro Patre approbata, ac rati habita occaſione ſuſceptæ adminiſtrationis bo-

no-

Digitized by Google

norum, de quibus agitur, quæ titulo veri, ac realis Depoſiti nomine Camillæ reinere, ſeque paratum ad omne mandatum Judicis reſtituere devinxerat, unde non datum erat Leandro, non aliter quam Depoſitarii nomine poſſidenti, quæſtionem manutentionis refricare adverſus Camillam Dominam, pro qua tan-
1 tum poſſidere cenſebatur, ut tradunt *Bald in leg. poſt Dotem num. 15. ff. ſolut. Matrimon., Pariſ. conſil 78. num. 46. lib. primo, Poſtb. de manut. obſerv. 52. num. 25., Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 70. n. 45., Rot. dec. 3. n. 3. cor. ſan. mem. Alex. VIII. in rec. dec. 241. num. 5. part. 19., & in Romana, ſeu Tuſcanen. manutentionis 21. Februarii 1710. §. Et ſine ulla coram R. P. D. meo Criſpo.*

Nec in illius concurſu ad effectum ſimplicis etiam manutentionis in ſummariiſſimo poſſeſſorio diiudicandæ, attendi merebatur anterior poſſeſſio a Leandro appræhenſa vigore fideicommiſſorum Nicolai Senioris, ac Camilli Patris Democriti, ea etenim tamquam nulliter omnino capta ſapiebat potius actum turbativum, ac violentum ſpecimenque ſpolii redolebat, ſive quia citata non fuerat Camilla vera, & Teſtamentaria hæres Democriti ultimi poſſeſſoris, ſive quia, ubi aliquam dubietatem fideicommiſſa ſive ratione durationis, ſive purificationis, ſive identitatis Bonorum, aut ex cauſa detractionum involuerent, ſemper poſ-
2 ſeſſio a fideicommiſſario prætenſa de manu hæredis eſt capienda nec illa aliter capta eſt ullo modo manutenibilis, ut per *Caſtrenſ. in leg. reſtitutâ 37. numer. 3. ff. ad Trebellian., Roland. conſil. 78. nu. 14., Peregr. de artic. 47. nu. 64., Rot. coram Greg. deciſ. 260. num. 5. cum concordan. in Amerina prætenſi fideicommiſſi 26. Ianij 1697. §. Non obſtat coram bon. mem. Muto in Reatina Donationis: & fideicommiſſi ſuper manutentione 1709. §. Non obſtant coram R. P. D. meo Falconerio, & individualiter in Sabinen., ſeu Florentina Immiſſionis 20. Aprilis 1714. coram me.*

Signanter autem quoad fideicommiſſum Nicolai nulla dabatur probatio identitatis Bonorum, quod nempe hujuſmodi bona in hæreditate Democriti reperta ab eodem Nicolao antiquiore fideicommittente derivarent, cum hanc certitudinem Inſtrumentum diviſionis inter primos hæredes initæ nullatenus præſeferre videretur; Rurſuſque de purificatione, & progreſſa perpetuo ejuſdem fideicommiſſi inquirendum adhuc fuiſſet; Quo vero ad alterum Camilli fideicommiſſum illud ſuper ſola medietate Bonorum verſari ad ſummam valebat, cum altera medietas ad Pompeum ejuſdem Camilli fratrem pertinerèt, cujus hæres extiterat Democritus Camillæ Auctor, & ulterius illam Camilli medietatem detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, ac Dotis Pantaſilcæ Matris abſorbere penitus videbantur quando ſola dubietas competentiæ ſimilium detractionum ad hodiernum effectum favore Camillæ exuberaſſet.

Cujus ſuæ poſſeſſionis vitium, ac nullitatem agnoſcens ipſemet Leander, aſſenſum propterea accomodaverat poſſeſſioni per Vicarium Capitularem Firmanum nomine Camillæ, & ſi poſterius captæ, induendo nomen ſimplicis Depoſitarii, & Adminiſtratoris, ac palmarem declarationem emittendo, quod cuncta bona in Inventario deſcripta non ſuo, ſed ejuſdem Camillæ nomen retineret, itaut primam illam poſſeſſionem (præſcindendo etiam ab evidentiſſima nullitate, de qua ſupra) allegare amplius non valuiſſet, poſtquam ab ea facto proprio ce-
3 ciderat, & ſe amplius non poſſidere vel nulliter per antea poſſediſſe tacite falſus fuerat, ut adducta *Gloſſ. in leg. ſi aliquam rem ff. de acquir. poſſ. ff. ibique Bart. num. 3. Caſtrenſ. numer. 11.* obſervant, *Riminal l. Sen. conſil. 94. num. 9., Pacion. de Locat., & conduct. cap. 11. num. 23. Card. de Luc. de Teſtament. diſcurſ. 36. num. 4., Menoch. de recuperand. remed. 15. num. 45. & ſequent. Poſth. de Manut. obſervant. 57. a num. 2., & ſequent., Gratian. diſcept. forenſ. 503. num. 27., Rota in recent. deciſ. 71. num. primo, & 2. par. 11. deciſ. 28. num. primo coram Jacob., Emerix, & dec. 184. num. primo, ac dec. 222. num. 4. coram bon. mem. Benicaſa.*

Sublato autem præſidio primæ poſſeſſionis ita nulliter, ac ſpoliative per Leandrum, ſecuto illico Democriti obitu appræhenſæ, ſub quo manutentionem hodie aſſequi conabatur nullius pariter momenti ad ejuſdem conſequutionem apparuerat ſubſequens poſſeſſio quam continuaſſe, vel mutato titulo poſſidenti de novo acquiſiviſſe clamabat ex titulo renunciationis, & donationis ab eadem Camilla filia illius nuptiarum occaſione extortæ. Tot ſiquidem tantiſque ſubſtantialibus nullitatibus laboraſſe eadem renunciatio emicuerat, ut tamquam in radice omnino infecta, ac vitiata, ſive ex defectu cauſæ, ſive metus ac violentiæ, ſive leſionis enormiſſimæ, nec renunciantem
4 ſua poſſeſſione privare valuerit, nec per conſequens ullum penitus manutentionis fructum favore Renunciatarii parere valuerit, ut circa primam propoſitionem videre eſt apud *Rot. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. deciſ. 166. num. 11., & in Faventina fidaicommiſſi, & transactionis 5. Maij 1713. §. Data ex hactenus dictis coram R. P. D. meo Scotto*, & de metu ac læſione enormiſſima tuentur *Onded. in conſil. 23. ſub. nu. 7.* cum concordandum quos refert, & ſequitur eadem; *Rot. in Bononien., ſeu Imolen. bonorum ſuper bono Jure 10. Junij 1693. §. Reſolutionem coram bon. mem. Urſino in Romana, ſeu Firmana Succeſſionis 28. Februarij 1695. §. Non obſtat coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano, & 16. Jannarij 1696. §. Nec dicta Sententiæ coram Eminentiſſimo Priolo, ac in Callien. Bonorum 26. Aprilis 1697. §. fin. coram Rmo dell' Olmo.*

Exordiendo etenim ab intrinſeco defectu

cau-

cauſæ, irritationem renunciationis, procul dubio cauſante, ille clariſſime emicuerat; Pro unica enim præcipua, & finali cauſa memoratæ renunciationis, atque donationis, tam Originaliter in capitulis Matrimonialibus conventæ inter ipſum Leandrum ac Sponſum, quam poſtmodum per ipſam Camillam ſolemniter expletæ, recenſebatur congruitas, & condecentia datis ſcutorum 8000. ab eodem Leandro Patre promiſſæ, ſicuti tam ipſa Capitula, quam renunciationis Inſtrumentum pandebant. Cum autem Dos illa a Patris peculio, ſeu ab ejus bonis propriis non proficiſceretur, ſed perſolvenda foret ex bonis hæreditarii Domocriti jam effectis propriis eiuſdem Camillæ vigore aditæ illius hæreditatis prout ex iiſdem bonis expreſſe etiam promiſſa dignoſcebantur ibi — *De beni del quondam Signor Democrito Mercenarii Zio di detta Signora Camilla, del quale la medema ne è herede Teſtamentaria* ineptior ſane, & magis ridicula cauſa proauctoranda renunciatione prædicta allegari minime valebat, indubitati enim Juris eſt, quod ubi Dos ex propriis ipſius renunciantis bonis conſtituatur ſcilicet, iam eidem quæſitis, ac delatis, & non in ſpe tantum, dos illa nullam pariat cauſam, quæ renunciationem iuſtificare, validamque efficere apta ſit, ſi vere favore Patris, aut Matris, ſive fratris, aut alterius conjunctæ emiſſa ſit, ut conſtans eſt noſtri *Tribunalis* opinio de qua ſignanter videre eſt in *deciſ.* 226. *num.* 16. *part.* 17. *confirmat in deciſ.* 338. *ſub n.* 23. *verſic. accedebat his omnibus eadem par.* 17. *recent. in Firmana Immiſſionis* 8. *Martii* 1703. §. *Nec petitam in fin. cum ſequent.*, & *in illius confirmativa* 27. *Iunii ejuſdem anni* §. *Ratio ita decidendi coram Reverendiſſimo Priolo*, & *in Camerinen. Immiſſionis* 27. *Iunii* 1710. §. *Quando quidem coram R. P. D. meo Lancetta*, & nuper articulo formiter diſcuſſo, ac in fortioribus terminis *in Faventina fideicommiſſi, ſeu Tranſactionis* 5. *Maii* 1713. §. *defectus autem cauſa coram R. P. D. meo Scotto*, & *in eadem* 19. *Ianuarii* 1714. §. *Reſpectu vere Dotis cum duobus ſequent. coram R. P. D. meo Criſpo, iterumque pariter in ea ſecunda Iulii ejuſdem anni* 1714. §. *Et quidem primum cum ſeqq. coram memorato R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Cadente tantum quæſtione, utrum cauſa ſufficiens renunciationis eſſe valeat congruitas Dotis, cum qua Mulier Viro digno nubet, non curato ad de bonis propriis ipſius renunciantis, vel de alienis dotatio contingat, ubi Dos promittatur, ſeu dotatio ſequatur de bonis actu Mulieri non delatis, ſed in ſpe tantum compe-
6 tentibus, quæque interea de proprio Renunciatarius perſolverit, ut videre eſt apud *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 147., & *declarando firmatu per Card. de Luc. ſub tit. de renunciat. diſcurſ.* 5. *num.* 10., & *diſc.* 14. *nu.* 5. & *ſeqq. deſtingnit. Rot. in Firmana Immiſſionis* 27. *Junii* 1703. §. *Ratio ita decidendi cor. Emo Priolo.*

Abſque eo quod ad eamdem renunciationem ſuſtinendam allegari valeret altera Colorata Cauſa contemplationis Agnationis per viam cauſæ augumentativæ in eodem Inſtrumento expoſita quoniam evidentiſſime liquebat votum dictæ Agnationis fuiſſe nudum, ac ſimplicem colorem perſonandi actum adeo doluſum, & irritum adeoque nullatenus ſufficiens ad præbendum juſtum titulum hujuſmodi renunciationi tam improbæ, ac tam malis artibus procuratæ, ut præciſe animadvertit *Rota coram Emerix Sen. in deciſ.* 90. *num.* 6. *in recent. deciſ.* 338. *n.* 17. *part.* 17. & *in dicta Faventina fideicommiſſi*, & *Tranſactionis* 5. *Maii* 1713. §. *Eoque minus cum ſequent. coram R. P. D. meo Scotto*, & 19. *Februarii* 1714. §. *Statutaria hæc diſpoſitio cor. R. P. D. meo Criſpo*, ubi cæteri concordantes.

Id ipſum enim ſuadebant etiam ipſa met Capitula Matrimonialia ſolam Dotem taxative relata, tum ſtipulatio ejuſdem renuntiationis facta *favore Leandri ſuorumque heredum, ac Succeſſorum quorumcumque* ſub quorum appellatione
8 cum veniant quicumque extranea, ut ponderat *Rot. in d. deciſ.* 90. *nu.* 7. *cor. Emer. S. n.* dabatur propterea intelligi evidentiſſime, quod cauſa illa Agnationis nullatenus ſubſiſtentis, nec conſervandæ per extraneos tamquam manifeſte,
9 colorata ad partes erat ponenda, ut concludit *prædicta dec.* 90. *num.* 8., & 7. *cor. Emerix Sen.*, & punctualiter *altera dec.* 338. *num.* 18. *par.* 17. *recent.*, & in prælaudatis *Faventina fideicomm.* & *Tranſactionis* 5. *Maii* 1713. §. *Eoque minus coram R. P. D. meo Scotto*, & 19. *Januarii* 1714. §. *Statutaria hæc coram R. P. D. meo Criſpo.*

Metum autem, ac violentiam non minus clare concludere videbatur proteſtatio per eandem Camillam emiſſa coram Notario, & Teſtibus tempore, quo intra ſepta Monaſterii Pa-
10 terno iuſſu mancipata adhuc reperiebatur ut tradunt *Menoch. de arbitr. conſil.* 395. *num.* 40., & *de præſumption. lib.* 4. *præſumption.* 11. *nu.* 7., *Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 2. *artic.* 5. *nu.* 23., *Hermoſill. ad* Lopez. *gloſſ.* 1. *leg.* 56. *tit.* 5. *nu.* 94., *Rot. dec.* 859. *nu.* 4. *coram Seraphin. deciſ.* 46. *nu.* 12., & 13. *cor. Merlin.*, & *dec.* 274. *nu.* 3. *par.* 8. *ac dec.* 279. *nu.* 7. *par.* 18. *rec.*

Minime attentis iis, quæ vel circa clandeſtinitatem, & nullitatem dictæ proteſtationis, vel impoſſibilitatem, quod potuerit expleri allegabantur per Leandrum, quoniam de veritate actus ſolemne Teſtimonium perhibebant Notarius, duoque Teſtes Sacerdotes, ad eumdem actum ſpecialiter adhibiti, & medio Juramento de eo Deponentes, & pro remotione cuiuſcumque dubietatis eadem proteſtatio legebatur in qualibet folio ſubſcripta ab ipſa met Camilla, clandeſtinitatem vero requirebat natura ipſa actus, & neceſſitas ne ad notitiam Patris inhiantis ad eiuſdem hæreditatis occupationem talis proteſtatio deveniret, quæ Matrimonii celebrationem procul dubio impedire valuiſſet.

Le-

Læſio demum enormiſſima plene convincebatur ex eo quod nullum, vel minimum obulum datum, nec minus promiſſum Camillæ extiterat in compenſationem, ſeu reſpectivitatem nedum tam pinguis Patrimonii jam ad eamdem Camillam delati, plenoque Jure jam acquiſiti, ſed, & cæterorum omniumbonorum tum Paternorum, tum Maternorum ſub ea renunciatione eſpreſſe cadentium in quibus partim ſpem radicatam de præterito habebat,
11 & partim Jus conſiderabile de futuro, & bene arguit *Rota in ſuperius enunciatis deciſionibus Bononien., ſeu Imolen. Bonorum ſuper bono Iure 10. Iunij 1693. §. Reſolutionem cor. bon. me. Urſino, in Romana, ſeu Firmana ſucceſſionis 28. Februarij 1695. §. Non obſtat coram Rmo D. meo Decano Callien. Bonorum 26. Aprilis 1697. §. fin. coram Rma dell' Olmo*, & alibi paſſim.

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CURTIS SUPER RESERVATIS.

Lunæ 13. Maii 1715.

ARGUMENTUM.

Loca montium licet reſpectu Principis habeant fixam eſtimationem ſc. 100. pro quolibet, inter privatos tamen ratione commercii variantur, & plerumque augentur ac minuuntur Multiplicum non factum ab herede, tenetur iſte omnia damna reficere.

SUMMARIUM.

1 *Multiplicum facere negligens tenetur defectum emendare pro annua importantia ejuſdem multiplici neglecti.*

2 *Valor locorum montium licet reſpectu Principis ſit fixus in* ſc. 100. *pro quolibet inter privatos tamen habita ratione commercii variatur, & plerumque augeatur* & nom. ſeqq.

4 *Onus quando cenſeatur appoſitum in ſpecie, ſive in quantitate.*

5 *Dos quando conſtituta cenſeatur in ſpecie, ſive in funda, ſive potius in quantitate.*

6 *Loca montium baronalia raro aſcendunt ad* ſc. 100. *ſed inferiori pretio venduntur.*

Et quæ dicantur Baronalia, non Cammeralia num. 7.

8 *Summopere confert ad explicationem mentis teſtantis, quod de proximo heres practicaverit, vel declaraverit.*

9 *Factum, & confeſſio heredis omnem tollit dubietatem Potiſſimum ſi addatur authoritativa interpretatio executoris teſtamentarii ibidem* n. 10.

DECISIO DCCVI.

DUbium, quod præ cæteris, quæ inter has Partes agitata extitere, propoſitum fuerat ſub die 25. Ianuarii proximi præteriti, illud erat -- *Verum Hieronymo concedenda foret Immiſſio ad Domum Turris Speculorum ſubrogatam pro multiplico, vel potius pro intranti pretio ejuſdem Domus, ac pro complemento ejuſdem multiplici tradenda forent ſcuta biſcentum annua, vel potius duo loca Montium annua* -- Sed cum tunc capta dumtaxat fuerit reſolutio favore ejuſdem Hieronymi in prima parte circa Domum, ex quo *Domini* concordes eo tempore non apparuerunt ſuper ſecunda locorum Montium, neceſſe idcirco habui hanc ipſam ſecundam partem novæ trutinæ ſubjicere, quamobrem hodie diſpuncto rurſus ab eiſdem negotio, tandem convenerunt *tradenda eſſe duo loca, non vero prænominata ſcuta biſcentum.*

Diſcrimen in eo conſiſtebat, quod ſi ad normam intentionis Camilli Fideicommittentis erant annuatim eroganda pro multiplico ſcuta ſolum biſcentum, ad nihil ultra tenebatur D. Dux, aliique fratres de Caffarellis veluti cauſam habentes a bon. mem. D. Joanna Baptiſta, quam edocere obſtringeretur præfata ſcuta biſcentum erogaſſe in idem demandatum multiplicum, alias ſolummodo compellerentur defectum emendare pro importantia annua prædictorum ſcutorum biſcentum, uti fert quælibet
1 obligatio de multiplicando alteri impoſita ex traditis per *Rot. in Romana Fideicommiſſi de Avila 2. Maii 1698. §. Iterum coram bon. mem. Pio, & coram clar. mem. Card. Caprara ſub die 9. Decembris 1701. §. Prætermiſſa, & in eadem ſuper reſervatis 15. Maii 1711. §. Et ſane coram R. P. D. meo Lancetta.*

Quoties autem hujuſmodi obligatio reſpiciat in ſpecie duo annua loca Montium, neceſſarium erat attingere eamdem correſpondentem quantitatem valoris eorumdem locorum Montium, qui licet in ſe ſemper reſpectu Principis ſit fixus in ſcutis centum pro quolibet loco, inter privatos tamen habita reflexione commercii variatur, & plerumque ad majo-
2 rem ſummam conſcendit, & augetur ſecundum ea quæ in propoſito connotantur *Cenc. de Cenſ. quæſt. 72. num. 17., & ſeqq.*, *Cyriac. contr. 170. num. 13., Salgad. Labirinth. Credit. part. 1. cap. 13. num. 36., & ſeqq., & cap. 27. num. 8., Card. de Luc. de regal. diſc. 122. n. 3. Conſtantin. ad Statut. Urb. tom. 1. in fin. ubi de loc. Mont. ſect. 4. num. 175., & ſeqq., Rot. deciſ. 4. num. 175., & ſeqq., Rot. deciſ. 17. num. 1. coram Cavaler., deciſ. 193. num. 1. coram Manzanedo, deciſ. 19. part. 13. recent.*

Perpendendo itaque intentionem ejuſdem Camilli, ſatis explicatam per verba, ſeu Teſtamenti, quæ ita ſe habebant, *quod hæreditas tranſire debeat in* D. *Joannam Baptiſtam de Curtis, cum conditione tamen, quod nubat juxta voluntatem inſtituti, emat duo loca Montium non vacabilium pro multiplico, quod nupta illius primus maſculus vivens ſuccedat poſt obitum ſubſtitutus in hæreditatis uſufructu, firmo tamen remanente*

Digitized by Google

te multiplico pręfatorum ſcutorum 220., ut in *Summario Hieronymi præfati diei* 25. *Januarii num.* 1. Proindeque cum palam perſpecta littera, eſſent emenda duo loca Montium in ſpecie, conſequi videbatur Camillum voluiſſe præſtari illam ſpeciem, quæ principaliter erat in obligatione, & ſi ſucceſſiva quoque expreſſio ſcutorum centum pro quolibet loco appoſita legeretur, id enim intelligebatur demonſtrative ex quo de ſui natura, reſpectu Principis tanti valebant, quamvis in ſe ratione publici commercii in dies variarentur, cum eadem loca Montium, paſſim ex hujuſmodi cauſa minui
3 vel augeri contingat ex firmatis per *Rot. deciſ.* 282. *num.* 17. *part.* 9. *recent.*, *Card. de Luc. de Credit. diſc.* 148. *num.* 6., *de donationib. diſc.* 52. *num.* 5., *& de Regalib. diſc.* 33. *num.* 53.

Abſque eo, quod adverſarentur alia ſubſequentia verba -- *Firmo tamen remanente multiplico prædictorum ſcutorum biſceatum* -- reincidebat enim eadem reſponſio, quod hæc verba nunquam cenſeri poterant appoſita ad variandam, ſeu immutandam obligationem hæredis de ſpecie ad quantitatem, quæ fuerat volita, & infixa hæredi; Aſt tantumodo expreſſa ad deſignandum intrinſecum valorem, vel etiam quia forte tunc temporis non excedebat valor locorum Montium ipſum prætium ſcutorum
4 centum quoad ſe a Principe ſtabilitum, per ea quæ in propoſito diſpoſitionis incipientis a bonere diſcretive a caſu, in quo incipiat a quantitate, ait *Moneta de commut. ult. voluat. cap.* 5. *vol. ult. num.* 571., *& ſeqq.*, & habetur quotidie firmatum in materia dotis conſtitutæ in ſpecie,
5 ſive in fundo, ſive potius in quantitate, ut videre eſt penes *Rot. deciſ.* 792. *num.* 9. *coram Merlin.*, *Adden. ad Burratt. deciſ.* 573. *n.* 16., *Adden. ad Pamphil. deciſ.* 2. *num.* 20., *& deciſ.* 396. *num.* 8. *part.* 14. *recent.*, *& in Romana Immiſſionis* 4. *Iulii* 1704. §. *Quoniam coram Reverendiſſimo Epiſcopo Labacen.*, & in non abſimilibus terminis legati, tradunt *Surd. conſil.* 319. *num.* 15., *Pignatrell. conſult.* 110. *n.* 11. *tom.* 2., *Paſqualig. de Sacrific. nova leg. tom.* 2. *quæſt.* 1026. *num.* 2., *Gvzman. de evict. quæſt.* 30. *num.* 22., *Card. de Luca de Legat. diſc.* 12. *num.* 16., *Rot. deciſ.* 165. *num.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*, *& in Romana Legatorum* 8. *Iunii* 1705. §. *Quo vero coram R. P. D. meo Lancetta.*

Minuſve ad præmiſſorum deſtructionem admitti poterat intellectus, quod forte Camillus aciem mentis direxerit ad Loca Montium Baronalia, quę regulariter non excedunt importantiam ſcutorum centum pro quolibet loco, prout ipſe quandoque vivens praticaſſe aſſerebatur; Ultro enim, quod objectum hoc retorquebatur, dum Loca Montium Baronalia raro aſcendunt ad præmiſſa ſcuta centum, ſed infe-
6 riori pretio verſantur, & quotidiana demonſtrant exempla, & advertit *Card. de Luc. de Locis Mont. non vacab. cap.* 4. *num.* 13. *in fin.*, *& de regalib. diſc.* 30. *num.* 16., *Conſtantin. loc. max cit. art. primo Sect. n.* 27., *&* 33. attamen idem Teſtator ad ſubmovendam hujuſmodi poſſibilem interprætationem, continuando ſermonem de eiſdem inveſtimentis ſub §. *Et quia* ejus Teſtamenti ſubjunxit -- *eorum pratia inveſtiri debere in ſtabilibus Locis Montium non vacabilibus non tamen cum particularibus Perſonis Baronis, vel Principibus* -- quamvis namque litteraliter non dixerit, vel excluſerit Loca Montium Baronalia, nihilominus, dum loca Montium acquiri prohibuit a Baronibus, per æquipollens pluſquam clare id ſignificaverat, cum etſi Barones nequeant de per ſe erigere conſimilia Loca Montium, adhuc mediante auctoritates Barones cenſentur veri debitores eorumdem Locorum Montium, & de eis diſponunt, & ob id hujuſmodi Loca ad differentiam aliorum Prin-
7 cipis nuncupantur Baronalia non Cameralia, quemadmodum plenius oſtendit *Card. de Luca ſupracitato tract. de Loc. Mont. non vacab. cap.* 1. *num.* 20. *cum ſeqq.*

Litteræ Teſtamentariæ Camilli ſucceſſit quatenus oporteret optima interpræs obſervantia hæredis, nempe D. Duciſſæ; Illa ſiquidem nubendo Duci Io: Petro Caſſarello eidem inter cætera onera explicata in capitulis matrimonialibus, & explenda ex præcepto ejuſdem Camilli; impoſuit iſtud emendi Loca Montium annuatim, nullamque mentionem fecit de quantitate ibi -- *la compra de due Luoghi de Monti non vacabili ogn' anno per il multiplico Summario hodierno Num.* 2. Summopere quippe confert ad expli-
8 cationem mentis Teſtamentis, quod de proximo hæres practicaverit, vel declaraverit *Text. in leg. nuda* 14. *verſ. ſed ſi alimenta ff. de alim. at. & ub. leg. Socin. ſen. conſ.* 6. *num.* 2. *lib. primo*, *Rot. deciſ.* 170. *num.* 14. *par.* 2. *recent. deciſ.* 118. *num.* 13. *coram Emerix jun. deciſ.* 26. *coram Ottobon. num.* 15., *& in Romana Legatorum* 8. *Iunii* 1705. §. *Sed etiam coram R. P. D. meo Lancetta, & in Lucana Fideicommiſſi prima Iulii* 1709. §. *Sed nihilominus coram Illuſtriſſimo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Certius, quia occaſione explendi multiplicum neglectum, & idcirco ſubrogandi quamdam Domum Turris Speculorum in Inſtrumento ejuſdem ſubrogationis vigore Pontificii Chirographi exaratę, eadem D. Duciſſa confeſſa eſt non fuiſſe implectum ab ejus Viro hujuſmodi onus negligendo emere duo Loca Montium annua, ideoque ſe ſe debitricem expreſſit per ſpatium duodecim annorum, non in eadem correſpondenti quantitate ſcutorum nempe
9 2400., ſed 24. Locorum Montium; Unde ſemper evidentius factum, & confeſſio hæredis omnem adimebat anſam hæſitandi, ut ait *Decian. reſponſ. prime num.* 311. *vol. primo*, *Mantic. de conjectur. lib. primo tit.* 1. *n.* 28., *Andreol. contr.* 254. *num.* 65., *Card. de Luc. credit. diſc.* 148. *num.* 8. *verſ. & quinto*, *Rot. deciſ.* 226. *nu.* 12. *par.* 16., *& deciſ.* 111. *nu.* 3. *coram Card. Celſ.*,

& deciſ. 571. parte 19. recent. numero 11.

Neque duplicata hæc agnitio deſtituebatur robore interpretationis judicialis; exequutor ſiquidem Brevis, ſive Chirographi Apoſtolici in ipſa Sententia deſuper lata innixus apparet electioni, & æſtimatione Periti ad hunc præciſum finem æſtimandi valorem pro tempore decurrentem Locorum Montium, ut liquet ex verbis ejuſdem Sententiç, ut ibi -- *Viſa Peritia D. Anbucci in actis data, & viſa fide Pierantonii ſuper valore Locorum Montium &c., ut ex Summario præſenti Num. 4.* — Ac propterea dum privatæ ejuſdem Partis confeſſioni, ſuperacceſſit authoritativa interpretatio executoris quoad eamdem ſpeciem Locorum Montium, denegari non poterat, quod hæc foret juſta veritas,

10 & intentio Camilli multiplicium præcipientis juxta in propoſito firmata per *Text. in leg. baredem ff. de regul. Iur., & §. primo authent. de jureeiv. a merieu præſt., & in leg. ſi Titia cum Teſtamenta §. Ea conditione ff. de leg. 2., Iun. in cap. Imperialem num.* 11. ibique etiam *Afflict. n. 77. de probib. feud. alienan. per Federic., Rot. inter meus uſque adhuc in Vrbe impreſſ. deciſ. 97. n. 24., & coram Ottbobon. deciſ. 175. num. 9. & ſequentibus.*

Et ita hac particulari inſpectione bis examinata, hoc fuit reſſolutum utraque Parte informante.

ROMANA, SEU CIVITATIS PLEBIS PECUNIARIA.

Lunç 3. Iunii 1715.

ARGUMENTUM.

Solutionis annuæ præſtationis præſumptio ex quibus excludatur.

SVMMARIUM.

1 *Signatura Juſtitiæ reſcribendo cum clauſula* S. Q. E. *canonizzat facultatem agendi via executiva.*

2 *Suſcipiens obligationem retinendi pecunias ad effectum reſtituendi prioribus, & potioribus, illarum reſtitutionem favore creditorum anteriorum detrectare nequit.*

3 *Simplex error calculi aptus non eſt ad irritandum mandatum, quoties debitor paſſus non eſt exceſſivam executionem, ſed ſubſtinetur mandatum pro ſumma vere debita.*

4 *Ceſſionarius repræſentat Perſonam cedentis, omniaque jura, & actiones illi competentes exercere poteſt,* & nu. 8.

5 *Teſtator ponendo relictum in claſſe debitorum ab herede ſolvendorum implicite fatetur nunquam prius d. legatum ſoluiſſe.*

6 *Præſumptio ſolutionis ex quibus excludatur.*

7 *Solutio tanquam quid facti requirit univocas, & ſtringentes conjecturas, maxime in contrarium ſtante publico inſtrumento.*

9 *Debitum ſi in ſe quis accollavit non poteſt amplius in præjudicium ceſſionarii ſolvere cedenti ſub pœna iteratæ ſolutionis.*

10 *Summus Pontifex præjudicare nunquam ſolet anterioritati, & Juribus Tertio jam quæſitis.*

DECISIO DCCVII.

Pliſſima, & Nobilis Matrona Eleonora Vrſina Vxor Alexandri Ducis Sfortiæ ſedulo incumbens fundationi Monaſterii Monialium S. Claræ Ordiois Cappuccinarum in Oppido S. Floræ reportavit a ſan. mem. Paulo V. gratiam erectionis eiuſdem Monaſterii, ſub ea tamen lege, quod eadem Ducilla ſupplicans aſſignaret Monaſterio erigendo annua ſc. 3000. pro manutentione duodecim Monialium, adimplevitque Pontificiam hanc determinationem, aſſignando ſcut. 250. de propriis redditibus, & & pro ſumma reſiduali ſc. 50. ceſſit tot fructus dotales ex illis a Duce Alexandro ſibi ſolvendis atque pro majori Monialium indemnitate voluit, quod eveniente caſu reſtitutionis reſidui Dotis, in eodem actu inveſtirentur ſcut. mille favore Monaſterii, quatenus tutum in promptu eſſet reinveſtimentum, alias deponi juſſit in Sac. Monte Pietatis Vrbis ad hoc, ut illa reinveſtirentur in locis Montium, vel ſtabilibus poſitis in Territorio S. Floræ, aut ubilibet arbitrio ſemper Monialium, illorumque Adminiſtratorum cui quidem obligationi non ſolum acceſſit Dux Alexander, ſed per publicum, & ſeparatum Inſtrumentum exburſare promiſit præfata ſc. 50. annua, & ulterius ſe obligavit, quando contingeret reſtitutio Dotis, deponere ſcut. mille in faciem Monaſterii, ut demandatum adimpleri potuiſſet Inveſtimentum, alias ad omnia damna, & intereſſe.

Haud attentis præfatis geminis, & eque claris obligationibus, Moniales nec ſcut. mille in ſorte, nec annua ſcut. 50. conſequi valuerunt, dum abhorrentes ingratitudinis notam nuſquam iudicialiter moleſtare tentarunt Duciſſam donantem, aut Ducem eius Virum, donec videntes demum de anno 1692. univerſa bona Domus Sfortiæ mole Creditorum prægravata, & ſub effectivo concurſu jacentia, coactæ fuerunt inſtare pro conſecutione huiuſce relicti coram cl. mem. tunc A.C. Tauruſio, & ab eo reportarunt adverſus bona tam Duciſſæ, quam Ducis mandatum executivum pro ſc. mille inveſtiendis, & non inveſtitis, & pro ſc. 4000. pro annualitatibus non ſolutis.

Verum licet creditum Monialium, juxta gradnatoriam eſſet anterius credito Defendii, aliorumque Fratrum de Vecchis, & authorum Duciſſæ Strozziæ, iſti ad earum excluſionem ſatisfacti remanſerunt in tot locis Montium emptis ex pretio retracto a feudo Vallis Montaneæ, & Lugnani, facta tamen conſueta obligatione reſtituendi prioribus, & potioribus.

Re-

Reſtaurato tamen Judicio per Moniales, obtentoque ab Illuſtriſſimo D. Theſaurariu tanquam Præfecto Congregationis Baronum decreto pru translatione tut locurum Montium ex illis poſſeſſis per antefatam Duciſſam Strozziam correſpondentibus earum creditu; A.C. coram quo controverſia pendebat, prius per Decretum, & ſucceſſive per ſententiam mandavit procedi ad ulteriora in executione mandati; Cumque Signatura Iuſtitiæ reſcripſerit *ſi quid exequendum* Dubium, quod in Audientia diei 14. Ianuarii definiri non potuit ob ſuffragiorum diſcordiam: nimirum *an mandatum A. C. ſit exequendum* -- hodie iterumque DD. meis propoſui, & reſponſum habui -- *exequendum eſſe juxta modum*, de quo infra.

Pro eu enim, quod attinet ad validitatem, nil faceſſebat, quod Moniales nimis ſerotine poſt ſpatium nempe 60. annorum in arenam deſcenderint via executiva. Quoniam ultra alias reſponſiones, quæ poterant adaptari contra prætenſam præſcriptionem viæ executivæ, ſatis fuit perpendere, quod plena Signatura Iuſtitiæ noſtro Auditurio cauſam hanc delegavit cum clauſula - *ſi quid exequendum* -- Quu circa canonizaſſe videtur facultatem agendi executi-
1 ve, unde de ea diſſerendum amplius non eſt, quotidie firmatis *per Rot. coram Seraphin. deciſion.* 1412.*nu.*2., *& coram Emerix Iun.dec.*1097. *nu.*7., *& dec.*1148. *num.final.*, *& coram Beninceſa dec.* 83. *num.* 1. *& in Peruſina Affictus* 20. *Martii* 1699. §. *Primo coram R̃mo Decano, & in Aſculana Legati* 3. *Februarii* 1702. §. *Validitas cor. bon. mem. Pio, & in Civitatis Vetulæ Tranſactionis* 28. *Aprilis* 1704. §. *Et ſi coram me, & in Romana Status Zagaroli* 27. *Martii* 1705. §. *Ex quibus coram bon. mem. Muto*. Addito quod Domina Duciſſa Strozziam retinet controverſa loca Montium ſub præciſa, & clara obligatione illa reſtituendi prioribus, & potioribus, & idcirco illorum promptam, & para-
2 tam reſtitutionem favore Creditorum anteriorum detrectare non poteſt, ut dixit *Rot. coram Emerix Jun. dec.* 1148. *num. fin.*, *& in Romana Status Zagaroli* 10. *Decembris* 1703. §. *fin. cor. bon. mem. Muto*.

Inanis pariter erat altera prætenſa nullitas in eo fundata, quod nempe A. C. relaxaverit mandatum pro ſc. 5000. quando annualitates inexactæ non excedebant ſc. 3250., quæ cum ſcut. mille inveſtiendis æquabant ſcut. 4250., & non 5000. Quandoquidem ſimplex error in calculando aptus non eſt ad irritandum mandatum, quoties res eſt in ſui eſſe, nec adhuc Debitor paſſus fuit exceſſivam executionem, quo
3 caſu ad evitandus inutiles circuitus ſubſtinetur pro ſumma vere debita ex connotatis *per Poſtb. de ſubbaſt. inſpect.* 50. *nu.* 105. *Rot. poſt eumdem dec.*86. *nu.*8., *& ſeqq. coram Bich. dec.*560. *ſub nu.*21. *cor. Duran. dec.*388. *nu.* 4. *in rec. dec.* 40. *nu.*10. *par.* 16. *dec.* 481. *nu.* 10., *&* 11. *pa.* 19. *tom.* 2., *& in Romana Cenſus* 4. *Martii* 1697. §. *Nec porro cor. R̃mo D. Molines, & in Romana Cenſus* 5. *Maii* 1710. §. *Quo vero cor. R.P.D. meo Paleoverio*.

Quu vero Juſtitiam mandati, anterioritas Monaſterii obumbrari non valuit ex prætenſione per eamdem Duciſſam excitata, quod ſcilicet eius creditum originem traheret a die 12. Iunii 1626., & creditum e converſu Cappuccinarum ab eodem quidem annu, ſed a die 11. Julii, ſub qua Dux Alexander ſe obligavit; Nam quotieſcumque Moniales non veniunt ex perſona propria, ſed tanquam ceſſionariæ Duciſſæ Eleonore Creditricis ſuæ Dotis anterioritatem deſumunt, non a die obligationis Ducis Alexandri, ſed a die, & antiquiſſimo tempore conſtitutionis ejuſdem Dotis; Cum Ceſſionarius repræſentet perſonam cedentis, omniaque
4 Iura, & actiones illi competentes exercere poſſit ad tradita *per Bald. in l. Emptor in princ. Cod. de hæred. vel action. vend. Rot. in Mantiſſ. ad Card. de Luc. deciſ.* 22. *num.* 21. *lib.* 5., *& deciſ.* 4. *nu.* 2. *lib.* 8. *tom.* 3., *& in Peruſina Cambii* 21. *Iunii* 1709. §. *Quin coram Me, Maceraten. Prælationis* 23. *Iunii* 1710. §. *Hac. itaque pariter coram me*.

Abſque eo quod ſubſiſtat hujuſce crediti ſolutionem ſecutam fuiſſe vivente eadem Duciſſa donatrice, ut ipſam declaraſſe prætendebatur occaſione, qua in ſuo ultimo elogiu enarrando debita, quæ ſolvi debebant ab ejus Herede inquit -- *Item al V. Monaſtero di S. Chiara da me eretto nella Terra di S. Fiora per le Monache Cappuccine, voglio che ſubito ſi conſegnino li ſcudi mille, che altre volte ho applicato e meſſi a frutto per dd. Monache, come appaiſce per Iſtromento* -- Ex hoc namque loquendi modo inferri potius videbatur ſolutionem, ſive effectivam aſſignationem ſecutam minime fuiſſe, dum Duciſſa ponendo hujuſmodi relictum in claſſe Debitorum ab Hæredibus extinguendorum, ſatis aperte demonſtrabat, & implicite fatebatur, controverſa loca Montium tantummodu deſtinaſſe, ſed non adhuc actu conſignaſſe Monialibus per
5 ea, quæ ponderarunt *Paulut. diſſert.* 41. *nu.* 43. *Gob. conſult.* 74. *nu.* 34., *& ſeqq. Rot. cor. Buratt. dec.*754.*n.*4.

Talique veritati aſſiſtunt, & non reſiſtunt illa verba -- *che altre volte ho applicati, e meſſi a frutta per dd. Monache, come appariſce per Iſtromento* -- cum tale quid optime verificetur in illo primordiali Inſtrumento aſſignationis, in quo a Duciſſa applicata vere, & realiter extiterunt ſcut. mille, & tanti fructus exburſandi in ſc. 50. annuis per Ducem Alexandrum, propterea enunciata verba diverſam aſſignationem non important, nec ad aliud inveſtimentum referibilia ſunt, quam ad illud conventum in ca-
6 ſu reſtitutionis Dotis, quod hæredibus adimplendum injungebat, & effectuatum adhuc non docetur, *Rot. cor. Emerix Iun. dec.* 1163. *nu.*7. *&* 8., *& in rec. deciſ.* 27. *num.* 1., *&* 2. *par.*10. *& apud Conſtan. deciſ.* 102. *num.* 23. Maxime quia

Digitized by Google

quia ſi res diverſimode ſe haberet, difficile non eſſet aſſerre vel Inſtrumentum aſſignationis vel partitas extractas ex publicis libris Secretariæ Montium, vel aliquod ſimile concludens documentum, ut advertit *Rota poſt Merlin. de pignor. dec. 23. n. 9. & 10., & poſt Coſtant. ad ſtat. Vrb. dec. 173. n. 9., & ſeq.*

Quin præſumptionem ſolutionis confovere poſſet lapſus temporis effluxi antequam Moniales legatariæ inſtarent pro legati conſecutione; Nam in iſta hypotheſi nil magis veriſimile, quam quod Moniales Cappuccinæ libenter maluerint inexactum relinquere proprium Creditum, antequam inquietarent, & pulſarent Duciſſam, & Ducem earum Benefactores de tempore, quam jam ad inopiam vergebant; Magiſque veriſimile reddebatur, quod poſtquam efformatus fuerat concurſus, & ceſſaverat juſtus ille grati anni ſtimulus erga fundatricem, eædem Moniales Creditorum phalange perterritæ imparibus viribus ſatius duxerint, ſe non exponere tanta facilitate diſpendioſiſſimæ liti adverſus Patrimonium tot tantiſque debitis involutum, nec ideo materialis curſus temporis ſecum ferre poteſt præſumptam ſolutionem, quæ de cætero tamquam quid facti requirit univocas, & ſtrin-
7 gentes conjecturas in contrarium, præcipue ſtante publico Inſtrumento, ex animadverſis *per Conci l. allegat. 81. nu. 22. Rot. cor. Ludoviſ. dec. 157. num. 14. & ſeq. & in rec. dec. 79. n. 1. part. 15.*

Ex his igitur conſtabilita exiſtentia crediti Monialium, non juvat recurrere ad retentionem prætenſam ex Iuribus illorum de Vecchis anterioritatem deſumentium a Montiſtis Fiani Creditoribus anni 1606., Montiſtæ namque tranſtulerunt in illos de Vecchis Jura dumtaxat pro ſc. 1250., & e converſo ipſi de Vecchis ſummam longe majorem aſcenden. ad ſc. circiter 50. m. exegerunt, & ſic Duciſſa Strozzia remanet in tuto ſuper aliis locis Montium, nec de cætero valet ex illorum Juribus impedire Monialibus Capuccinis avocationem locorum Montium acquiſitorum tam a de Vecchis, quam ab ipſa cum expreſſo vinculo reſtituendi prioribus, & potioribus, quando præſertim iidem de Vecchis ſe tueri non valuerunt, & ſpoliati remanſerunt a Tovaleis, *ut ex dec. 760. coram Emerix Jun.* Et ſi Moniales tamquam repræſentantes perſonam Duciſſæ Eleonoræ ce-
8 dentis anterioris eſſent, & ipſis Tovaleis, dubio procul avocare poterunt a D. Duciſſa poſſidente ex cauſa poſteriori reſpectu ipſorum de Tovaleis, ut arguit *Carleval. de Iudic. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 7. ſect. 3. nu. 950. Noguerol. alleg. 19. num. 135. Salgad. in labyr. credit. part. 2. cap. 6. num. 55. & ſeqq. Rot. in d. Romana Status Zagaroli 27. Martij 1705. §. Quod autem cor. bon. mem. Muta.*

Indeque vanum erat negare Monialibus actionem competentem contra bona hæreditaria Ducis Alexandri ſub prætextu, quod reſiduum dotale vigore Chirographi Sa: me: Urbano VIII. reſtitutum fuerit diſſoluto Matrimonio Duciſſæ ſuperſtiti. Quemadmodum enim Dux Alexander, poſtquam in ſe accollaverat, & proprium fecerat debitum ſc. mille, illud non poterat
9 amplius in præjudicium Ceſſionarii ſolvere cedenti, niſi ſub pæna iteratæ ſolutionis eſt *Text. in. l. 3. Cod. de novat. Olea de ceſſ. Jur. tit. 6. qu. 11. num. 35., & ſeqq., & tit. 8. par. 2. nu. 19. Vrceol. de Tranſact. quæſt. 31. num. 35. Rot. dec. 134. num. 4. par. 4. tom. 1. rec.*

Ita ſolutio facta ab ejus hæredibus non poterat evellere ab hæreditate ejuſdem Ducis actionem favore Monialium radicatam tam pro ſorte, quam pro fructibus earum crediti ſuper univerſo Patrimonio earum Debitoris *l. qui Hominem §. Si nullo ff. de ſolut. Surd. dec. 229. nu. 1., & ſeqq. Rot. dec. 400. nu. 13., & dec. 674. nu. 7. par. 18. rec., & in maceraten. Cambij 13. Febr. 1705. §. Quapropter coram R. P. D. meo Scotta Almæ Urbis Gubernatore.*

Eoque magis quia per talem Chirographum præſumi non debet, quod Sa: Me: Urbanus VIII. lædere voluerit Jura Monialibus competentia ſuper quota ejuſdem Dotis, cum Summus Pontifex, nuſquam præjudicet anterioritati, & Ju-
10 ribus Tertiis quæſitis, ut aliis fuſo calamo adductis dictum fuit *in Romana Canonum 23. Aprilis 1708. § Addito coram me, & in Romana Dotis de Salviatis 26. Iunij ejuſdem anni pariter coram me.*

Nilque demum officiebat, quod RR. Moniales habentes etiam obligatam Bona Duciſſæ Donatricis teneantur illa prius excutere; Cum planum ſit, licere cuicumque Creditori habenti plures Debitores principaliter obligatos experiri ſuam actionem ubilibet, & contra quemlibet, nullaque ſervata graduatione relinquendo etiam intactum debitorem noviſſimum, & cæteris poſteriorem ut proſequitur *Rot. in d. Romana Canonum 23. Aprilis 1708. §. Addito, & ſeqq. coram me.*

Et in hunc modum deciſum fuit, utraque parte informante.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI BANDI DE BANDIS.

ARGUMENTUM.

Leges in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Qualitas deſcendentalis per lineam fæmininam optime verificatur in filiis deſcendentibus a Nepte Fideicommittentis.*

2 *Deſcendentes a fæmina agnata alicujus familiæ dicantur deſcendere per lineam fæmininam ejuſdem familiæ.*

3 *Dictio* - di eſſa Caſa - *an importet ſolam vocationem*

Digitized by Google

nem deſcendentium maſculorum, non vero fœminarum ejuſdem Domus.

4 *Tota domus, ac deſcendentia quando in tota ſua latitudine accepta, ac contemplata a Teſtatore dicatur.*

5 *Fideicommittens ſi prolem non habeat cenſetur voluiſſe ſua domum perpetuare in ſuis fratribus vocatis.*

6 *Teſtator ſi a deſcendentia heredum inſtitutorum tranſit ad ulteriorem ſubſtitutionem facta relatione ad familiam in genere, dicuntur ſemper ſubſidiarie vocati illi qui ſunt de familia contentiva & præſertim de contentiva proxima.*

7 *Origo domus, ac deſcendentiæ conſideratur ſolum a fideicommittente, quam propriam nuncupavit.*

8 *Præceptum a fideicommittente injunctum aſſumendi cognomen, & inſignia ſuæ Domus importat fideicommiſſariam vocationem non ſolum in deſcendentibus a fœminis per lineam fœmininam a primis vocatis, ſed in aliis quibuscumque deſcendentibus a fœminis de linea contentiva proxima.*

9 *Fœmininæ lineæ ſi ſint inter ſe parificatæ nulla eſt aſſignabilis ratio cur una potius, quam altera ſit admittenda*, & num 10.

DECISIO DCCVIII.

PErpetuam conſervationem ſuorum bonorum in familia, & agnatione Banda exoptans Bandus Comes de Bandis, ſibi ſcripſit hæredem univerſalem Comitem Æneam nepotem ex Ugolino fratre primonatum, cui ſine filiis decedenti ſubſtituit Guidum alterum nepotem, ſive illius filios, & caſu quo Æneas deficeret cum filiis, tunc illos omnes inſtituit, ſuperaddita expreſſa declaratione, *che vuole, che la ſua eredità, e beni ſiano ſottopoſti al fideicommiſſo perpetuo di Caſa Banda, volendo, che tutta la ſua eredità vada da erede in erede nominato, e mancando eſſi, vada ſempre alli più proſſimi Parenti di Caſa Banda.*

Indeque prævidendo deficientiam deſcendentiæ Bandæ per lineam maſculinam, *allora, & in quel caſo chiamo li deſcendenti per linea feminina di eſſa Caſa Banda, cioè li più proſſimi all' ultimo defonto di Caſa Banda per linea maſcolina con il medemo peſo di fideicommiſſo perpetuo, dichiarando eſſo Signor Teſtatore, che vuole, che tutti i ſuoi beni ſi conſervino in Caſa Banda per onore, e ripatazione della ſua famiglia, volendo, & eſpreſſamente comandando, che in caſo, che in d. eredità ſuccedano deſcendenti di eſſo Sig. Teſtatore per linea feminina, che in tal caſo quelli, che ſuccederanno all' eredità ſiano tenuti pigliare il nome, e l' Arme di Caſa Banda.*

Fatis autem functo præfato Bando Diſponente, in ejus hæreditate ſucceſſit Æneas per cujus mortem ſine filiis factus fuit locus ſubſtitutioni Guidi, & ab eo orti fuerunt Malateſta, & Julia Franciſca, in qua ultimo loco defecta, pariter nulla relicta prole, defecit, & terminavit univerſa deſcendentia Banda ex linea maſculina: Quamobrem Eques Scipio de Diotallevis, & Hieronymus de Hippolytis, tamquam deſcendentes a Iulia de Baudis nepote Teſtatoris, petierunt immiſſionem ad bona fideicommiſſaria, poſſeſſa per Galeatium Cimam hæredem ſcriptum memoratæ Juliæ Franciſcæ coram Eminentiſſimo Card. Origo, tunc A. C. Locum tenente, illamque obtinuerunt.

Verum provocante eodem Galeatio, Appellationis Cauſa delegata extitit Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, coram quo redacta Cauſæ inſpectione ad renunciationem antefatæ Juliæ Franciſcæ, & competentiam detractionum, præviis duabus pleniſſimis deciſionibus, prodiit ſententia antecedentis confirmatoria in Tribunali A. C. latæ, quæve poſt alias plures, atque plures deciſiones, coram Eminentiſſ. de la Tremoille, & coram R. P. D. meo Scotto confirmata fuit ſemper in eis præmiſſa, ſemperque ſuppoſita exiſtentia fideicommiſſi, ut ex illarum lectura, & ſignanter ex illa ædita 26. Iunii 1697. coram Reverendiſſimo Molines impreſſ. *in Mantiſſ. ad Card. de Luc. ad mater. de fideic. tom. 3. dec. 77. num. 1.*

Tametſi demum Cauſa hæc in Sac. Tribunali uſque ab anno 1696. exagitata, jam ſolemni re judicata definita remanſerit, arduam illam, quam olim ipſe Galeatius derelinquerat Provinciam, nempe controvertendi fideicommiſſi durationem validiori conatu reaſſumpſit in devolutivo, ad cujus inſtantiam Ego hodie DD. meos Interrogans -- *an conſtet de fideicommiſſo* -- affirmativum reportavi reſponſum.

Exiſtentia ſiquidem fideicommiſſi DD. oculis nitida effulſit; Nam, quoties Teſtator conſiderata annihilatione, ſive omnimoda extinctione deſcendentiæ prædictæ lineæ maſculinæ, invitavit etiam -- *li deſcendenti per linea feminina di eſſa Caſa Banda* -- aliis non exiſtentibus amplius de primo Genere vocatorum, dubium non eſt, quin favore illorum de Diotallevis, & de Hipolytis durare debeat, & duret fideicommiſſum Domus Bandæ, quia iſti deſcendunt a Julia de Bandis nepote Fideicommittentis, & ſic in eis apprime verificatur qualitas deſcendentalis per lineam fœmininam in ſubſidium deſiderata, ex bene animadverſis in præfata deciſio-
1 ne cor. Reverendiſſ. Molines 26. Junii 1697.
impreſſa *in Mantiſſa ad Card. de Luca dec. 77. n. 2. & dec. 654. nu. 10. coram Merlin. & dec. 413. nu. 1. coram Cerro, & in Romana fideicommiſſi 16. Julii 1704. §. Siquidem coram al. mem. Card. Caprara, & in Faventina fideicommiſſi, ſeu primogeniture 14. Junii 1705. §. De validitate coram R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*: Namque deſcendentes a fœmina agnata, ſeu de Domo Banda dicuntur deſcen-
2 dere per lineam fœmininam Domus Bandæ,
ad notata per *Caſtr. in l. marit. 21. n. 5. C. de Prov.*

Curt.

Curt. Iun. conſ. 177. n. 5. & 6., Decian. conſ. 127. n. 11. & 12. lib. 3. Fuſar. de ſubſt. qu. 404. n. 10. Cyriac. contr: 365. n. 28. & ſeq. Rot. dec. 402. nu. 2. par. 2. & dec. 233. n. 5. par. 14. rec. & coram Celſ. dec. 181. nu. 18. & cor. Arguell. dec. 26. num. 4. & ſeqq. & cor. Emer. Iun. decif. 336. num. 6.

Quin ullum objicem faciat durationi hujuſce fideicommiſſi, & in deſcendentibus ejuſdem Juliæ diſcurſus factus ab Informantibus pro Galeatin, nimirum, quod deſcendentia ex linea fœminina Domus Bandæ illa non ſit, nec eſſe valeat, quæ derivat à Julia ſorore Æneæ, & Guidi, ſed illa tantummodo, quæ ſperabatur a fœminis ex eis dum fideicommittens defecta linea maſculina vocavit - *li deſcendenti per linea feminina di eſſa Caſa Banda* -- quaſi quod vigore illius reſtrictivæ dictionis -- *di eſſa*: vocaverit ſolos deſcendentes per lineam fœminam eorumdem Æneæ, & Guidi, nuſquam vero Ju-
3 liæ eorum ſororis ex deductis per *Redenaſc. conſ. 87. n. 3. & 4. lib. 1. Marcian. conſ. 3. nu. 17. tom. 2. Rot. poſt Fuſar. conſ. 170. n. 13. & dec. 406. n. 26. par. 13., & in Maceraten. fideicommiſſi 23. Jan. 1693. §. Cæterum cor. bo: me. Muto.*

Quoniam objectum pugnat de directo cum fine, intentione, & expreſſa voluntate fideicommitentis, qui jam ſatis ſe antecedenter explicaverat declarandu -- *che vuole, che la ſua eredità, e beni ſiano ſottopoſti al fidecommiſſo perpetuo per la Caſa Banda* - Vnde ex hac generali, & ampla declaratione ſatis aperte eruebatur Domum Bandam in mente Diſponentis ſumptam, & conſideratam ſemper fuiſſe in tota ſui latitudine, ſive extenſione, procedente ſaltem
4 ab Ænea ſen. de Bandis ejus patre, ad *Text. in l. pronunciatio §. Item appellantur ff. de verb. ſignif. Altograd. conſ. 95. n. 78. & ſeq. Palm. alleg. 140. & 141. Andreol. conſ. 338. n. 5. & ſeq. Rota in Ferrarien. Primogeniture 8. Martii 1704. §. Nec obſtat coram R. P. D. Lancetta, & in Aquilana Beneſic. 2. Julii 1708. §. Abſque eo quod coram R. P. D. Scotto, & in Firmana Primogenitura ſuper Tranſact. 26. Iulii 1713. §. Quin obiici poſſet coram R. P. D. meo Criſpo.*

Certoque certius animadvertendo, quod Bandus prolem non habebat, nec habuit, & ſic concludere oportet æternam, quam adeo anxie cuncupivit ſuæ Domus conſervationem voluerit effectuari poſſe, non ſolum in linea maſculina, & fœminina Æneæ, & Guidi, ſed illis in univerſum defectis in tuta etiam linea,
5 & deſcendentia Juliæ ejus neptis, ex eodem Vgolino fratre ortum ducentis, ut ſcripſerunt *Cravett. conſ. 656. n. 6. Peregrin. conſ. 47. num. 10. lib. 2. de Marin. quotid. reſol. lib. 1. cap. 132. nu. 5. Card. de Luc. de fideic. diſc. 25. n. 13. Torr. var. tit. 1. q. 15. n. 11. & de primogenit. par. 1. cap. 8. num. 146. Rot. dec. 213. num. 18. par. 9., & in Melfiten. Patrimonii 27. Martii 1708. coram R. P. D. Scotto §. Quod autem, & in Melevitana Iuriſpatronatus 31. Martii ejuſdem anni §. Quod potuerit coram eodem.*

Ponderandu præſertim methodum qua deſcendentes ex fæminis vocavit Teſtator; Nam poſtquam invitaverat antefatos Æneam, & Guidum, eorumque deſcendentes in infinitum ſe convertit, (ut præmiſimus) ad deſcendentes de Domo Banda per lineam fæmininam generice, indefinite, & abſque relatione ad perſonas inſtitutas, quod non parum urgere videtur ad arguendam compræhenſionem deſcendentium, etiam ex fœminis tranſverſalibus hæredum inſtitutorum; Nam quando Teſtator a deſcendentia hæredum inſtituturum; tranſit ad ulteriurem ſubſtitutionem facta relatione ad familiam in genere, ſemper dicuntur ſubſidiarie vo-
6 cati illi, qui ſunt de familia contentiva, multoq; magis de contentiva proxima *Altograd. conſ. 95. n. 78. & 85. lib. 2. Palm. Nep. allegat. 101. n. 5. Card. de Luc. de fideic. diſc. 50. n. 5. Rot. dec. 450. n. 7. cor. Merlin. & dec. 65. n. 14. cor. Cerro, & dec. 35. n. 2. inter recollectas ad ornatum Card. de Luc. ad mat. de fideic. et in rec. dec. 254. n. 8. par. 12.*

Quodque Conditor fideicommiſſi in rei veritate vocando deſcendentes per lineam fæmininam ipſius Domus Bandæ intellexit vocare, & invitare deſcendentiam prios maſculorum, & inde fœminarum Vgolini fratris, clare colligitur ex eo etiam quod licet proprios filios non haberet diſpoſuit -- *Che in caſo, che in d. eredità ſuccedano deſcendenti di eſſo Teſtatore per linea feminina &c. che in tal caſo quelli tali, che ſuccederanno all' eredità ſiano tenuti pigliare il nome, e l' Arme di Caſa Banda* -- Propterea, ſicuti hinc patet, quod Teſtator uſurpavit pro deſcendentibus ſuis deſcendentes a nepotibus ex Ugolinu, ita etiam videtur Teſtatorem pro deſcendentibus per lineam fœmininam ipſius Domus Bandæ intellexiſſe in illorum defectum deſcendentes a Julia nepote ex eodem Ugolino fratre, a quu ſolum commenſurare poterat originem
7 Domus, & deſcendentiæ Bandæ, quam propriam nuncupabat, ad tradita per *Altograd. conſ. 45. n. 83. lib. 2. Fuſar. q. 351. n. 21. de ſubſtit. Fontanell. dec. Catalon. 35. n. 11. Tor. var. jur. qu. lib. 1. tit. 2. q. 42. n. 17., & in d. Firmana Primogeniture ſuper tranſact. 26. Iunii 1713. §. Nihil in hoc coram R. P. D. meo Criſpo.*

In idipſum conſpirante onere aſſumptionis Cognominis, & Inſignium Domus Bandæ, ad perpetuandum decorem, atque ſplendorem ſuæ Nobilis Familiæ injuncto deſcendentibus ex fœminis, quod apertius repugnat reſtrictioni fideicommiſſi, & demonſtrat. Bandum exoptaſſe ulteriurem ſui nominis renovationem, non ſolum in deſcendentibus per linem fœmininam a primis vocatis, ſed & in aliis quibuſcumque deſcendentibus a fæminis de linea contentiva proxima, nimirum pater-
8 na, & fraterna, ut diſtinguendo firmarunt *Rinal. jun. conſ. 482. n. 46. & ſeq. & n. 53. Peregrin. conſ. 149. n. 20. & 21. lib. 5. Fuſar. de ſubſtit. q. 351. num. 6. & 11. Rota coram Cerro dec. 66. nu. 14. & 17. & coram Caril. dec. 280. nu. 3.*

n. 3. *& coram Celſ. dec.* 367. *num.* 7. *& dec.* 15. *n.* 4. *& ſeq. par.* 7. *rec.*

Potiſſime ſtringebat apud DD. animadverſio illa de qua ſupra, quod ſcilicet Teſtator vocando in ſubſidium fœminas, non diſtinxit has, vel illas fœminas de agnatione Banda, & in concurſu plurium ſolummodo prætulit proximiores ultimo; Ea propterea nulla eſt aſſigna-
9 bilis ratio cur una potios, quam altera admittenda foret, ut reſpondit *Rota coram Emerix jun. dec.* 1229. *n.* 8., *& in Forolivien. fideicommiſſi de Torellis* 15. *Iannarii* 1702. *§. Quando, & in Auximana Iuriſpatronatus* 9. *Martii* 1703. *§. Nec contra coram bo. me. Muto, & in Romana, ſeu Caſenaten. fideicommiſſi* 16. *Martii* 1704. *§. Vltra quod coram R. P. D. meo Lancetta.*

Et reſtrictio, quæ prædicari poteſt reſpectu originis, & derivationis ſtetit erga Ugolinum fratrem a quo deſcendunt omnes, & per conſequens non plus una, quam altera fœmina
10 deſcendens ab eodem Ugolino dici poteſt invitata *Altogrand. conſ.* 40. *n.* 1. *& ſeq. Card. de Luc. de fideicom. diſc.* 25. *n.* 17. *Rota in Melevitana Iuriſpatronatus* 31. *Martii* 1702. *§. Quod potiore coram R. P. D. Scotto Almæ Vrbis Gubernatore.*

Et ita Patribus auditis reſolutum fuit &c.

ASCULANA ELECTIONIS PUELLARUM.

Ven. 7. Junii 1715.

ARGUMENTUM.

Leges in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Electio valida, juſta, & a nemine re integra contradicta refricari amplius nequit.*

2 *Electio facta de licentia Iudicis dicitur facta bona fide.*

3 *Puellæ ingredi nolentes Monaſterium ad quod a Teſtatore fuerunt invitatæ pro non extantibus reputantur.*

4 *Vocata linea feminina in genere admittendæ ſunt omnes tam de linea, ſive familia effectiva, quam contentiva.*

5 *Teſtator propriam non habens ſobolem, & vocans feminas de aliqua domo, cenſetur ſumpſiſſe eandem Domum in tota ſui latitudine.*

6 *Interpretatio ſumi nequit contraria nedum literæ ſed præſumptæ etiam menti Teſtatoris, & ordini charitatis.*

7 *Vnuſquiſque civis erga concives ſuos amoris impulſu ducitur.*

DECISIO DCCIX.

SAcerdos Mutius de Miglianis in caſu (qui evenit) deficientiæ linearum maſculinarum Tiburtii, & Joſephi, ſuccedere voloit æquis portionibus Ven. Monaſteria S. Ægidii, B. Mariæ Virginum, & S. Honuphrii cum adiecta lege, quod -- *Ciaſcuno di eſſi la prima volta ſiano tenuti, & obligati ricevere nelli loro Monaſterj ſette Zitelle di Caſa Migliani di linea maſcolina, e mancando tanto in tutto, quanto in parte di detta linea maſcolina ſiano parimente di Caſa Migliani di linea feminina per ciaſcun Monaſtero gratis, e ſenza pagamento alcuno, e ſenza eſſere ballottate: E non eſſendoci di Caſa Migliani nel modo detto di ſopra, Zitelle, che ſi vogliono far monache accettare altre Zitelle della Città d' Aſcoli non del Contado, ne di altro luogo, e quelle ballottare ſecondo il ſolito &c. le quali Monache poi ſi chiamino, e debbano chiamarſi le Monache Migliani &c. e poi di mano in mano ſecondo moriranno debbano ricevere le altre nel modo detto di ſopra &c. le quali ſiano tenute, & obligate pregare Iddio per il Benefattore.*

Cum vero Monaſteria, quæ jam diu propter purificatam conditionem fuiſſent admiſſa ad ſucceſſionem Bonorum neque ulla Puella ex vocatis compareret, quia non aderat, Moniales utriuſque Monaſterii decreverunt in Moniales Miglianas eligere, prout de facto elegerunt quatuor honeſtas Virgines de Civitate, & non de Comitatu ad formam teſtamenti. Moniales quippe S. Honuphrii nominarunt Puellas Arpini, & Ciaonavei, Moniales B. Mariæ Virginum Puellam Parigianam, & illæ S. Ægidii Puellam de Cornacchiis, quæ omnes ſolemnem profeſſionem in eiſdem Monaſteriis emiſerunt.

Verum peracta hoiuſmodi electione Inſurrexerunt Mucciarellus, Leonellus, de Cautis, de Sgariglis, Cioccius, Ferrus, atque Liverottus prius coram Vicario generali Aſculano, & deinde in gradu appellationis a prætenſa denegata juſtitia coram R. P. D. meo Cerro tunc A. C. Locumtenente prætendentes eam invalidare ſtante exiſtentia Puellarum de genere vocato prælative ad extraneas, quæ licet non adhuc capaces habitus, nihilominus impedire ſive retardare valerent aliarum admiſſionem per quam alias implerentur loca pro eis in ſuſpenſo ſtare debentia, donec Judex declaraverit illarum compræhenſionem, vel excluſionem, & illæ earum animum aperuiſſent.

Non attenta huiuſmodi litis pendentia Moniales iterum devenere ad electionem Puellarum extranearum, ſed cum præciſa conditione, quod -- *Si intendine eletti nelli medemi luoghi con godere i frutti de' beni del medemo Teſtatore ſin tanto però venghi terminata la lite, la quale riſolvendoſi a favore de' detti Signori pretesi chiamati della linea feminina Migliani quella della Caſa à chi ſpettarà datare la Zitella, ò Zitelle debbano fare publico Iſtromento di obligo a favore del noſtro Monaſtero di pagar la ſolita dote di ſcudi* 400. *prima che la Zitella, ò Zitelle entraranno nel Monaſtero,* -- indeque tali cum præcao-
tione

Digitized by Google

tione alias undecim Puellas elegerunt, a quibus dempta illa de Pariſanis, quæ poſt emiſſam profeſſionem vitam cum morte commutavit, quatuor, & decem remanſerunt Puellæ electe, ut liquet ex *Summario Monialium nu. 2. 3., & 4.*

Iſtamque electionem iure merito veluti pendente lite factam R. P. D. meus Cerrus irritam declaravit, mandavitque Canonicam earumdem Puellarum reelectionem, relictis tamen ſex locis vacuis per modum proviſionis, ad quam etiam reelectionem a Iudice decretam, ſive permiſſam devenerunt Moniales, & ſucceſſive prælaudatus R. P. D. Cerrus deveniens per ſententiam ad definitionem Cauſæ pronunciavit ad relictum invitatas fore Puellas deſcendentes ab Annibale, ac Pannonia, & Spina, & demandavit, quod elapſis duobus menſibus a die demandatæ affixionis ſuæ ſententiæ non comparentibus Puellis de genere vocatis legitimæ ætatis licuiſſe, & licere Monialibus admittere estraneas, & denique voluit, quod ſemper tria loca vacua ſtare deberent pro Puellis de ſanguine.

Cumque a tali ſententia commiſſio appellationis mihi directa extiterit cum clauſula *De appellatione*, bipartitum dubium hodie decidendum propoſui, *An electio Puellarum facta per Monaſteria ſubſtineatur, & quomodo ſit facienda in futurum*, quod in utraque parte juxta modum inferius exprimendum DD. reſolverunt. Dixerunt namque Domini quoad primam partem dubii, Puellas Arpini, Ciannavei, & Cornacchiæ electionem illarum ſubſtineri, nam iſte electæ, & profeſſæ ſunt ante motam litem, & reſpective etiam ante inhibitionem reportatam ab Auditore Signaturæ Iuſtitiæ: Unde huiuſmodi electio tamquam valida,
1 juſta, & a nemine re integra contradicta refricari amplius valet *Lopus, & Abbas in cap. Licet Epiſcopus num. 3., & ſeqq. de præbend. in 6. ibidem Gemin. num. 12. Ioan. Andr. in cap. Sicut num. 11. verſ. Ex hoc de ſent., & re judic., Ricc. collect. 2544. num. 2., & ſeqq.*

Rurſus cenſuerunt firmam eſſe, & ſubſiſtentem admiſſionem aliarum quatuor ex illis undecim primo loco electarum juxta tamen ordinem, & privilegium temporis earum admiſſionis; quoniam, & ſi earum antecedentem electionem nullam, & irritam canonizaverit A. C. veluti æditam lite pendente, attamen illa revalidata extitit a ſubſequenti reelectione exarata ad formam proviſionalis decreti ejuſdem A. C. tempore quo nondum ſupervenerat obſtaculum citationis coram Auditore Signaturæ, Electio namque facta de licentia Judicis
2 dicitur facta bona fide *Guttier. pract. quaſt. lib. 2. quæſt. 67. num. 3., Caſtill. contr. tom. 5. cap. 67. num. 4., & 6. Rot. cor. Emerix Jun. deciſ. 761. num. 4., & ſeqq., & in rec. deciſ. 96. nu. 17. par. 17., & in Neapolitana Unionis ſuper deputat. Miniſtror. 23. Junij 1710. §. Deveniendo coram Reverendiſſimo Dño meo Molines Decano.*

Quin electioni harum ſeptem Puellarum extranearum reſiſtat ſupervenientia illarum de linea fæminina Migliana, nam circa illas quinque, quæ interpellatæ juxta formam præſcriptam in ſententia R. P. D. mei Cerri fuerunt, an intenderent Deo ſervire, & non adhuc reſponſum dedere ullum, parum immorandum videbatur, quia ex ſilentio nedum duorum menſium, ſed plurium annorum eruebatur apertiſſima renuentia, & non obſcura voluntas; Proindeque ad talem effectum, cum invitæ il-
3 læ ad perpetuam clauſuram trahendæ non ſint pro non extantibus reputantur ad tradita per *Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 56. num. 88., Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 10. num. 67., & ſeqq., Gabr. conſ. 13. num. 15., & ſeq. lib. 1., Geſpin. conſ. 61. num. 23., & ſeqq., Rot. cor. Duran. dec. 79. §. fin. in Barchinonen. Beneſ. 2. Decemb. 1701. §. Minus refragatur in fin. cor. cl. me. Cardin. Caprara, & in Melevitana Juriſpat. 25. Iunij 1703. §. fin. cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Quod autem attinet ad illas, quæ tandem in limine propoſitionis cauſæ abſque iuramento declararunt velle Moniales fieri DD. quamquam ſtante adeo ſerotina animi aperitione valde diffidere cogantur de earum conſtantia; Attamen ſolita gravitate procedentes convenerunt iterum eſſe exquirendas, & anteponendas quoties effective illæ perſiſtant, ſin minus omnino ſubſtineri electionem de puellis jam admiſſis, quamvis extraneis uſque ad numerum duodenarium, attenta reductione locorum, Sac. Cong. demandata non tamen admiſſa a Mucciarello, & conſortibus, qui in Sacro Auditorio deduxerunt velle ad eandem Sacram Congregationem adverſus d. reſolutionem habere recurſum ex rationibus ſupra deductis, ac etiam inferius enucleandis.

Tranſeundo deinde ad ſecundam dubii partem ferientem electiones in poſterum practicandas, DD. fuerunt in ſenſu, ſemper, & in perpetuum præferendas eſſe Puellas de univerſa deſcendentia Annibalis, ac etiam Pannoniæ, & Spinæ, ſicque de tota familia contentiva, deſumpta tamen minus remote, & ab avo Teſtatoris: quandoquidem diſponens invitavit ad tale legatum Puellas de domo Migliana per lineam maſculinam, & in ſubſidium per lineam etiam fæmininam, indefinite, & proinde pla-
4 num eſt admittendas eſſe omnes Puellas tam de linea, ſive familia effectiva, quam contentiva ex paſſim traditis per *Ancar. conſ. 95. num. 9., Ruin. conſ. 153. num. 11. lib. 2., Socin. Iun. conſ. 95. num. 63., Palm. Nep. alleg. 101. nu. 5. Manſ. conſ. 105. num. 18., Card. de Luc. diſc. 50. num. 5., Rot. cor. Merlin. deciſ. 450., num. 7., & deciſ. 65. num. 14. cor. Cerr. deciſ. 1180. num. 2. cor. Emer. Iun.*

Abſque eo quod vocatio Puellarum de domo Migliana coarctari valeat ad ſolas fœminas a-

pti.

primis hæredibus progenitos; quoniam cum agatur de Fundatore qui non habebat, nec habere poterat propriam ſobolem, & deſcendentiam, oportet concludere illum mentionem faciendo de fœminis e domo Migliana intellexiſſe compræhendere quaſcumque fœminas ori-
5 ginem trahentes a domo Migliana ſumpta in tota ſui latitudine, & ab avo dimetienda per *Text. apert. in l. Pronunciatio ff. de verb. ſignif. Ciarlin. contr. 170. num. 49., Pereg. de fideic. art. 22. num. 26. Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 12. num. 61. in fin., Rot. cor. Vbald. dec. 521. num. 8., & cor. Cerr. dec. 131. num. 6., & in Firmana fideic. 27. Aprilis 1703. §. Abſque eo quod coram bon. mem. Muto.*

Nil pænitus refragante quod teſtator non perpetuo, ſed pro prima dumtaxat vice invitaverit prælative Puellas de domo Migliana, quia pro prima vice voluit quidem Mutius anteponi Puellas per lineam maſculinam, ſed non ideo in ſubſequentibus vacationibus excluſit Puellas per lineam fœmininam procedentes, immo eas in caſu deficientiæ vel partis vel to-
6 tius lineę maſculinæ litteraliter vocavit abſque ulla reſtrictione; Unde ſumi non debet interpretatio contraria nedum literæ, ſed præſumptæ etiam menti Teſtatoris, atque ordini charitatis repugnans *Mantic. de conject. lib. 4. tit. 10. art. 7. num. 10. Manſ. conſult. 7. num. 12., Gratian. diſcept. for. cap. 834. num. 12., & ſeq., Card. de Luc. de fideic. diſc. 83. num. 11., Rota cor. Arguell. dec. 54. num. 40., & in rec. dec. 207. num. 15. par. 19., & in Rom. Domus, ſeu Palatii 31. Januarii 1710. §. Præſertim coram R. P. D. meo Criſpo.*

Eoque clarius animadvertendo extraneas admiſſas tantummodo fuiſſe - *Non eſſendoci di Caſa Migliani* -- quæ ſane negativa conditio extraneis aditum non ſternit participandi hujuſmodi legati commodo niſi deficientibus Puellis de progenie Migliana religionem amplectentibus ex connotatis per *Caſtrenſ. conſ. 16. num. 5. lib. 2., Menoch. lib. 4. præſump. 71. num. 10., Manſ. conſ. 68. num. 4., Rot. dec. 209. num. 3. par. 8. rec., & in Bonon. Immiſ. 20. Mar. 1709. §. Hæc autem coram R. P. D. meo Criſpo, & in Tridentina Capp. 5. Aprilis labentis anni 1715. coram R. P. D. meo Cerro §. fin.*

Proſequendo reſolutionem circa ſecundam dubij partem Domini præterea convenerunt, quod eveniente caſu inexiſtentiæ, ſeu renuentiæ vel incapacitatis earumdem Puellarum ob defectum ætatis, ut præmiſimus de familia Migliana, remanere debeant tria loca vacantia pro illis Puellis, quarum habilitas propinqua appareat, & voluntas ſpiritualibus nuptiis proclivis expectari veroſimiliter poſſit, ſed prævidentes etiam circa hoc certam, & invariabilem regulam conſtabiliri non poſſe ſatius duxerunt remittere vigilantiæ, prudentiæ, & religioni Epiſcoporum pro tempore diligenter exquirere exiſtentiam non minus quam probabilem voluntatem Puellarum de ſanguine; Et in caſu contrario, in quo deficiat etiam talis ſpes illi plenam reliquant facultatem Monaſteriis ſupplendi, cum admiſſione extranearum de Civitate, ne alias indirecte oriatur vel quotidiana Monaſterii defectio circa numerum puellarum a Teſtatore exoptatum obſequii Dei, vel perpetua fere excluſio puellarum Concivium, quas expreſſe prædilexit Teſtator, eo ingenito
7 ductus amoris impulſo, quo unuſquiſque Civis erga Concives duci ſolet juxta animadverſa per *Torell. apud Manſ. conſult. 67. numer. 9., Rot. cor. Ottobon. deciſ. 270. num. 4., & 5., & in Rom., ſeu Senen. Dotium 22. Iunij 1703. §. Maxime cor. cl. mem Card. Caprara.*

Et in hunc modum utraque Parte informante reſolutum fuit.

BURGEN. JURIS VISITANDI DE BRIBIESCA.

Lunæ 17. Junii 1715.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Archiepiſcopus ad effectum viſitandi Eccleſias intra limites ſuæ Diœceſis exiſtentes tanquam Ordinarius habet Juris aſſiſtentiam.* Limita per tot.

2 *Res judicata facit rem claram, & manifeſtam.*

3 *Archiepiſcopus, vel Epiſcopus viſitare nequeunt Eccleſia jam exemptam jure ordinaria, ſed tanquam delegatus authoritate Apoſtolica.*

4 *Vicarij ſunt a Sacris Canonibus aſſumpti in partem Paſtoralis ſollicitudinis.*

5 *Reſpondetur Diſpoſitioni* Sac. Concil. Trid. cap. 3. ſeſſ. 24. de reform.

6 *Repugnantia in Conſtitutionibus, & Legibus admitti nequit.*

7 *Duo capita in uno, eodemque corpore permitti nequit.*

8 *Actus turbativi, ac contradicti deſervire nequeunt pro obſervantia vel præſcriptiva, vel interpretativa.*

9 *Epiſcopus in Viſitatione Eccleſiæ exemptæ exprimere non tenetur eandem Viſitatione authoritate delegata peregiſſe.*

DECISIO DCCX.

ANtiquam controverſiam ſuper Jure Viſitandi Eccleſiam, & Beneficiatos Sanctæ Mariæ loci *de Bribieſca* jam diu per plures, diverſaſque res judicatas in noſtro Tribunali definitam favore Archidiaconi ejuſdem Eccleſiæ iterum excitare, & in dubium revocare tentavit modernus Reverendiſſimus Burgenſis Archiepiſcopus *de anno* 1703. ſumpta occaſione, in qua præfatus Archidiaconus Viſitationem aſſum-

aſſumpſerat; Aſt poſt quoddam decretum Reverendiſſimi Hiſpaniarum Nuncii reaſſumpta Cauſa in hoc Sacro Auditorio idem Archidiaconus, & coram R. P. D. meo Scotto præviis duabus deciſionibus 12. *Ianuarij*, & 22. *Iunii* 1714., & coram R. P. D. meo Cerro alia præcedente pariter deciſione 11. *Ianuarii currentis anni* declarari obtinuit per uniformes ſententias ſibi, ſuiſque in Archidiaconatu Succeſſoribus competere, & competiiſſe *Ius Viſitandi* præfatam Eccleſiam Collegiatam, ejuſque Capitulum, Priorem, Canonicos, Præbendatos, cæteraſque omnes perſonas tam in Sacramentalibus, quam in iis omnibus, quæ reſpiciunt ſervitium Eccleſiæ, correctionem morum. Perſonarumque punitionem, aliiſque omnibus, quæ vero Ordinario Viſitatori competere poſſunt, & competunt, idemque Jus Viſitandi illi ſpectaſſe, & ſpectare *privative* ad ipſum Reverendiſſimum Archiepiſcopum, *reſervatis* tantummodo eidem Archiepiſcopo omnibus iis, quæ a Sacro Concilio Tridentino illi demandantur jure delegato; Quæ ſententiæ cum in hodierna Audientia apud Dominos compertæ fuerint undequaque validæ, & juſtæ omnimodam confirmationem ſibi promeruerunt.

Quoniam, & ſi Reverendiſſimus Archiepiſcopus ad effectum viſitandi Eccleſias exiſtentes intra limites ſuæ Diœceſis tamquam Ordinarius habeat Juris aſſiſtentiam *in cap. 1. de Cenſ. in 6. & in cap. conquerente de Offic. Ordin.* In præſenti tamen aſſiſtentia Juris inefficax remanebat, dum conſtabat hujuſmodi Juriſdictionem privative ad ipſum Archiepiſcopum fuiſſe acquiſitam ab Archidiaconis de Bribieſca, qui illam juxta uſum, & conſuetudinem longiſſimi temporis exercuerunt, veluti definitum habetur ex multiplici noſtri Tribunalis re judicata tam ante, quam poſt promulgatum Sacrum Concilium Tridentinum: Primo namque ita pronunciavit Iudex Apoſtolicus Delegatus in partibus *de anno* 1512. a cujus Judicato devoluta Cauſa ad Tribunal *coram bon. me. de Aragonia* emanavit ſententia ſuper prædictis Archidiacono favorabilis, & hoc ipſum in gradu ulterioris appellationis per tres alias conformes ſententias Rotales determinatum extitit *coram Tholomeo, de Clericis, & Mareſcotto* ad quarum formam *de anno* 1538. fuerunt expeditæ Exequutoriales Rotales.

Poſt publicatum vero Concilium Tridentinum, cum Reverendiſſimus Archiepiſcopus contradicere, atque turbare cœpiſſet Archidiacono Jnriſdictionem privativam, præſertim illam ſuper cognitione Cauſarum Matrimonialium, & Criminalium in toto Archidiaconatu jam eidem Archidiacono inter cætera alia in ſententia Delegati *anni* 1512. adjudicatam, Archiepiſcopns alias tres conformes contrarias ſententias paſſus fuit *coram Seraphino, Mantica, & Litta* expeditis in earum ſequelam Executorialibus *uſque de anno* 1595. ut reſultat ex *deciſionibus* 712. & 1084. *coram Seraphino*, & *deciſ.* 263. 296. & 304. coram Mantica, & coram Litta DD. diſtributa impreſſa, necnon *ex deciſione* 346. coram Coccino, cui hujuſmodi Cauſa in gradu reſtitutionis in integrum commiſſa fuerat cum clauſula -- *Parito, Judicato*. tot enim Res judicatæ, quando unica ſufficeret, rem ſatis claram reddunt, & manifeſtam favore Archidiaconi, ad hoc ut ipſe privative quoad Reverendiſſimum Archiepiſcopum potiatur adeo digladiato jure Viſitandi, & in ſequelam explere valeat tamquam Inferior Or-
2 dinarius controverſam Viſitationem ad firmata per *Rotam deciſ.* 480. *num.* 1. *& ſeqq. coram Merlin. deciſ.* 732. *numer.* 1. *part.* 18. *recent.* cum aliis adductis *in prima deciſione R. P. D. mei Scotti*, & in ſecunda §. *Subnixa*, & in alia *coram R. P. D. meo Cerro* §. *Ea enim*.

Efficacia tot rerum judicatarum devictus Reverendiſſimus Archiepiſcopus non impugnabat amplius in præſenti, pertinentiam Juris Viſitandi favore Archidiaconi, ſolumque prætendebat, quod ſententiæ Rotales eſſent modificandæ, ſive reformandæ, in ea parte ubi ejus favore reſervantur ea omnia, quæ à Sacro Concilio Tridentino illi demandantur Jure delegato, & ſic quod declararetur ſibi competere Jus Viſitandi *cumulative* cum Archidiacono juxta formam præſcriptam ab eodem Concilio *ſeſſ. 24. cap. 3. de reform. verſ. Archidiaconi*; Et idcirco Jure ordinario, non autem Jure delegato totus ſe fundans in illis verbis ejuſdem *cap.* 3. ubi poſtquam Concilium Archidiacono, Decanis, aliiſque Inferioribus præſcripſit, ut, per ſe ipſos tantum Viſitationem paragere poſſent in illis Eccleſiis, ubi jam hactenus exercere ligittime conſueverunt, ita ſubjungit *ſub num.* 5. -- *ſed non ideo Epiſcopus, vel eo impedito ejus Viſitator eaſdem Eccleſias ſeorſim ab his viſitare prohibeatur, cui ipſi Archidiaconi, vel alii inferiores Viſitationis factæ infra menſem rationem reddere, & depoſitiones Teſtium, ac integra acta ei exhibere teneantur, non obſtantibus quacumque conſuetudine etiam immemorabili, atque exemptionibus, & privilegiis quibuſcumque.*

Veruntamen in caſu, de quo agitur cenſuerunt Domini locum ſibi minime vindicare iſtam Conciliarem diſpoſitionem in dicto *cap.* 3. quia non verſamur in ſimplici Archidiacono, qui ante Concilium præſcripſerit legittime ſolummodo Jus Viſitandi, ejuſque de cætero Eccleſia ſubjecta remanſerit ordinariæ Epiſcopi Juriſdictioni; Aſt ſumus in Archidiacono de Bribieſca, qui habuit, & acquiſivit omnimodam exemptionem Eccleſiarum a Juriſdictione Archiepiſcopi exercendo ordinariam juriſdictionem mediante cognitione omnium Cauſarum etiam Criminalium, & matrimonialium in prima inſtantia privative quoad ipſum Archiepiſcopum, deputando pro hujuſmodi effectu Proviſorem, Præſidentem, & Vicarium,

ac

Google

ac conferendo omnia beneficia ejuſdem Colle-
giatæ, gubernaudo, & adminiſtrando omnia
bona Spiritualia, & temporalia dictæ Eccleſiæ
prout conſtat ex pręfata antiqua Re judicata
anni 1512. toties ſubinde confirmata, itaut fir-
maverit Tribunal illum veuire appellatione
Ordinarii, ut *in deciſ.* 346. *num.* 1., & 4. *co-
ram Coccino*, & ulterius habere etiam Terri-
torium Archidiaconale exemptum ab Epiſco-
pi Juriſdictione, quamvis dici non poſſit, quod
ſit nullius Dioeceſis, uec quod uon ſit in Diœce-
ſi, & de Diœceſi Burgenſi ſicuti proſequitur *ea-
dem deciſio* 346. *n.* 8. *coram Coccino*.

Conſtabilita exemptione a Juriſdictione Re-
verendiſſimi Archiepiſcopi, idem Archiepiſco-
pus viſitare ſane non poteſt talem exemptam
Eccleſiam jure ſuo nativo, & ordinario, ſed
dumtaxat tamquam delegatus auctoritate Apo-
ſtolica juxta claram, & literalem ſanctionem
ejuſdem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 7. *de re-
format. cap.* 8. ibi--*Locorum Ordinarii Eccleſias
quaſcumque quomodolibet exemptas Auctoritate
Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur* -- Et
rurſus *ſeſſ.* 21. *cap.* 8. idemque ex mente ejuſ-
dem Concilii firmavit *Rota deciſ.* 207. *n.* 1. &
ferre per tot. part. 2. *diverſ.* cum aliis addu-
ctis *in Leodien. Juriſdictionis ſuper bono jure* 11.
Martii currentis anni §. *Etenim coram Me*, &
probat *Fagnan. in cap. gravi num.* 11. *de Offic.
Ordin. & in cap. cum dilectus num.* 43. *de Relig.
Domib.* ubi ſic decíſum refert per Sacram Cou-
gregationem Concilii, cujus Reſolutiones, &
declarationes noſtrum veneratur Tribunal, ut
dictum fuit *in Hiſpalen. Viſitationis* 30. *Aprilis*
1700. §. *Præbuit coram Reverendiſſimo D. meo
Molines Decano*, & *in Barchinonen. Statuti* 11.
Martii 1709. §. *Et licet coram Eminentiſ-
ſimo Priolo*, & *in Mediolonen. Ceſſionis* 8. *Iu-
nii* 1710. §. *Quicquam coram bo. mem. Caffa-
rello*.

Nil relevante, quod Concilium iu ſupradi-
cto *Cap.* 3. *Seſſ.* 24. *de refor.* expreſſe loquatur
de exemptionibus, quas obſtare non intendit
Viſitationi faciendæ per Epiſcopum ſeorſim ab
aliis viſitationibus per Inferiores faciendis, quo-
niam cum præſumendum omnino ſit Sapien-
tiſſimos, ac graviſſimos illos Patres memores
fuiſſe ejus, quod in antecenti *ſeſſ.* 7., & 21. *de
reformat.* præſcripſerant, atque determinave-
rant, oportet concludere, quod Concilium in
dicto *Cap.* 3. loquatur de Eccleſiis, & Archi-
diaconis viſitationem explentibus uti Miniſtris,
& Coadiutoribus ipſius Epiſcopi, ejuſque natis
4 Vicariis in partem paſtoralis ſollicitudinis a
Sacris Canonibus aſſumptis, ut in *Cap. mauda-
mus*, & *in Cap. ad hæc de offic. Archidiac.* & *in
dudum* 54. *ubi gloſſ. in verb. ſuſpendit de Elect.* prout
explicat *deciſ.* 22. *Iunii* 1714. §. *Demum coram
R.P.D. meo Scotto*, & 11. *Ianuarii proxime præ-
teriti* §. *Vindicato cor. R.P.D. meo Cerro*.

Hæcque intelligentia neceſſario recipienda
DD. viſa eſt, tum quia Concilium in *Seſſ.* 7.,
& 21. jam particulariter diſpoſuerat, & pro-
viderat circa Inferiores Viſitationem exercen-
tes ratioue propriæ Juriſdictionis in Eccleſias
exemptas, ſibique ſubjectas, & proinde non po-
teſt cenſeri actum de eiſdem Viſitatoribus in
5 alio objecto *Cap.* 3. *Seſſ.* 24. juxta regulam de-
ductam ex *Text. in Cap. primo de reſcript.* de qua
Gob. conſult. 110. *n.* 33., & 34. *Manſ. conſult.*
224. *num.* 33. & aliis in *Deciſione R. P. D. mei
Cerr.* §. *Vindicato in fine*.

Tum etiam quia ſicuti quoad Exemptos a
Iuriſdictione Ordiuarii innegabile eſt quod Vi-
ſitatio non permittitur Epiſcopo alio Iure, quam
de legato juxta præſcriptum *in ſeſſ.* 7., & 21.
ut ultra ſuperius allegatos notat *Card. Bellar-
min. in declarationibus ad idem Cap.* 8. *verb. au-
ctoritate apoſtolica Seſſ.* 7. & docuit *clar. me. Card.
de Luca de Iuriſd. diſc.* 10. *num.* 5., & *diſc.* 12.
num. 16. ita fatendum, eſt, quod *in ſeqq. Seſſ.*
24. Sac. Concilium uon loquatur de exemptis
Viſitationem explentibus Iure proprio, & Iu-
riſdictionis Ordiuariæ ſibi competentis exer-
centibus, ne alias oriatur evidens repugnautia
& contradictio inter utrumque locum Conci-
lii, quæ in Conſtitutiouibus, & legibus tanta
6 maturitate, & gravitate conditis admitti uon
poteſt, ut monuerunt relati per *Ger. Spin. conſ.*
97. *fere per tot. Altograr. conſ.* 19. *nu.* 81. & 96.
lib. 1. & dixi *in annot. ad deciſ.* 72. *nu.* 43. juxta
Romanam impreſſionem.

Tum & evideutius quia cum Archidiaconus
de Bribieſca uti exemptus a Iuriſdictione Epi-
ſcopi, & habens Iuriſdictionem ordinariam
veniat appellatione Ordiuarii ut conſtat ex
prædictis, & ſignanter ex cognitioue Cauſarum
Matrimonialium, ut ait *Panormit. in Cap. au-
ditis num.* 6. *de præſcripit.*, & per conſequens
ipſe Archidiaconus Viſitationem exerceat Iure
ordinario, inde perneceſſe ſubſequitur, quod
Archiepiſcopus nequeat etiam ipſe Viſitatio-
nem peragere eodem Iure ordinario, nam
alias eſſent duo Ordinarii, & ſic duo Capita in
7 uno, eodem Corpore, quæ ſaue mouſtruoſitas
permitti non debet ut dictum fuit *Cabilonen.*,
ſeu Ordinis Ciſtercien. Juriſdictionis 19. *Iunii*
1708. §. *Si quis enim coram Eminentiſſimo de la
Tremoille*.

Quodque Concilium in dicta *Seſſ.* 24. *cap.* 3.
loquatur de Archidiaconis, aliiſque Inferiori-
bus ad Viſitationem devenientibus tamquam
Officialibus, & Miniſtris ab Epiſcopo depen-
dentibus veluti eidem ſubiectis, ejuſque Coa-
diutoribus manifeſtum præterea videbatur
DD. ex eo quia Concilium inter Viſitatores
enumerat illos deputandos a Capitulo tale Ius
habente, ut *in verſ. Viſitatores etiam a Capitu-
lo*, & rurſus ex eo, quia ibidem mandat ut Ar-
chidiaconi debeant in Viſitatione aſſumere No-
tarium de Conſenſu Epiſcopi, cui infra men-
ſem peractæ Viſitationis teneantur rationem
reddere, depoſitiones Teſtium, & integra
acta exhibere quæ omnia concernunt quidem

Archidiaconos non exemptos a Juriſdictione Ordinarii nuſquam vero illos, qui habent, & exercent independenter ab Epiſcopo, ac Iure proprio ordinariam Iuriſdictionem in ſuas Eccleſias exemptas, qualis de facto eſt Archidiaconus de Bribeſca, cui proinde adaptabilis non eſt demandata aſſumptio Notarii de Conſenſu Epiſcopi, minuſque redditio rationis, actorumque exhibitio eidem Epiſcopo, dum Archidiaconus a Iuriſdictione Epiſcopi eſt exemptus, ſuamque Eccleſiam in temporalibus, & ſpiritualibus privative quoad Archiepiſcopum gubernat, & adminiſtrat, ut præſefert ſæpe fata Sententia *Anni* 1512. etiam poſt Concilium confirmata quemadmodum optime animadvertunt Cauſæ Deciſiones nimirum illa 22. *Junii* 1714. §. *Quodque coram R. P.* D. *meo Scotto*, & alia *R.P.D. Cerri* §. *Atque ad ita*.

Ea vero omnia, quæ Defenſores Reverendiſſimi Archiepiſcopi refricarunt circa obſervantiam poſt Concilium ſubſequutam, & deſumptam ex nonnullis Viſitationibus per Archiepiſcopum peractis ſublata radicitus fuerunt in præcedentibus Deciſionibus, ad quas DD. remiſſive ſe habuerunt, dum omnes fuerunt actus turbativi, & per Archidiaconum virili-
8 ter contradicti, adeout deſervire nequeant pro obſervantia vel præſcriptiva, vel interpretativa ex connotatis per *Rotam deciſ.* 310. *num.* 9. *apud Poſth. de manut.*, *&* *dec.* 31. *nu.* 6. *coram Me*, *& in* Caputaquen. *Juriſdictionis ſuper bono Jure* 4. Maii 1708. §. *Hujuſmodi coram bon. mem. Caffarello*, præcipue cum Viſitationes referri
9 poſſint ad authoritatem delegatam, quam Epiſcopus exprimere non teneri in Viſitatione Eccleſiæ exemptæ firmat *Card. Bellarm.* ad declarat. *Concil. Seſſ.* 7. *cap.* 8. *de reform. in verb. authoritate Apoſtolica*.

Atque ex his ceſſat vis, quæ conſtituebatur in eo quod Concilium *in Cap.* 3. *Seſſ.* 24. ſubmovet favore Epiſcopi quodcumque obſtaculum immemorabilis, per quod ſublata etiam prætendebatur Res judicata, quando conſtat, quod hæc fundata, & radicata eſt in eadem immemorabili conſuetudine, & privilegiis per Concilium ſublatis, ut diſtinguit *Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſimum p.* 2. *Cap.* 17. *nu.* 38. *& ſeqq. Garz. de benefic. part.* 3. *Cap.* 2. *num.* 210. *&* 212. *Rot. dec.* 263. *nu.* 9. *coram Ubald.*, *& in Barcn. Iuriſdictionis ſuper negotio principali* 26. *Aprilis* 1694. §. *Nec relevat &* §. Demonſtrato *coram bon. mem. Urſino*; Ruit namque ex præmiſſis objectum, ex quibus patet, quod iſtud conciliare decretum, non compræhendit Eccleſias exemptas, de quibus particulariter, ut diximus diſponitur a Concilio *in dicta Seſſ.* 7. ubi nihil aliud tribuit Epiſcopis quam facultatem viſitandi Iure delegato, quod intactum Reverendiſſimo Archiepiſcopo præſervatur in Sententiis Rotalibus, unde extranea prorſus remanet, & ſuperflua omnis quæſtio utrum per derogationem immemorabili derogatum quoque cenſeatur per Concilium Rei Judicatæ.

Quin ſubſumi valeat, quod ſicuti in *dicto Cap.* 3. *Seſſ.* 24. legitur derogatum Exemptionibus, & Privilegiis quibuſcumque, ita dici debeat ibidem agi de Viſitatoribus exemptis; Quoniam ſatis clare apparuit Concilium loqui de exemptionibus & Privilegiis concernentibus nudum actum viſitationis, explendum tamen a non exempto, & circa perſonas, & Eccleſias non exemptas, dum expreſſim loquitur de Archidiaconis, Decanis, & Viſitatoribus deputandis a Capitulo, & ab Epiſcopo approbandis, & præterea adſtipulantur animadverſiones omnes ſuperius adductæ, ex quibus certe concluditur, quod hoc in loco Concilium non agit de exemptis viſitantibus perſonas, & Eccleſias exemptas, ſed de ſubjectis Epiſcopo viſitantibus Vicario Iure Eccleſias vel perſonas eidem Epiſcopo ſubjectas, & prætendentibus vel ex immemorabili, vel ex Privilegio facultatem viſitandi privative, & exemptive, ex ſupradictis.

Non ideo tamen DD. poſitive approbarunt, quod quatenus conciliare decretum *in dicto Cap.* 3. *Seſſ.* 24. complecteretur Viſitatores exemptos, & venientes ſub nomine Ordinarii, per derogationem immemorabili factam, cenſeatur derogatum Rei judicatæ eidem immemorabili innixæ, cum huic aſſumpto refragentur bene deducta *in ſecunda Deciſione R. P. D. mei Scotti*, *& in Deciſione R. P. D. mei Cerri*, utrobique §. *Finali*. Nec Dominis viſum fuerit neceſſarium hanc aſſumere, & definire quæſtionem, quam ideo intactam relinquere voluerunt, reputantes verius eſſe quod in *dicto Cap.* 3. nequaquam diſpoſitum fuerit de Viſitatoribus exemptis, & Viſitantibus perſonas, & Eccleſias exemptas, & ſibi ſubjectas, *ex ſupradictis*. Proptereaque juxta laudabilem ſtylum noſtri Tribunalis ſatius eſſe dictum articulum extraneum a themate illæſum præſervare.

Et in hunc modum reſponderunt DD. utraque &c.

ROMANA CAMBII.

Luna 17. *Iunii* 1715.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Executio deſcendens ex publico* Inſtromento *retardari nequit exceptionibus turbidis, & illiquidis.*

2 Inſtrumentum *obligatione Cammerali vallatum facit probationem probatam, & rem undique manifeſtam.*

3 *In conflictu duorum inſtrumentorum ſolutionis,*

illud

illud eſt attendendum, quod clarius ſolutionem probat.

4 *Obligatio oriri nequit contra inſcium, & diſſentientem.*

5 *Teſtes contra publicum inſtrumentum deponentes non attendantur.*

6 L. Quintus Mutius ff. de donat. *quando intret, & quando non.*

7 *Præſumptio* LL. Per diverſas, & ab Anaſtaſio Cod. mandat. *quando excludatur.*

DECISIO DCCXI.

DEſperatam quaſi agnoſcens Ven. Monaſterium S. Laurentii in Pane, & Perna exigibilitatemCambii creati uſque de anno 1653. per Joachinum alioſque fratres de Philippis in ſumma ſcutorum 400. favore Felicis de Euangeliſtis iure legati in idem Monaſterium perventi, tutius duxit illum vendere pro ſcutis 560. Franciſcę Raſiæ, quæ expreſſe declaravit talem emptionem facere de propriis pecuniis dotalibus, ut ex Inſtrumento *Summ. n.* 3.

Eandem inveniens Franciſca difficultatem in exigendo, quam jam fuerat expertum Monaſterium irrevocabiliter donavit tale cambium Hiacyntho eius nepoti, qui tentavit huiuſce crediti conſecutionem citando de anno 1694. coram R.P.D. Vicegerente Aurelium, & alios de Philippis præfati Joachini originarii debitoris filios, qui cum ſe negaſſent hæredes Patris, memoratus Hiacynthus Donatarius reputare fecit Curatorem hæreditati jac., & inde contra eam obtinuit mandatum tam pro ſorte, quam pro fructibus decurſis, & non ſolutis ad cuius exequtionem retardandam, recurſum habuerunt iidem dePhilippis rei conventi ad Tribunal SignaturæJuſtitiæ, a quo cauſa commiſſa extitit bo. me. Urſino, atque in eo ſtatu hucuſque pendens remanſit controverſia.

E vivis erepto Hiacintho poſt ſe relictis pluribus filiis iſti ceſſerunt ſæpefatum Cambium una cum fructibus pro ſcutis 400. Philippo Blondo Creditori prædefuncti Patris, cujus modi ceſſionis vigore reaſſumpta tandem per Blondum antiqua controverſia, & hodie per me in locum bon. mem. Urſini ſuffectum propoſito conſueto dubio -- *An mandatum R.P.D. Vicesgerentis ſit exequendum* -- DD. convenerunt in reſponſo affirmativo.

Suppoſita namque validitate clara effulſit Juſtitia quia quotieſcumque mandatum relaxatum fuit in vim cambialis crediti reſultantis ex publico, & iurato Inſtrumento illius inſtitia ſtatim emicat, & ideo mandatum vigore Inſtrumenti huiuſmodi relaxatum eſt exequendum cum talis privilegiata executio nec poſſit retardari exceptionibus turbidis, & altio-
1 rem indaginem expoſcentibus ad tradita per
Rot. poſt Pacif. de Salvian. interdict. deciſ. 183. *nu.* 10. *& coram Seraphin. dec.* 200. *num.* 5., *& coram Pamphil. dec.* 338. *num.* 1. *& coram Benincaſa dec.* 379. *nu.* 2., *& nu.* 9., *& in rec. dec.* 226. *nu.* 20. *par.* 17.

Nec obumbare poſſe videbatur claritas crediti ex eo, quod controverſum cambium Blondo ceſſum a Hiacyntho Donatario acquiſitum vere non fuerit a Franciſca Donante cum propriis pecuniis dotalibus, ſed a Carolo eius Viro de pecuniis per Clementiam Viduam Jovachini primi debitoris ad effectum idem Cambium extinguendi ac cenſum ſuſceptis, ſub tali enunciativa, quoniam huic ſimplici enunciativæ emiſſæ in Inſtrumento cenſuali fortiter reſiſtit contraria declaratio facta ab eadem Franciſca præſente etiam Carolo eius Viro tam in Inſtrumento acquiſitionis, quam in Inſtrumento quietantiæ iuramento, & obligatione Camerali vallato, quod proinde facit, ut no-
2 ſtri dicunt probationem probatam, & rem undique manifeſtam, per *Text. in l. cum precibus C. de probat. Dec. conſ.* 517. *num.* 2. *in fin. & nu.* 3. *Rot. coram Bich. dec.* 55. *nu.* 2. *& dec.* 598. *nu.* 1., *& coram Benincaſa dec.* 47. *nu.* 4. *& deciſ.* 60. *num.* 13. *cor. Me juxta impreſſionem Romanam.*

Et quoties Inſtrumentum emptionis ſive acquiſitionis effective, & dilucide importat exburſationem in eodem actu factam a Franciſca cum pecuniis realiter dotalibus, & id ſufficit, ut in hoc Inſtrumentorum conflictu illud prævalere debeat tanquam clarius, & cantans per
3 verba non ambigua, ſed concludentia effectuationem ſolutionis Teſte *Baldo in l. Imperator.* 8. *in prima lectura num.* 27. *ff. de ſtat. hom. Alex. conſ.* 105. *num.* 3. *lib.* 2. *Rota dec.* 185. *nu. fin. coram Carill. & in recen. dec.* 79. *nu.* 11. *& ſequen. & dec.* 371. *num.* 13. *&* 14. *par.* 16. *& dec.* 83. *num.* 10. *par.* 18. *tom.* 1.

Accedente, quod tales nudæ enunciativæ probare nullatenus valent verſionem pecuniarum cenſualium Clementiæ in emptionem, ſive acquiſitionem Cambii in præjudicium Franciſcæ abſentis, cui propterea per ſimiles enunciativas nullum præjudicium inferri poterit, nullave abſque ejus conſenſu, & ſcientia oriri poterit contra eam ex facto, ſive aſſertiva ter-
4 tij obligatio ex connotat per *Bartol. in l. Doli mali verſic. nam in præjudicium ff. de novat. Giurb. dec.* 79. *num.* 7. *Rota dec.* 235. *num.* 9. *par.* 15. *rec.*, *& dec.* 30. *num.* 14. *& dec.* 64. *num.* 37. *par.* 17., *& in Callien. liberationis a moleſtiis* 14. *Ian.* 1709. §. *Diſparitas coram R. P.D. Aldrovando.*

Deficientibus præcipue aliis extrinſecis, & convincentibus, prout requiritur probationibus verſionem hanc demonſtrantibus, cujus profecto generis non ſunt depoſitiones Teſtium ad inſtantiam illorum de Philippis in prima Inſtantia examinatorum, quia ultra exceptiones, quas illi circa perſonas patiuntur, verſionem prætenſam non concludunt, & habent contra
5 ſe duo publica, & ſolemnia Inſtrumenta: Unde

de attendi non merentur eſt *Text. in l. Cenſus ff. de probat. Rota coram Tayas dec. 260. num. 4. & coram Bieb. dec. 8. num. 9. & in rec. dec. 64. num. 17. par. 5.*

Quibus ita præmiſſis intrare haud videbatur præſumptio vulgati *Textus in l. Quintus Mutius ff. de donat.* Quoniam in iſta hypotheſi agitur de acqoiſitione facta ab Uaore de pecuniis dotalibus, & coram Viro eapreſſis, & enuncia-
6 tis pro talibus, & ſic ceſſat neceſſitas ſuſpicandi turpem quæſtum in muliere; prorſus proinde eatraneæ legis diſpoſitio, & præſumptio, ot tradiderunt *Burſatt. conſ. 209. num. 25. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 51. num. 36. Rota deciſ. 343. nu. 5. & 8. par. 11. & dec. 224. num. 21. & 22. par. 17. & deciſ. 228. nu. 9. & 10. & deciſ. 365. num. 3. ſeq. par. 18. rec.*

Nullumque demum facere poteſt obſtaculum, quod Franciſca emit diſceptatum Cambium pro ſolis ſcutis 160. quando illius ſors erat ſcut. 400. quodque propterea talis emptio facta viliori pretio irritetur a Cæſareis Conſtitutionibus *in famigeratis legibus per diverſas, & ab Anaſtaſio Cod. mandati*. Quandoqoidem
7 Cambium hoc, jam diu inexigibile expertum fuerat Ven. Monaſterium S. Laurentii in Pane, & Perna majorem forte non merebatur æſtimationem, & ſi cum ſolertia, aut ſorte Ceſſionarii reperta fuerunt bona debitoris id non impedit exequutionem Inſtrumenti Cambialis, quod veluti limpidum, & clarum, non ſubjacet cenſuræ dictarum legum, quæ non habent locum, quando creditum tenui pretio ceſſum clarum, limpidum, & nequaquam ſuſpectum apparet, tunc enim ceſſat præſumptio acquiſitionis factæ ad diveaandum, vel ad redimendas lites, ut communiter *Gratian. diſc foreuſ. cap. 826. num. 42. & 43., & cap. 286. num. 8. & 9. Urceol. de tranſact. quæſt. 83. num. 4. Cancer. var. reſol. cap. 1. num. 163. Rota dec. 307. num. 16. par. 1. dec. 147. num. 32. par. 11. & dec. 228. num. 10. par. 23. & dec. 360. nu. 14. & dec. 699. num. 7. par. 9. rec.*

Et ita altera tantum parte informante &c.

ROMANA DOTIS.

Ven. 21. Iunii 1715.

ARGUMENTUM.

In conflictu duorum Capitulorum Matrimonialiom, quod ex illis attendi debeat, quodque oti falſum reiiciendum late in hac deciſione tractatur.

SUMMARIUM.

1 *Dos poſt obitam filiæ nuptæ abſque filiis ad Patrem, illiaſque heredes ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato revertitur.*

2 *Identitas excluditur ſi aliqua neceſſaria demonſtratio penitus deficiat.*

3 *Probatio melior dari nequit, quam proprii oris confeſſio.*

4 *Veritas Capitulorum Matrimonialium excluditur ſi in illis ſubſcriptus nemo reperiatur eorum, qui Matrimonium pertractarunt.*

5 *Ocularis inſpectio ſuperare ſolet quodcumque genus probationum.*

6 *Fides Peritis adhiberi quandoque nequit.*

7 *Recognitio facta a Peritis ſuper caractere alicujus plene probat.*

8 *Abraſio quoties dignoſcitur ferire partem ſubſtantialem diſpoſitionis omnem fidem adimit ſcripturæ.*

9 *Verba ſemper debent in eadem ſcriptura conciliari.*

10 *Amittere quis nequit bona jam ſibi irrevocabiliter donata.*

11 *Suſpicio falſitatis in civilibus habetur pro ipſa falſitate.*

12 *Suſpicio falſitatis ſcripturæ evincitur a tarditate illius productionis.*

DECISIO DCCXII.

NUpſit Comitiſſa Maria Marchioni Stephano, conſtituta ſibi Dote ſcutorum 25. mil., cumque Marchio ſub patria degeret poteſtate, illius Genitor prævia emancipatione, ad finem ot poſſet opportunius onera ſubire Matrimonii Stephano promiſit, & reſpective donavit annua ſcuta mille; ſoluto deinceps eodem Matrimonio, & a Comitiſſa Maria hærede ſcripto Comite Antonio ex germana Sorore Nepote, inter cæteras diſſentiones, qoæ ſubinde, ſive ſtatim inter eumdem Hæredem, & Marchionem Stephanum exarſerunt, orta fuit illa, quod minime teneretur prænominatus Stephanus præmiſſam Dotem reſtituere ipſi Hæredi, ex qoo in Capitulis Matrimonialibus eadem Comitiſſa Maria fuiſſet poſt ſui obitum ei elargita præfatam qoantitatem, delataque proinde controverſia ad Tribunal A. C., relaxatam ab A. C. Anſideo fuit mandatum pro ſumma inferius connotanda favore Comitis Antonii Hæredis, illudque hodie uti validum, & juſtum, fuit a noſtro Sacro Auditorio nedum approbatum, ſed novum quoque, relaaatum reſcribentibus Dominis, *mandatum A. C. eſſe exequendum, & novum relaxandum pro ſumma in præſenti Deciſione exprimenda.*

De validitate quippe quæſtio non fuit; Juſtitia autem refulſit, quia cum Comitiſſa Maria nullos poſt ſe liberos reliqoiſſet, ejuſqoe Dos non eſſet profectitia, unde ea diſpoſitione *Tex. in leg. Dos a Patre, in leg. Profectitia Cod. de Iur.*
1 *Dot.*, illa reverteretur ad Patrem, perſpicuum remanebat, quod ea deberetur ejus Hæredibus, ſive inteſtatis, ſive Teſtamentario, prout hic, qualis erat Comes Antonius, ea deductis per *A. Coſt. de Privileg. Creditor. regul. 5. ampliat. 48. num. 103., & ſequen., Cardinalis de Luca de Dot. diſc. 166. num. 103. & 104.,*

Google

104., *Baldacc. rer. judic. tit. 4. de Dot. diſc.* 18. *nu.* 30., *Rota in Romana Cenſus ſuper Cauthela Angeli* 5. *Maii* 1710. §. *fin. coram R. P. D. meo Falconerio*.

Abſque eo, quod refragari valeret prætenſa Donatio in Capitulis Matrimonialibus facta per eandem Comitiſſam Stephano Viro; quia duo per eundem Stephanum judicialiter extiterunt genera Capitulorum Matrimonialium producta, & ſub eadem die, nempe 25. Martii 1603. confecta, & ſiquidem ſingillatim ea perpendendo, quatenus pertinebat ad Capitula primo loco exhibita per Stephanum, non ſolum illa non ſine aliquo affectationis ſtudio apparebant inſerta in quodam Inſtrumento Cambii, quod ipſa Maria paſſive contraxerat cum Alphonſo Cavallerino in ſcutis 2500. ad effectum illa ſolvendi in computum promiſſæ Dotis ſcutorum 25. millium ad normam pacti continentis, quod ſcuta 3000. numerari deberent Viro in pecunia effectiva; non enim locus proprius eſſe videbatur inſerendi hujuſmodi Capitula in hoc Cambiali Inſtrumento in parva quantitate cum tertia Perſona celebrato. Verum tollebat omnem difficultatem, reddebatque ſuſpectum, & inexequibile idem primum genus Capitulorum, quod certo certius erat deeſſe in eiſdem Capitulis correſpectivam, ut ab initio præmiſimus, obligationem ſuſceptam a Patre ejuſdem Marchionis Stephani aſſignandi Filio annua ſcuta mille. Deficiente autem tali contra poſitione, emergebat, quod vera Capitula non eſſent illa in quibus talis quodammodo antidoralis promiſſio non legebatur. Quando enim
2 deficit aliqua penitus neceſſaria demonſtratio, identitatem excludere manifeſtum eſt, ſicuti ad rem ratiocinantur poſt *Text. in leg. Scripturæ Cod. de fid. Inſtrument.*, *Rain.*, *conſil.* 21. *nu.* 5. *lib.* 4., *Rota coram Priolo dec* 230. *num.* 2., & *in Recent. deciſ.* 173. *nu.* 7. & 8. *par.* 4. *tom.* 2., & *in Romana Pecuniaria, ſeu alimentorum* 26. *Aprilis* 1706. §. *Secundum vero, coram bonæ memoriæ Omanna*.

De hac vero hujus annuæ præſtationis præexiſtentia, & obligatione ſuſcepta per Patrem liquido coruſcabat ex pluribus Schedulis, ſeu parvulis Schedulis miſſivis, de quibus *in Summario Num.* 3., ſuperlative autem per præventivam retroceſſionem, ſeu retrodonationem ejuſdem promiſſionis factam a Stephano favore Patris, in qua litteraliter legebatur, quod hujuſmodi promiſſio inſerta, ſive inſerenda eſſet in Capitulis; Ideoque fruſtraneum reddebatur aliquam perquirere probationem, quando habebamus tam claram, & explicitam confeſſio-
3 nem ad monitum Imperatoris Diocletiani, & Maximiliani *in leg. Cum precibus Cod. de probat.*, *Rota coram Cavaler. deciſ.* 22. *n.* 3., & *dec.* 341. *n.* 3. *cor. Merlin.*, cum aliis *in Spoletana Succeſſionis* 17. *Februarii* 1710. §. *finali cor. Me*.

Aſt ceſſabat omnis hæſitatio ex alia implicita quidem, ſed non minus potenti confeſſione præfati Stephani, dum ſecundo loco ille produxit copiam, quam aſſerebat originalem ipſorum Capitulorum, in eis namque poſitive liquebat, adeſſe hanc promiſſionem, ſed fuit error pejor priore, in primis hæc ſecunda Capitula ex eorum facie oculis Dominorum ſubjecta, emicavit ſpecies quædam informis minutæ perperam deturpatæ, dumque in illis enunciabatur, Matrimonium initum extitiſſe cum communi plauſu Conſanguineorum, mediante protectione, & interpoſitione Eminentiſſimi Cardinalis Otthoboni, ſatis abſonum videbatur, quod nemo in eiſdem, ut moris eſt, pro majori honorificentia ſignatus appareret, ſed ſolum duo Extraneæ perſonæ, & eorum unus Famulus ejuſdem Stephani, ut in ſimili
4 conjectura excluſiva veritatis monuerunt *Alexand. conſ.* 152. *n.* 11. *lib.* 5., *Cravett. conſ.* 892. *nu.* 5., *Menoc. conſ.* 199. *n.* 29., *Boſſ. in prax. Crimin. Tit. de falſ. num.* 6., *Maſcard. de probat. obſerv.* 745. *num.* 11., *Raynald. obſervat. Crim. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 63., *Rot. cor. Buratt. dec.* 108. *num.* 1., & *in Rec. deciſ.* 620. *num.* 19. *par.* 18. *tom.* 2.

Quinimo cum ſub eadem die, ut diximus utraque Capitula exarata extitiſſent, neſciebatur quare, aut, quomodo adeo diverſa emicaret illorum ſubſtantia, & adeo diverſa foret ſubſcriptio Comitiſſæ Mariæ; Prima ſiquidem tria exprimebant cognomina, proprium, præmortui Mariti, & Sponſi ſuſcepti; Secunda vero illud tantum primi Mariti prædefuncti: Unde merito conclamaverat eadem Comitiſſa, talia nunquam ſubſcripſiſſe Capitula, neque Donationem Dotis ſuæ inibi inſertam legitime exaraſſe *Summario n.* 7., & 8., ſicque hiſce omnibus jungendo demonſtrationem prænarratæ deturpationis, negari non poterat, quod ſi ocularis inſpectio ſoleat omne genus ſuperare probationis, ſaltem pleniſſime probationem implerent ex his, quæ habentur *in adnot. ad deciſ.* 22. *inter meas huc uſque impreſſas ſub n.* 34. & *in Interamnen. Apoca* 4. *Iunii* 1708. §. *Comprobatur, coram R. P. D. meo Aldrovando*, & *in Ferrarien. Bonorum ſuper datione in ſolutum* 30. *Ianuarii* 1710. §. *Secunda, coram R. P. D. meo Falconerio*, & *in Salisburgen. Primogenituræ de Lodron* 12. *Martii* 1714. §. *In ordine autem, coram Me*.

Hinc licet quandoque non poſſit fides adhiberi Peritis, ad tradita per *Trentacinq. variar. reſolut. vol. primo lib.* 2. *tit. de fid. Inſtrum. reſol.* 7. *verſ.* 2., *Rota dec.* 1321. *n.* 6. *coram Emerix. Iun.*, nihilominus in hoc caſu tot circumſtantiis, & conjecturis vallato ſuper accedebat formalis recognitio, ac depoſito trium claſſicorum Peritorum in arte ſcribendi, qui habentes præ oculis manum certam, & indubitatam Comitiſſæ comparative unanimiter teſtati ſunt, ſubſcriptitionem figuratam Marchioniſſæ ſtudioſe fuiſſe per imitationem depictam, ac prorſus

ſus

ſus aberrare a veritate, ut *in Summario Num.*
17., quemadmodum attento non diſſimili com-
7 plexu aliarum circumſtantiarum; profitentur
Bero conſil. 89. *n.* 31., *Covarr. var. reſol. lib.* 2.
cap. 13. *verſ. octava concluſio*, *Rot. dec.* 652. *n.* 3.
par. 19. *Rec.*, & *cor. Emerix Iun. dec.* 758.
num. 4.

Nec deerat alia pariter ocularis demonſtra-
tio, nempe quod eadem ſecunda Capitola præ-
ſeferebant adnotationem marginalem, quæ pe-
nitus vitiata enitebat abraſionibus, ſive raſu-
ris, cum ſuperimpoſitione novarum littera-
rum, ſed verba præexiſtentia, & abraſa, quod
in caſu præmorientiæ Comitiſſæ cum filiis Dos
donata intelligeretur, cumque caſus iſte non
evenerit, ideo commiſſa fuit, & perpetrata
hujuſmodi abraſio verborum; Quoties autem
vitium, ſeu abraſio dignoſcitur ferire ſubſtan-
tialem partem diſpoſitionis, eo magis indubi-
tanter adimit fidem ſcripturæ, quidquid eſſet
8 ubi tractaretur de aliis partibus ad rem non
facientibus, ut optime firmat *Text. in cap. Cum
Venerabilis de* Relig. *Domib.*, & *in cap. Inter
dilectos de fid.* Inſtrum., *Fariam. de Falſit. quæſt.*
153. *n.* 51., *Menoch. conſ.* 708. *n.* 18., *Cravett.
conſ.* 73. *n.* 15., *Altograd. conſ.* 14 *num.* 28. *lib.*
2., cum cæteris relatis per R*aynald. Obſerv.
Crim. to.* 2. *cap.* 18. *n.* 139. *cum pluribus ſeqq.*

Quodque præmiſſa verba -- C*on figlioli* -- in
rei veritate extarent in eadem adnotatione
manifeſte eliciebatur ex correſpondenti poſtea
forma dicendi, ut ibi -- *Ma detta Dote s' inten-
da acquiſtata a favore di eſſo Signore &c., e ſuoi
Figlioli* -- ex regula quod verba ſemper debent
9 in eadem Scriptura conciliari, ex traditis per
Bald. conſ. 130. *num.* 3., *Altograd. controv.* 34.
n. 2., cum aliis *in Ortonen. Beneficii* 23. *Mar-
tii* 1708 § *Quod autem in fine cor.* R. *P. D. meo
Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*.

Fortius quia quod hæc aſſerta Donatio non-
quam fuerit exarata aut favore filiorum, aut
ipſius Marchionis aperte liquebat, quia in
quodam Inſtrumentum Tranſactionis celebra-
to per ipſum met Marchionem nomine ejus
Vxoris cum Comitiſſa Silvia Mangellia con-
ventum extiterat, nedum enunciatum, quod
Bona ſita Cæſenæ, & cæteroquin in Dotem
tradita *pleno Jure*, & *libere ſpectarent ad præ-
fatam Dominam Marchioniſſam* M*ariam*, *ejuſque
Hæredes*; Non enim veriſimile erat, quod
Marchio ſtipulans omiſiſſet cavere, vel pro-
ferre, quod ſpectare deberent ad Comitiſſam,
nec non ad filios, vel denique ad ſe met ipſum,
ſi vere poſt eius obitum eadem Bona dotalia
fuiſſent illi donata, ut patet ad ſenſum, & in
propoſito animadvertit *Rota coram Celſo decíſ.*
280. *nu.* 5., & melius *in Interamnen. Hæredi-
tatis* 4. *Februarii* 1711. §. *Plures autem coram
Rmo P. D. Molines* D*ecano*, & *in Romana Do-
nationis* 17. *Aprilis* 1711. §. *Atque hinc*, *co-
ram Me*.

Quid plus? cum huiuſmodi veritatem,
quod in rerum natura non reperiretur talis Do-
natio, expreſſe ſupponebat, & fatebatur Mar-
chio Pater Stephani in quadam Epiſtola ei
tranſmiſſa; accepto etenim nuncio quod Co-
mitiſſa Maria graviter ægrotaret, reſcripſit
eidem Stephano per hæc clariſſima verba --
*Ma quando a Dio piaceſſe far altro di lei, come
vi ritrovareſte, ſe non haveſſe fatto Teſtamento
almeno della Dote* -- Non enim potuiſſet Ste-
phanus periclitari de Dote, ſi ei fuiſſet donata,
idque ignorare non poterat, quoties Capitula
10 fuiſſent vera, idem Marchio Pater, qui præ-
fata Capitula ſubſcripſerat, teſte *Rot. in præ-
fata Romana Donationis* 17. *Apr.* 1711. §. *Cre-
ſcebat vis*, *coram Me*, & *in Verulana Donatio-
nis* 27. *Junii* 1712. §. *Præter argumenta*, con-
firmata 24. *Martii* 1713. §. *Extrinſeca falſitatis
argumenta*, *coram R.P.D. meo Criſpo*.

Poſtremo Domini perſpecta tota maſſa ne-
gocii, reflectebant ad ea, quæ ſupra tetigimus
in ordine ad promiſſionem annuæ præſtationis
ſcutorum mille, cum ſucceſſiva clandeſtina
retroceſſione, ſignum evidens, quod intentio
Contrahentium fuerat circumvenire Comitiſ-
ſam, ideoque tot, & tantis demonſtrationi-
bus, & viſione oculari, accedente regula, &
axiomate, de quo *in Sabinen. Teſtamenti* 22.
Januarii 1705. §. *Quæ licet*, confirmata 18.
Martii ejuſdem anni §. *Tranſeundo*, *cor. R.P.D.
meo Scotto*, & *in Fulginaten.* D*onationis ſuper
reſervatis* 10. *Januarii* 1710. §. *Fortius*, *coram
R.P.D. meo Criſpo*, negari non poterat, quin
vehemens undequaque urgeret probatio, vel
11 ſaltem ſuſpicio, quæ in Civilibus cognata
eſt, & haberi ſolet pro falſitate, ut paſſim ad-
notarunt *Text. in leg. Damus licentiam Cod. ad
leg. Cornel. de falſ.*, & *in leg. Jubemus Cod. de
probat.*, *Mandell. Alb. conſil.* 99. *nu.* 2., *Rocc.
diſput. Iur. cap.* 46. *num.* 8., *Rota coram Priol.
dec.* 144. *nu.* 3., & *cor. Emerix dec.* 633. *num.* 6.
& 7., & *in prædicta Romana Donat.* 17. *Aprilis*
1711. §. *Tota baſis*, *coram Me*.

Omiſimus veluti ex abundanti reflectere ad
duo ſemper magis manifeſtantia prædictam
nimiam ſuſpicionem; etenim non egrediendo
limites obſervationis ſuper ipſa ſcriptura Ca-
pitulorum, obſervatum extitit a Dominis,
quod Marchio Stephanus producendo hæc ſe-
cunda Capitula, affectate nimis aſſeruit, illa
reperiiſſe, factis exquiſitis diligentiis de illis in-
veniendis, ob ejus abſentiam ab Vrbe, & ta-
men dum ipſe faſſus fuit, ſupradictam notam
marginalem exaraſſe poſt obitum eius uxori,
dumque plus ſcripſerat Vxori, eadem Capitula
habere, ſed nolle tranſmittere, palam evin-
cebatur, quod affectata nimium expreſſio dili-
gentiarum, quodque in animo non habuerat,
niſi evitare majorem ſuſpicionem, quæ emer-
git a tarditate productionis ſcripturæ, ac de
12 tempore, quod fere per Annum ante jam lis
in Tribunali A.C. pendebat juxta quæ ex tra-
dunt *Tancred. conſult.* 105. *num.* 34., *Roc. Epi-
ſcop.*

ſcop. diſput. 46. num. 16., *Noguerol. alleg. 26. n. 126. Spad. conſil. 252. n. 5. lib. 2.*, *Rota coram Celſo deciſ.* 280. *num. 2. in Recent. deciſ.* 562. *n. 17.*, *& in Avenionen. Succeſſionis 14. Junii* 1709. §. *Inſtammatur cor. R. P. D. meo Falconerio*, *& in Anagnina Dotis*, *& augumenti 4. Martii* 1712. §. *Sexta admodum coram Me*.

Adverſus tot, & tanta indicia, & argumenta confictionis Apocæ ſaltem in ea parte ſubſtantiali, quæ Donationem controverſam continebat, minime refragabatur depoſitio Teſtium, qui ſub calce eiuſdem Apocæ ſubſcripſerant; quia ad eneruandum illorum Teſtimonium ſcribentes pro Comite Antonio compilaverant ad partes tantas exceptinnes, quæ penitus eorum fidem deſtruebant, ſignanter autem, relicto ſecundo Teſte, contra quem in perſona adducebantur plures exceptiones perſonales in ordine ad vilem fortunam, & non vacuam Criminibus, quatenus pertinebat ad primum Teſtem, qui erat profeſſione Medicus (cum vis ſtaret in probanda identitate horum Capitulorum) tres libuit prænotare, deponebat etenim, eadem Capitula, & Apocas non eſſe datatas, quando ſecundus Teſtis aſſerebat oppoſitum, & quando oculariter apparebat, quod datam præſeferrent diei 25. Martii 1703., quodque ſubſcriptio Comitiſſa Mariæ, nulla alia verba explicaret, quod nomen ipſius Mariæ, cum cognomine Viri prædefuncti, quando tamen aderent alia verba -- *mano propria* -- ſed quod omnem hæſitationem anferebat, erat illa ingenua aſſertio, quod Donationem initam fuiſſe tot ſcivit, niſi die ſequenti poſt contractum Matrimonium, & tamen Capitula, in quibus continetur dicta Donatio, & ipſe Teſtis reperitur ſubſcriptus, confecta fuerunt ante Matrimonium. Quamobrem in hoc negocio tot circumſtantiis ſuſpecto de ſuppoſitione, Domini ambulantes cum reſponſo Caliſtri *in leg. 3. ff. de Teſtib.*, exiſtimarunt, nullam fidem præſtari poſſe, quin potius corroboratam eſſe ſuſpicionem.

Concluſive itaque reputarunt DD. pro nunc, *exequendum eſſe mandatum A. C.*, prout quoque authumarunt exequendum eſſe, vel quatenus opus foret; novum eſſe pariter pro nunc relaxandum pro ſcutis 4500., quæ Marchio Stephanus partim recepit in numerata pecunia vigore Cambii contracti cum Cavallerino, ut ſupra præmiſimus, & alia integrantia ſcuta 2000., quæ pariter recepit in tot Iocalibus, Argentis, & Gemmis.

Et ita utraque &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 21. Iunii 1715.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio datur poſſidenti* & num. 2. *& illius Conſtitutario* ibid. num. 3.

4 *Uſufructus ceſſata cauſa, vel conditione conſolidatur cum ſua proprietate.*

DECISIO DCCXIII.

CUM in contemporanea Deciſione hujus diei agnitum fuerit per Dominos, undequaque aſſiſtere Comiti Antonio bonum Jus ſuper reſtitutione Dotis traditæ a Marchioniſſa Maria Marchioni Stephano, facile deſcendebat in quandam conſequentiam conceſſiu quoque manutentionis, tam ſuper nomine Debitoris, qui coemerat Bona Dotalia Cæſenæ, quam reſpectu quorumcumque aliorum Bonorum hæreditariorum juxta praxim quodammodo notoriam Sacri Tribunalis concedendi manutentionem
1 eidem, qui in bono Iure triumphavit, ut habetur *in Romana Emphyteuſis ſuper Melioramentis 26. Iunii* 1705. *coram* R. P. D. *Omanna*, *& in Leodien. Iuriſdictionis ſuper Manutentione 23. Iunii* 1713. §. *Difficultas*, *& §. E' converſo*, *coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, cum pluribus inibi allegatis.

Potiſſime cum ipſe Comes Antonius, prævio mandato de immittendo obtento a Judice de partibus, apprehenderit actualem poſſeſſionem; unde nil magis familiare, & conſentaneum eſt, quod actuali Poſſeſſori attribuatur a manu auxiliatrice Judicis manutentio, *Poſth. de Manut. obſerv. 32. num. 9. Rota in Hiſpalen.*
2 *Juris viſitandi, & amovendi Vicarium ſuper Manutentione 12. Decembris* 1707. §. *fin. coram R. P. D. meo Aldrovando*, cum aliis fuſo calamo adductis *in Imolen. Concurſus ſuper Manutentione 10. Iunii* 1709. §. *primo cor.* Me.

Fortius quia etiam per antea ipſa Comitiſſa Maria, quæ erat Domina ſuæ Dotis, mediante clauſula *Conſtituti*, poſſeſſionem illius tranſtulerat in Comitem Antonium hæredem, ſtatim exequibilem ejus obitu ſequuto; Unde ſicuti ſi Comitiſſa Maria peteret manutentionem ſuper proprietate Dotis, ei non poſſet de-
3 negari, ita nec illius Conſtitutario per ea, quæ tradunt *Rota in Tiburtina Fideicommiſſi 2. Maii* 1705. §. *His igitur coram Me*, *& in Romana Reſtitutionis Dotis* 20. *Martii* 1711, §. *Profecto cor. Illño D. meo Scotto Gubernatore*, *& in Firmana Commendæ 29. Februarii* 1712. §. *Nulla ſiquidem cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Pinguius autem ſequuto, ut diximus, ejuſdem Comitiſſæ Mariæ obitu, quoniam iam diſſo-

diſſoluto Matrimonio, in continenti eadem proprietas attraxit uſumfructum exiſtentem prius ex cauſa ejuſdem Matrimonii penes Maritum, quemadmodum de natura eſt cujuslibet uſusfructus, qui cum ſua proprietate, ceſſata
4 cauſa, vel conditione, conſolidatur, ac miniſterio Iuris ab ea attrahitur, ex *Bartol. in l. Si Arrogator n. 12. verſ. Sed hodie ff. de Arrog.*, *Gabr. conſ. 124. n. 4., & 5. lib. 2.*, *Menoch. conſ. 39. num. 16., & 21.*, *Caſtill. de uſufruct. cap. 61. n. 7., & ſeqq.*, Rot. cor. *Merlin. dec. 642. nu. 1., & 2.*, & poſt *Conſtantin. de Statut. Vrb. dec. 25. n. 22.*

Et ita utraque &c.

ROMANA USUSFRUCTUS SUPER BONO JURE.

Die Mercurij 26. Iunii 1715.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Uſusfructus formalis eſt perſonaliſſimus, & cum uſusfructuarii morte finitur.*
Nec ad hæredes transmitti poteſt nu. 2.
3 *In tranſactione, quod non fuit expreſſum tacite nequit ſubintelligi.*
4 *Authoritas punctualis confirmata a re judicata caſum Legis conſtituit.*
5 *Verba* -- *&* cujuslibet ipſorum -- *ſolidum attribuunt.*
6 *Verba appoſita in eadem identifica Oratione diverſo jure cenſeri nequeunt.*
7 *Pars ſubſequens inſtrumenti optime declarat antecedentem.*
8 *Ceſſio, & translatio proprietatis cum reſervatione uſusfructus, optime comprobat in ipſo cedente prædeceſſa proprietatis dominium.*
9 *Nemo poteſt in alium transferre Ius illud quod ipſe non habet.*
10 *Ceſſio, ſeu translatio Iurium favore alicujus comprobat illorum antecedentem acquiſitionem in eo qui illis cedit.*
11 *Uſusfructus Officiorum vacabilium acquiritur favore illius Perſonæ in cujus capite officium emptum eſt.*
12 *A diverſis, & incongruis non fit illatio.*
13 *Teſtes mediatores, qui præſumuntur informati de vera contrahentium voluntate optime inſerviunt pro interpretanda mente eorundem contrahentium.*
14 *Teſtes omni exceptione majores, & formiter examinati plene probant.*
15 *Donatio inter Conjuges ſi ſit collata in tempus ſoluti matrimonii ſuſtinetur.*
16 *Statutum peculiare alicujus loci ex defectu Iuriſdictionis non porrigitur extra aliud diverſum Territorium.*
17 *Statutum loci contractus ſemper attenditur quoad ſolemnitates.*

DECISIO DCCXIV.

CUm controverſiæ exortæ inter Comitiſſam Sylviam de Mangellis, uti vocatam ad fideicommiſſum bonæ memoriæ R. P. D. Marci Aureli Maraldi, & Marchioniſſam Mariam Gallam hæredem teſtamentariam Lucæ Angeli Maraldi ejus Viri, modo ſecundo, modo vario, dubioque marte dijudicatæ, reſolutæque fuerint tandem ſatius duxerunt ad terminandas hujuſmodi controverſias ad amicabilem devenire tranſactionem, in qua prædictæ Comitiſſæ Sylviæ conſignata fuere omnia loca Montium in lite cadentia, & Marchioniſſæ Mariæ libere data fuerunt bona Cæſenæ. Et quoad domos, ſeu Palatia, Urbis, & Albani, ac Vineas ibi exiſtentes conventum fuit -- *Quod domus, & Palatia aliaque bona enunciata in prædictis donationibus R. P. D. Maraldi modo detenta a præfata dicta Marchioniſſa Galla convenerunt mediante ſolemni ſtipulatione, quod dicta Domus, & Palatia Vrbis, & Albani, nec non Vinea, ſeu Vineæ ibidem exiſtentes ſpectent, & ſpectare debeant ad præfatam Marchioniſſam Gallam de Allis, quoad uſusfructum tantum duraturum ad ejus vitam naturalem, & ad vitam naturalem dicti Marchionis Stephani de Allis ejus Viri, & cujuslibet eorum* -- *ut in Summario Marchionis num. 1. lit. A.*

Rebus ita compoſitis, cum de anno 1712. fato ceſſerit prælaudata Marchioniſſa Maria, inſtituto ſibi hærede Comite Antonio Panimolla ſtatim inter cæteras controverſias, quas ipſe promovit contra March. Stephanum Allium ejus Virum una fuit hæc uſusfructus in ſpem erectus, quod ejus perſona conſiderata tantum fuerit in prædicta tranſactione pro ſigno demonſtrativo, & ſignificativo durationis uſusfructus ad illius favorem tanquam dictæ Marchioniſſæ, hæredis, non autem ad effectum acquirendi illius utilitatem, atque ſubſtantiam, & propterea res ad forum deducta coram A. C. Anſideo prædictus Comes Antonius Panimolla, ſuccubuit: Cumque poſtea a prædicto Judicato in ſolo devolutivo ſtante Commiſſione mihi directa cum clauſula *ſine præiudicio* ad noſtrum Tribunal conſcenderit in hoc quoque certamine præfatus Comes Panimolla dilapſus eſt, quia propoſito per me dubio -- *An, & cui debeatur uſusfructus* -- a DD. meis reſponſum accepi -- *Vſumfructum deberi Marchionis Stephano.*

Fundamentum reſolutionis in ea parte, in qua excludebat Comitem Antonium hæredem, & e converſo in altera parte includebat Marchionem Stephanum deſumptum fuit, tam ex ſubiecta materia, & natura uſusfructus, tam ex verbis dictæ tranſactionis, quam ex vereſimili tranſigentium intentione. Nam quod attinet ad ſubiectam materiam uſusfructus cum

hic

hic agatur de uſufructu non cauſali, ſed mere
1 formali, quod eſt perſonaliſſimus, & cum
morte, uſufructuarij proſus extinguitur *ad
Text. expreſſ. in §. Finitur autem uſusfructus in-
ſtit. de uſufruct., & in leg. Corruptionem 16. Cod.
eodem l. Sub conditione 60. ibique gloſſ. verb. in-
terierit ff. de uſufruct., Decian. conſ. 42. nu. 35.
volum. 1., Rimiual conſ. 381. nu. 97. Menoch.
conſilio 201. num. 26. lib. 3., Caſtill. de uſufruct.
cap. 61. num. 3., Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 133. nu. 12., Manſ. conſult. 221 nu.
30. tom. 4., Rot. coram Emerix Iun. deciſ. 16.
nu. 1., & in rec. deciſ. 99. ſub nu. 21. par. 12.*;
Speciale eſt, quod circumſcripto pacto, aut
circumſtantiis clare convincentibus tranſmiſ-
ſionem talis uſusfructus fieri debere ad hæredes
2 cenſeatur tantummodo reſervatus ad vitam
uſusfructuarii, nec ad hæredes tranſmittatur ex
*Tex. liter. in leg. Stipulatio §. Si quis ff. de verb.
oblig.*, ibi — *Si quis ita ſtipulatus fuerit, uti frui
ſibi licere ad hæredem ſtipulatio iſta non pertinet* —
egregie *Caſtrenſ. in leg. Continuus fin. nu. 3. ff.
de verb. oblig.* ibi — *Hæc tamen vera ſunt in his,
quæ ſui natura tranſeunt in hæredes etiamſi de hæ-
redibus non ſit facta mentio ſecus in his, quæ non
tranſeunt, ut in ſtipulatione uſusfructus* — *Cyrinc.
controverſ. 398. num. 3., & ſeq. Connan. Com-
ment. Iur. Civil. lib. 4. cap. 6. num. 3. in princi-
pio Petrus Ricciurell. ad d. §.* Finitur *inſtit. de
uſufruct. nu. 4., Caſtill. de uſufruct. dicto cap. 61.
num. 13. verſ. Cum perſona*, Cardin. *de Luca
de fideicom. diſc. 4. num. 6. verſ. 3., Rot coram
Merlin. deciſione 642, & coram Cardin. Celſ.
deciſ. 411. utrobique num. 3., & in Romana
Quarti Dotalis, ſeu locorum* Montium *20. Iunii
1713., §. Atque ex his coram R. P. D. meo
Lancetta.*

Corroboratur præmiſſa Iuris diſpoſitio, &
reſpective locus ſternebatur incluſioni Mar-
chionis Stephani ex ipſis verbis memoratæ
tranſactionis, quia in illis habetur, quod —
*Domus, & Palatia, aliaque bona ſpectent, &
ſpectare debeant ad præfatum Marchioniſſam Gal-
lam de Allis, quoad uſum fructum, tantum dura-
turum ad ejus vitam naturalem, & ad vitam
naturalem, d. March. Stephani de Allis,
ejus viri, & cujuslibet eorum* — *ut in Sum-
mario Marchionis numer. 1. lit. A.*: Et pro-
pterea ſi prædicta tranſactionis verba nul-
lam prorſus mentionem faciunt, aut directa
dignoſcuntur ad hæredes d. Marchioniſſæ, præ-
ſumendum venit, quod de tranſactione ad eo-
3 rum favorem actum, & cogitatum non fuerit
ad punctualem *Textus Cenſurum in dict. leg. Sti-
pulatio §. Si quis ff. de verb. oblig.*, ibi — *Sed ſi
non addiderit ſibi non puto ſtipulationem de uſu-
fructu ad hæredem tranſire* — *Mantic. de tacit.,
& ambig. lib. 14. tit. 19. nu. 52. tom. 2.*, & in
terminis, ut dici ſolet terminantibus, quod re-
ſervatio uſusfructus facta a Viro durante vita
naturali ejuſdem, & ejus Vxoris importet, ut
talis uſusfructus poſt mortem Viri fuerit acqui-
ſitus etiam Vxori teſtatur deciſum, *Cancer. var.
reſolut. parte 3. cap. 22. nu. 121.*

Quæque punctualis Cancerii authoritas de-
clinari non valuit a defenſoribus præfati Comi-
tis ſub obtentu, quod ibi *Cancer.* præſupponat
pertinentiam uſusfructus ad utrumque, & quæ-
ſtionem agat de jure accreſcendi inter eoſdem,
quia revera illius præſuppoſitum totum ſtat in
præſumpta donatione, & voluntate Viri con-
formi naturæ uſufructus, ut videre eſt ibidem
ſub n. 121., & propterea talis authoritas punctua-
4 lis roborata re judicata, quæ emanavit in Se-
natu Canthaloniæ caſum legis conſtituit, & pro
ipſa lege haberi debet *Iaſon. in leg. Penult. n. 21.
Cod. de pact., Bartol. conſ. 36. n. 42. lib. 2., Becc.
conſ. 35. num. 18., & conſ. 68. n. 9. lib. 1., Surd.
conſ. 313. num. 43. lib. 3.*, Mer. *Vot. 6. num. 7.
Cardin. de Luca de uſur. diſc. 22. num. 2., & in
tract. de emption. diſc. 6. num. 8., Adden. ad
deciſ. 20. nu. 42. parte 3. recent., & deciſ. 122.
in fine parte 5. recentior., & in Romana Cappel-
laniæ 25. Novembris 1705. §. Verum coram
me.*

Imo ſi a præfato Inſigni Senatu proceſſit talis
deciſio favore Coniugis, quando ipſa reſerva-
tio uſusfructus cadebat in virum, & ejus du-
ratio deſignata erat ad vitam, tam Viri, quam
Vxoris, & quando non aderant aliæ concomi-
tantes probationes, & circumſtantiæ de quibus
infra, eo firmius aſſerebant DD. id ipſum ad-
mittendum fore in caſu præſenti, in qua pa-
ctum dictus uſusfructus explicatum per ſupra-
dicta verba durationis æqualiter utrumque Con-
jugem reſpiciebat ex cenſura *Text. in leg. Jam
hoc Jure ff. de vulgar., & pupillar. leg. Quamvis
Cod. de impuber., & aliis ſubſtitut., Rot. coram
Bich. deciſ. 138. num. 19., & coram Caril. deciſ.
145. num. 27., & coram Emer. Iun. deciſ. 583.
num. 5., & in rec. dec. 334. n. 5. par. 15. & deciſ.
375. n. 4. par. 16.*

Et eo magis quia prædictæ Cancerii indivi-
duali authoritati ſuperaccedunt poſtrema illa
verba — *Et cujuslibet ipſorum* —, quæ de ſui na-
tura, tam Marchioniſſæ Mariæ, quam Mar-
5 chioni Stephano Viro ſolidum attribuunt, ut
tradunt *Barſatt. conſ. 295. num. 3., Surd. conſi-
lio 362. num. 18., Barboſ. diction. 59., Gratian.
diſcept. for. 272. nu. 29. & 30., Mantic. de ta-
cit., & ambig. lib. 22. tit. 34. ſub numero 28.,
Rota aliis adductis concordan. in Romana Emphy-
theuſis prima Iulii 1703. §. Quoniam neque coram
claræ memoriæ Cardin.* Caprara.

Quibus præmiſſis tranſactionis verbis nullo
modo accomodari DD. exiſtimarunt eam in-
telligentiam, quam illis dare ſtudebant Defen-
ſores d. Comitis Antonii. quod nempe memo-
ratus Marchio Stephanus Staret ſolummodo
demonſtrative ad indicandum ſcilicet tempus
durationis uſusfructus ad ejus vitam nulla ejuſ-
dem illi utilitate tributa, quia in primis ani-
madvertebant DD., quod verba reſervativa
uſusfructus favore, tam Marchioniſſæ, quam

Marchionis Stephani ſubſtantialiter retinebant in illa orationis parte, nempe -- *Quoad uſumfructum, tantum duraturum ad ejus vitam naturalem dicti Marchionis Stephani Allii ejus Viri* -- Vnde ſi conventio dictus uſusfructus ejuſque durationis alia formula, alioque dicendi modo explicata non fuit favore Marchioniſſæ Mariæ, quam illis verbis -- *duraturum ad ejus vitam naturalem, & ad vitam naturalem d. March. Stephani ejus Viri* -- Quemadmodum prædicta verba citra hæſitandi principium favore dictæ Marchioniſſæ præſeferunt pertinentiam, & acquiſitionem dictus uſusfructus ita, & pari modo favore Marchionis Stephani, ne eadem verba
6 oppoſita in eadem identifica oratione diverſo Iure cenſeri dicamus contra regulam, de qua *Barthol. in leg. Centuria num. 27. ff. de vulgar., & pupillar., Torniol. conſ. 23. num. 59., & conſ. 104. num. 7., Rot. decif. 16. num. 4. verſ. Ergo illa verba parte 8. recent., & decif. 3. num. 18., & 19., & in decif. 50. num. 21., coram me inter hactenus Romæ impreſſas*.

In hunc quoque participativum ſenſum collimant cæteræ omnes partes dictæ tranſationis, in qua dictus Marchio Stephanus non geſſit figuram demonſtrativam temporis ſimpliciter inter tranſigentes, Quoniam Marchio Stephanus una cum Marchioniſſa Maria Vxore ceſſit & tranſtulit in præfatam Comitiſſam Sylviam præſentem, & acceptantem proprietatem bonorum in ſtipulatione cadentium; Vnde ſi in ipſa tranſactione geſſit figuram Contrahentis, & Cedentis Jura proprietatis ad favorem dictæ Comitiſſæ Sylviæ, per neceſſarium conſequens concludi debet, eamdem figuram geſſiſſe in ipſa reſervatione uſusfructus in eodem tranſactionis Inſtrumento conventa, non autem ſigni demonſtrativi durationis uſusfructus, cum
7 hæc ſubſequens pars Inſtrumenti optime declaret antecedentem argumento *Text. leg. qui filiabus ff. de Legat. 1., Menoc. conſil. 1. nu. 186. Rota decif. 587. num. 8. part. 4., tom. 3. & decif. 336. num. 4. par. 11. Recent., & coram Emerix Iun. decif. 1325. nu. 29. Tom. 3.*; Et ceſſio, & translatio proprietatis cum reſervatione uſus-
8 fructus optime comprobet in ipſo Cedente prædeceſſæ proprietatis Dominium, ut decidit *Text. in leg. Quiſquis in fine, & in leg. Si quis argentum §. Sed quidem Cod. de Donat., Rota decif. 520. num. 2. part. 2., & decif. 316. num. 1. cum duobus ſeqq. part. 10. Recent., & coram Bich. dec. 403. num. 2. & in Firmana Primogenituræ 19. Februarii 1712. §. 8. coram R. P. D. Falconerio*,

Eoque vehementius, quia ultra ceſſionem proprietatis, præfata Comitiſſa Sylvia voluit reportare ab ambobus Jugalibus ceſſionem conſolidativam uſusfructus cum proprietate poſt eorum obitum, unde ſi reportari voluit etiam a dicto Marchione Stephano præmiſſa ceſſio, & non a ſolo Marchioniſſa Maria, ſignum evidens eſt, quod quoque penes illum Jus dicti uſusfructus exiſteret, & conſolidabile cum proprietate reſideret, ſummoque Judicio dicta declaratio fuit reportata, ne vel unus, vel alter ex dictis uſufructuariis quæſtionem impeditivam dictæ conſolidationis movere potuiſſent, & propterea ſi prædicta ceſſio
9 proprie fieri non valebat, niſi a vero uſufructuario cum nemo poſſit in alium transferre Jus illud, quod ipſe non habet ex *Text. in cap. Nemo plus Juris de regul. Iur. in ſexto* ubi Canoniſtæ communiter *Barboſ. Axiom. 64., Tuſch. littera D. concluſ. 17. Bonden. collect. legal. 31. volum. 2. num. 117., palm. Iunior. allegat. 204. num. 11. Tom. 3.*, & aliis adductis *Rota Lucen. decif. 299. num. 23. tom. 3.*; Denegari non valet, quod memoratus Marchio Stephanus revera conſideratus fuerit pro vero Domino, & Acquiſitore uſusfructus, ut patet ad ſenſum.

Incaleſcitque argumentum, quia prælaudati Jugales dictam ceſſionem fecerunt poſt obitum utriuſque, Vnde ſi tam caute ad tollendas Litis occaſiones proceſſum fuit ly *obitus* Marchionis Stephani non poteſt intelligi in ore ſuo ad indicandum tempus durationis uſufructus favore Hęredis eius Vxoris, ſed potiori Jure debet intelligi in ſenſu præcautelativo, nempe quod acquiſitus, ita dictis Jugalibus intelligeretur, ut per utriuſque obitum nullatenus impedita maneret eius conſolidatio cum proprietate, cum privatio habitum præſupponat, & translatio, ſeu relaxatio Jurium favore alicujus comprobet illorum antecedentem
10 acquiſitionem, ſeu participationem in eo, qui illis cedit, aut illa relaxat, ut firmant *Caſtill. apud Manſ. conſult. 472. num. 6., & ſeqq., & nu. 15. §. Conſiderari, Saminiat. controv. 18. nu. 23., controv. 87. nu. 2., & 3., & controv. 89. ſub nu. 7. moderna Deciſiones Florentinæ dec. 37. nu. 6. coram de Comitibus, Rota in Romana Hæreditatis de Ruſpolis 13. Junii 1704. §. Clarius 22. coram Reverendiſſimo Domino meo Decano*.

Quibus ita præmiſſis inapplicabile DD. exiſtimarunt exemplum Officiorum Vacabilium, quę multoties emuntur in Perſonam alterius etiam ignorantis, ut cum eius Vita eorum duratio commenſuretur, quia vel emptio dictorum Officiorum Vacabilium in Capite alicujus tertiæ Perſonæ, eſt pura, & ſimplex abſque ulla reſervatione Decreti favore Emptoris, & hoc exemplum retorquetur, quia tam quoad ſubſtantiam, quam quoad uſumfructum acqui-
11 ritur favore illius Perſonæ, in cujus Capite Officium emptum eſt, ut notant *Gratian. diſcept. forenſ. 50. num. 18., Card. de Luca de Regal. diſc. 1. nu. 3. verſ. primus Caſus, & diſc. 160. nu. 6., & in Tractat. de legit. diſcurſ. 15. nu. 10. Rota coram Seraphin. dec. 1303. num. 3., & 11. Tom. 2., & dec. 262. part. 1. diverſ., & dec. 660. nu. 4. part. 4. Tom. 3.*

Vel adeſt reſervatio Decreti favore Emptoris, & nil commune habet cum Caſu præſenti, in quo favore Hæredis nulla legitur reſervatio,

& ſic

12 & ſic ab incongruis, & toto Cœlo diverſis nulla valet illatio ad *Text. expreſſum in leg. Papinianus ff. de minor.*, *Rota in Recent. dec. 663. nu. 15. part. 19.*, *& in Romana Dotis de Salviatis 26. Junii 1708. §. Non etenim coram Me*, *& in Romana Primogeniture, & Fideicommiſſorum de Corſinis 16. Maii 1710. §. Quidquam 15. cor. R.P.D. meo Aldrovando*.

Si autem naturæ rei in pactum deductæ ſcilicet uſufructus non abſcendentis a perſona fructuarii, & verbis, & pactis ejuſdem tranſactionis jungatur veriſimilitudo, res quodammodo tranſire in evidentiam videtur quoniam inveſtigandum venit, an in illo actu, in illo puncto, in quo ex voluntate d. Marchioniſſæ Vxoris reſervabatur uſusfructus duraturus etiam ad Vitam d. Marchionis Stephani, & utriuſque ipſorum d. Marchioniſſa veriſimiliter in mente habuerit, ut poſt eius mortem utilitas dictus uſusfructus potius provenire deberet ad dictum Marchionem Stephanum Conjugem ſibi dilectiſſimum, & florentioris ætatis, vel ad ejus hæredes. Vnde cum dictus uſusfructus de ſui natura non ſit tranſmittibilis ad hæredes, imperceptibile DD. viſum fuit, quod dicta Marchioniſſa potius ejus futuris, & inde terminatis hæredibus providere voluerit, quam Marchioni Stephano eius Viro præſenti, agenti, & ſuper dicto uſufructu paciſcenti, quæ ſane circumſtantiæ cum fortiſſimam perſuadeant contemplationem, & favorem ipſius Marchionis Viri & non hæredum præfatæ Marchioniſſæ ſtrenue fortificatur ex illis, quod dicta ſtipulatio pro univoco objecto habuerit perſonam d. Marchionis Stephani, & ſic utilitatem ab illo poſt obitum Marchioniſſæ percipiendam ex theorica *Bartol. in l. nominatim ff. de liber., & poſthum.*, *Tiraquell. de leg. conſ. gloſ. 7. n. 119. & 146.* *Mantic. de conject. lib. 7. tit. 12. nu. 12.*, *Robles de repræſent. lib. 2. cap. 3. nu. 13. Rot. in Romana Hereditatis de Ruſpolis 13. Junii 1704. §. Cum itaque*, *& coram Reverendiſſ. meo Molines Decano*.

Hiſce adſtipulabantur etiam non meræ conjecturæ, & veriſimilitudinis, ſed etiam extrinſicæ, & effectivæ probationes, Advocatus enim Guidaccius, qui fuit potiſſimus mediator, atque conſultator prædictæ tranſactionis teſtatur hanc fuiſſe memoratæ Marchioniſſæ voluntatem, ut ex ejus epiſtola in *Summario Marchionis Num. 2.* Quantum autem ad interprætandam mentem Contrahentium in aliqua oblocutione, quæ dubia videri poſſit, deferendum veniat huiuſmodi Teſtibus mediatoribus,
13 qui præſumuntur informati de vera Contrahentium voluntate loculenter docuit *Rot. in dec. 375. n. 1., & 2. part. 5. Recent., & dec. 327. nu. 6. & 7. part. 15., & in Romana Pecuniaria ſuper exhibitione 21. Iunii 1694. §. Et altera*, *& 31. Ianuarii 1695. §. Et Teſtibus coram bon. mem. Muta*, *& in dicta Romana Hæreditatis de Ruſpolis 13. Iunii 1704. §. Ex quibus 25. coram Reverendiſſ. Molines Decano*.

Maxime quia dictus Advocatus Guidaccius non eſt unicus, ſed quoque cum eo alii Teſtes omni exceptione majores formiter examinati hanc eandem voluntatem dictæ Marchioniſſæ, ab illa ſæpius auditam, retulerunt, & proinde ex hac multiplici Marchioniſſæ prædefunctæ declaratione per præfatos Teſtes audita, ac patefacta, eo magis omnem dubietatem ſubmo
14 tam eſſe DD. cenſuerunt iuxta ea, quæ uno ore tradiderunt *Bartol. in l. prima §. Idem Cornelio dd. quæſt. Soccin. Jun. conſ. 56. nu. 5. lib. 4. Ioſeph Ludovic. dec. Peruſ. 95. nu. 35. & ſeqq.*, *Rot. dec. 364. nu. 7., & dec. 448. nu. 5. par. 14. Recent.*, *& in Romana Dotis 2. Novembr. 1711. §. Conſpirantibus coram Me*.

Quibus ita abſolutis minus referri DD. putarunt, quod poſita reſervatione dictus uſus fructus etiam ad favorem prædicti Marchionis Stephani, cum hæc redoleat implicitam donationem inter Coniuges fieri prohibitam tam de jure communi, quam ex Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 135.* in omnem caſum ex capite nullitatis non valeret; quoniam quatenus attinet ad diſpoſitionem Iuris communis cum huiuſmodi præſumpta donatio ſit collata in tempus ſoluti
15 Matrimonii validam eſſe in individuo ſubſtinet *Cancer. variar. reſol. dicta par. 3. dicto cap. 22. num. 120., & 121.*, & generaliter tradunt *Soccin. conſ. 114. num. 8. volum. primo*, *Ruin. conſ. 52. num. 5. lib. primo*, *Molin. de Rit. Nupt. lib. 3. quæſt. prima num. 43.*, *Tiraquell. poſt leg. connubial. gloſ. 4. num. 291.*, *Sanchez de Matrim. lib. 3. diſput. 3. num. 8.* late *Barboſ. in l. quæ Dotis num. 151., & ſeq. ff. ſolut. Matrim.*, *Card. de Luc. de Donat. diſc. 30. num. 4. Valaſc. deciſ. 135. num. 21.*

Atque ex dicta authoritate Cancerij facile evitabatur applicatio Statuti Urbis, quod nihil in ſubſtantia adjungit diſpoſitioni Iuris communis potiſſime etiam quia cum prædictum Tranſactionis Inſtrumentum in quo talis prætenſa donatio continetur celebratum noſcebatur Forlinpopoli, & ſic extra Territorium Statuentium ad quod exterum Territorium præfati Sta
16 tuti vires ex defectu Iuriſdictionis non porriguntur iuxta Theoricam *Barthol. in leg. Cunctos Populos num. 33. C. de Sum. Trinit., & Fid. Cathol.*, quam ſequuntur *Maſcard. concluſ. 6. n. 3. & ſeq. Merlin. de legitim. lib. 3. quæſt. 18. nu. 20.*, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 451. nu. 5. Paulut. diſert. 10. nu. 3.*, *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 2. Rubr. 139. nu. 52. tom. 2. & aliis adductis Rot. in Romana Dotis, ſeu Teſtamenti 12. Januarii 1714. §. Et nihilominus cor. R.P.D. meo Cerro*; Et propterea nullo modo attendi merebatur, cum abſolutiſſimum hodie ſit Ju
7 xta etiam Sententiam noſtri Tribunalis, quod quoad extrinſecas ſolemnitates ſemper attendatur Statutum loci contractus, ut egregie diſtinguit *Bartol. in prædicta leg. Cunctos Popul. num. 32. Cod. de Sacr. Eccleſ.*, *Aretin. conſil. 54. num. 2. verſ. tertia ratio principalis*, *& conſ. 73. n. 5.*

73. num. 5. poſt med., & num. 6. verſ. tunc ſuccedit, & num. 8. lib. primo, Cravett. conſ. 271. num. 3. verſ. quinto, Gabriel de Statut. concluſ. 8. num. 22. & aliis adductis, Rot. in Magiſtrali deciſ. 601. num. 3. coram Merlin., & in Romana Dotis, ſeu Teſtamenti 12. Ianuarii 1714. §. Cæterum coram R. P. D. meo Cerro.

Et ita utraque Parte accerrime informante reſolutum fuit.

ROMANA USUSFRUCTUS SUPER MANUTENTIONE.

Mercurii 26. Iunii 1715.

ARGUMENTUM.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio illi eſt concedenda, qui fovet bonum Ius.*
2 *Reſcriptum* S. P. *impedire non poteſt executionem Iudicati.*
3 *Retentio potius concedenda eſt, quam actio.*
4 *Obtinens poſſeſſionem a Judice* dummodo poſſeſſio ſit vocans *eſt ſemper in conflictu manutentionis præferendus.*
5 *Manuteneri non debet in poſſeſſione ille, qui alium in poſſeſſione exiſtentem, & habentem meliora, & potiora jura reperiit.*

DECISIO DCCXV.

Contendente Comite Antonio, quod poſt obitum Comitiſſæ Mariæ ejus Auctricis perduraret uſusfructus in ſui perſona, & ex oppoſito prætendente D. Marchione Stephano ejuſdem Comitiſſæ Mariæ Viro, quod etiam ipſe ex propria perſona contemplatus foret in duratione præfati uſusfructus juxta ea, quæ in non diſſimili ſuppoſitione tractat *Poſth. de manut. obſerv. iudic. num. 41. cum duob. ſeqq.* Hinc una ſimul cum negocio Principali diſceptata inter utrumque manutentione vigore poſſeſſionis hinc inde apprehenſæ DD. minime dubitarunt, quod præcognito bono jure ejuſdem Marchionis Stephani proinde etiam poſt præfatum obitum Comitiſſæ illi tribuenda foret manutentio ne interim ſpoliaretur ea fruitione, quæ ad ejus favorem conceſſa fuerat per Tribunal, ut
1 in fortioribus notant *Menoch. de retinen. remed. 3. num. 70. & ſeqq. Caſtill. de uſufruct. cap. 6. n. 33. Poſth. de manut. obſerv. 16. num. 14. & ſeq. & num. 17. Rot. dec. 396. num. 2. par. 3. rec.*

Eoque certius quia idem bonum Jus canonizaverat Signatura Juſtitiæ reſcribens A. C. cum clauſula *S. P.* ſicut enim vigore ejuſdem clau-
2 ſulæ præpediri non poterat executio ejuſdem Iudicati juxta naturam, & quidditatem ejuſdem clauſulæ ex traditis per *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 86. nu. 4. & 5. Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 52. art. 1. ſect. 6. nu. 298. Rot. coram Peutinger. deciſ. 414. nu. 2. & cor. Cerr. deciſ. 39. num. 19.* ita nec confirmatio Iudicialis ejus poſſeſſionis; quam nanciſci debebat denegari non poterat, cum facilius jura ſemper inclinent ad retentionem, quam ad actionem
3 per *Text. in l. ſi non ſortem §. Si certum ff. de condit. indebit. Rot. coram Bich. deciſ. 591. nu. 18. & in rec. deciſ. 351. num. 10. par. 5. & in Camerinen. Immiſſionis, & fructuum 20. Ianuarii 1710. §. Fundamentum cor. R. P. D. Aldrovando.*

Certius denique quia præfatus Marchio Stephanus reperiebatur etiam in poſſeſſione anteriori Palatii, ac vineæ de quibus agebatur, & Comes Antonius eamdem poſſeſſionem reportavit ex poſt a Judice *dummodo poſſeſſio ſit vacans,*
4 *& ſine præiudicio habentium meliora, & potiora Iura.* Ideoque March. Stephanus erat in hoc conflictu manutentionis præferendus ad firmata per *Rot. dec. 399. num. 10. coram Bich. & in deciſ. 308. nu. 11. par. 12. & deciſ. 319. nu. 9. & 10. par. 19. cum aliis in Tarraconen. Præpoſituræ 27. Ianuarii 1698. in principio cor. bo. me. Muto;* Et Comes Antonius qui reperiit alium
5 in poſſeſſione exiſtentem, & reſpective habentem meliora, & potiora Jura haberi debebat pro non legitimo, & manutenibili Poſſeſſore ex animadverſis per *Poſth. de manut. obſerv. 51. num. 9. & 10. Cyriac. controv. 10. num. 7. Rot. apud Pat. deciſ. 32. num. 1. & ſeq. lib. 2.* & aliis adductis *in Maceraten. Legatorum, & fideicommiſſi ſuper manutentione 26. Ianuarii 1711. §. A contrario coram Me.*

Et ita &c. utraque &c.

COMPOSTELLANA VICARIÆ S. PETRI DE PORTA, SEU DE ECCLESIA NOVA.

Veneris 28. Iunii 1715.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *In ſpretum inhibitionis Rotalis intrudi quis nequit in poſſeſſionem.*
2 *Appellationis commiſſio trahi nequit ad appellationes futuras & adhuc in rerum natura non exiſtentes.*
3 *Literæ Apoſtolicæ tribuunt quidem proviſionem Apoſtolicam in illa ſuppoſitione facti enarrati Papæ, non autem ex mente ejuſdem Papæ tollunt litem de medio, & exiſtentem.*
4 *Attentata poſſeſſio eſt circumſcribenda, ac de medio tollenda.*

DE-

DECISIO DCCXVI.

AD Vicariam S. Petri de Porta, ſeu de Eccleſia nova vacatam per mortem Andreæ in menſe Iannario 1714. Abbas, & Monaci Regii Monaſterii S. Mariæ Soberado, ad quos pro hac vice ſpectabat jus nominandi, deputarunt, & nominarunt Matthiam, cui coram Ordinario Compoſtellano inſtitutionem, ſeu approbationem expoſtulanti ſe oppoſuit Promotor Fiſcalis prætendens talem Vicariam provideodam per concurſum, iſtoque ſubinde convocato ratione vocationis in menſe reſervato S. Sedi, præelegit Stephanum.

Appellarunt ab hujuſce concurſus convocatione tam Matthias, quam Monaſterium, obtentaque commiſſione appellationis mihi directa, obtinnerunt deinde inhibitionem Rotalem, quæ etſi legitime præſentata fuerit memorato Stephano, adhuc ille nullatenus attenta inhibitione Rotali vigore literarum ſuæ proviſionis poſſeſſionem adeptus fuit controverſæ Vicariæ, propterea que diſceptandum hodie propoſui dubium -- *An conſtet de attentatis, itaut ſit circumſcribenda poſſeſſio*, quod in omnibus DD. reſolverunt *Affirmative*.

Incontrovertibilia namque viſa ſunt attenta-
ta, dum cauſa appellationis a concurſu, &
præelectione Stephani commiſſa fuit noſtro Au-
ditorio, antequam & expedirentur, ac in par-
tibus præſentarentur Executori literæ ejuſdem
Stephani, qui propterea nullatenus poterat,
poſthabita inhibitione Rotali, abſque patenti
incurſu attentatorum, ac innegabili Tribu-
1 nalis contemptu intrudi in poſſeſſionem præ-
dictæ Vicariæ ad tradita per *Poſth. reſol. 4. n. 11. Rot. dec. 406. nu. 1. coram Buratt, & coram Priolo dec. 306. nu. 3. & 4. & ſeqq., & in Bononien. Bonorum ſuper attentatis* 12. Maii 1710. §. *Conſtat enim coram Rmo* Molines *Decano*.

Abſque eo quod refragari valeat commiſſio
obtenta per Matthiam habens in ventre clauſu-
lam *non tamen* vigore literarum Apoſtolica-
rum, quæ æquipollet clauſulæ *ſine præjudicio*
literarum Apoſtolicarum, quoniam virtus præ-
ſervativa talis clauſulæ ſuum operari non po-
teſt effectum in iſta Hypotheſi, in qua commiſ-
ſio appellationis ad Sac. Rotam præceſſit non
ſolum præſentationem, ſed etiam expeditio-
nem literarum Stephani, & ſic prorſus ineffi-
cax remanſit, & non apta ad præſervandam
earundem executionem, cum trahi minime
2 poſſit ad lites futuras, & adhuc in rerum natu-
ra non exiſtentes, ut diſtinguendo tradit *Lotter.*
de re benefic. cap. 3. quæſt. 11. nu. 37. clar. mem.
Card. de Luc. de benefic. diſc. 52. nu. 13. Et re-
gulare eſt, quod Proviſus Apoſtolicus penden-
te lite poſſeſſionem apprehendens ſemper at-
tentare dicitur, quia literæ Apoſtolicæ tribuunt
quidem proviſionem Apoſtolicam in illa ſuppo-
ſitione facti enarrati Papæ, nullo autem modo
ex mente ejuſdem Papæ tollunt litem de me-
3 dio, & præcedenter exiſtentem, ideoque ſub
prętextu illarum nemo poteſt collitigantem
eludere, & Iudicem inhibentem ſpernere ex
animadverſis per *Rot. dec. 152. num. 6. par. 11. rec., & in Dertuſen. Beneficii ſuper attentatis 28. Iunii 1697. §. finali coram Emo Priolo* cum aliis lato calamo adductis *in Brixien. Beneficii 26. Aprilis 1709. cor. Rmo Kaunitz.*

Atque ex his demonſtrato vitio attentato-
rum quo laborabat poſſeſſio Stephani in conſe-
quentiam reſultabat, illam revocandam eſſe,
& circumſcribendam, ne poſſeſſor attentans,
& lædens Judicis Majeſtatem fruatur fructibus
4 beneficii nulliter, & attentate poſſeſſi ad nota-
ta per *Lancellott. de attentat. limit. 29. num. 3. Poſth. de manut. reſolut. 7. num. 2.* cum aliis *in Anglonen. Attentatorum 5. Decembris* 1696. §. *E contra coram bon. mem. Pio.*

Et ita per Contradictas &c.

URBEVETANA LUCRI DOTALIS.

Ven. 28. Iunii 1715.

ARGUMENTUM.

Statutum conferens lucrum dotale viro poſt obitum Vxoris an cenſeatur potius favorabile cum alliciat Viros ad facilius ſe matrimonio copulandum, interſitque reipublicæ Civitates Populo repleri, ſive potius dicendum ſit odioſum; Et quæſtio reſolvitur ex conventione Partium, quæ eidem ſtatuto ſeſe expreſſe conformare voluerunt quoad lucrum. Lucrum dotale tradi debet in bonis, ſi dos in bonis fuerit conſtituta.

SVMMARIVM.

1 *Statuta conferentia lucrum dotale Viris poſt obitum Vxoris non dicuntur prorſus odioſa, & de ratione,*

Quinimmo non deſunt aliqua ſtatuta qui totam dotem Viris conferunt nu. 2.

Limitatur tamen num. 3. *ubi firmatur quod ſit odioſum.*

Hoc tamen non procedit ſi contrahentes eidem ſtatuta ſe conformare dixerunt nu. 4.

5 *Pactum lucri dotalis in capitulis matrimonialibus appoſitum eſt omnino obſervandum.*

6 *Lucrum in bonis eſt præſtandum, ſi dos in eiſdem bonis eſt conſtituta.*

7 *In peculio extradotali mulieris nulla fieri poteſt lucri dotalis detractio.*

8 *Ælimationi ad diverſiſſimum effectum factæ, & non citato, nec audito intereſſe habente ſtare quis nequit.*

9 *Exceptio altiorem requirens indaginem apta non eſt ad retardandam conſignationem lucri dotalis,* & nu. 10.

DE-

DECISIO DCCXVII.

NVptui tradidit Eliſabeth Pennona Annam Margaritam ejus filiam Petro Equiti Febeo uſque de anno 1703., & in Capitulis Matrimonialibus promiſit -- *quod das ſit, & eſſe debeat ſcutorum ſex milliam, ac demptis aliis ſcutis ſexmillibus pro D. Victoria altera filia, totum illud plus, quod eſt, & remanet ſupra ſummam ſcutorum duodecim millium tam de bonis Paternis, quam Maternis, & alio quovis titulo poſt mortem ejuſdem Eliſabettæ dividi debeat pro medietate inter dictas Annam Margaritam, & Victoriam Sorores*.

Secutis Margaritæ nuptiis fato ceſſit Eliſabeth, poſt eujus obitum nupſit etiam Victoria altera filia Comiti Marciano æquali cum dote, & denique præfata Anna Margarita de menſe Majo 1712. ſine prole diem elauſit extremum, ſcripto ſibi univerſali hærede Gaſpare de Angelinis, cui ſine filiis decedenti ſubſtituit Innocentium Piccolomineum.

Renuente autem Gaſpare variis ex prætenſionibus tradere lucrum dotale Equiti Febeo prædefunctæ Annę Margaritæ Viro, coactus fuit idem Eques iudicialiter agere pro illius conſecutione, & ab A.C. Sententiam reportavit, declarantem deberi tertiam partem dotis conſtitutæ in ſumma ſcutorum ſexmillium pro lucro dotali in tot bonis ſtabilibus juxta æſtimationem factam per Peritos de anno 1706. occaſione, qua præfatæ Sorores ſecuta Eliſabettæ genitrieis morte omnia ejus, & paterna bona diviſerunt.

Se læſum putans appellavit ab hac Sententia in parte, & partibus præfatus Eques, commiſſaque cauſa, Iudex Commiſſarius confirmavit Sententiam A.C. circa detractionem lucri in tertia parte dotis ſcutorum ſex millium in tot ſtabilitus, eam vero infirmavit in ea parte, in qua demandabat talem detractionem regulandam eſſe juxta æſtimationem anni 1706., mandavitque novam Peritorum electionem ad effectum æſtimandi bona dotalia.

Verum huic Sententiæ nequaquam acquieſcens Gaſpar de Angelinis, obtinuit Commiſſionem appellationis mihi directam, qua obtenta, e vivis fuit ereptus, nulla relicta prole; unde cum Innocentius Pieeolomineus proſequi voluerit judieium ab Angelino hærede, gravato cæptum, in eius ſequelam tripartitum ſubſcripſi dubium -- *An, quomodo, & pro qua rata debeatur lucrum dotale* -- eoque hodie propoſito, DD. dixerunt Lucrum dotale deberi in tertia parte bonorum ſtabilium, & ſic in ſumma ſcutorum duorum millium juxta valorem liquidandum a Peritis.

Quo enim ad primam dubii partem facilis DD. viſa fuit reſolutio, quoniam inter Partes incontroverſum erat, lucrum dotale in genere debitum eſſe Equiti Febeo, ſtante clara littera Statuti Vrbis Veteris in rubrica 74. lib. 12. diſponentis, *quod decedente Vxore ſine filiis legitimis, & naturalibus ſuperſtite Viro, Vir lucretur, & habeat, ac habere debeat tertiam partem dotis ejus Vxoris*. Quamvis enim talia Statuta reſpective poſſent dici non prorſus odioſa,
1 cum alliciant Viros ad facilius ſe matrimonio copulandum, interſitque Reipublicæ Civitates pupulo repleri, ut cum Imperatore *in novell. de nupt. in princ., & novell. 39. de reſtit. in fin. præfat.*, notarunt *Mattheù de Regim. Regn. Valent. cap. 4. §. 5. nu. 19. Zaul. ad Statut. Favent. obſerv. 25. lib. 3. num. 2.* Et videmus per
2 aliqua Statuta ex hoc capite ſuperſtiti Viro adiudicari totam dotem, ut apud *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 33. num. 1., Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt. 31. num. 177.*, & proſequitur *Zaul. obſer. 25. lib. 3. ex nu. 11. & 12.*

Nihilominus cuiuſcumque conditionis ſit tale Statutum, an nempe favorabilem, vel potius odioſum, quale eſſe in puncto Juris communiter ex noſtris tradunt *Card. de Luca de dot. tradit. diſc. 106. n. 7.*, & dictum fuit in *Romana Teſtamenti 23. Martii 1703. §. Nec talis cor. Emo Priolo.* Hoc certum eſt, quod eo, ut hic, adſtipulante
4 obſervari debet inter Cives, & cum eo contrahentes præſumuntur ſe conformaſſe, niſi contrarium expreſſerint *Bartol. in leg. Vt Jurisjurandi, §. Si liberi nos, ff. de oper. liber. nu. 3. Decian. conſ. 30. num. 40. & ſeq. vol. 3., Clar. in §. Emphiteuſis quæſt. 32. verſ. Sed pone, Rot. coram Emer. Iun. dec. 57. num. 5., & in Rec. dec. 135. num. 8. par. 12.* Quamquam in caſu ceſſet omnis quæſtio, dum Statutariæ diſpoſitioni conforme extitit pactum ſpecialiter conventum in tabulis nuptialibus per Eliſabetham dotantem, quod propterea tanquam validum,
5 & ab omni Iure permiſſum omnimodam expoſcit obſervantiam, ad tradita per *Roland. de lucro dotal. quæſt. 39. num. 22. cum ſeq., Card. de Luca de dot. diſc. 68. num. 2., Rot. in recen. dec. 86. num. 12. par. 11., & in Romana* Lucri *Dotalis 11. Ianuarii 1712. §. 1. cum ſeq. coram R. P. D. Lancetta*.

Pariter nec quoad ſecundam reſolutionis partem adfuit apud DD. difficultas, cum clare appareret lucrum debitum eſſe in tot bonis ſtabilibus, ut emergit ex iiſdem Capitulis Matrimonialibus, ex quibus cum aperte, eruatur, dotem in fundo, & in ſpecie conſtitutam fuiſſe, ita lucrum ex bonis, & in bonis præſtandum
6 venit ad diſtinctionem, ſi dos in quantitate conſtituta fuiſſet, ut caſum a caſu diſtinguendo plene *Conſtantin. ad Statut. Vrb. tom. 2. annot. 33. art. 2. numer. 102. cum. ſeq., Rot. coram Vbald. dec. 101. num. 3. & 4., & in rec. dec. 234. num. 2. par. 15.*

Quo itaque ad ratam, ſeu quantitatem, circa quam tota reducebatur inter Partes controverſia, cenſuerunt DD. tale lucrum deberi in tertia parte dotis ad formam Statuti, & Capitulorum Matrimonialium, nec crediderunt

poſſe

poſſe eſſe dubium ſuper eo, quod d. tertia pars intelligenda eſſet reſpectu ſolius dotis in bonis valoris ſcutorum ſex millium; Quemadmodum enim in capitnlis non fuit dos aſſignata Margaritæ in tota medietate bonorum Paternorum, & Maternorum, ſed in ſolis ſcutis ſex millibus, lucrum doti correſpondere debens ſcuta dnomillia excedere nuſquam poterat, & ideirco illud plus, quod præfata bona æſtimata fuerint, conſiderari non poteſt, niſi peculium extradotale ipſius Mulieris ſub Statuti cenſura non cadens, & in Capitulis a dotis
7 titulo ſegregatnm, ſuper quo nulla fieri poteſt lucri dotalis detractio, *Afflict. dec. 142. nu. 5., Grivell. dec. 41. num. 49. & ſeq., & in Romana, ſeu Ianuen. Quarti Dotalis dec. 94. nu. 27.,* relat. a *Conſtantin. Card. de Luca de legat. diſc. 15. num. 7., & in diſc. 128. de dot.*

Quibus poſitis devenieodum eſſe ad electionem novi Periti authumarunt DD. ad effectum æſtimaodi, & ſeligendi tot bona ſtabilia dotalia neque de melioribus, neque de pejoribus, quę importent, ſive adæquent pretium ſcutorum bis mille, juxta hodiernum valorem, cum Eques Febeus pro conſequendo ſuo luero cogi non debeat ad receptionem tot bonorum juxta valorem æſtimatum de anno 1706., quia talis æſtimatio facta non fuit ad effectum ſtabiliendi inter Virum, & Uxorem valorem bonorum pro dote aſſignandorum uſque ad ſummam, & importantiam ſentorum 6. m., ſed expleta fuit inter Sorores ad diverſiſſimum effectum dividendi inter ſeſe bona commnoia, & proinde tali æſtimationi ad diverſiſſimum effectum exa-
8 ratæ ſtare non debet Eques Febeus Vir, ad notata per *Covarr. variar. reſol. lib. 2. cap. 3., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 461. nu. 13., Rot. deciſ. 558. num. 7. & 8. par. 4. diverſ., & in rec. dec. 656. num. 9. & 10. par. 18. tom. 2.*

Agnovit Innocentius hæc fore admodum plana, ideoque recurſum habuit ad exceptionem non redditæ rationis per Equitem Febeum ob non factam integram, ut obiiciebat idem Innoceotius, reſtitutionem mobilium pro tempore, quo ille bona extradotalia adminiſtravit,
9 ſed inefficaciter, quia talis exceptio altiorem requirens indaginem, apta non eſt ad retardandam conſignationem lucri dotalls indubie debiti, ut per *Dec. conſ. 467. num. 9. & 10., Rot. coram Baratt. dec. 589. num. 11., & dec. 68. num. 7. cor. Otthob., & rec. dec. 216. nu. 9. par. 14.*

Præſertim quia vel talis exeeptio non juſtificabatur, vel non erat tantæ importantiæ, nt non poſſet magis, magiſque reddi turbida ob
10 fructus bonorum proportionabiliter ad lucrum reſtituendos per Innocentium Equiti Actori, *Conſtantin. ad Statut. Vrb. adnot. 33. art. 1. num. 47., Rot. poſt eundem dec. 91. num. 1., & cor. Vbald. deciſ. 133. num. 2. & in rec. deciſ. 246. par. 1. rec.*

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Veneris 28. Junii 1715.

ARGUMENTUM.

Qualitas miniſterialis, ſive procuratoria ex quibus probata, & exeluſa reſpective remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Nemo ad aliena debita tenetur.*
2 *Liber contra ſcribentem plene probat.*
3 *Miniſter uti talis ſe obligans non tenetur de proprio.*
4 *Verba* -- per conto noſtro -- *quid importent.*
5 *Recognitio creditoris, vel debitoris deſumitur ex circumſtantiis, veriſimilitudine, & qualitate Perſonarum.*
6 *Qualitas miniſterialis in hoc conſiſtit, ut quis de conſenſu contrahentium negocium gerat pro alio.*
7 *Ex ſolutione unius Partis recolligitur natura totius debiti.*
8 *Declarationi, ſive aſſertioni præclaræ alicujus Perſonæ valde eſt deferendum.*
9 *Procurator recipiens pecunias ſimpliciter & non expreſſo nomine procuratorio remanet de proprio obligatus.*
10 *Declaratio actuum intermediorum deſumitur ex circumſtantiis antecedentibus, & ſubſequentibus.*

DECISIO DCCXVIII.

MUtuo dedit clar. me. Cardinalis Pallavicinus ſenta 3000. ſub die 20. Octobris 1706., & alia ſc. 1000. ſub die 5. Martii 1707. Eminentiſſimo Car. de la Tremoille mediante duplici ordine directo Banco Leonardi Libri cantan. in ſciem Ioanois Lucæ de Brú qui præfata ſcuta 4000. in totum exegit, & prompte conſignavit Eminentiſſimo D. Cardinali mutuatario.

Fato ceſſit eodem anno 1707. Joanues Lucas, & in ſuis poſtremis tabulis inſcripſit hæredem uſufructuariam bonorum Urbis uxorem proprietariam vero Joannam ex germano fratre neptem nunc in Monaſterio S. Agathæ in Suburbiis Leodii. Altiſſimo famnlantem. Siluit in vita Lucæ de Brú Cardinalis Pallavicinus, & ſiluit etiam poſt ejus mortem per ſpatium annorum quinque, in quorum decurſu recepit ab Eminentiſſimo mutuatario ſc. 300. Verum poſt adeo longam taciturnitatem de menſe Aprilis 1712. exequi fecit citationem in Tribunali Illuſtriſſimi D. mei Gubernatoris contra hæredem uſufructuariam, & agentem hæredis proprietariæ prædefuncti de Brú, petiitque mandatum de reſtituendo integram ſummam ſcut. 4000. Aſt reaſſumpta Cauſa per A. C., & ad eumdem quoque remiſſa a R. P. D. Signaturæ Iuſtitiæ Auditorio, Cardinalis Pallavicinus am-

amplius non moleſtavit hæreds Lucæ de Brù quouſque viſit.

Superventa poſtmodum ejus quoque morte exſurrexerunt moleſtiæ, & reſtaurata inſtantia ſub nomine Stocchetti Oeconomi hæreditatis defuncti Cardinalis pro reſtitutione ſc. 4000., A.C., relaxavit mandatum esequutivum pro ſc. 3700. adverſus præfatum Monaſterium cujus exequutio per Signaturam Mihi commiſſa cum ſolita clauſula ſuſpenſiva *ſi quid exequendum* interrogavi hodie DD. meos -- *An mandatum A. C. ſit exequendum*, & *negativum* habui reſponſum.

Iniuſtitia enim mandati clare conſtabat ex eo, quod Lucas de Brù non erat debitor Card. Pallavicini, ſed verus, & realis talis ſummæ debitor erat Eminentiſſ. de la Tremoille ex cauſa mutui adhibita perſona Lucæ de Brù tanquam utrique valde confidenti. Unde non poterat condemnari hæres de Brù ad ſolutionem
1 debiti ab ejus Authore non contracti, cum nemo ad aliena debita teneatur, ut clamavit *Imperator in l. unica C. ut nullus ex Sicariis lib.* 12. & dictum fuit *in Romana Cenſuum, & Cambiorum 22. Junij* 1713. *§. fin. coram Illuſtriſſimo D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore* cum cæteris ibi relatis.

Quod autem Ioannes Lucas fuerit ſimplex Miniſter, ſeu Procurator de communi præfatorum Emorum conſenſu, & placito acceptatus ad recipiendam præfatam ſummam pro Emo de la Tremoille conſtare DD. viſum fuit ex iiſdem libris confectis de tempore, quo vivebat Card. Pallavicinus, dum in libro Introitus, & Exitus adeſt partita cantan. -- *ordine di pagare ſcudi* 4000:, *che mi diſſe ſenza ſpiegarmi a chi, e poi diſſe all' Eminentiſſimo Tremoille per impreſtito*: Ex quibus propterea finalibus verbis dilucide effulget, quod contractus hujuſce mutui in rei veritate in ſui origine directe interceſſit inter utrumque Cardinalem, quodque Lucas de Brù extra lineam miniſterialem in hoc negocio non fuit conſideratus; Nam ſi Cardinalis mutuans intellexiſſet mutuare Lucæ de Brù, eumque in debitorem voluiſſet, non D. Cardinalem de la Tremoille debitorem di-
2 xiſſet, & ſcripturare feciſſet, ſed ipſum Io: Lucam, cui propterea libro contra Scribentem plena fides præſtanda venit ad notata per *Fulgoſ. conſ.* 102. *num.* 2. *Gravett. conſ.* 815. *num.* 14. *G nua de ſcript. privat. lib.* 4. *tit. de libro Factoris contra Dominum num.* 3. 6. & 7. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 4. *num.* 809. *Munoz de ratioc. cap.* 11. *num.* 4. *Zial. ad Statut. Favent. lib.* 2. *rubr.* 3. *nu.* 7. *Felician. de Societ. cap.* 31. *num.* 21., & *dixi in meo Tractatu de commerc. & mercat. diſc.* 5. *num.* 3. & 4. & *diſc.* 66. *nu.* 5. *Rota coram Ludoviſ. dec.* 475. *num.* 1. & *per tot. coram Dunozett. ſen. dec.* 222. *num.* 1. & *coram Cerro dec.* 898. *num.* 5. & *dec.* 131. *num.* 6. & 7. *part.* 17. & *deciſ.* 80. *numer.* 1. *part.* 18. *tom.* 1. *rec.*

Hoc igitur ipſo quod dictæ pecuniæ ſolutæ fuerunt -- *per impreſtito al Sig. Card. de la Tremoille*, in planam venit conſequentiam quod contractus mutui directe interceſſit inter dictos DD. Cardinales, & ſic quod dictus Io: Lucas non fecit, niſi figuram miniſterialem, qui
3 propterea de proprio non remanſit obligatus ex regula *Text. in l. fin. ff. de inſtit. action. Rip. in l. ſi ſe non obtulit num.* 11. *ff. de re judic. Surd. conſ.* 19. *num.* 11. & 12. *Gob. conſult.* 69. *n.* 14. & *ſeqq. Hodiern. contr.* 39. *num.* 26. *Golin. de Procurat. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 7. & *ſeqq. ibique de Luca n.* 1. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 3. *q.* 102. *num.* 2. & 3. *Altimar. de nullit. contract. tom.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 41., *Rot. dec.* 644. *n.* 8. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.*

Sicuti vero ex his viſa fuit clara mens, & intentio Cardinalis mutuantis nimirum directe mutuandi Emo de la Tremoille, ita & non minus nitida apparuit DD. meus D. Cardinalis Mutuatarii, nempe directe mutuum recognoſcendi a Cardinali Pallavicino animadvertendo, quod receptis ſc. 3000. in primo ordine contentis declaravit -- *quali ſono li medemi, che detto Sig. de Bru ha riceuuto per conto noſtro dal Sig. Leonarda Libri in virtù d' un ordine dell' Eminentiſſ. Sig. Cardinal Pallavicini in data delli* 20. *del corrente meſe delli quali ne reſtiamo noi debitori al detto Signor Cardinale* -- Illa etenim verba *per conto noſtro*, ſatis aperte demonſtrant, atque concludunt Lucam de Brù fuiſſe ſimpli-
4 cem Mandatarium, & tanquam talem pro mandante ordinem ſibi directum exegiſſe ex notatis per *Burſatt. conſ.* 39. *num.* 4. *Scacc. de commerc. & camb. in Prolog. ad qu.* 1. *par.* 2. *ſub num.* 51. *Giurb. obſerv.* 105. *ſub num.* 12. *Manſ. conſult.* 11. *num.* 4. *Saminiat. controv. foren.* 27. *num.* 61. & 62. *Manent. dec.* 72. *ſub num.* 6.

ſemperque magis clara enitebat intentio Emi Mutuatarii recognoſcendi pro ſuo vero Creditore Cardinalem Mutuantem, cujus debitorem ſe conſtituit in illis aliis ſubſequentibus verbis, & idcirco innegabile redditur mutuum inter præfatos Cardinales concordatum in hac forma fuiſſe; Nam alias ſi Card. Pallavicinus mutuaſſet de Brù, & deinde de Brù mutuaſſet D. Cardinali de la Tremoille, ipſe Eminentiſſ. de la Tremoille remanſiſſet tantummodo debitor Lucæ de Brù, & immediate ſe non declaraſſet debitorem Card. Pallavicini, ſed Lucæ de Brù. Unde concludere fas eſt tale mutuum de utriuſque Contrahentis conſenſu ita tractatum, & concluſum extitiſſe, ut ne appareret in libris Banci, quod D. Card. de la Tremoille mutuo accipiebat dictas pecunias, adhibita fuerit perſona miniſterialis Io: Lucæ, cum talis recogni-
5 tio deſumi debeat a circumſtantiis, veriſimilitudine, & qualitate perſonarum, *Rot. coram Gregor. dec.* 44. *n.* 4. & *dec.* 145. *n.* 2. & *ſeq. cor. Ottobon. inter illas in Vrbe impreſſas coram me dec.* 74. *n.* 42., & *in Burgen.* Decimarum *de Bellorado* 26. *Februarii* 1714. *§. Ejuſdem cor. R.P.D. meo Criſpo.*

Cor-

Corroboratur veritas præfatæ declarationis ex alia ſolemni declaratione emiſſa ab Emo de la Træmoille poſt mortem de Brù ad reparandum quodcumque præjudicium illius hæredum in qua narrando tota hujuſce mutui hiſtoriam ingenue inquit -- *furono fatti detti ordini, e pagamenti per noſtro ſervitio, che abbiamo riceuti detti denari, & il medemo Signor Cardinale riconobbe noi per debitore, e ſucceſſivamente poi habbiamo anch. in eſecutione di detto obligo, & in conto del medemo pagati all' iſteſſo Cardinale Pallavicino vivente la ſomma di ſc. 300.*, ex hac igitur limpida totius negocii narrativa eruitur Lucam de Brù non repræſentaſſe figuram Mutuatarii, ſed nudi, & meri Miniſtri, quodque Card. Pellavicinus optime ſciebat confeciſſe tales ordines, & ſi cantantes in perſonam de Brù pro mutuo unice ſtabilito, & concordato cum Emo de la Tremeille, quodque ordinem traxerit ſæpefato de Brù non ad hoc, ut ille obligatus remaneret, ſed tantummodo ad effectum, ut veluti perſona confidentialis, & mere miniſterialis exigeret pecunias, eaſque deinde conſignaret D. Card. de la Tremoille unico, & directo Mutuatario, cum in hoc verificetur adamuſſim qualitas miniſterialis, quæ in hoc conſiſtit, quod quis de conſenſu Contrahentium negocium gerat pro alio prout docent
6 per *Text. in l. 1. §. Negocium ff. de negot. geſt. & in l. 1. ff. de Procurat. Pax Jordan. lib. 14. tit. 2. num. 1.*

Quod & confirmabat in hunc ſenſum DD. erat ſolutio directe facta in ſumma ſcut. 300. ab Eminentiſſimo de la Tremoille Cardinali Pallavicino poſt mortem ſæpefati de Brù, ex qua manibus palpabant mutuum ſequutum fuiſſe in gratiam D. Cardinalis de la Tremoille, ejuſque contemplationem. Quoties enim D. Cardinalis de la Tremoille ſolvit iſta ſcut. 300. Cardinali Pallavicino pro debito proprio, & Cardinalis Pallavicinus talem acceptavit ſolutionem, inde reſultat habitum fuiſſe pro debitore integræ ſummæ dictum D. Cardinalem de la Tremoille cum ex ſolutione unius Partis natu-
7 ra totius debiti recolligatur *Rot. Lucen. poſt Palm. Nep. dec. 362. n. 58. Rot. noſtra coram Fanc ix jun. dec. 132. n. 29. dec. 305. n. 11, par. 14. rec. & in Foroſempronien. legatorum ſuper reintegratione 19. Jannarii 1714. §. Animadvertendo coram Me*, & melius in propoſito *Rocc. reſp. 21. num. 19. tom. 1. Rot. in Romana prætii Officii 8. Junii 1711. §. Ceſſatque coram Eminentiſſ. D. Card. Priolo.*

Abſque eo quod apud DD. relevaret. quod ſimplicem declarationes in Tertii præjudicium non ſint attendendæ; Quoniam cum Cardinalis Pallavicinus in hoc negocio Tertius non fuerit, ſed principalis mutuans, & agatur de aſſertionibus, ſeu declarationibus ſincere, & candide emiſſis ab Eminentiſſimo Purpurato de facto proprio. & omni fide digniſſimo, debet illis deferri, ad *Text. in cap. Nobiliſſimum 97. diſtinct. Roman. conſ. 59. n. 5. Specul. in ... de Teſtib. §. Reſtat n. 10. & in tit. de legat. §. Superest n. 16. Jo. And. in cap. 1. ante n. 2. verſ. item ſecundum Hoſtien. de Offic. Deleg. in 6. Lap. alleg. 32. n. 3. verſ. an credatur, Gabr. de probat. concl. 3. n. 20. cum plurib. relat. per Modern. Ferrarien. in ejus obſerv. pract. leg. obſer. 12. par. 2. n. 164.*

Nec obſtare DD. exiſtimarunt, quod hoc ipſo, quod Io: Lucas recepit dictas pecunias ſimpliciter, & non expreſſu nomine procuratorio, ſeu miniſteriali remanſerit obligatus de
9 proprio juxta deducta per *Bart. in l. ſi pupilli §. Item ſi Procuratori nu. 5. ff. de negot. geſt. verſ. ſed contrahit.*, cum quo conveniunt *Roderic. de ann. red. lib. 3. quæſt. 11. num. 80. Rocc. reſponſ. 11. num. 2. tom. 1. Golin. de Procurat. part. 5. cap. 1. num. 12. Rot. dec. 266. num. 6. par. 8. recen.* Nam id non procedit quoties ex qualitate perſonarum, & declarationibus etiam hinc inde emiſſis conſtat de contrario, quod nempe fuerit electus dictus Io: Lucas pro ſimplici perſona miniſteriali hinc inde confidenti *Bald. l. Procurator n. 4. ff. de Procurat. Silva.. conſ. 8. nu. 1. & ſeqq.* cum cæteris relat. per *Rot. coram Merlin. dec. 202. n. 6.*

In nihilum demum refragante, quod Cardinalis Pallavicinus ante obitum Inſtantiam judicialem direxerit contra hæreditatem dicti Io: Lucæ, quia cum ex ſæpefatis declarationibus conſtet de veritate rei geſtæ præſumitur, quod dicta inſtantia fuerit promota ad dandum ſtimulum ſolutionis eidem Eminentiſſimo Mutuatario, quem inverecundum fuiſſet judicialiter pulſare, idque ſuadetur ex eo, quod di-
10 cta inſtantia proſequuta non fuit: Unde ex circumſtantiis antecedentibus, & ſubſequentibus apta ſumitur actum intermediorum declaratio, teſte *Bald. in l. multum intereſt n. 2. verſ. ſed quomodo C. ſi quis alteri, vel ſibi, Cyriac. contr. 219. num. 77. Gratian. cap. 207. num. 10. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 35. num. 18. Epiſc. Rocca diſſert. Jur. ſelect. cap. 46. num. 8.*, & dixi *in Tract. de Commerc. & & Merc. diſc. 47. num. 10. Rot. poſt* Merlin. *de pignor. dec. 32. num. 3. & dec. 806. num. 4. & 5. par. 1. diverſ.*

Et ita utraque Parte audita reſolutum fuit.

AUXIMANA REINTEGRATIONIS.

Lunæ prima Julii 1715.

ARGUMENTUM.

Leges in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Emptor melius ſe gerere nequit quam pretium deponendo ad effectum deinde illud conſignandi cui de jure, & omnimodam aſſequitur liberationem.*

2 *Solvens cummandato Judicis redargui nequit de fraude, ac dolo.*

3 *Creditor opponere ſe valens ſi id non fecerit ſibi imputare debet cum non ſe oppoſuerit.*

4 *Simulatio, & colluſio actus excluditur ſi idem actus factus fuerit publice, & palam, & in publico inſtrumento.*

5 *Actio longiſſimo temporis ſpacio non promota pro inani, & inſubſiſtenti haberi debet.*

6 *Auctoris factum impugnari nequit a ſucceſſoribus.*

7 *Creditum adverſus fideicommiſſum præſumitur extinctum ex fructibus ejuſdem fideicommiſſi perceptis.*

8 *Fidejuſſores ubi ſunt plures quilibet tenetur in ſolidum, licet deficiat clauſula ſolidalis.* Declara nu. ſeq.

10 *Ex hereditatis repudiatione illius inſufficientia, & paupertas agnoſcitur.*

DECISIO DCCXIX.

Confirmandam DD. cenſuerunt ſententiam Rotalem in hac Cauſa latam ab R. P. D. meo Cerro: Validitas quippe non oppugnabatur, & Juſtitia ſatis eluceſcere viſa fuit ex Deciſionibus aditis ſub diebus 22. Junii 1714., & 27. Martii 1715., quæ de more Sententiam præceſſerunt.

Præſuppoſito etenim, quod clar. mem. Cardinalis Gallus uſque de Anno 1595. die 16. Decembris emerit Tenutam Montis Galli nuncupatam, a filiis, & hæredibus Amici Franciolini, ac ſimul a filiis pariter, & hæredibus Petri Antonii Franciolini, cum obligatione ſolvendi pretium Creditoribus eorumdem venditorum, deſcriptorum in Sententia graduatoria Gubernatoris Æſii: ſuæ plene ſatisfeciſſe obligationi præfatum Cardinalem viſum fuit DD. eo ipſo, quod de menſe Septembris ſequentis anni ob moleſtias eidem illatas ab aliis Creditoribus, reſiduale pretium depoſuit penes Pichios Mercatores Anconitanos, prævia declaratione, quod cupiens, & volens ſe eximere a ſequeſtris ſibi factis a Comite Joanne Dominico Albano, non autem recedere ab Inſtrumento Emptionis conſentiebat conſignari pecuniam *a chi ſi deverno di raggione, revocato prima il Sequeſtro, e citati gl' Eredi del Signor Amico, e Pietro Antonio Franciolini*; Quoniam melius, ac tutius ſe gerere hoc caſu emptor non poterat; quam pretium deponendo, ad effectum il-
1 lud deinde conſignandi cui de Iure, ad hoc ſcilicet, ut omnimodam aſſequeretur liberationem, ut docuerunt *Corn. conſ. 262. in fin. lib. 4. Natt. conſ. 502. num. 9. Gobb. conſult. 14. n. 19. Adden. ad Buratt. dec. 429. nu. 8. Adden. ad Gregor. dec. 505. n. 11. Rot. cor. Coccin. dec. 512. nu. 6., & cor. Manzaned. dec. 513. num. final.*

Nec relevat, quod fuerint exburſata antecedenter ſcuta auri 700. Comiti Albano pro crediti Cenſus poſterioris alio Cenſu debit. Sebaſtiano Silveſtrio, ex qua ſolutione ſcribentes pro Lutio de Franciolinis conſtanter arguere prætendebant, quod Cardinalis turbando, atque pervertendo ordinem graduatoriæ ad formam relatæ obligationis omnino ſervandæ voluntarie, nullaque impellente neceſſitate, & ſic culpoſe Comitem Albanum Creditorem non dimittendum dimiſerit, & idcirco teneatur pro damnis, & intereſſe, ſtante tali inordinata dimiſſione, paſſis a Vincentio Franciolini ſucceſſore in linea Petri Antonii, qui hac de Cauſa deliberationem obtinuit partis controverſæ Tenutæ, ad quam in Sententia, quæ revidetur iam conceſſa fuit reintegratio.

Placuit enim DD. reſponſio amplexa in prælaudatis Deciſionibus; quod ſcilicet ad talem ſolutionem deventum fuerit abſque ulla imaginabili culpa Cardinalis, nam ex tenore Inſtrumenti ſtipulati ſuper prænarrato finali depoſito reſidui pretii ejuſdem Tenutæ, *hodierno Summario Lutii num. 2.* refertur -- *E più pagati al Sig. Co: Gio: Domenico Albani, e per lui al ſuo Procuratore in Roma ſcudi settecento di oro in oro in virtù di un mandato eſecutivo di Monſign. Illuſtriſſimo Auditore della Camera, contro detti Eredi, tanto del Signor Amico, quanto del Sig. Pietro Antonio per li frutti decorſi*; Unde cum antefatus Cardinalis devenerit ad ſolutionem talis ſummæ vigore mandati per A. C. relaxati de nulla redargui debet fraude, nullave in eo conſiderari poteſt ſuſpicio culpæ, ſive doli ex con-
2 notatis *per Gloſſ. in l. uit Præter §. Permittitur verbo imputandum ff. de minor. Pal. conſult. 88. num. 29. cum duobus ſequen. Gob. conſult. 58. nu. 39., & generaliter Rot. dec. 134. num. 2. par. 4., & dec. 96. num. 22. par. 18.*

Haud officiente mandatum non fuiſſe relaxatum contra Cardinalem, ſed dumtaxat contra Franciolinos, quaſi ideo voluntarie, & ſpontanee ſemper ſolverit Cardinalis, qui nullas timere poterat moleſtias exequutionis; nam ex tenore ipſius Inſtrumenti ſolutionis per Cardinalem factæ patet, quod dictum mandatum jam fuerat exequutum ſuper Tenuta Montis Galli ab eodem Cardinali poſſeſſa, ut legitur in *Summario reſponſionis Galli num. primo litt. A. & B.*, inde reſultat, quod non animo gratificandi Albanum Creditorem fortaſſe beneviſum, ſed ex juſtiſſima, atque urgentiſſima cauſa parendi mandato Iudicis, deventum fuit ad actum huiuſce ſolutionis, nec propterea poteſt adſcribi culpæ, Cardinalis ſolutio, quæ facta fuit prævio Judicis mandato, & poſt effective paſſam exequutionem, ut probant auctoritates ſupra allegatæ.

Indeque fugabatur quælibet nebula, ſive idealis ſuſpicio fraudis, ſeu colluſionis in depoſito facto in manibus illorum de Pichis, tum quia liberum erat Franciolinis tunc ſe viriliter opponere, ſibique imputare debuerunt, cur
3 ſe non oppoſuerint juxta animadverſa per *Apoſtill. ad ſpec. tit. de appell. §. 1. in principio n. 8., Natt. conſ. 208. nu. 2. Scacc. de appell. num. 15. Rota coram Coccin. dec. 202. nu. 16., & coram*

Cerro

Cerro dec. 668. *nu.* 3. *& poſt Cencaug..., deciſ.* 22. *nu.* 8. Tum, & fortius, quia agitur de re, cujus circumſtantię omnem tollunt ſimulationis, vel colluſionis, & negligentiæ umbram, nedum inſpecta præclara qualitate perſonæ deponentis, ſed etiam ex quo agitur de actu non clandeſtino, & occulto, ſed palam facto, & publicato per ſolemne Inſtrumentum, cum ſcientia illorum de Franciolinis intereſſe habentium, & quod magis eſt, cum ſupervenientia depoſiti immediate facti pro reſiduali ſumma pretii debiti, & ſuper qua, ut diximus, iidem Franciolini poſt longam quæſtionem in Judicio ſuccubuerunt, ex quibus omnibus ſemper evi-
4 dentius ceſſat ſimulationis, vel negligentiæ nota, ut reſpondit *Rota in Romana Fideicommiſſi de Maximis ſuper quatuor ſubrogationibus* 17. *Decembris* 1708. §. *Tranſeundo, & in eodem ſuper quarta ſubrogatione* 23. *Aprilis* 1709. §. *Verum cor. R. P. D. meo Scotto, & in Romana Salviani* 26. *Aprilis* §. *Ad penitus coram eodem.*

Accedit quoque, quod Cardinali vivente uſque ad annum 1619., quo originem habuerunt tractatus reſpicientes conſenſum ab ipſo dandum pro commutatione inveſtimenti de locis Montium ad Bona ſtabilia, nulla uſquam excitata apparuit queſtio ſuper contraventione Sententiæ graduatoriæ, imo in hac acquieſcentia permanſerunt Franciolini etiam poſt mortem Cardinalis per integrum ſpatium ſeptuaginta annorum, & quod plus eſt, pro Cenſu Silveſtri, ii, qui erant de hoc negocio informati, actiones ſuas direxerunt ſolummodo contra Canonicum Iulium Franciolinum filium Amici, originarii debitoris Cenſus, de quo eſt ſermo, & opportuna reportarunt mandata, unde non poteſt Judex inanem non credere actionem illam, quam tanto temporis ſpatio exilem, & inſubſiſtentem dignoverunt Intereſſati, prout dignoviſſe videntur, magnam rem ſpatio unius ſæculi, negligendo contra hæredi-
5 tatem Cardinalis Galli, quæ veluti idoneiſſima ſtatim ob oculos Creditorum ſe ſe offerebat ex animadverſis per *Paulut. diſſert. legal.* 36. *nu.* 68. *Gobb. conſult.* 68. *nu.* 4. *Conſtant. annot.* 48. *nu.* 244., *& in annot. ad dec.* 26. *num.* 22., *&* 24. *coram me. & in Romana Salvinni* 25. *Februarii* 1707. §. *Verum coram Emo Priolo*, & late *Modern. Aſculanus alumnus noſtri Tribunalis, & tunc poſt laudabiliter in hac noſtra Curia exercitum munus Advocati, probus, & merito acceptiſſimus Sereniſs. Magni Ducis Hetruriæ Conſiliarius in dec. Florent.* 24. *nu.* 50.

Debiliora autem viſa ſunt ea, quæ opponebantur circa aſſertam nullitatem, ſive invaliditatem depoſiti, quatenus enim hæc deſumeretur ex capite non integritatis, eo quia Cardinalis ultra ſummam ſcutor. 21. mill., quod erat pretium Tenutæ Montis Galli, remanſerit liquidus debitor ſcutorum 1300. pro fructibus ab eo perceptis ante ſtipulationem Inſtrumenti venditionis: quadrabat DD. reſponſio, quod illa partita continebat aliud debitum diſconnexum, & toto Cælo diverſum ab eo, quod calculatum extiterat pro pretio Tenutæ Creditoribus ſolvendo, & adhuc præciſum effectum deponendo, quapropter, dum hodie Franciolini agunt uti Ceſſionarii Silveſtri, & in vim accollationis implendæ, vigore Inſtrumenti Emptionis, nulla videbatur habenda ratio de hoc alio prætenſo credito, pro quo aſſumendum eſſet particulare examen, nimirum; An conſtet de ſolutione ſtante conſiderabili lapſu 120. annorum, ex connotatis *per Coneiol. allegat.* 11. *nu.* 18. *Conſtant. annot.* 48. *num.* 234. *Rota poſt eum dec.* 22. *nu.* 21., *& in recent. dec.* 225. *nu.* 12. *part.* 10., *& in* Camerinen. *Cenſus* 25. *Iunii* 1696. §. *Accedit coram Rmo P. D. meo Molines Decano, & in Romana Pecun.* 17. *Iunii* 1712. §. *Augetur tertio cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Tametſi, & eo caſu, quo de hoc alio, & diverſo prætenſo debito Cardinalis agendum foret, militaret reſponſio ſatis vivida, quod partita fructuum cenſetur comprehenſa in depoſito expreſſe facto *pro reſiduo* importante ſolidationem, & præſupponente antecedentem ſolutionem ſummarum deficientium, quod cum
6 Franciolini acceptaverint, non poteſt ab ejus Succeſſoribus impugnari ad notata *per Surd. conſ.* 86. *num.* 32., *& ſequen. Aponte conſ.* 36. *nu.* 35. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 32. *nu.* 5. *Adden. ad Ludovij. dec.* 480. *n.* 7. *Rot. cor. Coccin. dec.* 1345. *nu.* 18., *& ſeq.*

Cæterum pro refellenda in univerſum prætenſione illorum de Franciolinis, unicum ſufficiebat motivum, cui geminæ innituntur deciſiones in Cauſa editæ, ex eo nimirum, quod Auctores Lutii Franciolini jamdiu ſatisfacti remanſerunt de ſorte, & fructibus Cenſus Silveſtri, mediante executione ab illis facta ſuper Bonis Canonici Julii, nam ex facti ſerie undique verificata conſtat, quod Franciolini de linea Petri Antonii, Auctores Vincentii deliberatarii Bonorum, de quibus res eſt, vendiderunt unam Domum Ludovicæ de Nobilibus, aſſumpta obligatione infra biennium illam liberandi a cenſu debito præfato Silveſtrio, & elapſo biennio facultatem tradiderunt Ludovicæ illum extinguendi ex pretio ejuſdem Domus; iſta vero utendo facultate ſibi conceſſa, cenſum extinxit, & finalem quietantiam pretii d. Domus reportavit ab eiſdem Franciolinis de linea Petri Antonii, quibus jura ceſſit præfati cenſus, ad effectum ſe relevandi contra omnes, & quoſcumque obligatos, & præſertim contra alios Franciolinos de linea impoſitoris ejuſdem Cenſus; Hinc, cum poſtea iidem Franciolini de linea Petri Antonii egerint vigore iſtius ceſſionis contra Canonicum Julium Franciolinum, filium Amici, qui unus fuerat ex venditoribus Tenutæ Montis Galli, & obtinuerint mandatum ab A.C. pro ſcutis

2296.

Digitized by Google

a a96. 69. ob expreſſam obligationem, quam ipſe contraxerat in forma Cameræ relevandi indemnes illos alios Franciolinos a ſolotione ſummæ præfatæ recte infertur, quod per exequutionem ſubinde factam ſuper fructibus Bonorum fideicommiſſariorum a Canonico Julio poſſeſſorum, tale creditum remanſerit eatin-
7 ctum, ut voluerunt *Maſcord. de probat. concluſ.* 1318. *nn.* 26. *Gobb. conſult.* 68. *nu.* 3. cum aliis congeſtis in Ariminen. fideicommiſſi Bandi de Bandis ſuper reintegratione quoad prædium S. Mariæ in Cerreto 21. Martii 1710. §. *Accedit coram R.P.D. meo Lancetta*, *& in Peruſina* Dotis, *& Fructuum* 16. *Junii ejuſdem anni* §. *Animadvertebant coram R. P. D. meo Scotto*.

Minime ſubſiſtente, quod mandatum contra Canonicum Julium obtineri non potuerit, niſi pro quarta parte ejuſdem Cenſus Silveſtri, dum quatuor fuerunt filii, & hæredes Amici Originarii debitoris talis cenſus, quo caſu pro virili tantum parte ſinguli conveniri poterant ea *Comiol. de hæred. artic.* 1. *nu.* 557., *& ſeqq.* aliiſque in contrarium adductis; quoniam ex Inſtrumento tranſactionis initæ de anno 1590. Canonicus Julius ſe obligaverat favore illorum de linea Petri Antonii integraliter ſolvere omnia debita contracta ab Amico Parte; quæ quidem integralis ſolutio, ſolidalem quandam obligationem importare videtur, vel ſaltem ſonat in fidejuſſionem, quoties, prout in hypotheſi filii ſe obligant acceſſorie ad debitum Patris Principalis debitoris; ubi enim plures ſunt fidejuſſores, quemlibet teneri in ſolidum, licet deficiat clauſula ſolidalis, *eſt Te-*
8 *xtus apertus in* §. *Si plures inſtit. de fidejuſſor. ibique* Minſinger. *num.* 1. *cum duobus ſeqq.*. cujus Cæſareæ diſpoſitionis rigor, licet ex æquitate quadam, quæ Divo Adriano adſcribitur non ſervetur etiam inter fidejuſſor, id tamen admittitur, quoties confidejuſſores ſunt ſolvendo,
9 ſecus, ſi ſolvendo non ſunt, ut declarant *Gaillo lib.* 2. *obſervat.* 27. *num.* 14. *Becc. conſ.* 203. *nu.* 14. *Cyriac. controv. forenſ.* 327. *num.* 71. *Afflict. decis.* 318. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ.* 45. *nu.* 15. *ibique* Cartar. *num.* 6. *Rot. dec.* 14. *nu.* 1. *&* 2., *& dec.* 593. *nu.* 3. *eadem part.* 2. *poſt Farinacc.*

Inſufficientiam namque ſolvendi reſpectu Lucæ Antonii alterius Fidejoſſoris de tempore litis conteſtatæ videbantur admittere ipſimet ſcribentes pro Lutio, qui fatentur Lucam Antonium obiiſſe ante litem conteſtatam, ejuſque hæreditatem a Fratribus fuiſſe repudiatam, quamvis enim etiam opulenta poſſit repudiari hæreditas, nuſquam tamen poſt introductum Inventarii beneficium invenitur qui repudiet hæreditatem, quæ non ſit penitus damnoſa, ideoque invaluit argumentum ab hære-
10 ditatis repudiatione ad illius inſufficientiam, & paupertatem ad bene perpenſa per *Rotam in Romana evictionis* 27. *Januarii* 1706. §. *Finali coram R.P.D. Lancett.*, *&* 1. *Julii* 1707. §. *Nullius coram* [illegible] *Molines*, *& in Forolivien. Juris offerendi* 18. *Junii* 1710. §. *Cumque coram me*, & hanc de facto veritatem in aperto poſuit idem Julius de Franciolinis, qui ex omnimoda deficientia Bonorum hæreditariorum Lucæ talem hæreditatem ſolemniter repudiavit, atque refutavit, ut ex *Summario* Lutii diſtributo aa. Junii 1714. abſque eo quod allegari valeat exiſtentia Equitis Alexandri alterius Fratris, quoniam ultra quod de ſufficientia iſtius nullibi pariter conſtat, nullam emiſerat Alexander obligationem in Tranſactione de qua in hodierno *Summ. Galli nu.* 3.

Præterea ex Inſtrumento venditionis ſæpefatæ Tenutæ, omnes Franciolini tam unius, quam alterius lineæ apparent inſolidum obligati pro damnis, & intereſſe, quæ una linea pati poſſet pro alterius lineæ debitis, non ſubſiſtente, quod hæc ſolidalis obligatio reſpiciat merum favorem Emptoris, dum in contrarium ſtat tenor Inſtrumenti directus non ad relevationem Cardinalis Emptoris, ſed ad relevandos Franciolinos de una, vel de alia linea, ut ex lectura.

Et ita Domini relative in reliquis ſe habentes ad optime deducta in deciſionibus hujus Cauſæ reſponderunt -- Partibus in pleno Contradictorio auditis.

EADEM CORAM EODEM SVPER FRVCTIBVS.

Lunæ 1. *Julii* 1715.

ARGUMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ſunt reſtituendi a die introducti Judicii a quo tempore ſit quis poſſeſſor malæ fidei.*
2 *Prædium ſi quis prætenditur majores fructus ſupra taxam legalem reddidiſſe id plene, ac perfecte probare debet.*

DECISIO DCCXX.

Confirmata in hodierna Audientia Sententia Rotali R. P. D. mei Cerri reintegrante Julium de Gallis ad poſſeſſionem illius partis bonorum, quam vigore crediti inſubſiſtentis, & ſic nulliter, & injuſte deliberare fecerat uſque de anno 1684. quondam Vincentius de Franciolinis Lutii moderni contradictoris Pater: Eam pariter quoad fructus confirmare DD. non dubitarunt.

Poſita enim nullitate, atque Injuſtitia deliberationis, quod fructus in genere reſtitui deberent erat innegabile; Aſt cum diſceptaretur inter partes, an talis reſtitutio fieri deberet a die ſequutæ deliberationis, ſeu potius a die

motæ

motæ litis cum ageretur de ſpolio mere judiciali authumarunt DD. condemnandum eſſe Iulium ad reſtitutionem fructuum tantummomo perceptorum a die introducti judicii, a
1 quo tempore ille effectus fuit poſſeſſor malæ fidei ex late adductis in *Romana Reſtitutionis fructuum* 11. *Maii* 1708. §. *Nam cum hac*, *& in Reatina Fideicommiſſi de Severis* 22. *Julii* 1712. §. *Ad novum coram me*.

Quo vero ad illorum liquidationem, dum adhuc probatus concludenter, prout requiritur non remanſerat certus annus redditus præfatorum bonorum DD. cenſuerunt, fructus taxandos eſſe pro nunc ad rationem quatuor pro centenario, & anno procedendo cum hodierna taxa legali originarie deſumpta ex authentica perpetua *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* ob majorem auri affluentiam modificata, & reducta de ſcutis quinque ad quatuor, quæ cum proſumere faciat fructus ad quatuor pro centenario aſcendiſſe obligat illum, qui prætendit prædium majores, vel minores fructus reddi-
2 diſſe ad id quaſi digito demonſtrandum ex traditis per *Rot. dec.* 70. *num.* 2. *part.* 15., *& dec.* 227. *nu.* 26. *par.* 17. cum aliis *in Reatina Spolii ſuper fructibus* 11. *Maii* 1709. §. *Hac poſito cor. R.P.D. meo Aldrovando*, *& in Fanen. Reintegrationis ſuper fructibus* 2. *Martii* 1711. §. *Quoad ſecundam coram Emo Priolo*.

Et demum circa valorem præfatorum bonorum itidem pro nunc convenerunt procedendum eſſe cum pretio ſcutorum 3683. pro quo illa deliberata extiterunt, quoniam cum contrarium ex huc uſque deductis non appareat præſumptio ſtat, quod tale pretium fuerit juſtum, dum tanti ſub haſta publica vendita extiterunt ſepefata bona, ut reſpondit *Rota dec.* 232. *fere per tot. part.* 15. *rec.*, & egregie animadvertit *dec. R. P. D. mei Cerri*, cui in reliquis DD. remiſſive ſe ſe habuerunt.

Et ita &c. utraque &c.

FERRARIEN. PRIMOGENITURÆ.

Die prima Julii 1715.

ARGUMENTUM.

Late diſſeritur quando, & ex quibus probatur adeſſe vitium litigioſi, & qua via procedi debent contra Tertium cum vitio litigioſi poſſidentem. Item firmatur, ac deciditur, an, & quando Tertius ante executionem citari debeat, & ſit neceſſaria citatio in quolibet actu.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio capta vigore rei judicatæ rotalis canonizatæ a Signatura Juſtitiæ eſt juſta, ac legitima.*
2 *Vitium litigioſi operatur, ut tertius qui pendente lite bona acquiſivit pro non poſſeſſore habeatur.*
Itaut contra eum agi poſſit via executiva ad executionem rei judicatæ, ac ſi bona nunquam fuiſſent alienata.
Idque procedit quamvis idem Tertius ſcientiam non habuerit litis jam introductæ nu. 3.
4 *Vitium litigioſi excluditur ſi alienans ſententiam abſolutoriam obtinuiſſet illaque in rem judicatam tranſitum feciſſet.*
5 *Inſtantia de jure Canonico eſt perpetua.*
6 *Alienatio facta nondum perempta inſtantia vitio litigioſi affecta remanet.*
7 *Cauſa non remanet deſerta ex quo appellatio non fuerit per decennium proſecuta, ſed neceſſaria eſt ſententia declaratoria ſuper deſertione.*
8 *Litis abolitio tollere nequit vitium contractum pendente lite.*
9 *Declaratio facta pro majori cautela, & cum proteſtatione ſibi in aliquo non præjudicandi, nullum declaranti præjudicium irrogare valet.*
10 *Renunciandi animus excluditur ex actibus poſterioribus contrarium ſuadentibus.*
11 *Cedens nova ceſſione nequit præjudicium irrogare juribus jam ceſſis, & tertio quæſitis.*
12 *Poſſidens cum vitio litigioſi debet prius ante executionem citari.*
Limita num. 13.
14 *Identitas bonorum a Teſtatore relictorum ex quibus probetur juxta* conſ. 145. Fulgoſ.
15 *Detractiones turbidæ, & illiquidæ aptæ non ſunt ad impediendam immiſſionem.*
16 *In executione quis dicitur citatus eo ipſo, quod eſt citatus in relaxatione mandati de immittendo vigore rei judicatæ.*
17 *Citari quis debet ſpecialiter in quolibet actu, ut arctetur ad comparendum, & ſe defendendum.*
Limita in tertio poſſidente cum vitio litigioſi num. 18.

DECISIO DCCXXI.

APerta per obitum Alphonſi Trotti ſucceſſione in Primogenitura ordinata per Herculem de Trottis favore proximioris de eadem Domo, Galeatius Trottus tanquam proximior uſque de Anno 1633. comparuit in Judicio coram Cardinali Legato Ferrariæ, petiitque Immiſſionem ad univerſa primogenialia Bona contra Juliam Sororem præfati Alphonſi eorumdem Bonorum detentricem, & Uxorem Marchionis Franciſci Roſſetti, quæ ſpreta litis pendentia quædam Bona primogenialia, & ſignanter duas Poſſeſſiones ſitas in Villa Cenſalini Anno 1659. vendidit Comitibus de Aventis, Cumque Galeatius litem jam introductam, & indeciſam reliquiſſet moriendo, Hieronymus ejus filius de Anno 1680. omnia ſua Iura in quadam Concordia ceſſit & dimiſit ad favorem Herculis de Trottis Patris Marchionis Cajetani, qui de Anno 1695. eandem litem reaſſumpſit, & proſequutus eſt, obtinuitque in Tribunali Rotæ Ferrariæ Sententiam Immiſſionis contra memoratum Marchionem Franciſcum Roſſettum Uxoris hæredem, taliſque ſubinde Sententia

in

in gradu appellationis extitit approbata in noſtro Auditorio contra Marchionem Philippum Roſſettum, ejuſdem Franciſci interea defuncti filiam, citato etiam pro omni ſuo Jure, & Intereſſe Comite Carolo de Aventis, ut habetur ex Sententiis in Sacro Tribunali editis, præviis Deciſionibus 10. *Martii* 1704. *coram R. P. D. meo Lancetta*, & 16. *Februarij*, *& ſexta Iulij* 1705. *coram Me*, & tandem 16. *Februarij* 1706. *coram Reverendiſſimo Domino Molines* Decano.

Prævidens idcirco idem Comes Carolus de Aventis imminentem exequutionem ſuper bonis per eum poſſeſſis, & lite pendente acquiſitis ad eam impediendam petiit in Signatura Iuſtitiæ ſub die 20. Martii 1706. Commiſſionem noſtro directam Tribunali, tanquam in prima, aſt eam non aliter ſignari obtinuit quam cum clauſula *ad Rotam*, *prout de Iure*, atque ſucceſſive in ſequelam rei judicatę expedita Cauſa per Reverendiſſimum Molines, aditaque per Marchionem Roſſettum Signatura Iuſtitiæ canonizata remanſit res judicata cum clauſula *ſine præjudicio*: Unde Marchio Cajetanus nactus fuit poſſeſſionem Bonorum primogenialium detentorum, tam a Marchione Roſſetto quam a Comite Carolo de Aventis, qui, & ſi recurſum habuerit ad Tribunal Signaturæ Iuſtitiæ pro circumſcriptione dictæ poſſeſſionis, veluti nullæ, & attentatæ, nihilominus idem Tribunal ſub die 9. Februarij 1708. Cauſam Sacro delegavit Auditorio cum clauſula -- *Omnia ad Iudicem Appellationis etiam cum facultate procedendi tanquam in prima*, *& purgandi attentata firmo interim manente decreto proviſionali Domini Auditoris* -- In cujus ſequelam concordato inter cętera proportionato Dubio, An ſit danda Immiſſio, ſeu potius, An, & cui ſit danda manutentio, eoque propoſito in hodierna Audientia Domini omiſſa prima parte cenſuerunt reſpondendum ſecundæ mediante Reſcripto *dandam eſſe manutentionem Marchioni* Cajetano, *&* Camillo.

Poſſeſſio namque per Marchionem Cajetanum capta, cujus commodo, & beneficio, ſtante concordia Anno elapſo ſtipulata frui quoque debet Marchio Camillus, viſa fuit Dominis valida, & juſta tamquam adepta in ſequelam Rotalis rei iudicatæ canonizatæ a Signatura Iu-1 ſtitiæ, & ſic uti acquiſita auctore Prætore eſt manutenibilis §. *Retinendæ*, *Inſtitut. de Interdict.*, *Poſth. de Manut. obſervat.* 57. *num.* 72., *Rota apud eundem deciſ.* 24. *num.* 2., *in Recent. deciſ.* 515. *num.* 7. *part.* 4., *& coram Emerix deciſ.* 1158. *num. primo*, *& in Camerinen. Manutentionis* 23. *Iunii* 1698. §. *Non obſtat*, *coram Rmo D. meo Molines*.

Negocium non faceſſente, quod res iudicata emanaverit contra Marchionem Roſſettum, & propterea afficere non valeat Comites de Aventis filios, & hæredes Caroli interim prædefuncti, Tertios poſſeſſores; quoniam cum eorum Authores hujuſmodi Bona acquiſiverint de Anno 1659. a Iulia de Trottis poſtquam contra ipſam anno 1653. ad Inſtantiam Galeatii Trotti in vim primogenituræ ab Hercule ordinatæ conteſtata fuerat lis ſuper Immiſſione; Talia bona effecta remanſerunt vitio litigioſi, quod operatur, ut Tertius qui pendente lite bona acquiſivit non habeat Iura Tertii poſſeſſoris, immo pro non poſſeſſore habeatur adeout contra eum recta via exequutive, & abſque novo proceſſu procedi de plano valeat ad exequutionem rei judicatæ, ac ſi bona nunquam alienata fuiſſent, & ab ipſo alienante, cum 2 quo lis acta, & terminata fuit poſſiderentur, ad tradita per *Abb. in cap. Eccl. ſtæ Sanctæ Mariæ nu.* 10., *ut lit. penden.*, *Bartol. in leg. Creditores nu.* 23. *de Pignor.*, *Gratian. diſcept* 502. *nu.*18., *Conſtantin. ad Statut. Urbis diſc. ſanic. de Canthel. Angel. tom.* 2. *num.* 95., *Rota coram Cavaler. dec.* 131. *nu.* 2., *& coram Duran. dec.* 181. *nu.* 2., *& coram Buratt. dec.* 917. *nu.*3., *& coram Bichio dec.* 153. *nu.* 12., & poſt *Salgad. in Labyrint. Creditor. dec.* 70. *nu.* 3., *& cor. Emerix Jun. dec.* 1348. *nu.* 3., *&* 4., *& in Recent. dec.* 268. *nu.* 2., *&* 3. *par.* 10. *dec.* 296. *num.* 1. *par.* 18., *& dec.*440. *nu.*6., *&* 7. *par.* 19. *tom.* 2., *& poſt Conſtantin. ad Statut. Vrbis dec.*26. *n.* 15. *& in Romana*, *ſeu Albanen. Aſſociationis prima Aprilis* 1707. §. *Et ratio cum ſeqq. cor. Emo Priolo*.

Idque procedit quamvis Tertius, & ſingularis ſucceſſor ſcientiam non habuerit litis quæ contra ſuum Authorem exardebat, quia quando actum fuit actione reali ignorantia excuſat quidem a pœnis inflictis contra acquirentes res 3 litigioſas, ſed illos non tuetur, aut eximit a rei iudicatæ exequutione per *Textum in leg. fin. Cod. de litigioſ.* advertit *Modern. Ferrarien. in ejus obſervat. par. prima tit. de prax. ...*[illegible] *Signat. cap.*2. *nu. fin.*, *Rota cor. Dunozet dec.*88. *nu.* 5., *&* 6., *& dec.*364. *num.* 28., *& coram Bichio dec.* 153. *num.* 13., *& in Recent. deciſ.* 296. *nu.* 10. *par.* 18., *& in Tiburtina Caſtrorum ſuper fructibus* 25. *Iunii* 1703. §. *Verum coram bo. me. Muto*, *& in d. Romana*, *ſeu Albanen. Aſſociationis* §. *Ita cor. Emo Priolo*.

Ne quicquam ſuffragante prætextu objectæ extinctionis litis exinde eruto, quod Galeatius poſt conteſtatam litem ſub Anno 1653. tacuerit, nec amplius egerit donec vixit, quodque Cajetanus non egerit niſi de anno 1695., & quidem non vigore ceſſionis reportatæ de anno 1680., cuius Juribus uti nolle declaravit, ſed jure proprio, & quod demum Ignatius, & filius, & reſpective Hieronymus Pater declaraverint nolle adire hæreditatem, & Primogenituram Herculis, ex quibus nimirum informantes pro Comite de Aventis conabantur ſuadere, quod omne vitium litigioſi per tot actus abſtenſivos, & negativos, poſt tantum lapſum temporis a die conteſtatæ litis, extinctum, aboletumque dicendum foret.

Etenim quidquid dicendum foret ſi Marchio Roſ-

Roſſettus obtinuiſſet Sententiam abſolutori m,
quæ ulterius tranſitum feciſſet in rem judicatam ob non interpoſitam appellationem, & in
4 hoc ſtatu Bona alienaſſet, in quibus terminis
ſiante litis vera extinctione exulare vitium litigioſi dixit *Rota dec. 13. nu. 6., & dec. 14. n. 3. poſt Merlin. de Pignor., & dec. 3. nu. 4. par. 17.*
cum aliis in contrarium adductis. Res ſane diverſimode ſe habet quando mota fuit lis, eaque
adhuc indeciſa ſub Judice pendente, prout hæc
5 ſequuta fuit Bonorum alienatio, quo caſu cum
inſtantia de jure Canonico perpetua ſit per *Text. in cap. ult. & penult. de Iudic., De Luca de Benefic. diſc. 92. nu. 39., Rota dec. 395. num. 17. cor. Biebio*, ſequitur quod alienatio facta dicitur nondum perempta inſtantia, & ſic ſemper
6 cum ditio litigioſi, ut probant *Lancellot. de Attent. par. 2. cap. 4. in præfat. nu. 616.*, quem
ſequitur *Rota dec. 66. num. 56. part. 19. tom. 2.*,
& in durioribus terminis appellationis per decennium non proſequutæ, quod Cauſa non
remaneat deſerta, neque lis extincta niſi ſe-
7 quatur Sententia declaratoria ſuper deſertione
reſpondit *Rota coram Dunozzet. Iun. decif. 467. nu. 7., in Recent. dec. 253. num. 5. par. 11., & dec. 90. n. 33., & dec. 104. a nu. 1. ad 6. par. 14.*

Quamvis vero ſufficere fortaſſe poſſet alienationem fuiſſe factam pendente lite, poſtmodum ſublata, cum ſubſequens abolitio litis non
poſſit tollere vitium contractum pendente lite
ſaltem ad effectum aperiendi aditum ſubſtituto
recuperandi Bona fideicommiſſaria in Tertios
diſtracta in ſequelam rei judicatæ ſuper Immiſ-
8 ſione obtenta contra Alienantem, ut per *Lancellott. de Attentat. lit. pendent. par. 2. cap. 4. in præfat. nu. 617., Rovit. conſ. 66. nu. 2. lib. primo Ricc. Collectan. dec. 139., Vivian. dec. 135. n. 1., & dec. 440. nu. 18. par. 19. Rec.*

Adhuc Domini ſuper hoc articulo nihil firmare voluerunt cum prorſus, & omni tempore deficiat objecta extinctio primitivæ litis,
quin in contrarium fieri poſſit aliquod fundamentum ſuper declaratione Marchionis Cajetani Ceſſionarii, quia emiſſa non fuit ad finem,
& effectum renunciandi ceſſioni jam reportatæ, nec liti, & Cauſę ejus vigore jam introductæ, & jam pendentis, aſt ad finem toto
cælo diverſum amputandi nimirum omnia repagula Marchionis Roſſetti, contra quem uti
extraneum, & ad Primogenituram non vocatum Marchio Cajetanus opus non habebat cardinaliter inſiſtere in eadem ceſſione, dum ad
illud repellendum ſatis, ſuperque erant Iura
propria, & idcirco talis declaratio tanquam
facta a Marchione Cajetano ad exuberantiam
pro maiori ſua cauthela, & cum expreſſa etiam
proteſtatione, & animo ſibi in aliquo non præiudicandi, ut in eius *Summario Num. 2.* operari non poteſt effectum menti, & intentioni
9 declarantis adverſum, per ea, quæ ponderarunt *Surd. conſil 423. nu. 23. verſ. 2. reſpond. & num. ſeqq., Rot. dec. 85. num. 7. & 8., & in Rec.*

dec. 202. num. 16. & ſeqq. part. 19. tom. primo.

Tantoque certius quia ſucceſſive contendentibus in noſtro Tribunali eodem Marchione
Cajetano, & Camillo ſuper prælatione ad huiuſmodi primogenituram, idem Marchio Caietanus totam fundamentalem baſim ad excloſionem Camilli proximioris conſtituit in ſupradicta ceſſione, & quamvis Camillus opponeret,
quod Marchio Caietanus ea uti amplius non
poſſet, ex quo illi renunciaverat mediante prędicta declaratione hoc non obſtante Sacrum
Auditorium cauſam reſolvit favore Camilli,
& nunquam adhæſit motivo deſumpto ex eadem declaratione, quod nempe dicta Ceſſio
ſuffragari non poterat Marchioni Caietano tanquam facta in remotiorem contra voluntatem
fideicommittentis, ut videre eſt *in deciſione edita 4. Februarii 1709. §. Ex quibus cum pluribus ſeqq. coram Reverendiſſ. Domino meo Molines Decano, & 9. Decembris eiuſdem anni coram Eminentiſſ. Priolo, & 14. Martii 1712. coram R. P. D. meo Criſpo*, donec demum huiuſmodi
quæſtio inter eos amicabiliter nuper compoſita remanſit per concordiam dexteritate, prudentia, & auctoritate R.P.D. mei Cerri laudabiliter concluſam: Cum igitur Marchio Caietanus in hoc poſteriori Iudicio conſtanter propugnaverit ſubſiſtentiam Iurium ſibi ceſſorum,
& adverſus talem ceſſionem Tribunal agnoverit non relevare præfatam declarationem, corruit prætentio quod idem Marchio in præcedenti Iudicio habuerit animum illi renunciandi
10 quoties ex Actibus poſterioribus contrarium
reſultat eſt *Text. in leg. Si quis ex Argentariis §. Si Iuſtitium ff. de eden., Rota coram Puttinger. dec. 198. nu. 9., & cor. Cerro dec. 186. nu. 17., & dec. 185 nu. 25. par. 19., & dec. 100. nu. 56., & 57. cor. Me.*

Indeque momenti non eſt prædicta repudiatio emiſſa a Hieronymo cedente, eiuſque filiis
ultra quod enim ea quoque facta fuit ad effectum facilius avocandi bona primogenialia e
manibus Marchionis Roſſetti, eadem ſane repudiatio non poterat aliquod præiudicium inferre Marchioni Caietano, cui per contractum
præcedentis ceſſionis Iurium per viam tranſactionis celebratum, Ius quæſitum erat, quod
11 nec minui, nec ſubmoveri poterat per quemcumque poſteriorem actum a cedente geſtum,
ex connotatis per *Rotam poſt Poſth. de manut. dec. 58. nu. 18., & in Balneorigen. Pecuniaria 22. Martii 1706. §. Dixerant coram Me, & in Mediolanen. Ceſſionis 8. Iunii 1710. §. Illa namque coram bonæ memoriæ Caffarello.*

Comperto itaque ex his quod vitium litigioſi
nuſquam ſublatum remanſerit minime obſtare viſum eſt, quod Tertius, licet poſſidens
cum vitio litigioſi, & conveniri poſſit exequutive itant opus non ſit contra eum agere via
ordinaria actione revocatoria, adhuc debeat
12 citari ante exequutionem, *Rota dec. 364. n. 71. coram Duran.*, cum aliis in contrarium alle-

Digitized by Google

gatus, quoniam in præſenti hypotheſi difficul-
tas ceſſat tam in Iure, quam in facto, & qui-
dem in Iure, quia eatenus neceſſaria eſt citatio
ante exequutionem, quatenus conſtet, quod
eidem Tertio poſſeſſori competebant validæ
13 defenſiones, alias quando, prout hic diſpe-
rata detegitur defenſio nulla requiritur citatio,
ut diſtinguendo notarunt *Honded. conſ. 20. ſub
nu. 50.*, *Mangil. de Subhaſtat. quæſt. 5. num. 11.*,
Merlin. de Pign. lib. 1. tit. 3. qu. 38. nu. 34., *Ro-
ta dec. 1347. nu. 1. & 2. cor. Emerix Jun.*

Quod autem Comitibus de Aventis non
competeret defenſio ex eo fit evidens, quod
ipſi impugnare non poſſunt, neque impugnant
exiſtentiam, & purificationem Primogenituræ
jam canonizatam, ſolumque impugnat iden-
titatem Bonorum, & allegant retentionem ex
cauſa detractionum. Verum Bonorum identi-
tas bene probata viſa eſt, quia duæ poſſeſſiones,
de quibus capta eſt poſſeſſio exiſtunt in eadem
Villa Cenſalini, in qua poſſidebat Hercules
Teſtator, & poſt illius obitum poſſiderunt etiam
hæredes gravati, ut reſultat ex deſcriptione
per eos facta de Anno 1624. in Inventario hæ-
reditario, ideoque intrat præſumptio, quod
14 controverſæ poſſeſſiones ſint illæmet, quas
Teſtator poſt obitum reliquit, juxta *conſilium
Fulgoſ. 145.* paſſim a *Doctoribus*, & *Rota* rece-
ptum, & ſignanter per *Peregrin. de Fideicom-
miſſ. artic. 44. numer. 22.*, *Fuſar. de Subſtitut.
quæſt. 618. nu. 45.*, *Epiſcop. Rocc. Diſputat. Iur.
cap. 10. nu. 55.*, *Rota coram Ottbobon. dec. 143.
nu. 15.*, *& in addit. ad deciſionem 46. num. 37.
juxta impreſſionem Vrbis*, *& in Firmana Fidei-
commiſſi ſecunda Maii 1712. §. Verum*, *cor. Me.*

Irrelevans pariter detegebatur exceptio de-
tractionum, quia detractiones progredi non
poterant niſi ex cauſa erogationis plurium pe-
cuniarium in redemptione quorumdam Bono-
rum primogenialium, & circa id plana emer-
gebat reſponſio, quod nimirum huiuſmodi Bo-
na recuperata fuerunt, & poſtmodum ab eiſdem
gravatis alienata, & proinde non poteſt præ-
tendi retentio aliorum Bonorum, cum ex pre-
tio retracto in alienatione dictorum Bonorum
recuperatorum, hæredes gravati remanſerint
pluſquam plene ſatisfacti non prætereundo quod
ex fructibus per tot annos pendente lite perce-
ptis, ſi quæ fortaſſe competere potuiſſent, aliæ
15 detractiones effectæ fuerunt turbidæ, & illi-
quidæ, & ſic ineptæ ad impediendam Immiſ-
ſionem, *Textus in leg. Mulier la prima §. Cum
proponeretur ff. ad Senat. Conſult. Trebell.*, *Rota
dec. 740. nu. 10.*, *Arguelles dec. 48. nu. 10.*, *&
in Romana Fideicommiſſi de Panthera ſexta Mar-
tii 1709. §. Tota*, *coram Illmo D. meo Scotto Al-
mæ Vrbis Gubernatore*,

Cæterum exceptio omiſſæ citationis ante
exequutionem ceſſat ex facto, quia Comes Ca-
rolus Aventus lite pendente defunctus ante
prolationem Sententiarum ſuper Immiſſione
ad bona primogenialia fuit perſonaliter citatus
una cum Marchione Ruiletto Procuratore ejuſ-
dem Comitis Caroli tam coram R. P. D. meo
Lancetta, a cujus ſententia de facto idem Pro-
curator nomine ejuſdem Comitis Caroli in actis
appellationem interpoſuit, & poſt productum
in Actis mandatum procuræ in perſonam alte-
rius Defenſoris ab eodem Carolo Conſtituti
ſemper idem nouus Defenſor fuit citationibus
perſonalibus laceſſitus, tam coram Me, quam
coram Rmo Molines, unde propterea ſuæ
aſcribat, & non alienæ culpæ ſi defenſiones quas
ſibi competere putabat, diligenter non para-
vit, atque prompte, ut par erat, non deduxit
ſufficit namque pro validitate exequutionis fa-
ctæ contra Tertium poſſeſſorem rei litigioſi la-
be præjudicatæ ipſum fuiſſe legitime citatum
ante ſententias in iudicatum tranſactas, ut pun-
ctualiter aliis congeſtis reſpondit *Rota dec. 153.
num. 15.*, *& 16. coram Bichio*, ubi in propoſito
16 advertit quod dicitur, quis citatus in exequu-
tione eo ipſo, quod citatus eſt in relaxatione
mandati de immittendo vigore rei iudicatæ,
poſtquam alia citatio fieri non ſolet, & *dec. 88.
num. 11. cor. Duran.*

Parum urgente, quod citationes exequutæ
contra Procuratores Caroli eſſent nimis gene-
rales uti conceptæ ſub illa formula, pro ſuo
prætenſo Jure, & Interreſſe, & tamen Tertius
debeat ſpecialiter citari in quolibet actu, ad
hoc ut arctetur ad comparendum, & ſe defen-
17 dere ad notata per *Poſth. de manut. obſerv. 12.
num. 67.*, *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 16.
53.*, *Palmen. allegat. 139. num. 30.*, *& deciſ.
Lucen. 304. a num. 11.*, *& ſeqq.*, *Rota deciſ.
185. num. 2. par. 2. Recent.*, *& deciſ. 313. nu.
23. pars. 10.*, *& cor. Merlin. deciſ. 836. nu. 6.*,
ſiquidem talis propoſitio procedere poteſt quan-
do Tertius poſſidet ſine vitio, in quibus termi-
nis loquuntur auctoritates mox adductæ, ſecus
18 vero quando Tertius poſſidet cum vitio liti-
gioſi, quemadmodum caſum a caſu diſtinguen-
do declarat idem *Poſth. dicta obſerv. 12. nu. 68.*,
*& Cardinalis de Luca de Tutor. diſcurſ. 8. ſub
num. 3. verſ. potiſſime*, & quod in hoc caſu ſuf-
ficiat citatio pro omni ſuo Iure, & intereſſe
egregie firmavit *Rot. dec. 1347. num. 4. & 5.
cor. Emerix. Jun.*

Ex his conſtito, quod poſſeſſio per Marchio-
nem Caietanum fuit valide, & legitime capta,
atque proinde eſt manutenibilis, non fuit opus
reſpondere primæ parti Dubii, quæ concernit
Immiſſionem ſubſidiarie petitam, quatenus
nempe poſſeſſio fuiſſet diiudicata invalida.

Atque ita Partibus viriliter deducentibus Iu-
ra ſua reſolutum fuit,

PER-

FERRARIEN. PRIMOGENITURÆ SUPER ATTENTATIS.

Lunæ prima Iulij 1715.

ARGUMENTUM.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio capta authore Prætore non eſt attentata.*
Et contrarium prætendens id debet concludentiſſime probare num. 2.
3 *Reſcriptum* -- ad Rotam prout de Jure -- *quid importet.*
4 *Reſcriptum a ſupplicatione declarari debet.*
5 *Sola formula cum qua reſcriptum fuit attendi debet.*
6 *Reſponſio facienda eſt conſentanee ad commiſſionem.*

DECISIO DCCXXII.

JUxta facti ſeriem expoſitam in contemporanea Deciſione ſuper manutentione, Comites de Aventis prætendebant ipſos fore manutenendos in poſſeſſione bonorum Primogenialium ſub litigioſi vitio in ipſos translatorum per Marchionem Roſſettum, & correlative ſub hoc alio Dubio ſubnectebant, contenebantque poſſeſſionem de eiſdem bonis captam per Marchiones de Trottis, declarandam fore attentatam; ſed ſicuti ſuccubuerunt circa prætenſam manutentionem, ita & pati ſorte paſſi ſunt contrarium reſcriptſi reſpecto aſſertorum attentatorū, reſpondentibus Dominis -- *Non conſtare de Attentatis.*

Cum enim Marchiones de Trottis nacti fuerint poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur,
1 io vim rei Iudicatæ Rotalis, & ſic Auctore Prætore, nullo vitio notari poteſt eorom poſſeſſio, ad *Text. in l. juſte poſſidet. ff. de acquir. poſſeſ. l. 1., & 2. ff. ne vis fiat ei, cum concordantibus collect. per Poſth. de manut. obſerv.* 12. *Rot. dec.* 67. *num.* 1. *par.* 10. *rec.*, & Comites de Aventis prætendentes in tali poſſeſſione capienda emer-
2 ſiſſe attentata, obſtringuntur illa plene, & concludentiſſime demonſtrare *Lancellott. de attentat. cap.* 26. *num.* 97. *Card. de Luca de Iudic. diſc.* 18. *num.* 50. *Rot. deciſ.* 7. *ut lit. pend. in nov. & dec.* 411. *num.* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 131. *part.* 13. *rec.*

Nec talis probatio deſumi valet, ex quo Comites de Auventis ante captam poſſeſſionem obtinuerant Commiſſionem directam Sac. Rotæ ſecumferentem Inhibitionem; nam ſi res eſt de Commiſſione reportata ſub die 20. Maii 1706. illa ſe habet *ad Rotam prout de Iure*: & proinde ſi poſt talem Commiſſionem, prævia citatione Comitum de Auventis, fuit obtenta expeditio Cauſæ ſuper Immiſſione in Sacro Auditorio, Canonizata per Signaturam Iuſtitiæ cum clauſula *ſine Præjudicio*; obiecta Commiſſio nec per umbram valuit impedire executionem rei Iudicatæ nam Commiſſio directa ad *Rotam prout de Iure*, ad differentiam alterius clauſulæ, *prout in prima*, nequaquam inhibet, & negocium relinquit in eiſdem terminis, in quibus antea verſabatur deſervitque dumtaxat ad declarandum, quod petens Commiſſionem deducat Iura ſua in Tribunali *prout de Iure*, ſecundum quod proinde ſubire debebat eumdem Iudicem, idemque Iudiciom, quód ſubibat
3 Marchio Roſſettus, qui litigioſi vitio in Comites de Auventis alienaverat, ut diſtinguendo unam ab altera, Commiſſionem dixit *Conſtantin. ad Statut. Urb. de appellat. annot.* 52. *num.* 436., *&* 437. *Rot. coram Zeratt. deciſ.* 103. *num.* 10., *&* 12.

Prorſus neglecta replicatione, quod Comites de Auventis in porrecta Commiſſione pe-
4 tierint Cauſam committi, *prout in prima* quaſi quod declarando reſcriptum a ſupplicatione, prout faciendum eſſe monet *Text. in cap. inter dilectos, ubi Felin. numer.* 14. *fid. Inſtrument.*, clauſula illa, *prout de Iure* intelligenda veniat, & explicanda, *prout in prima*: Diſcurſus namque huiuſmodi procederet, quoties ita de Iure eſſet, quod ex jam dictis non ſubſiſtit, aut quoties Signatura Iuſtitiæ non adhiberet pro diverſitate caſuum diverſas, & ſubſtantifice diſcretas huiuſmodi clauſulas, ut notum eſt, & patet ex præcitatis auctoritatibus; In his namque terminis incongruum eſt prætendere declarationem, ſeo verius alterationem ab uno, ad alterum reſcriptum intratque regula, quod ſtante diverſitate, & diverſa operatione formularum reſcribendi non quod petitum fuit, ſed
5 quod conceſſum extitit, & ſola formula qua cum reſcriptum fuit, attendi debet, ut voluerunt *Natt. conſ.* 726. *num.* 1, *Soccin. Iun. conſ.* 93. *numer.* 44. *libr.* 3. *Rota coram Aleſandro VIII. deciſ.* 165. *num.* 4., *& in Avenion. Donationis* 24. *Aprilis* 1682. §. *Ex quibus coram bon. mem. Urſino.*

Si vero res eſt de altera Commiſſione reportata per Comites de Auventis ſub die 9. Februarii 1709. ſe habente -- *omnia ad Iudicem appellationis cum facultate procedendi tamquam in prima prout de Iure, & purgandi Attentata* -- ea pariter inefficax viſa fuit Dominis; quippe quia longe ante proditam huiuſmodi Commiſſionem, Marchiones de Trottis nacti fuerant poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur quo caſu ad hoc ut dici deberet attentata talis poſſeſſio, in vim ſuperventæ Commiſſionis, opus eſſet, quod Signatura quoad Roſſettum, vel ſaltem quoad Auventos, Cauſam ſuper negocio Principali commiſiſſet in ſuſpenſivo, iuxta terminos caſuum, de quibus *Theod. de Rub. clauſ.* 757. *Barboſ. clauſ.* 159. *modernus Ferrarien. in eius obſerv. par.* 1. *tit. de praen. utr. ſing. cap.* 2. *num.* 30. *Rot. in Romana. Societatis Beneficii* 10.

Digitized by Google

Iannarii 1680. §. *Cenſuerunt coram bon. mem. Rondinino*.

Quod nec per umbram verificatur in hypotheſi ubi Comites de Auventis nec etiam petierunt in Signatura Commiſſionem contra rem Iudicatam Rotalem, ſed ſolummodo expoſtularunt purgationem attentatorum, quæ Signatura noluit canonizare; agnoſcens vel illa non adeſſe, vel pendere a Iudicio manutentionis ſed tantummodo hanc cognitionem remiſit Sacro Auditorio cum facultate procedendi *tanquam in prima prout de Jure*, *& purgandi attentata* quæ Commiſſio dat quidem facultatem noſtro Tribunali procedendi tanquam in prima, & purgandi attentata, ac ſemper *prout de Iure*; Unde a parte antea non exiſtentibus, nulloque modo verificatis attentatis, imo agnito, quod poſſeſſio capta per Marchiones de Trottis, eſt manutenibilis, ut in altera Deciſione; haud poterant Domini reſpondere, *pro purgatione*
6 *Attentatorum*; quæ non aderant ulla, ut conſentanee ad memoratam commiſſionem alias reſpondit eadem *Rota deciſ.* 22. *num.* 9., *&* 10. *coram Priolo*, *deciſ.* 344. *num.* 4. *coram Peutinger.*, *& in Leodien. Iurisdictionis ſuper Attentatis* 11. *Aprilis* 1698. §. *Nec relevat coram R.mo Moliner*, & aliis congeſtis bene advertit *modernus Ferrarienſis Ingenioſum*, *& in hac noſtra Curia approbatus Advocatus in ſuis obſervationibus par.* 1, *tit. de praxi utriuſque Signaturæ cap.* 3, *num.* 77., *& ſeqq.*

Et ita utraque &c,

FERRARIEN, PRIMOGENITURÆ SUPER FRUCTIBUS,

Lunæ prima Iulii 1715.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Fructus veniunt in ſequelam legitimæ poſſeſſionis.*
Et Ius poſſeſſionis inſeparabile eſt a perceptione fructuum nu. 2.
3 *Liquidatio fructuum fieri debet juxta taxam legalem ad rationem ſcut.* 4. *pro centenario*, & num. 4.

DECISIO DCCXXIII,

IN ſequelam manutentionis adjudicatæ favore Marchionum de Trottis, in poſſeſſione Bonorum Primogenialium, litigioſi labe diſtractorum in Comites de Avventis, Domini non dubitarunt reſpondere in hac eadem Audientia -- *Fructus perceptos poſt adeptam poſſeſſionem, reſtituendos eſſe juxta modum in deciſione exprimendum protulerunt.*

Ratio ita decidendi fuit, quod cum in præſenti diſputetur dumtaxat de fructibus perceptis a die captæ poſſeſſionis per Marchiones de Trottis, ut dicebatur in contemporanea Deciſione canonizatæ, ac etiam in altera ab impacto attentatorum vitio vindicatæ, non potuit non decerni reſtitutio huiuſmodi fructuum, qui ve-
1 niunt in ſequelam legitimæ poſſeſſionis *Modern. Ferrarien. in ejus obſervat. par.* 2. *obſer.* 7. *nu.* 16. *Rot. coram Coccin. dec.* 1580. *nu.* 1. *dec.* 310. *nu.* 26. *par.* 5. *recent.*, *& dec.* 591. *nu.* 11., *& dec.* 584. *utrobique par.* 19. *tom.* 2. *recent.*

Ius namque poſſeſſionis inſeparabile eſt a perceptione fructuum, nec aliud emolumentum ſuapte natura ſibi vindicat, præter illud fructuum a Poſſeſſore conſequendorum; alias
2 etenim fruſtra Prætor uteretur Interdicto *uti poſſidetis* tributa Poſſeſſori inani, & vacua poſſeſſione, ut obſervat *Poſth. de manut. obſervat.* 25. *nu.* 3. *Rot. dec.* 343. *num.* 1. *coram Dunozet. Iun.*

Definita ſic reſtitutione fructuum, adjecerunt Domini modum reſpicientem quantitatem, ſubdentes, quod liquidatio fieri debeat juxta taxam legalem ad rationem ſcutorum quatuor pro centenario: quamquam enim ta-
3 xa deducta ex *Gloſs. in Authent. Perpetua de Sacroſanct. Eccleſ.* ſit mere præſumptiva, ut tradit *Rot. in Fanen. Cenſus* 5. *Maii* 1679., *coram bo. me. Paulutio*, *& in dec.* 614. *num.* 11. *par.* 19. *to.* 2. *rec.*, & alibi paſſim,

Nihilominus cum Comites de Avventis non juſtificent minorem fructatum; Minuſque porrexerint notulam iuratam, ſeu legalem deſcriptionem fructuum, ipſis injunctam ab R. P. D. Anſideo, Tunc Auditore Signaturæ, & nunc emerito A. C. Locumtenente, certum eſt quod alio modo reſcribere non valuerunt DD., nam quotieſcumque contrarium non probatur, & quidem prorſus legitime, & plene, ſemper ſtandum eſt præſumptioni Iuris, ut in terminis prædictæ taxæ paſſim reſpondit *Rota*, *& præcipue in deciſ. ſupra laudata coram Paulutio*, & nuperrime *in Romana Dotis* 4. *Decembris* 1713. §. *ultimo coram bon. me. Barbadico cum pluribus ibi allegatis*; Et propterea donec prædictæ, & ſufficientes iuſtificationes in contrarium non afferantur per Comites de Avventis, iuſta erit liquidatio ad dictam rationem quatuor pro centenario, juxta prædictum Doctorum ſen-
4 ſum, ſemper in conſimili quæſtione retentum in Sacro Tribunali, ut in *dec.* 955. *num.* 4. *cor. Seraphin.*, *& coram Priolo dec.* 404. *nu.* 10., *& in rec. dec.* 249. *num.* 16. *par.* 17., *& in Fanen. reintegrationis ſuper deliberatione quoad reſervata* 6. *Maii* 1712. §. *Quo vera coram R. P. D. meo Aldrovando*, & nuperrime *in Auximana Reintegrationis ſuper fructibus* 27. *Martii* 1715. §. *fin. coram R. P. D. meo Cerro*.

Atque ita &c. utraque &c.

LEODIEN. PASTORATVS, SEV VICARIÆ SVPER DECLARATORIA.

Veneris 22. Novembris 1715.

ARGUMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoriæ literæ ſunt relaxandæ adverſus parere recuſantes*, & nu. 2., *& in ſequenti* deciſ. nu. 1.

DECISIO DCCXXIV.

ATtenta inexcuſabili contumacia Archipreſbyteri in non parendo Rotalibus, ſeu potius Apoſtolicis mandatis, literiſque Exequutorialibus expeditis pro parte Mathiæ per S. Sedem proviſi de Paſtoratu, ſeu Vicaria Sancti Jacobi Aquiſgrani, hodie per Me oppoſitum fuit dubium — *An ſit procedendum ad legitimam exequutionem declaratoriæ relaxatæ a R. P. D. Lancetta, vel potius nova relaxanda*, — & DD. tutiorem calcando ſemitam, omiſſa prima parte; ſecundæ reſponderunt *affirmative*.

Siquidem ſatis conſtitit fuiſſe Archipresbytero intimatas literas Exequutoriales, plurieſque fuiſſe ſervatos terminos, & nihilominus illum obedire, & parere detrectaſſe, ac etiam nunc detrectare; ideoque ad compeſcendam huiuſmodi duritiem alia ſupereſſe non videbatur via, quam relaxare declaratorias, quæ ſolet flectere inobedientiam cervices eorum-
1 que contumaciam coercere, ut monuit *Felin. in cap. ad probandum nu. 6. de ſentent., & re judicat. Rot. dec. 445. par. 2. & deciſ. 448. par. 9. rec. utrobique nu. 4., & in Ilerden. Juris votandi ſuper declaratoria 27. Martii 1705. §. Præſuppoſito coram Emo Scotto* cum aliis congeſtis *in Gerunden. manutentionis ſuper declaratoria 23. Junii 1710. §. Cum enim coram Rmo P.D. Molines Decano*.

Eo autem magis, quia contumacia in iſto caſu erat nimis inveterata, nimiumque præjudicialis Matthiæ ſimul, & Animabus Parochiæ, dum fructus Vicariæ, de qua agitur, percipiebantur indebitæ per ipſum Archipreſbyterum, & Animarum Cura uſque ab anno 1711. a nemine regebatur; cum ſemper impeditus ab eodem Archipresbytero adhuc Mathias actualem poſſeſſionem capere non valuerit, propertereaque libentius ad cenſurarum comminationem deveniendum eſſe videbatur,
2 ut conſideravit noſtrum Tribunal *in deciſ. 174. nu. 3. & 4. coram. ſan. mem. Alexandro VIII., & in Toletana Juriſdictionis 29. Aprilis 1682. §. Non perito coram bon. mem. Paulutio, & deciſ. 82. nu. 7. coram Me juxta impreſſionem Urbis.*

Et ita altera tantum informante.

EADEM CORAM EODEM QUOAD ATTENTATA SUPER DECLARATORIA.

Veneris 22. Novembris 1715.

Nec Argumento, nec Summario indiget.

CUm ex Literis Exequutorialibus Rotalibus teneretur Archipresbyter nedum parere quoad negocium principale, & ſuper proviſione favore Mathiæ facta per S. Sedem, verum etiam purgare attentata ab ipſo commiſſa, ipſeque non minus quoad unum, quam quoad alterum punctum ſe contumacem reddiderit, conſimile dedi dubium quoad attentata, & conſimile pariter accepi reſponſum — *nempe novam declaratoriam eſſe relaxandam*.

Quo enim ad iſtud dubium militabant omnia adamuſſim, quæ militare oſtenſum fuit in altero, nempe inexcuſabilis detrectatio Archipresbyteri, unde cum præceſſerint omnia de Jure, & ſtylo ſervanda, partes noſtri Tribunalis erant relaxare declaratoriam ad hoc, ut Vir Eccleſiaſticus ad opportunam tandem, &
1 debitam revocetur obedientiam, & Juſtitiam, ut dictum fuit *in Calaritana Juris viſitandi 21. Martii 1649. §. final. coram clar. me. Card. Corrado impreſſa dec. 11. poſt Eſcobar, de ratiocin., & dec. 48. poſt Mell. ad Caſtill.*

Et ita unica &c.

REATINA SERVITUTIS.

Lunæ 2. Decembris.

ARGUMENTUM.

Fidejuſſio emiſſa a Muliere intra ſuæ dotis medietatem ſi non habeat relevationem an, & quo caſu ſubſtineat.

SVMMARIVM.

1 *Mandati, ſive ſententiæ executio retardari nequit ſtante illius juſtitia.*
2 *Conſenſus fidejuſſoris eſt omnino neceſſarius pro firmitate fidejuſſionis.*
3 *Fidejuſſio eſt nulla ſi cauſa finalis Ejuſdem fidejuſſionis falſa detegatur.*
4 *Actus reduci ſemper debet ad utilem intellectum facientis.*
5 *Obligatio mulieris ut irritetur ex defectu relevationis quid attendi debeat.*
6 *Pro fideiuſſionis idoneitatem ſemper eſt præſumendum donec contrarium probetur.*
7 *Mulier quando ſe obligat intra medietatem dotis ex aliqua juxta cauſa eſt valida eius obligatio etiamſi nullam habeat ſpem relevationis.*
8 *Nullitas fideiuſſionis inducitur ex defectu relevationis.*
9 *Mulier ſi pluries fideiuſſit, & idoneitatem relevato-*

patris nullum paſſa eſt jacturam, non valet reſilire ab ultima obligatione ſub obtenta, quod in antecedentibus medietatem ſuæ dotis conſumpſit.

10 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

DECISIO DCCXXV.

POſtqoam DD. de Severis in judicio vindicationis obtinuerunt immiſſionem ad Tenutam *di Selva Rotonda* titulo Aviti fideicommiſſi promoto adverſus b. m. Bartholomæo Vecchiarellum illius detentorem interim defunctum, & poſtquam pari felicitate ex juribus ceſſis a Civitate Reatis reportarunt tam contra d. Bartholomæum, quam contra D. Olympiam Ripam ejus Uxorem a tunc A. C. Cerro, nunc hujus S. Auditorii emeritiſſimo Candidato mandatum pro ſcutis 2200. ſine tamen præjudicio reſidui pro reſtitutione pretii evictionis ſervitutis tranſitus aquarum per ipſum Bartholomæum cum ſolidali obligatione prædictæ Olympiæ venditæ favore d. Civitatis pro ſumma ſc. 3000., & in majori parte impoſitæ in prædicta Tenuta, ut ſupra per dd. de Severis vindicata, & cujus executionem in contumacia Olimpiæ quoque decrevit noſtrum Tribunal contra Bartholomæum, ut late videre eſt in egregia Deciſione emanata coram R. P. D. meo Aldrovando ſub die 27. Januar. 1712., quæ de more Judicatum præceſſit, & ſucceſſive in geminis Deciſionibus coram Me editis 4. Junii 1714., & 18. Martii labentis anni: Attamen negocium ſcopulum adinvenit in limine expeditionis Cauſæ per prædictos de Severis petitæ non ſolum contra Bartholomæum, ſed etiam contra predict. Olimpiam, quæ in S. noſtro Auditorio deducere ſua Jura neglexerat. Quapropter *Dominis Meis* viſum fuit ea ſolita benignitate, & maturitate, qua Juſtitiæ ſemitas ſectantur, eidem dumtaxat indulgere novam audientiam, & ſub die 14. Junii proxime præteriti reſcribere -- *Aptetur dubium* -- quod cum aptatum, ac per Me ſubſcriptum fuerit, conceſſa eidem Olimpiæ facultate deducendi quidquid voluerit etiam contra Deciſiones adverſus Bartholomæum emanatas, eo quia cauſa per dd. de Severis contra ipſum adhuc expedita non fuit, in hac nova Cauſæ repropoſitione cum congruo, aptatoque dubio per me facta *Domini* reſponderunt - *Mandatum A. C. eſſe exequendum*.

Pro d. enim decreta executione mandati a R. P. D. meo tunc A. C. Cerro relaxati contra d. Olimpiam Ripam, ratio ita decidendi deſumpta fuit tum ex ipſius validitate, quam oltro admittebant Defenſores prædictæ Olimpiæ, quam etiam ex illius Juſtitia, quibus concurrentibus ejus executio retardari non
1 valet *Rota in Romana pecuniaria* 26. *Maii* 1707. §. *Cum enim cor. R. P. D. meo Lanc., & in Romana Cambii* 17. *Jun. labentis anni cor.* Me.

Abſque eo quod obſtare viſæ ſint nullitates oppoſitæ contra obligationem per Olimpiam ſuſceptam favore Civitatis, quia illis omnibus bene perpenſis minus habere repertæ ſunt: Quod enim attinet ad eam primam nullitatem deſumptam ex falſitate ſuppoſiti, ſub qua d. Mulier aſſerebatur ſe obligaſſe, nempe quod bona in quibus d. ſervitus conſtituebatur eſſent libera, & propria d. Bartholomæi venditoris, quando contrarium ſubinde detectum fuit, reſpondebatur tunc ſibi locum vindicare valoiſſe, quando Cauſa principalis, & motiva d. fidejuſſionis ſubſtantifice ſtetiſſet in d. aſſerta bonorum proprietate, quia cum tunc tota ratio contractus reſederit in prædicta proprietate, & libertate bonorum ea ceſſante ex vi neceſſariæ correſpectivitatis ceſſaret quoque conſenſus pro emiſſę fidejuſſionis
2 firmitate neceſſarius, ut docent *Salgad. in labyrin. creditor. par. 2. cap. 17. nu. 46. & ſeq. Rot. dec. 204. nu. 2. & ſeq. cor. S. m. Alexand. VIII. & dec. 383. num. 3. par. 12. rec. & in Ferrarien. bonor. ſuper donatione in ſolutum* 31. *Jan.* 1710. §. *Primevaque cor. R. P. D. meo Falconerio, & in Verulana cenſus* 7. *Martii* 1712. §. *Maxime quia coram Eodem.*

Aſt non eamdem Juris cenſuram procedere ponderabatur, quando expreſſio libertatis, ſeu proprietatis bonorum facta non fuit a Bartholomæo favore Olimpiæ, ad hoc ut favore Civitatis fidejoſſionem expleret, ſed tantom contemplatione ipſius Civitatis ad eam alliciendam ad prædict. ſervitutis emptionem, quia in hoc facti themate, ut in præſenti, etiamſi quod tractu temporis detectum ſit terras non eſſe proprias, & liberas ipſius Bartholomæi, non inde reddi valet inefficax ſidejuſſio preſtita pro omni, & quacumque evictione rei venditæ, ſub præ-
3 textu, quod fuerit falſa illa Cauſa, quæ vere non fuit Caoſa, formalis, ſeu finalis obligationis ad trad. per *Surd. conſ. 543. num. 42. Card. de Luca de donat. diſc. 26. nu. 20. Rota cor. Buratt, dec. 86. nu. 6. & in rec. dec. 462. nu. 12. & ſeq. par. 18. & in Mornlen. Salviani 6. Maii 707.* §. *Pariformiter, & ſeqq. cor. bon. mem. Omanna.*

Et profecto alias dicendum eſſet, quod d. fidejuſſio Olimpiæ tanto ſtudio exquiſita a ſumma d. Civitatis Conſiliorum providentia nil operari deberet; quia ſi prædicta fideiuſſio in irritum ire deberet eo ipſo, quod ſuper d. fundo ſerviente onera, & vincula detegerentur, ecce quod Civitas nullum commodum, utilitatemqoe a d. fideiuſſione reportaſſet, & revera ſine fideiuſſione contraxiſſet, ſi advento caſu pulſandi pro ſui indemnitate fideioſſorem, hic ſe liberatum exclamaret ex ipſiſmet vinculis, quæ evictioni cauſam dedere, & propterea cum prædicta expreſſio pertinentiæ fundi ſervientis ad Bartholomæum venditorem non fuerit, nec ex ſubiecta materia potuerit eſſe Caoſa fideiuſſionis per Olimpiam præſtitæ, nil valet relevare contra d. Civitatem, quæ ideo fideiuſſorem exquiſivit ut tuta redderetur de expreſſionibus in d. venditione ſervitutis per Bartholo-

4 tholomæum emiſſis, ut patet cogitanti, & de
iure ſemper actus reduci debet ad utilem intel-
lectum facientis ad *Text. in leg. non omnis ff. ſi
certum petat* M*erlin. de pignor. lib. 4. q.* 110. *nu.*
16. *Rot. cor. Coccin. dec.* 318. *n.* 6. *& cor. Prio-
lo deciſ.* 408. *num.* 14. *& in rec. dec.* 92. *num.* 1.
part. 19. *& in Albanen. ſucceſſionis* 26. *Februar.*
1712. §. *Certius cor.* Me.

Minuſque momenti apparuit altera nullitas
elicita ex defectu relevationis, quam aſſeritur
non habere d. Olimpiam in bonis Bartholomæi
Principalis obligati, quia in primis animadver-
tebatur prędict. Olimpiam deficere in ſalutari-
bus, nempe in ea præambula, & neceſſaria fir-
matione ſtatus Bartholomæi de tempore emiſſæ
fideiuſſionis, quia cum iuxta noſtri Tribunalis
ſententiam ad effectum irritandi mulierum
obligationes ſub prætextu relevationis attenda-
tur dumtaxat tempus emiſſæ obligationis non
5 curato an ex poſtea Principalis obligati patri-
monium dilapſum fuerit, ut aliis adductis con-
cordan. alias dixit *Rot. in Senogallien. cenſus ſu-
per reſtitutione in integrum* 24. *Martii* 1710. §.
*Et quamvis cor. R. P. D. meo Aldrovando, & in
Firmana immiſſionis* 3. *Iun.* 1711. §. *Secundo cor.
Eodem & in Verulana cenſus* 7. *Martii* 1712. §.
*Minus cor. R. P. D. meo Falconerio & in fulgina-
ten. cenſuum* 4. *Martii* 1714. §. *Adhuc in fine
cor. R. P. D. meo Cerro*; Hinc exoriebatur,
quod etiam in abſtracto ſuper d. nullitate fideiuſ-
ſionis vis nulla conſtitui valebat eo ipſo, quod
6 in d. neceſſaria probatione deficiebatur, & de
cætero pro idoneitate præſumatur donec con-
trarium probetur, ut firmat *Rota in Romana
Salviani* 27. *Junii* 1697. §. *Et tanto magis cor.
Eminentiſſ. Card. Priolo, & in Romana Salviani
ſuper cambio* 18. *Martii* 1707. §. *Non relevante
cor. Eminentiſſ. Scotto, & in Piſauren., ſeu Cal-
lien. dotis.* 22. *Iunii* 1714. §. *Iuſtitia cor. R. P.D,
meo Lancetta.*

Sed quod plus eſt eius examen aggrediendo
etiam in concreto caſus nullam *Domini* cenſue-
runt d. oppoſitam nullitatem animadverſio-
nem promereri, tam ex eo quod prædicta fi-
dejuſſio medietatem ſuæ dotis non excedebat,
utpote tantum in ſc. 3000, quando ejus dos
conſiſtit in ſc. 10. m., tam ex eo quod d. Olim-
pia non ſe principaliter obligavit intuitu con-
ſequendæ relevationis; Nam quando Mulier
ſua obligat Iura dotalia intra medietatem ſuæ
dotis ex aliqua juſta, & rationabili cauſa, &
principaliter non ſe obligat ex cauſa habendæ
relevationis, talis obligatio de iure valida re-
7 putatur etiamſi nullam habeat ſpem conſequen-
dæ relevationis ex deduct. per *Card. de Luc.
de empt, diſc.* 22. *nu.*8. *Paulut. diſſert.* 38. *nu.*3.
Rot. penes eumdem diſſert. 70. *deciſ.* 2. *nu.* 12. &
bene *in d. Senogallien. cenſus ſuper reſtit. in in-
tegr.* 24. *Martii* 1710. §. *Secus autem cor. R.P D.
meo Aldrovando, & in d. Firmana immiſſ.* 3.
Iunii 1711. §. *Nec ſubſiſtit coram eod., & in
d. Fulgin. cenſuum* 4. *Martii* 1714. §. *Suppoſita
verſ. quia cor.* R.P.D. *meo* Cerro.

Quod autem dicta Olimpia non ſe obligave-
rit ex cauſa finali conſequendi relevationem a
Bartholomæo ejus Viro, ex eo educebatur,
quod promiſſio d. relevationis legebatur in par-
tibus executivis d. Inſtrumenti venditionis, &
ſic apparebat, quod talis promiſſio fuit ea re-
gularis ſequela, ex qua de jure cuicumque fi-
dejuſſori eſt promittenda, & debita legitima
relevatio, abſque eo quod propterea ex ejus
8 defectu nullitas fidejuſſionis valeat induci, ut
in terminis diſtinguendo dixit *Rota in dicta Fir-
mana Immiſſionis* 3. *Iunii* 1711. §. *Non obſtat cum
duob. ſeqq. coram R. P. D. meo Aldrovando, &
in d. Fulginat. Cenſuum* 4. *Maii* 1714. §. *Suppo-
ſita itaque coram R. P. D. meo Cerro.*

Minuſque demum ullam firmitatem adinve-
nit apud *Dominos* tertia nullitas per defenſores
prædictæ Olimpiæ magno apparatu promota
contra fratres de Severis pro irritanda d. fi-
dejuſſione conſiſtens in eo, quod cum eadem
Olimpia antecedenter & uſque de anno 1669.
fidejuſſiſſet pro Viro in cenſu ab eo in ſorte
ſc. 4000. favore Guarnerii Cavallerini con-
tracti, inde ſucceſſiva ſimilis fidejuſſio in ſer-
vitute vendita favore Civitatis irrita remanſe-
rit tamquam ultra medietatem ſuæ dotis; Quia
quamvis attenta numerica quantitate, pro qua
ſe d. Olimpia obligavit abſque ulla difficultate
ejus obligatio excedat medietatem ſuæ dotis,
quæ fuit ſolum, ut diximus, in ſcut. 10. mil.:
attamen quia non docetur d. Olimpiam ex
d. antecedenti fideiuſſione ullam paſſam fuiſſe
nec pati poſſe jacturam ſuorum jurium dota-
lium, inde oritur, quod ex vi d. prioris obli-
gationis nulla emergat irritato d. ſecundæ fi-
dejuſſionis favore prædictæ Civitatis emiſſæ,
quia iura noſtra ſanxerunt quidem non poſſe
mulieres ſeſe ultra medietatem dotis obligare,
quam ſarctam, tectamque voluerunt ad hoc,
ut earum arbitratu ad ſecunda vota migrare
valeant, ſed ad huiuſmodi aſſequendum finem
non determinarunt, quod purus calculus ari-
thmeticas obligationum, quas mulieres con-
traxerunt inſpiceretur, ſed an revera ex dictis
obligationibus fuerit damnificata, quia ſi mu-
lier centies fideiuſſiſſet, & ob idoneitatem Re-
levatoris nullam paſſa fuiſſet jacturam, non
valeret reſilire ab ultima, & poſtrema obliga-
9 tione, ſub obtentu, quod in antecedentibus
medietatem ſuæ dotis conſumpſiſſet, ut bene
tuentur *Barboſ. in §. Soluto matrimonio par.* 5.
*lib.*1, *nu.* 68. *verſ. quæ concluſio Card. de Luca de
dote diſc.* 95. *nu.* 6. *& ſeq.* & docuit *Rot. in Fir-
mana Pecunlaria ſuper manut.* 27. *Junii* 1704.
§. *Quæ concluſio, & ſeq. cor. Reverendiſs. Kau-
nitz, & in Romana Dotis* 11. *Aprilis* 1709.
§. *Ad effectum cor. R. P. D. meo Lancetta, &*
13. *Junii* 1710. §. *Hæc autem coram R.P.D. meo
Criſpo, & in d. Fulginaten. Cenſuum* §. *Adhuc
cor. R. P. D. meo Cerro, & in Piſauren, ſeu Cal-
lien. Dotis* 22. *Iunii* 1714. §. *Juſtitia cor, R.P.D.
meo* Lanc.

Cum

Digitized by Google

Cum igitur ex præmiſſa fideiuſſione Olimpia nullam paſſa fuerit, nec pati valeat jacturam ſuorum iurium dotalium ex quo prima obligatio favore Cavallerini emanavit prævio facultativo Brevi ſa. me. Clem. IX. indulgentis pro eo obligari poſſe bona fideicommiſſi Domus Vecchiarellæ, ideoque cum non ſolum pro d. cenſu habeat in Relevatorem d. fideicommiſſum Domus Vecchiarellæ, ſed quod plus eſt, reperiatur extinctus cum pecuniis ad cambium ſuſceptis ab Olimpia Palumbaria, nihil de eo amplius curandum eſt, cum non entis,
10 ſeu obligationis iam extinctæ nullæ ſint qualitates *Text.* eſt *in l. decem de verb. obligat. Rot. dec. 982. nu. fin. cor. Emer. jun.* cum aliis adductis *in dec. 39. nu. 4. coram Me juxta impreſ. Luc.*

Non referente, quod prædicta Olimpia Palumbaria in extinctione d. cenſus ſubingreſſa fuerit in omnibus iuribus Creditoris dimiſſi, & ſic quemadmodum Cavallerinus agere valeret contra d. Olimpiam Ripam, ita etiam d. Olimpia Palumbaria habens iura Cavallerini; quia talis ſubingreſſus ſolum efficax eſſe poteſt quoad fructus, non autem quoad ſortem cambii, ut de hoc ipſiſſimo cambio firmavit noſtrum Tribunal coram R.P.D. meo Aldrovando 19. Februarii 1712. quæ iuxta Apoſt. Conſtitutiones venit ſupponenda *Rot. dec. 68. num. 8. par. 17. & in Anconitana cambela Angeli 24. Ian. 1710. §. Res namque judicata cor. Eminent. Priolo, & in Bonon. Aſſociationis 9. Maii 1710. §. Nulliuſque coram bo. me. Caffarello.*

Et propterea ſi prædicta Olimpia urgeri non valet niſi pro fructibus d. cambii, & pro repetitione dd. fructuum habet, ut dixi, vigore d. Brevis Pontificii obligatum fideicommiſſum Domus Vecchiarellæ, palam fit nec in obulo vigore d. primæ obligationis remanere damnificatam d. Olimpiam, & ſic omnino validam remanere d. poſteriorem eius obligationem favore Reatinæ Civitatis, ut ex prædictis,

Aſt in univerſum ſuperfluum *Dominis* videbatur amplius de hoc debito ſive Cavallerini, ſive Palumbariæ diſſerere, quando hoc etiam in maxima parte remanſit extinctum mediante deliberatione domus fideicommiſſariæ de Vecchiarellis, & ſuper ipſa deliberatione prodiit Deciſio noſtri Tribunalis edita 1. Julii labentis anni coram R. P. D. meo Falconerio: Unde cum etiam d. debitum ſuper quo per Defenſores Olimpiæ potiſſimum fundamentum conſtituebatur ex prædictis appareat in maiori parte extinctum, non ſolum ex eo nulla amplius a d. Olimpia timeri non valet ſuorum iurium dotalium iactura, ſed prorſus ceſſat ea, quæ allegabatur læſio ultra medietatem ſuæ dotis.

Quibus ita abſolutis tranſeundo ad ea, quæ reſpiciebant deciſa contra Bartholomæum, & quæ impugnare poterat prædicta Olimpia ex ſupra expoſita facultate eidem tributa deducendi quidquid contra dd. Deciſiones ſibi videbatur, quæ emanarunt ſuper ipſa evictione ſervitutis; *Dominis mei* arriſerunt omnia ſolida fundamenta præmiſſarum Deciſionum: Unde ne actum in tot, tantiſque hujus Cauſæ propoſitionibus agere viderentur eiſdem ſatis fuit ad eas remiſſive ſe habere, tanto fortius quia nil novi afferebatur per d. Olimpiam, quod in dd. Deciſionibus ſublatum non fuerit, non obſtantibus quærimoniis, quæ in hodierno conflictu pariter repetebantur, nempe, quod cum ſervitus in parte ſit conſtituta in bonis illorum de Vecchiarellis, ad eorum menſuram dimetiendum ſit pretium ſervitutis, iuxta calculum factum a Peritis, vel quod cum poſſent iidem Vecchiarelli deſtinare alium locum tranſitus aquarum, licita proinde illis eſſet talis variatio; Siquidem, prout reſpectu prætenſæ variationis *Domini* magis firma agnoverunt deducta, in meis antecedentibus deciſionibus ad quas remiſſive ſe habuerunt, ita inutilem crediderunt quamcumque menſuram foveæ, & repartitionem pretii, quanto ſecuta illius evictione in parte dubitari non poterat fuiſſe apertam Civitati actionem pro reſciſſione contractus in totum, Unde ſicuti A. C. in prima inſtantia mandatum pro parte pretii ſine præjudicio reſidui juſtiſſime relaxavit ita cenſuit noſtrum Tribunal *Illud eſſe omnino exequendum.*

Et ita utraque Parte &c.

SENOGALLIEN. IMMISSIONIS.

Die Ven. 6. Decembris 1715.

ARGUMENTUM

Renunciatio abdicativa & realis emiſſa ab ingrediente in Religionem facit renunciantem civiliter mortuum: Si vero renuncians a Religione fuerit egreſſus, reviviſcunt ejus Iura, & renunciatio habetur pro non facta; Et quid dicendum ſi Pater filium renunciantem exheredaverit relicto ei congruo, & exceſſivo annuo livello.

SUMMARIUM.

1 *Detractiones turbidæ, & illiquidæ retardare nequeunt immiſſionem fideicommiſſario agenti in vim clari fideicommiſſi.*

2 *Renunciatio abdicativa, & realis excludit in perpetuum ab omni ſucceſſione renunciantem illumque efficit civiliter mortuum.*

Limita ſi renuncians exiverit a Religione occaſione cujus Profeſſionis renunciaverat nu. 3.

Amplia etiamſi quis fuerit ingreſſus in Religione ubi non fiat vera profeſſio, ſed potius oblatio num. 4.

Et quid dicendum ſi renunciantis Pater in teſtamento renunciantem exheredaverit relicto ei pingui livello nu. 5. & ſeqq.

6 Ini

6 *Ius petendi legitimam nequit in alium transferre, qui in ſe non habet.*
7 *Accollatio debiti non probatur per ſimplices enunciativas a Gravatis emiſſas.*
8 *Retentio pro detractionibus peti nequit qui illas jam detraxit.*

DECISIO DCCXXVI.

AD retardandam Immiſſionem a Sacro Tribunali per tres Sententias conceſſam Comiti Joſepho ad bona, & ſignanter ad Prædia in *vocab. Montignani* ſubjecta fideicommiſſo condito per Livium de Rubei Margarita tanquam hæres Petri Antonii ſui Viri in hac quarta inſtantia allegabat plures detractiones; ſed cum dediſſem dubium Commiſſioni conforme — *An ſcilicet conſtet de tribus* DD. inhæſitanter reſponderunt contra Margaritam nempe *conſtare*.

Nulla quippe erat quæſtio ſuper validitate, & Juſtitia Sententiarum in genere cum non controverteretur purificatio fideicommiſſi favore Comitis Ioſephi, multoque minus in diſcrimen revocaretur Bonorum identitas. Sed excipiebatur de competentia detractionum, quæ tamen veluti prorſus inſubſiſtentes, vel ſaltem undequaque turbidæ, & involutæ aptæ non erant ad impediendam Immiſſionem fideicommiſſario agenti in vim clari, & limpidi fidei-
1 commiſſi ex paſſim traditis per Rotam, & ſignanter *coram Cerro deciſ. 764. num. 7. coram Emerix Iun. deciſ. 1044. nu. 1., & in rec. deciſ. 304. num. 1., & 2. part. 15. deciſ. 475. nu. 11. part. 19., & in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 15. Decembris 1689. §. Siquidem coram me, & in Maceraten. Legatorum, & fideicommiſſi ſuper Prædio della Cimarella, & Domuncula cum Apoteca 23. Iunii 1710. §. Final. pariter coram me.*

Quod enim attinet ad legitimam ſive ejus ſupplementum ex perſona Canonici Petri Mariæ, certe, quod talis detractio non ſolum turbida, ſed & indebita comperiebatur; quandoquidem Canonicus Petrus Maria emiſit ſolemnem abdicativam renunciationem occaſione ingreſſus in Religione favore Livii ejus Patris, a quo reportavit valde congruum Livellum ſcutorum 30. Nihil ultra prætendere poterat a Paterna hæreditate, cum renunciatio adeo ampla, abdicativa, & realis excludat in perpetuum ab omni ſucceſſione renunciantem, efficiatque illum civiliter mortuum ex traditis
2 in Romana Hæreditatis de Lanuccis inter recollectas per *Balducc. ad Ramon. deciſ. prima tom. primo Romana Succeſſionis 10. Februarii 1710. §. Nihilominus coram Eminentiſſimo Priola & in Romana Renunciationis 11. Ianuarii 1712. §. Perturbantes coram me, & in Bononien. Immiſſionis 18. Iunii 1714. §. Fruſtraque coram R. P. D. meo Cerro.*

Haud relevante quod Petrus Maria ob nullitatem Profeſſionis exiverit a Monaſterio, & propterea ceſſaverit omnis renunciatio, & donatio, ita ſanciente Sac. Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de Reg. Et juſta quidem ratione, quia omnes hujuſmodi abdicationes ſemper habent illam tacitam conditionem, quatenus ſequa-
3 tur Profeſſio ad tradita per *Card. de Luc. de renunciat. diſc. 17. num. 4. & ſeqq. Manſ. conſult. 258. num. 17., & conſult. 364. nu. 62. Rot. poſt collect. Bonden. deciſ. 75. num. 2., & ſeq.*

Imo etiam ſi tales renunciationes fiant contemplatione piarum Domorum, aliorumque locorum Conſervatoria nuncupat, ſeu occaſione ingreſſus in quibus non emittitur vera, & ſolemnis irrevocabilis Profeſſio, ſed ſimplex quædam oblatio adhuc ſemper ſubintelligitur conditio, quatenus donans, vel renuncians perſeveret, & duret animus in eodem loco
4 permanendi, & ut de hujuſmodi Conſervatoriis loquendo tradiderunt *Cardinal. de Luc. de renunciat. eodem diſc. 17. numer. 5., & regul. diſc. 77. num. 7.* cum aliis fuſo calamo adductis in *Romana Reſtitutionis Dotis 16. Ianuarii 1696. §. Quoniam coram R. P. D. meo Scotta, & 20. Aprilis 1697. §. Neque obſtat, & ſeq. coram Reverendiſſimo dell' Olmo impreſſ. poſt deciſ. Lucen. Palm. nep. in ordine la 36., & 37. tom. 4.*

Quoniam hæc DD. veriſſima videbantur, ſed non applicabilia caſui, quia Livius Pater, nedum reportavit a Canonico ejus filio illam ſolam conſuetam renunciationem, quam emittere regulariter ſolent favore, vel Patris, vel fratrum, omnes illi, qui Mundo renunciant, quive deinde egredientes licite à Religione, quamcumque habilitatem ſuccedendi, & Bona donatà, vel renunciata recuperant. Verum etiam providendo cuicumque caſui moriens in Teſtamento eidem Petro Mariæ, ultra Livellum ſcut. 30. Conventum ex cauſa renunciationis novum annuum conſtituit aſſignamentum cum effrenatiſſimis clauſulis, & conditionibus importantibus, quod in ſempiternum aliud, nec ſuper Bonis liberis, nec fideicommiſſariis poſſet prætendere ex quibus propterea indefinitis, & generaliſſimis verbis profluit, quod cauſa monens Paternum animum, ad excludendum filium, non ſtetit in ſolo ingreſſu in Religionem, & per conſequens, quod vel in Religione,
5 vel extra Petrus Maria ſemper equaliter excluſus remanere debebat juxta regulam, de qua *in Romana Legati ſuper reſervatis 21. Iunii 1709. §. Ponderando cor. R. P. D. meo Criſpo, & in Aſſiſien. Immiſſionis 26. Iunii ejuſdem anni §. Poſt habità coram Emo Polignach, & in Romana Fideicommiſſi de Alveriis 12. Iunii 1712. §. Hæc omnia coram R. P. D. meo Criſpo.*

Et ſane ſi hæc non fuiſſet Patris voluntas, nempe excludendi Petrum Mariam etiam in caſu reverſionis ad ſæculum, prorſus inutile, & extraneum fuiſſet illum inſtituere hæredem in annuo aſſignamento pro legitima, & Trebellianica, & toto eo quod poterat prætendere a ſua hæreditate, nam ſi filius perſeveraſſet in

Religione ſtante renunciatione jam emiſſa, renunciatarius erat in tuto, neque eius diſpoſitio ex capite præteritionis contra tabulari poterat, ut optime nbſervat *deciſ. in hac cauſa emanata 26. Iunii 1713. §. Stabilita, & 12. Decembris eiuſdem anni §. Et Sane coram R. P. D. meo Criſpo, & conferunt plene addućta in Urbevetana Immiſſionis 20. Aprilis 1711. coram me §. Quodque etiam*, Unde talis actus Inſtitutinnis ſerio emiſſus a Patre in apertum ponit, quod ille prævidendo egreſſum Petri Mariæ eum noluerat fore conſucceſſurum, cum aliis fratribus, quodque ideo occurendo præteritioni præventivæ legitimam de Jure debitam eidem aſsignaverat, *Altograd, conſ. 54. num. 110. verſ. maxime libr. primo Rot. in recentior. deciſ. 354. num. 35. part. 11., & deciſ. 89. num. 10. Inter illas in Urbe impreſſas coram me cum aliis congeſtis in memoratis deciſionibus 26. Junii §. Stabilita, & ſeqq., & 11. Decembris 1713. §. Hac ſunt, & ſeq. coram R, P. D. meo Criſpo*.

Accedebat etiam ad refellendam hujuſmodi prætenſionem Margaritæ ex perſona Petri Mariæ nova renunciatio emiſſa in tranſactione inita cum fratribus ab eodem Petro Maria ad Sæculum reverſo, in qua ille ampliſsime renunciavit, & ceſsit -- *Alle ragioni delli Beni Paterni* -- Ex quibus non obſcuris verbis eruitur, quod ad magis tutos reddendos proprios fratres in bonis Paternis Petrus Maria diſpoſitionem Paternam approbavit, & adaperuit ejus voluntatem Paternæ determinationi non repugnantem, & ſe denun per viam abſtentionis de medio ſubſtulit, ac ſi vere obiiſſet, aut Monaſtica ſepta non deſerviſſet, vel nunquam in rerum natura extitiſſet, & per conſequens cum præſuppoſuerit nullum Jus ſuccedendi in bonis Paternis reaquiſiviſſet transferre minime potuit, nec in fratres tranſtulit Jus petendi ex eius
6 perſona ſupplementum legitime exanimadverſis *per Oleam de cap. tur. dec. 6. quaſt. 7. num. 2. & num. 25. Mangil. de evict. 142. num. 2., & ſeq. Rot. deciſ. 93. num. 5. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ., & egregie conſiderat poſtrema deciſio 7. Decembr. 1715. §. Hujuſmodi autem cor. R. P. D. meo Cerro*.

Detractionem vero Dotis Thereſiæ Santarellæ, quæ vere, & realiter erat per fideicommiſſum ſolvenda ſubſtulit ipſa ſolutio facta ex pecuniis retractis a Domo fideicommiſſaria, ut apparet ex deciſionibus ſuper alio puncto emanatis in eadem *Senogallien. Pecuniaria ſub diebus 9. Maii 1712. §. Hinc progrediendo, & 13. Martii 1713. §. Finali cor. R. P. D. meo Criſpo*.

Non ſubſiſtente, quod tale debitum accollatum effective fuerit extinctum a Petro Antonio, & ſi quod eadem Domus liberata ſemel a nexu fideicommiſſi ſub eo amplius reincidere non potuit, ut late dictum fuit *in Romana Canonum 23. Aprilis 1708. §. Addito coram me*. Quoniam talis accolatio, & extinctio per ſimplices
7 aſſertiones emiſſas a gravatis non remanet concludenter probata adnotata *per Gabriel. conſ. 118. nu. 8. in fin. lib. 1. Menoch, conſ. 207. n. 1. Rot. coram Celſo deciſ. 402. num. 5., & deciſ. 88. num. 21, par. 7., & deciſ. 332. nu. 2., & ſeq. par. 18. tom. 2.*

Ejuſdemque inefficaciæ dignoſcebatur prætenſio dotis Virginiæ, dum ultra alias reſponſiones, & exceptiones, quæ dabantur, ſufficere viſa fuit illa, quod hæc ipſa Dos quatenus peti poſſet remaneret abſorta, & conſumpta, ex tot diſtractionibus, & alienationibus bonorum fideicommiſſariorum factis ab hæredibus gravatis, & ſignanter ab eodem Petro Maria, ut conſtat ex peritia, & propterea Margarita fru-
8 ſtra petebat retentionem pro detractione fortaſſe jam pluries conſecuta ab ejus auctore *Rot. deciſ. 155. num. 8. cor. Peutinger., & in Amerina fideicommiſſi 15. Iunii 1697. §. Finali cor. bon. mem. Muto cum aliis in Romana Immiſſionis 9. Junii 1713. §. Iuſtitia cor. R. P. D. meo Criſpo*.

Hæc quoad emendicatas detractiones præter illam deſumptam a Margarita ex cauſa propriæ dotis circa quam opus non fuit verba facere cum ſimulatio, & inſubſiſtentia illius ſatis aperte oſtenſa fuerit particulariter in contemporanea deciſione, quo circa in hac parte DD. ad evitandandam inanem repetitionem remiſsive ad illam ſe habuerunt, nec non ad alias in hac cauſa emanatas, *ita reſpondentes conſtare de tribus*.

Utraque &c.

SENOGALLIEN. PECUNIARIA.

Die Ven. 6. Decembris 1715.

ARGUMENTUM.

Dotale creditum quomodo ſit probandum late in hac deciſione firmatur, in qua etiam plurima afferuntur argumenta, ac demonſtrationes, quæ ſimulationem dotis, & confeſſionis de recepto facta a Viro clariſsime oſtendunt; Qui teſtes ſint admittendi, & reſpective reijciendi ad probandam dotis conſtitutionem.

SUMMARIUM.

1 *Ad probandum dotale creditum quid requiratur*, & nu. ſeqq.

Et inter cæteras requiritur vel inſtrumentum publicum, vel documentum quod publico Inſtrumento æquipolleat nu. 2.

3 *Matrimonia hodie fieri non ſolent ſine dote.*

4 *Mulieres ſecundis Viris eandem dotem primis datam conſtituiſſe præſumitur.*

5 *Simulatio apoca dotalis arguitur ex plurimo ære alieno, quo Vir gravabatur.*

6 *Amor viri erga Uxorem, ex quibus probetur.*

7 *Ex amore viri erga Uxorem inducitur ſimulatio conſtitutionis dotis.*

8 *Simulatio ſcripturæ emergit ex data aliquali cauſa ſimulandi*, 9 *Fal-*

by Google

9 *Falſitas Capitalorum matrimonialium ex quibus comprobata remanent.*

10 *Mulier qualibet in materiis proprium intereſſe tangentibus præſumitur diligens, & cauſa.*

11 *Matrimonium inter æquales initum, inveriſimile eſt, quod fuerit in abſcondita pertractatum.*

12 *Maritus ſi locavit unam ex prædiis dotalibus nomine proprio, præſumitur illum accepiſſe dotem in fundo, non in quantitate.*

13 *Super bonis extradotalibus Vxoris nulla competit actio, matrimonio etiam durante Creditoribus Viri.*

14 *Serotina Scripturæ productio ſuſpicionem falſitatis auget, cum nemo negligens præſumatur in exhibendo veram, & ſolemnem ſcripturam.*

15 *Simplex confeſſio de recepto, ſi conſtet de antecedenti dotis promiſſione, & adminiculis dotis ſolutionem probat etiam contra ſubſtitutum, & Creditores.*

Secus ſi dotis promiſſio eſt ſuſpecta ac ſimulata, quia tunc non probat talis confeſſio nu. 16.

17 *Simulatio conſtitutionis dotis in Muliere, ex quibus arguatur.*

18 *Simulatio conſtitutionis dotis arguitur ſi Vir poſt dotem receptam, ſe ſe latitavit, & Creditores effugit.*

19 *Teſtes mille exceptionibus laborantes, & ſi ſint mille nihil probant.*

20 *Teſtis ſi fuit pluries criminaliter proceſſatus non ſatis probat.*

21 *Veriſimile non eſt quod Homo poſt ſpacium longiſſimi temporis recordetur de omnibus rebus etiam minutiſſimis.*

22 *Teſtis inveriſimilia deponens non eſt attendendus.*

23 *Nemo præſumitur ſolvere voluiſſe ſummam conſiderabilem abſque ullo documento.*

24 *Non eſt veriſimile quod ſolutio facta fuerit coram aliquo, & iſte non fuerit in Teſtem adhibitus.*

25 *Teſtis mendax non eſt attendendus.*

26 *Puer non eſt teſtis idoneus in iis quæ pendent a puro facto, & oculari inſpectione*, & num. 29. & 30.

27 *Ex vera ætatis occultatione oritur mendacium in Teſte.*

28 *Præſumi nequit quod Parochus inadvertenter proceſſerit in iis, in quibus procedi ſolet re bene perpenſa.*

31 *Falſitas in puero deſumitur ſi inveriſimilia deponit.*

32 *Teſtis miſerabilis, & è carceribus redemptus, eſt valde de ſubornatione ſuſpectus.*

33 *Teſtis conſanguineus non attenditur*, & nu. 36.

34 *Varietas, & inconſtantia in Teſtibus non ſolum quamcunque fidem eis adimit.*

Sed etiam concludit tales Teſtes non deponere veritatem rei geſtæ, sed id quod proficuum exiſtimant ad cauſæ opportunitatem nu. 35.

37 *Teſtes confundentes publicam vocem, & famam cum cauſa ſcientiæ nil probant.*

DECISIO DCCXXVII.

COnfirmarunt hodie DD. Sententiam Rotalem prolatam per R.P.D. meum Criſpum, qua reiectum fuit tamquam inſubſiſtens prætenſum creditum Dotale, quod Margarita vidua Petri Antonii ſecundi Viri pro ſcutis 2500. eorumque fructibus excitaverat, eiuſque ſatiſfactionem, in bonis ſubjectis fideicommiſſo ordinato a Livio Patre memorati Petri Antonii, & per eius mortem favore Comitis Joſephi purificato conſequi ſibi blandiebantur.

Validitas quippe in dubium non revocabatur, & Iuſtitia emicuit ex geminis elaboratis deciſionibus 9. Maii 1712., & 13. Martii 1713. editis ab eodem R.P.D. meo Criſpo, quæ Sententiam de more præceſſerunt.

Rurſus itaque prumittebant DD., quod quando agitur deprobando credito dotali ad effectum præcipue conſequendi prætenſam reſtitutionem contra Subſtitutos, & ex bonis fideicommiſſariis debet conſtare de vera, & reali, & nec per umbram ſuſpecta promiſſione, ſeu conſtitutione Dotis, ad hoc nimirum, ut ex confeſſione de recepto ſubinde facta per Ma-
1 ritum valeat admitti prætenſa ſolutio dotis per ea, quæ punctualiter tradunt *Roland. a Valle conſil.* 85. *nu.* 28. *lib. primo*, *Menoc. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 190. *nu.* 50., & 51., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 532. *num.* 23., *Merlin. de legitim. lib.* 2. *tit. primo quæſt.* 17. *nu.* 4., *Rot. cor. Peuting. dec.* 352. *nu.* 28., & *coram Dunoz. Iunior. dec.* 698. *nu.* 5., & *in recent. dec.* 144. *nu.* 20., & 21. *part.* 13. *cum aliis in Romana* Dotis 20. *Decembris* 1711. §. *Tantum vero haberent coram me.*

Cujus profecto generis non videbatur ſimplex Apoca privata confecta inter Margaritam, & Petrum Antonium Conjuges, & ab eis tantum modo ſcripta, & ſubſcripta, quæve propterea veluti in armis ſchedula ſuſpecta, & ſuſpectiſſima redditur ſicque apta reputari non potuit ad probandam veram, & non ſuſpectam Dotis originariam promiſſionem, ad quem effectum requiritur vel Inſtrumentum publi-
2 cum, vel adeo tutum documentum, quod publico Inſtrumentu equipolleat adnotata per *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 14. *Gloſſ. unica part.* 2. *nu.* 65. *Beſſ. de dot. cap.* 10. §. *Primo ſub num.* 3. *Poſth. reſol.* 111. *num.* 21. *Angel. de Confeſſ. lib. primo quæſt.* 8. *limit.* 6. *nu.* 17. & *ſequent. Rot. deciſ.* 194. *num.* 21. *part.* 11. *recent.*

Potiſſime vero, quando prout hic, licet Apoca Dotalis ſimulata, & fraudolenta detegatur non inde ſequitur, quod Margarita nupſerit abſque Dote quo ſane caſu mitius procedendum eſſet circa probationem Dotis ob vehementer præſumptionem reſultantem a com-
3 muni conſuetudine juxta quam non ſolent hodie contrahi Matrimonia ſine Dote *Teſte Card.*

de Luc. de Dote diſc. 120. *num.* 4. *in fin.*, *Boſſ. de Dote cap.* 20. *num.* 8. *Circ. diſceptat.* 23. *num.* 27., *& ſequent.*, *Palma Allegat.* 225. *nu.* 5., *Rot. dec.* 225. *nu.* 9., *& ſeqq. par.* 4. *rec.*

Nam Margarita habebat ſuam congruam Dotem primo Viro conſtitutam qua cum ſe redotaſſe cenſenda eſt, dum eadem bona, ut infra retinuit ſecundus Vir, aut certe deficit prorſus illa perurgens veriſimilitudo alicujus Conſtitutionis Dotis, namque in caſu hoc dum Margarita prætendit ſibi reſervaſſe veluti extradotalia omnia illa bona ſtabilia, quæ primo Viro in Dotem dederat, atque ad ſecundas nuptias tranſiiſſe cum nova quantitativa Dote ſcutorum 2500. rigidius probare, & concludere debet hanc affectivam irregularem Conſtitutionem ſecundæ prætenſæ Dotis a prima totaliter diverſæ cui adverſatur omnis veriſimilitudo omniſque legalis præſumptio reſiſtit cum Mulieres ſecundis Viris eamdem dotem primis
4 conſtitutam conſtituiſſe cenſeantur per *Text. in leg. ſi Mulier*, *& leg. Dotem*, *& leg. Divus ff. ſolut. Matrim.*, *Rot. coram Ludoviſ. dec.* 188. *nu.* 1., *&* 2. *ibique adden.*, *& in rec. dec.* 529. *nu.* 4., *& dec.* 509. *par.* 6.

Præterea talis Apoca aliunde etiam, & perſtringentiſſime videbatur ſimulata ad quem effectum non una, ſed duæ, & æque urgentes ſe offerebant cauſæ convincentes ſimulationem, quarum prima in eo reſidebat nimirum, quod Petrus Antonius Sponſus adeo debitis involutus reperiebatur, ut coactus fuerit deſerere moram alias fieri ſolitam in Civitate Senogalliæ, & ſe conferre ad caſtrum Montis Marciani, ubi creditorum moleſtiis divexatus oppignoravit pro debito ſcutorum 50. non argenta, non aurum neque gemmas, ſed res ad quotidianum domeſticum uſum neceſſarias, quo circa abſonum non eſt, ſed valde, & valde probabile, quod ad ſe redimendum ab aſſiduis creditorum moleſtiis confecerit ſimulatam ſchedulam dotalem, talemque cauſam eſſe approbatam a DD.
5 pro arguenda hujuſmodi ſimulatione tradiderunt *Card. de Luc. de dot. diſc.* 87. *num.* 2., *& diſc.* 159. *num.* 69., *Rot. deciſ.* 13. *num.* 2. *part.* 19. *recent.*, *& in Romana, ſeu Albanen. Ferracci* 6. *Iunii* 1707. §. *Cauſa quippe coram* R. P. D. *meo Molines Decano*, *& in ejus confirmatoria* 4. *Maii* 1708. §. *Et quidem coram Eminentiſſimo Polignac*, *cum aliis in Romana ſimulationis mutui* 3. *Iunii* 1711 §. *Tum etiam coram* R. P. D. *meo Lancetta*.

Nec minus urgens erat altera cauſa promanans ab effrenati amoris impulſo, quo Petrus Antonius Margaritam proſequebatur, adeout non ſolum eam ex Aſſe hæredem proprietariam ſcripſerit, ſed quod magis eſt ejus intuitu proprium fratrem Canonicum Petrum Mariam deſtituerit, & privaverit Cappellania amovibili inſignis annui redditus ſcutorum 300., & in Cappellanum nominaverit Ignatium Privi-
6 gnum, ex quibus propterea ſicuti deſumitur amorem Petri Antonii erga Margaritam fuiſſe immenſum, nulliuſque moderationis expertem, ex animadverſis per *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 62., *Ciriac. controv.* 43. *num.* 92., *Manſ. conſult.* 778. *num.* 9. §. *Qua Iura*.

Ita ex indeque oritur illa obvia ſimulandi cauſa nimirum modis omnibus gratificandi dilectiſſimam Uxorem eique parandi viam conſequendi ingentem ſummam ſub ſecuriori præ-
7 texto conſtitutæ & ſolutæ dotis, ut conſideravit *Rota in Peruſina Pecuniaria* 25. *Iunii* 1700. §. *In nihilum coram clar. mem. Card. Caprara*, *& in Romana ſimulationis mutui* 3. *Iunii* 1711. §. *Tum etiam coram* R. P. *D. Lancetta*, *& in Romana Locorum Montium* 29. *Novembris* 1714. §. *Quod autem coram* R. P. *D. Cerro*.

Neque de erant plures atque plures validiſſimæ conjecturæ haſce cauſas concomitantes ex quibus data aliquali cauſa ſimulandi emergere
8 & comprobari ſimulationem ſcripturæ notarunt *Bartol. in leg. poſt contract. num.* 2., *& ſequent. ff. de donat.*, *Maſcard. de probat. concluſ.* 434. *num.* 7., *& ſequent.*, *Rot. in deciſ.* 283. *num.* 13. *part.* 5., *& deciſ.* 11. *num.* 2. *par.* 7. *recent.*, *& dec.* 191. *num.* 3. *coram San. mem. Alex. VIII.*

In primis enim non levis videbatur illa, quæ hauriebatur ex ipſa Apoca cujus integrum corpus ſcriptum apparet, & efformatum caractere Margaritæ cum ſubſcriptione dumtaxat Petri Antonii quaſi non ageretur de conficiendis Capitulis Matrimonialibus, quæ fieri ſolent non clam, & furtim, ſed aperte, & palam cum interventu, & plauſu conſanguineorum; Unde talis inuſitatus ſecretus modus ſpirat undique ſimulationem, & fraudem maxime dum nobiles iſti Conjuges de eo tempore moram trahebant in Civitate Senogalliæ ubi aderant non pauci conſanguinei utriuſque nec de erant Notarii abſque eo quod Notarii munus aſſumens eadem Sponſa inſolito exemplo integra Capitu-
9 la Matrimonialia extenderet per ea quæ ponderat *Card. de Luc. de dot. diſc.* 74. *nu.* 3. *Rot. in Avenionen. Succeſſionis* 9. *Martii* 1703. §. *Si vero cor. R. P. D. meo Lancetta confirmata* 9. *Decembris* 1709. §. *Vires autem coram Rm̃o Kaunitz Epiſcopo Labacen.*

Itemque ſi illa fuiſſent vera, & realia Capitula Matrimonialia certe, quod Margarita ea ita informia, & volantia non reliquiſſet, ſed bene curaſſet in publicam formam redigi adeout perpetuo conſtaret de quidditate, & quantitate ſuæ Dotis cum quæcumque Mulier in materiis proprium intereſſe tangentibus præ-
10 ſumatur diligens occulata, & cauta *Surd. conſil.* 94. *num.* 3., *Alex. conſil.* 13. *num.* 2., *Rot. deciſ.* 18. *num.* 14. *parc. prima recent.* cum aliis fuſo calamo adductis in Romana Redditionis Rationis 17. Junii 1709. §. *Pro coronide coram me*.

Accedit, quod ab omni prorſus veriſimilitudi-

tudine aberrat, quod tale Matrimonium con-
tractum tandem fuerit cum dote quantitativa,
quando illud jam ita tractatum, & quaſi con-
ſtabilitum antecedenter fuerat aſſiſtentibus, &
feſtinantibus fratribus ejuſdem Petri Antonii,
& eatenus concludi nequiverat quatenus in rei
veritate Margarita non habebat dotem quan-
titativam longe minorem e conſpectu valoris
bonorum ſtabilium, & idcirco quoties rupto,
& diſſoluto primævo concordi tractatu tale
Matrimonium ſequutum fuit irrequiſitis, &
exacerbatis eiſdem fratribus oportet conclude-
re Petrum Antonium ſatisfactum remanſiſſe de
dote oblata per Margaritam in eiſdem nomero
ſtabilibus, & fundis primo Viro aſſignatis cui
fratres aſſentiri noluerant, nam alias fatuita-
tem redolebat tanta circumſpectione in ab-
ſcondito tractare, & celebrare Matrimonium
inter æquales, & ab omnibus Amicis, & Con-
ſanguineis cæteroqoio laudatum, & approba-
tum *Barboſ. conſil. primo num. 34. lib. primo*,
Roc. diſputat. Iur. ſelect. cap. 178. nu. 19., Torr.
variar. Iur. quæſt. tom. 2. tit. 12. quæſt. 6. n. 29.
Rot. apud eundem in tract. de pact. Futuræ ſuc-
ceſſionis dec. 110. num. 8.

Ea itidem, quæ contigerunt ſecuto Matri-
monio ſimulationem aperiebant ponderando,
quod Petrus Antonius nomine proprio, & non
Uxoris locavit unum ex prædiis exageratis pro
extradotalibus, idque haud feciſſet, quando
12 ipſe novam dotem quantitativam, & non in
fundo recepiſſet, ut arguit *Moſcard. de probat.*
concluſ. 211. num. 5., & num 9., Angel. de
Impenſ., & meliorat. dotal. artic. 20. num. 14.,
Rot. cor. Bich. dec. 220. num. 24., & in Balneo-
regien. Pecuniaria 15. Aprilis 1712. §. Quod
autem cor. R. P. D. meo Criſpo.

Quodque Creditores Petri Antonii obtinne-
runt liberam conſignationem omnium fructuum
taliom prædiorum ſub ſequeſtro poſitorum ſpre-
tis exceptionibus per Margaritam datis, quod
13 certe ſequi non potuiſſet quoties illa extrado-
talia extitiſſent cum ſuper rebus, & fundis ex-
tradotalibus oulla competat actio Matrimonio
etiam durante Creditoribus Viri eſt *Text. in*
l. ſi Mulier. Cod. de pact. convent. Cancer. variar.
reſolut. part. prima cap. 9. num. 17., Ar. de Meſ.
lib. 2. cap. 30. nu. 20., Rot. in Romana Redditio-
nis Rationis ſuper reſervatis 12. Junii 1712.
§. Non obſtan. coram R. P. D. Scotto Almæ Urbis
Gubernatore confirmata 5. Decembris ejuſdem an-
ni §. Altera vero cor. R. P. D. meo Falconerio.

Simulationem denique patefecit ipſamet
Margarita, quæ reformidans publicæ luci ex-
ponere irregularem Apocam in ſui facie ſuſpe-
ctam nec vivente Viro ad repellendos Credito-
res illius neque contra ſubſtitutum auſit illam
in originali exhibere, & quouſque potuit in lon-
gum protraxit, atque demum tot tantiſque ci-
tationibus & decretis laceſſita illam produxit in
limine propoſitionis huius cauſæ ſerotina nam-
que, & coacta huiuſmodi productio ſuſpicionem
14 ſuſpicionem adauget, cum nemo tardus, & in-
diligens eſſe ſoleat in exhibendo ſcripturam,
quam ſcit ſincere factam, ex plene collectis
per *Rocc. diſputat. Iur. ſelect. cap. 46. num. 18.,*
Rot. coram Emerix deciſ. 667. num. 26., & dec.
8. num. 16. inter illas in Urbe impreſſas coram me,
& in Romana Dotis, & Lucri 10. Decembris
1703. §. Tertia elicitur coram bon. mem. Muto,
& in Civitatis Vetulæ Pecuniaria 22. Aprilis
1709. §. Cæterum coram R. P. D. meo Aldro-
vando, & in Verulana donationis 22. Iunii 1712.
§. Præter argumenta cor. R. P. D. meo Criſpo.

Hinc ruentibus Tabulis Matrimooialibus
tamquam undequaque ſimulatis, & confectis
ad arcendos Creditores, & gratificandum
Uxori, & ſic omnino inefficacibus ad proban-
dam ſinceram Dotis promiſſionem, ruebat
etiam probatio altera ſolotionis de qua non
conſtat niſi per nudam, & ſimplicem confeſſio-
nem Viri conſtante Matrimonio factam, & ſi
enim ſimplices Confeſſiones de recepto, quan-
do conſtat de antecedeoti promiſſione Dotis per
ſcripturas de ſimulatione, & fictione non ſuſpe-
ctas regulariter, & antecedentibus aliquibus
15 adminiculis etiam contra ſubſtitutum, & Cre-
ditores probant ſolutionem Dotis *Caſtren. conſil.*
86. num. primo par. 2. Angel. de confeſſ. lib. pri-
mo quæſt. 8. limit. 6. num. 50., Rot. cor. Cerro
dec. 644. num. primo, & ſeq. cum aliis abunde
relatis in Romana hæreditatis 18. Aprilis 1712.
§. Et ſane coram me.

Nihilominus quando prout hic Apoca conti-
nens prætenſam Dotis Conſtitutionem eſt ſuſpe-
cta, & ſimulata, & per conſequens reducitur
ad non Apocam, & ſucceſſiva, & conſecutiva
non diſſimilis confeſsio de recepto nequaquam
16 probat veram dotis numerationem, nec ad-
verſus hæredes confitentis *Card. de Luc. de dot.*
diſcurſ. 159. num. 55. verſic. contrarium ſic Gra-
tian. diſcept. Iur. ſelect. cap. 693. num. 11. Mart.
Medic. deciſ. ſeneuſ. examinat. 51. nu. 40., Rot.
coram Cerro deciſ. 44. num. primo, & ſequent., &
in recent. deciſ. 55. num. 2. par. 6., & deciſ. 59.
num. 4. coram me. Nec, & multo minus con-
tra fideicommiſſarios, & Creditores defuncti
Viri *Valaſcb. tom. primo conſult. deciſiva 6. n. 14.,*
Cancer. var. par. prima cap. 9. num. 183., Rot.
coram Pentinger. deciſ. 351. num. 28., & in rec.
deciſ. 144. num. 21., & ſequent. par. 15., & nu.
9., & ſequent. part. 19.

Tanto autem magis quia confeſſio receptæ
dotis etiam ex ſe conſiderata patentem redo-
let improbabilitatem ſequutæ ſolutionis, ſeu
veritatis ejuſdem confeſſionis etenim veriſimile
non eſt, quod Margarita Mulier Virilis Saga-
ciæ, & prudentiæ, quæ jam exercuerat tute-
lam filiorum primi Matrimonii exburſare vo-
luerit integram conſiderabilem dotem, & fi-
dere ſimpliciſſimæ chartæ ſubſcriptę tantum ab
17 ejus Viro abſque teſtibus, & Notario, ut ad
arguendam ſimolationem. Notarunt *Soccin.*
Jun. conſ. 44. num. 4. verſic. item non eſt veriſi-

Digitized by Google

..t. lib. 4., Rot. deciſ. 290. num. 10. part. 6., deciſ. 196. num. 6., & 7. part. 10., & in Civitatis Vetulæ Pecuniaria 22. Aprilis 1709. §. Omnimodam coram R. P. D. meo Aldrovando, & in Romana, ſeu Neapolitana Pecuniaria 8. Maii 1711. §. Accedit cor. R. P. D. meo Scotto.

Magiſque inveriſimile videbatur quod Petrus Antonius Vir, contemporanee ad receptam ingentem pecuniæ ſummam coactus fuerit latitare, & Creditores effugere, atque ad victum ſibi parandum coactus revera extiterit op-
18 pignorare omne etiam, & viliſsimum domus panes, prout oppignoraſſe conſtabat ex probationibus datis pro parte Actoris, ut optime conſiderat *Card. de Luc. de dot. diſc. 87. nu. 2., & diſc. 159. num. 69., Rot. in Romana Salviani 10. Decembris 1703. §. Alia vero cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Quæ enim ita forent, nimiſque clare exurgeret ſuſpicio, imo & nimis urgenter conjecturata, & civiliter probata ſimulatio omnium actuum, fruſtra viſa eſt Margarita tantam infectionem ſubſtentare velle ſub præſidio quatuor Teſtium formiter ad hunc effectum examinatorum, quibus prætendebat probare realitatem ejuſdem Apocæ, & veritatem confeſsionis de recepto quoniam Teſtes iſti ob tot tantaſque exceptinnis quas patiuntur tam in dictis, quam
19 in perſonis, & ſi mille eſſent nihil probarent *Soccin. Sen. conſ. 118. num. 8. verſ. item plures lib. primo, Pariſ. conſ. 82. nu. 5. lib. 4., Onded. conſ. 106. verſ. quod Teſtis lib. 1., Surd. conſ. 132. num. 13., Menoch. de arbitr. caſ. 99. num. 6. Bonacn. conflict. legal. 14.. Rot. coram Merlin. deciſ. 27. num. 4.. & coram Emerix. Iunior. deciſ. 102. num. 1., & in Mantiſſ. ad de Luc. ad mater. de Iurepatr. deciſ. 72. num. 15.*

Et ſane exordiendo a primo Teſte Horintio hic, licet Sacerdos adhuc non leves pati viſus fuit exceptiones perſonales orientes ex pluribus criminalibus proceſsibus contra illum fabricatis ex cauſa graviſsimorum delictorum ex
20 quibus ejus fama denigrata, eiuſque fides obumbrata probabiliter remanſit *ad text. in cap. ſuper eo il primo ibique Gloſſ. cap. teſtimonium de teſt., Maſcard. de probat. concluſ. 464. num. 1. concluſ. 1356. num. 43., & 48., Farinacc. de Teſtibus quæſt. 56. num. 128. & ſeq.* Ciriac. *tom. 4. ſuplet. 7. ad cap. 7. num. 51.*

Nec leviores patitur exceptiones in dicto mox nominatus Teſtis quandoquidem ipſe dicit acceſsiſſe ad Montem Podium, & deinde ad domum menghetti Mediatoris, & arbitri matrimonii contracti inter Margarita, & Petrum Antonium, & in hoc propoſito aſſerit recordari diei præciſæ talis tractatus, & ulterius longam hiſtoriam recapitulando ſumma felicitate memoriæ dicit diem obitus Tarquinii primi Viri Margaritæ, & quod plus eſt enarrat de verbo ad verbum omnia contenta in Teſtamento ejuſdem Tarquinii, & præterea pari facilitate, & felicitate meminit etiam diei obitus Patris Petri Antonii poſt 50., & ultra annos, unde cum veriſimile non ſit, nec eſſe poſsit, quod homo adeo tenacem habeat memoriam, quæ fideliter hæc omnia enarret teſtis iſte ob nimiam, & inexcu-
21 ſabilem affectionem non eſt attendendus, ut arguunt *Farinacc. conſ. crimin. 110. ſub num. 2. lib. 2., Paulut. diſſert. legal. 36. art. primo n. 155. Lauret. deciſ. Avenionen. 91. num. 6. verſ. quod non videtur Rot. noſtra coram Priol. deciſ. 326. num. 15., & ſeq.*

Indubitantius quia idem Horintius licet obligatus ratione Curæ ad reſidendum in oppido longinquo in ſuo examine præſentem ſe fecit tractatibus omnibus promiſsionis, & numerationis ſæpefatæ dotis ſequtis in Civitate Senogalliæ, & in Terra Montis Bodii quo circa cuicumque intellectui repugnat, quod ſimplex, & mera caſualitas illum duxerit quocumque, & ubicumque agebatur de actibus promiſsionem, &
22 numerationem hujus dotis confoventibus per ea, quæ notarunt *Roland. conſ. 7. n. 17. lib. 1., Noguerol. allegat. 32. n. 67., Rot. coram Bich. deciſ. 231. num. 7., & coram Carill. deciſ. 190. num. 16., & deciſ. 420. num. 14. part. 12. Recent., & in Bononien. Pecuniaria 13. Iunii 1701. §. Et ex his coram Emo Priolo.*

Teſtatur quoque prædictus Horintius de conſignatione ſcutorum 1500. ſequuta eo præſente ante celebratum Matrimonium quod evenit 25. Martii 1682. credat enim, qui credere poteſt quod Margarita adeo liberalis, & fatua fuerit, quod voluerit anticipate ſolvere
23 conſiderabilem ſummam ſcutorum 1500. abſque ullo prorſus documento *Decian. reſponſ. primo num. 17. lib. 5., Rot. coram Celſo deciſ. 184. num. 8., & in Recent. deciſ. 488 num. 11. part. 18., & poſt Conſtant. ad Stat. Urb. deciſ. 101. num. 10., & in Faventina Dotis 13. Januarii 1696. §. Nec majorem coram clar. mem. Card. Caprara, & in Romana Pecuniaria, ſeu locorum Montium 14. Iunii 1697. §. Altera vera, & 11. Aprilis 1698. §. Creſcebatque coram eodem.* Atque rurſus quod numeratio facta fuerit præſente Sacerdote, & Parocho, atque ſaltem non
24 fuerit per Margaritam exigita illius ſubſcriptio in Teſtem *Noguerol. allegat. 32. num. 77., Vermigliol. conſ. 74. num. 4., Pignatell. conſult. Canonica tom. 9. conſult. 9. n. 10.*

Poſtremo circa hunc Teſtem militabat animadverſio, quod poſtquam ille interrogatus ſuper realitate dotalis apocæ dixerat eam vidiſſe extenſam, & concordatam paulo ante nuptias, quaſi immediate ſibimet ipſi contrarius, & inconſtans. Inquit vidiſſe bis hanc apocam, nempe prima vice duobus menſibus poſt contractum Matrimonium, & altera vice de menſe Auguſto aſſerendo præterea illam ſibi exhibitam fuiſſe, ut ipſe curaret tollere vociferationem, quod Margarita nullam promiſerit, nullamque dederit dotem Petro Antonio, quamobrem quoties ex depoſitione hujus primarii, & perpetui Teſtis reſultat dotalem apo-

cam

Digitized by Google

cam in lucem prodiiſſe Matrimonio jam con-
tracto mendax convincitur prædictus Teſtis, ſi-
mulque comprobatur ex ejus aſſertione, quod
apoca fuit confecta conſtante Matrimonio, ut
25 ſupra obſervatum fuit, & monet *Rauden. reſp.
25. num. 30., Roſ. conſult. 8. num. 45., Rot. co-
ram Bich. deciſ. 533. num. primo, & coram Eme-
rix Junior. deciſ. 155. n. 8., & deciſ. 27. poſt
de Luc. ad materiam de Indiciis n. 6.*

Progrediendo nunc ad depoſitionem Men-
ghetti alterius Teſtis, hic de tempore quo in-
terveniſſe ait Capitulis Matrimonialibus erat
puer non excedens nonum annum, & ſic inha-
bilis ad ferendum Teſtimonium de his, quæ
26 non pendebant à mero facto, & a ſola ocula-
ri inſpectione *Campeg. de Teſtibus reg. 112. n. 6.
Farinace. de Teſt. quæſt. 58. n. 59., & ſeq., Rot.
deciſ. 220. part. 2. num. 7. diverſ., & in recent.
deciſ. 75. num. 9., & ſequen. part. 10., & deciſ.
293. num. 6., & ſeq. part. 13.* tranſitque in de-
teriorem ſpeciem hujuſmodi exceptio animad-
vertendo, quod in examine formali ſe fecit an-
norum 12., ex hac enim mendaci, & miſterio-
ſa aſſertiva, & veræ ætatis occultatione oritur
27 mendacium apertum, & machinatio non du-
bia contra veritatem, ut monuit *Bartol. in leg.
Presbyteri num. 1. ibique Bald. num. 7., Caſtren.
num. 1. Cod. de Epiſc., & Cleric., Bertazol. conſ.
247. num. 1. lib. 1., & conſ. 461. num. 5. lib. 2.,
Menoch. de arbitr. lib. 1. caſ. 310. num. 14. Fa-
rinacc. de Teſtibus quæſt. 231. num. 6. & ſeq.*

Abſque eo quod juvet exagerare Parochum
extrahendo fidem Baptiſmatis erraſſe, quod-
que vice anni 1673. ſcripſerit annum 1670.
dum facile non eſt credere, quod quis neſciat
propriæ vitæ annum præciſive ab inſpectione
fidei baptiſmatis in omnemque caſum præſumi
non debet, quod in materia, in qua procedi
28 ſolet re bene perpenſa, & non clauſis oculis
Parochus inadvertenter proceſſerit *Gratian.
diſcept. 417. num. 32., Angel. de confeſſ. lib. 3.
quæſt. 30. num. 4., Manſ. conſult. 579. num. 54.
Rot. Florent. inter. Collectas per Palm. Nepos de-
ciſ. 328. num. 12., Rot. noſtra deciſ. 25. num. 1.
part. 3. recent., & coram Royas deciſ. 394. nu. 3.
& ſeq., & coram Duran. deciſ. 337. num. 15.,
& in Romana Domus ad Curſum 27. Iunii 1710.
§. Faciliori coram Reverendiſſimo Kaunitz Epiſco-
po Lebacen.* Et tamen hæc futilis excuſatio nun-
quam præbere poterat capacitatem atteſtandi,
29 & deponendi, ſubminiſtrareque ſufficientem
ætatem, quæ non aderat *Text. in leg. inviti ff.
de Teſtibus gloſſ. in leg. Teſtium fides §. Lex Iulia
verb. impub., Maſcard. de probat. concluſ. 246.
num. primo, Rot. coram Seraph. deciſ. 1169. n. 3.
& deciſ. 1701. num. 6., & in recent. deciſ. 293.
num. 8. part. 13.*

Perpendendo ſignanter, quod hic Teſtis de-
ponit in primis interveniſſe contractui matri-
moniali, & poſtea oblitus fortaſſe ſuæ puerilis
ætatis aſſerit perluſtraſſe apocam recognoviſſe
caracterem Margharitæ, & demum etiam
ipſe ſuccintiſſime enarrat ſubſtantialia contractus
poſt lapſum 40. annorum, quæ omnia cum a
30 Puero, nec percipi, nec retineri potuerint
apertiſſime repugnant veritati juxta notata per
*Vermigliol. conſ. 15. nu. 33., Farinacc. conſ. 116.
num. 9. Bonded. collect. legal. 3. num. 115., &
ſeqq. lib. 2., Rot. coram Buratt. deciſ. 341. n. 6.
& coram Royas deciſ. 38. num. 5.,* & poſt conſi-
lia *Farinacc. quæſt. 22. deciſ. 49. lib. 1.* Et de-
mum in uno eodemque examine negat noti-
tiam caracteris Petri Antonii, & inde denuo
interogatus non ſolum affirmat, ſed enarrat
perlegiſſe apocas de recepto ſubſcriptas ab eo-
dem Petro Antonio, & rationem diſtrictiſſi-
mam reddit de quantitate dotis de pactis, & de
hypothecis, quæ ſanæ inveriſimiliſſima com-
prehenſio, & capacitas in Puero vix legere va-
31 lenti imaginem falſitatis repræheſentat ex
*Text. in l. Impuberes, Cod. de falſ. monet., Io.
Andr. ad ſpeculat. tit. de Teſtam. §. 1. num. 35.
prope finem, Rector. de Teſtibus verb. Aliud
num. 12., Farinacc. eod. tract. quæſt. 58. n. 60.*

Eidem facilitate rejecti fuere tertius, &
quartus Teſtes, quorum alter eſt miſerabilis
Faber Ferrarius a Carceribus redemptus ad
32 hoc, ut ſe ſubiiceret examini, ideoque ſubor-
nationis valde ſuſpectus, ut inquit *Gloſſ. in l. 3.
§. Leg. Jul. verb. Publica ff. de Teſtibus Anton.
Gomez var. reſol. lib. 3. cap. 12. de probando de-
lict. num. 18. in fine Maſcard. de probat. concluſ.
286. in princ., & concluſ. 1356. num. 34., Fa-
rinacc. de Teſtibus quæſt. 56. nu. 180.*

Adſtipulante, quod iſte Faber teſtatur vidiſ-
ſe conſignare a Margarita in duobus ſacculis
pecunias, & hac ſumpta occaſione ſubjungit,
quod pleniſſime fuit informatus ab eadem Mar-
garita de omnibus contentis in apoca matri-
moniali, quam ipſe vidit ſcriptam caracthere
ejuſdem Margaritæ, & a Petro Antonio ſub-
ſcriptam, unde nemo non videt, quod hæc
ipſa impropria certioratio confidentialis capi-
tulorum matrimonialium practicata cum per-
ſona vilis conditionis, concludit, quod hic
quoque optime inſtructus ea quæ didicit depo-
ſuit in examine, & non ea quæ vidit, nam de
cætero ſi Margarita erat cupida propalandi aut
aſſecurandi probationem conſtitutionis, & ſo-
lutionis dotis cur Notarium utroque in actu, &
Teſtes omittere, & Fabrum Ferrarium voca-
re in Teſtem, & participem rei geſtæ argu-
mento *Text. in l. Teſtium §. Idem Divus Adrian.
ff. de Teſtib., Surd. conſ. 25. nu. 30. lib. 2. Rot.
dec. 100. nu. 11., & 12. par. 19. Recent.*

Alter vero veluti conſanguineus Margaritæ
33 ejus favore attendi non merebatur ad *Text.
apert. in Canon. abſenſ. il 2., Honded. conſ. 77.
nu. 7. lib. 1., Gabriel. de Teſtib. conſ. 15. nu. 1.,
Rot. coram Celſo dec. 328. n. 14., & coram Eme-
rix Jun. dec. 253. nu. 6., & in Recent. dec. 328.
nu. 14. par. 12.*

Sed cum præterea iſte Teſtis fateatur minime
noviſſe caracterem Petri Antonii nil ponit in
eſſe,

Digitized by Google

eſſe, nec poteſt ab illo excludi confecto Apocæ, & ſimulatiu ſolotionis juxta imperiale reſcriptum *in §. Si quis igitur*, *Auth. de Inſtrum. cantion.*, *& fid.*, *Alex. conſ.* 150. *lib.* 5., *Farinac. conſ.* 70. *nu.* 11. *lib.* 1., *Rot. coram Merlin. dec.* 103. *nu.* 2., *& in Recent. dec.* 61. *nu.* 3., *& ſeq. par.* 6.

Cæterum hi omnes in univerſum quatuor Teſtes una, & omnibus communi animadverſione reiici merebantur tamquam de mendacio, & prævaricatione convicti ex ipſa eorum depoſitione. Iſti namque Teſtes omnes examinati prius ad perpetuam depoſuerunt de ſimplici auditu, & inde ſub formali examine melius inſtructi omnes uno ore intrepide aſſerunt adfuiſſe, & dotis promiſſioni, & effectivæ numerationi,
34 & idcirco varietas, & inconſtantia hujus generis non ſolum quamcumque fidem eis adimit *l. Teſtium*, *Cod. de Teſtibus*, *Rot. coram Emerix Jun. dec.* 132., *& deciſ.* 397. *utrobique nu.* 4., *& dec.* 1051. *nu.* 16., *&* 1085. *num.* 19., *& in Placentina Decimarum* 16. *Maii* 1710. *§. Parum coram Me*, *& in Novarien. Penſionis* 5. *Decembris* 1710. *§. Non relevante cor. R.mo Kaunitz Epiſcopo Labacen.*

Sed optime concludit tales Teſtes non deponere candide, & indifferenter veritatem rei geſtæ, ſed id quod proficuum exiſtimant ad
35 cauſæ opportunitatem *Rot. coram Gregor. dec.* 211., ibique *Adden. litt.* C., *& D. coram Durqa. dec.* 462. *num.* 1. *coram Coccin. deciſ.* 2065. *nu.* 20., *& dec.* 606. *num.* 24. *par.* 5., *& dec.* 266. *nu.* 19., *& ſeq. par.* 6., *& dec.* 37. *nu.* 7., *& dec.* 6. *nu.* 8. *par.* 11. *Recent.*

Rejectis vero prædictis Teſtibus formiter examinatis facilius neglectæ fuerant quædam informes depoſitiones aliorum Teſtium in limine propoſitionis cauſæ recollectæ per eamdem Margaritam. Regula enim certa eſt, quod iſtæ fides nullam conſtituunt probationem, & certius in caſu ubi poſt remiſſoriam Rotalem Margarita poterat novos Teſtes examini ſubiicere, quod præſumitur non feciſſe, quia dubitavit de eorum conſtantia, illoſque adducere cogitabat ad involvendam cauſam, ut per *Text. in l. Produci*, ibique *Gloſſ.*, *& Bartol. ff. de Teſtib.*, *Rot. coram Ludoviſ. deciſ.* 497. *num.* 3., *& ſeq.*, *& deciſ.* 123. *num.* 44. *apud Conſtant. ad Star. Urb.*, *Bich. deciſ.* 25. *num.* 3., *&* 4., & proſequitur *in dicta Novarien. Penſionis* 5. *Decembris* 1710. *§. Quin, verſ. Tum etiam quia coram Reverendiſſ. Kaunitz.*

Ulterius etiam iſti ſunt varii eaſdemque, & majores habent contra eorum perſonas, & dicta reſiſtentias, Marcus Antonius quippe nepos eſt ex fratre Margaritæ, unde veluti arctiſſimo
36 ſanguinis vinculo Margaritæ, conjunctus ob præſumptam præoccupationem eſt ad Partes ponendus *Farinac. de Teſtib. qu.* 57. *nu.* 8., *Diaz. reg.* 746., *Canciol. reſolut. Crim. verb. Teſtis quoad perſonas reſol.* 24. *num.* 3., *& ſeq.*

Haud relevante, quod ſit etiam conjunctus Comiti Thomo, contra quem fidem ſubſcripſit, quia conſanguinitas reſpectu eiuſdem Comitis reducitur ad ſimplicem affinitatem, quæ vincere non valet ſtrictam conſanguinitatem militantem reſpectu Margaritæ *Cyriac. contr.* 150. *n.* 12., cum aliis relatis *in dec.* 58. *nu.* 6. *par.* 15.

Alii vero ultra inveriſimilitudines repugnantias, cæteraſque contrarietates ſibi proponunt probare etiam per publicam vocem, & famam dotationem in ſcutis 2500., ſed poſtquam dixerant -- *Sappiamo, che la detta Signora diede al Signor Pietro Antonio di dote ſcudi* 2500. -- ſupponendo his verbis aſſignaſſe conſpicua cauſam ſcientiæ ſubdunt -- *Come anco ne habbiamo ſentito diſcorrere per publica voce, e fama, oltre d' haverlo ſentito dire di detto tempo dalli detti Signori &c.* Quocirca patet ad oculum, quod Teſtes iſti confundunt publicam vocem, & fa-
37 mam cum cauſa ſcientiæ, quæ ut in ſubſtantia verificatur in verbis auditis ab ipſis Conjugibus ſimulationis Authoribus, & propterea nihil probant per *Text. in cap. Licet ex quodam de Teſtibus Rot. in Rec. deciſ.* 163. *num.* 29., *& num.* 36. *par.* 9., *& deciſ.* 465. *num.* 20. *deciſ.* 647. *num.* 50. *par.* 19. *& in Avenionen. Fideicommiſſi* 28. *Januarii* 1701. *§. Capto fundamento coram Me.*

Et ita remiſſive in reliquis a Deciſiones R. P. D. mei Criſpi poſt iteratum, & maturum examen in hac cauſa effecta quodamodo faſtidioſa ab involucrum multiplicatarum depoſitionum inter ſe ſe non cohærentium, reſolutum fuit pro omnimoda confirmatione Sententiæ Rotalis Partibus viriliter Jura ſua deducentibus.

CÆSENATEN. IMMISSIONIS.

Lunæ 9. Decembris 1715.

ARGUMENTO

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Hereditas ſemel ingreſſa in una linea, fieri nequit tranſitus ad aliam niſi ea penitus extincta*, & num. 5.

2 *Nepotes, & Neptes ſub nomine filiorum, & filiarum in ſubſtitutione poſt longiſſimum tempus injuncta continentur.*

3 *Una Teſtamenti pars ab altera declaratur.*

4 *Deſcendens regulariter ſemper fertur ſine diſcrimine in tota deſcendentia, quæ provenit a primo inſtituto.*

6 *Deſcendentia a Gravato relicta ſuccedere debet ex conjectura pietatis ad excluſionem aliorum ſubſtitutorum.*

7 *Fæminæ quando vel mediate, vel immediate ſint a Teſtatore vocatæ.*

8 *Quando adſunt Perſonæ capaces ſuccedendi tunc*

fie-

fieri nequit extenſio ad alias Perſonas in remoto gradu ſubſtitutas.

9 *Pars magis clara teſtamenti deſervire debet pro interpretatione partis minus claræ.*

10 *Feminæ poſt maſculos vocatæ reintegrantur ad ſucceſſionem poſt illorum defectum.*

11 *Diſpoſitio* Legis Cum Avus ff. de condit. & demonſtrat. *locum non habet ubi contraria militat Teſtatoris voluntas.*

DECISIO DCCXXVIII.

A Geminis ſententiis, quas Chriſtopharus, aliique fratres de Righis una cum eorum Conſobrino de Marzolis favorabiliter obtinuerant tam in partibus, quam coram A. C. ſuper Immiſſione ad Bona fideicommiſſaria, quæ in ſua hęreditate reliquit Paſolina de Paſolinis provocarunt Violantes, & Julia Sorores de Albitiis coram Sacro noſtro Auditorio, in quo propoſito per me, ut moris eſt. Dubio veluti ex integro -- *An danda foret Immiſſio non impari reſponſo affirmativo* tertia vice ſuccubuerunt,

Vis diſputationis, & diſſidii reſidebat ab intellectu verborum Teſtamenti ejuſdem Paſolinæ. Cum enim ea tota ſe ſe dilectione perfudiſſet in Juliam ejus filiam ex primo Thoro ſuſceptam, eamque idcirco hæredem inſtituiſſet ex aſſe ampliſſime, & in perpetuum honoravit quoque ab illa deſcendentes in infinitum cum hac antelatione, quod maſculi ſemper præferrentur etiam inter eos inducta reciproca ſubſtitutione, & quando unquam contingeret (ſunt præciſa verba) iniunxit, & ordinavit — *All'ultimo, che di detta linea maſcolina morirà ſoſtituiſce le figlie femine di detta Sig. Giulia, ſe viveranno, altrimenti li diſcendenti di quelle, quali figlie femine, e diſcendenti da eſſe ſcambievolmente l'uno all'altro ſoſtituiſce* -- concludendo — *talmente che per mancanza di detta linea maſcolina tutta la ſuddetta Eredità ſi conſervi nelle figlie femine di detta Signora Giulia, e deſcendenti da eſſa* -- Quamobrem verificato utriuſque ſubſtitutionis ingreſſu, ſive aperitione primo per mortem Juliæ, & ſucceſſionem Alexandri ejus filii maſculi, & ſecundo per obitum Equitis Thomæ Avi præfatarum Violantis, & Juliæ de Albitiis prætendebant eædem, quod ad eas, & non ad Chriſtopharum, cæteroſque ut ſupra relatos, ut melius liquet ex arbore, pertinere hanc ſucceſſionem fretæ eo principaliori fundamento, quod cum per mortem Iuliæ primæ Inſtitutæ ſubſtitutio purificata, ut diximus appareret in Alexandro, & deinde in præcitato Equite Thoma, rationale omnis, & æquum videbatur, quod præfata hæreditas ingreſſa jam in hanc lineam, hodie quod tranſeundo erat ad fæminas, non eſſet ab eiſdem neptibus ab ipſo Thoma deſcendentibus avellenda ſub irregulari tranſitu ad alteram lineam provenientem ab Octavia Sorore Alexandri reſiſtente ad hoc regola indubitata, quam exornant *Torr. de maior. Ital. par. prima cap. 15. nu. 35., & ſeq. de Luc. de fideic. diſc. 203. nu. 11. Alter. de Luc. de linea legal. art. 20. num. 15., & relat. plur. concordan. firmat. Rot. in Avenionen. ſeu Carpentoraten. fideicom. de Tertullis 27. Februarii* 1704. §. *Ideoq. coram R. P. D. Lancetta, & in ejus confirmatoria 5. Junii* 1705. §. *Comperta coram bon. mem. Caffarello.*

Minime obſiſtente, quod poſt defectum lineę maſculinæ memoratæ Juliæ ſuæ hæredis invitatæ reperirentur -*le figlie femine di detta Signora Giulia ſe viveranno altrimenti li deſcendenti da quelle* -- quales eſſe contendebant Chriſtopharus, aliique ſuperius recenſiti, utpote deſcendentes ab Octavia filia immediata ejuſdem Juliæ: Quia non per hoc vacillabat regula præmiſſa, cum eædem Violantes, & Iulia de Albitiis comprehendi poſſent ſub nomine filiarum Iuliæ. Nam, & ipſæ ab ea deſcendebant, cumque ageretur de ſubſtitutione ordinata poſt longiſſimum tempus, quale erat extinctio totius lineæ maſculinæ ante latæ, non merebantur propterea excludi ab alteram regulam, ut etiam Nepotes, & Neptes ſub nomine filiorum,

2 & filiarum in ſubſtitutione poſt longiſſimum tempus iniuncta contineantur ex plenè cumulatis per *Card. de Luc. de fideicom. diſc. 71. nu. 8. Rot. deciſ. 206. nu. 16. & 44. cor. Merlin., & deciſ. 70. num. 44. coram Emerix. Jun., & pluribus relatis concordantibus, Rot. in Acquipenden. ſeu montis Faliſci fideicom. 11. Maii* 1705. §. *Hactenus coram clar. mem Card. Caprara.*

Idque clarius evincebatur ab iis, quæ in eodem ſuo Teſtamento Paſolina demandaverat, tantum quippe aberat, quod ipſa mordicus, velut ita dicamus, judaice inſtiterit immediate huic vocationi fæminarum relative ad Iuliam, & non reſpexerit ad deſcendentiam ſimpliciter fœminarum ab eadem Iulia, ut demandata reverſione cujuſdam legati in caſu obitus Legatarii ſine filiis ad eandem Iuliam ſic fuerit affata - *In tale caſo ſoſtituiſce per fideicommiſſo &c. La Sig. Giulia &c. Eſſendo viva altrimenti li ſuoi deſcendenti maſchi per linea maſculina, & in defetto quelle femine deſcendenti dalla Signora Giulia* - Ex his quippe verbis, ac modo diſponendi clare nimis colligebatur, quod in fæminis poſt maſculo advocatis aliam deſcendentiam non requirebat immediatam, ſed illam ſimpliciter a Iulia, qualis concurrebat in præfatis Violante. & Iulia

3 Iuniore. Si verum eſt, ut eſt veriſsimum, quod una Pars Teſtamenti aliam declaret, ut ait, *Manſ. conſult. 10. num. 10., & conſult. 17. num. 9., & inter deciſ. meas in Urbe impreſſas deciſ. 34. num. 8., & in Faventina Primogenituræ 5. Decembris* 1696. §. *Secundo coram Reverendiſſimo Molines Decano, & in Melevitana fideicom. 12. Decembris* 1710. §. *Quemadmodum coram R. P. D. Criſpo*, Suadente id ipſum ratione, quod deſcendens regulariter ſemper fertur ſine diſcrimine in tota deſcendentia, quæ

4 proveniit a primo inſtituto teſte *Caſtill. controv.*

quo-

quotidian, cap. 32. nn. 52. lib. 4. par. 3. Torr. de Majorat. Ital. quæſt. 32. num. 14. tom. 2. Rota deciſ. 15. num. 13. coram San. mem. Alexandro VIII., & in Tuſculan. fideicom. 14. Junii 1715. §. Hanc quoque coram R. P. D. meo Falconerio. Potiſsime, quia ſine tali deſcrimine recte poterat intelligi eadem tota deſcendentia variato ſolum ſesu ab initio maſculino, & poſtea fæminino, ut appoſite, ac in ſpecie ratiocinatur, & comprobat. *Torr. de primogenit., & Majorat, tom. 2. quæſt. 54. nu. 27., & ſeq.*

Eoque demum evidentius, quia alias ſequeretur maaimum abſurdum. Nam excluſis hodie ab Immiſſione in concurſu Chriſtophari, & cæterorum, ut ſupra Violante, & Julia deſcendentibus a Julia Seniore; nunquam dari poſſet Caſus, quod eadem Violantes, & Julia, earumque deſcendentes aſpirare poſſent ad hanc ſucceſſiunem nullo poſt admiſſionem Chriſtophori cæterorumq; emicante veſtigio reintegrationis, vel reverſionis, quod valde amarum, & durum palpabatur habita conſideratione ad primum ingreſſum Bonorum in earum linea æqualem ſexum femininum, & æqua-
5 lem deſcendentiam, prout præſeferebat Octavia juxta ea quæ conſideravit *Mantic. de Conject. ultim. volunt. libr. 8. tit. 8. num. 16. Fuſar, de ſubſtit. quæſt. 320. num. 44., & ſeq. Rot. dec. 345. num. 19. & 20. par. 16. recen., & in Romana, ſeu Interamnen. Fideicomm. 14. Maii 1714. §. Præſertim coram me*. Et ob id, ad terminus eiuſdem æquitatis videmus in jure noſtro ſtabilitum, quod claro etiam apparente gravamine alicujos favore alterius ſubſtituti, quia aſperum tamen eſt, ut relicta per eundem gravatum propria deſcendentia Bona per eam poſſeſſa ad illum tertium ſubſtitutum devoluaotur. tali caſu Conjectura Pietatis ſugerit, quod vel Teſtator oblitus fuerit, quod gravatus potuerit relinquere deſcendentiam, vel quod ea tacite intelligatur vocata, & prætuliſſe, ut cautum habemus in celebri *leg. cum Avus ff. de condit., & demonſtrat., & in leg. cum Acutiſſimi Cod. de fideicomm.*, & quarum
6 legu o diſpoſitio viodicat etiam ſibi locum in Deſcendentibus, ut alias reſpondit *Rota in Albanen. fideicommiſſi 19. Januarii 1715. §. Minime relevante coram Me, & in dicta Tuſculana fideicomm ſ. 14. Junii anni proxime elapſi §. Ad ſecundam coram R. P. D. meo Falconerio*.

Cæterum hiſce parum refragantibus Dominis contrarium unanimiter exiſtimarunt ionitentes illi noſtro irrefragabili, & inevitabili principio, quod nos Teſtamenta non facimus, ſed exequimur, ut monebat Imperator aiendo *Jubeat Teſtator, & lex erit*. Ac propterea cum litteraliter Teſtatrix poſt ſubſtitutos maſculos Juliæ invitaverit fæminas non ingenere, aut ſimpliciter deſcendentes, ſed dixerit præciſe — *le figlie femine di detta Signora Giulia* — & poſtea immediate mentionem fecerit de deſcendentibus non debebamus querere fœminas de-
7 ſcendeotes a Julia, ſed ipſas fœminas immediatas ejuſdem Iuliæ, ut in individuo probant *Venturin. conſil. 25. nu. 160., & ſeqq. R. P. D. Organus in ſuo Voto impreſſo in Montiſſ. dec. 63. nu. 16., & per tot., & reſpondit Rot. in Peruſina fideicomm. 21. Martii 1710. coram R. P. D. meo Criſpo, & in ejus Confirmatoria 30. Ianuarii 1711. §. Præcipue, & per totam coram eodem*.

Iſto ſenſu, ſeu ut diximus principio retento facile corruebant omnia, quæ ut ſupra in oppoſitum obiciebantur ſiquidem conſtito ex mua recenſitis verbis liquere de liquida mediata vocatione filiarum Juliæ, nil operabatur regula de Bonis ingreſſis in unam lineam; recognoſcendum quippe erat ad quem punctum Teſtans voluerit illam coarctare, atque conſiderare, quoties enim prout hic illam reſtrinsit ad maſculos per lineam maſculinam deſcendentes ex maſculo Iuliæ, quodque defectis eiſdem maſculis tranſeundum foret ad lineam femininam operæ prætium erat inquirere de quo initio eiuſdem lineæ fœmininæ noviter aſſumendæ diſpoſuerit, & cogitaverit, eumque innegabiliter ordinaverit eſſe debere caput ittius lineæ filias Juliæ, non debemus curare de filiabus ultimi maſculi ad ea, quæ optime reſpondit *Rot. in dec. 26. num. 10. par. 18. rec.*, & impreſſa quoque pœnes *Torr. de Majorat. dec. 29. pariter nu. 10. part. 3.*

Neque hic recurrend. amplius erat ad interpretationem, ſeu ſupplementum Vocabuli filiarum Juliæ, ex quo ſub tali expreſſiune contineri quoque poſſent Neptes, ſeu pro neptes ejuſdem Iuliæ, prout eraot Violantes, & altera junior Julia. Etenim hujuſmodi beoigna Interpretatio ſit, quando noo eſt data norma diverſa ſuccedendi, ſed per carentiam filiorum fideicommiſſum caducaretur niſi verificaretur Vocatio in Nepotibus, ſeu in Neptibus, & maaime in longiſſimum tempus ſubſtitutis. Verum quando litteraliter eſt quis impleat proprium, verumque oomen filiorum, ſeu fi-
8 liarum nequaquam venit facienda hæc ſub eatenſio contra naturam ipſius appellativi, & contra Cenſuram *Text. in l. quod ſi nepotes 6. ff. de teſt. Barth. in l. liberorum 9. ff. de verbor. ſignific. Anton. Gabriel. tit. de verbor. ſignificat. concluſ. 1. nu. 3. Mantic. de Conject. ultimar. volunt. lib. 8. tit. 8. nu. 2. Mauſ. conſult. 526. nu. 3., & ſeqq. Balducc. in addit. ad Ramon. conſil. 17. nu. 54. tom. 1. Saminiat. controverſ. 19. nu. 10., & 11. Card. de Luc. de fideicom. diſc. 71. nu. 4., & 5., & in d. Peruſina fideicom. 30. Iannuar. 1711. §. In hac coram R. P. D. meo Criſpo*. Quemadmodum ultra eidem objectioni reſpondentes perbelle demonſtraot *Alexan. Conſil. 37. verſ. non obſtat alia ratio lib. 6. Corn. conſil. 31. num. 2. lib. 3. Curt. Iun. conſil. 57. verſ. præterea aliud Gozzadin. conſ. 36. nu. 9. Pariſ. conſ. 86. nu. 21. R. P. D. Organ. in d. ſuo Voto impreſſo in Montiſſ. dec. 63. nu. 14., & ſeqq., & in mox allegata dec. Peruſina fideicom. 30. Ian. 1711. §. Attamen cor. R. P. D. meo Criſpo*.

Ejuſ-

Euſdem irrelevantiæ dignoſcebatur exemplum reverſionis Legati ſuperius inſinuatum, quia non per hoc, quod præ obeunte Legatario abſque Liberis, legatum reverti deberet ad Juliam, & deinceps ad ejus filios maſculos, & deſcendeotes maſculos, poſteaq; ad fœminas deſcendentes, dici unquam poterat, quod vocatæ eſſent Deſcendentes ab eiſdem maſculis, & non iidem deſcendentes a filia Juliæ ut ad præſens; Eadem quippe hæſitatio, & amaritudo potuiſſet intrare non obſtante obſcuritate formulæ loquendi in hac parte ſed cum ea preciſe, de qua agitur ſit undequaque limpidiſſima ſubſtituendo filiam immediatam Juliæ, & Deſcendentes ſub verbo etiam perſonaliſſimo *Detta* non poteſt ad offuſcandam hanc claritudinem adduci magis ſoboſcura ſpecies loquendi cum potius regula expoſcat contrarium, cum magis clara deſervire debeat pro Inter-
9 pretatione partis minus claræ, ut exclamat *Tullius lib. 4. de finib. Bonor.* ibi -- *Vos autem cum perſpienis dubia debeatis illuſtrare. & docent Manſ. conſult. 197. a num. 135. Altograd. controv. 58. num. 13. Rot. Florentina apud Torr. de majorat. Ital. part. 3. dec. 2. num. 7., & ſeq., & Rota noſtra in Fulginaten. Primogenituræ 14. Junii 1700. §. Quin vigere coram R.mo D. Molines Decano, & in Bononien. Primogenit. de Cultellis 29. Jan. 1714. §. Nec pariter cor. R.P.D. meo Falconerio.*

Atque ob hanc eandem rationem ceſſabat magnificatum abſurdum quod niſi Violantes, & Iulia Iunior admittantur hodie ad ſucceſſionem ipſæ perpetuo remanerent excluſæ, licet volitæ appareant fœminæ deſcendentes. Quoniam nullum conſiderari poteſt abſurdum in libera facultate, quam quilibet habet diſponendi, & de facto quotidie habemus, quod per rigoroſam ſubſtitutionem ſexus maſculini perpetuo contemnantur omnes fœminæ etiam ad effectum, ut Bona tranſeant ad agnatos tranſverſales, & remotos quomodocumque de familia, etiam ſi tractetur de filia immediata ultimi gravati: Taleque abſurdum reiciatur in hiſce fortaſſe magis aſperis terminis. Unde quænam differentia inter unum Caſum, & alterum, niſi, quod Teſtatrix vice vocandi filios maſculos de agnatione Viri, vocavit certas fœminas immediatas etiam non irrationabiliter, quia cum Octavia Fons, & Origo Chriſtophari, & Cœterorum fuerit ab initio poſtpoſita maſculo, & ſic pariter de ſobole Juliæ dilectæ decebat, quod eodem maſculo defecto, ceſſataque penitus ejus Sobole maſculina reintegraretur ad illam ſucceſſionem, a qua fuit excluſa in Concurſu eiuſdem maſculi paris cœteroquin gradus, ut in ſimili adamuſſim recurrit *Rot. in Romana fideicomm. de Palazzolis 18. Aprilis 1704. §. Tertia, & in Confirmatoria 4. Julii ejuſdem anni §. Quo vero coram bon. me.* Muto, *& in Tuſculana Fideicom. 14. Iunii anni proximo elapſi §. Ex hactenus cor. R.P.D. meo Falconerio.*

Poſtremo in nihilo relevabat æquitas adducta per Cenſuram legis cum *Avus ff. de condit., & demonſtrat.* Sicuti namque illa ceſſaſſet, quotieſcumque dubitari non poſſet, quod de huiuſmodi caſu filiorum gravati cogitaſſet: &
11 nihilominus in oppoſitum Teſtator ſanxiſſet, ut limitando docent. *Alban. conſil. 28. num. 7.* Mantic. *de coniect. ultimar. volunt. lib. 10. tit. 9. in fin. Molin. de primogenit. Hyſpan. lib. 3. cap. 5. num. 31.* Card. *de Luc. de Feud. diſc. 31. nu. 8. Rot. deciſ. 232. num. 29., & ſeqq. part. 19. tom. primo recent., & in Albanen. fideicomm. 29. Ianuar. 1714. §. Hujuſmodi coram Me.* Sic in caſu Noſtro apertiſsime cogitaverit de fæminis illas ſubſtituendo, ſed quod omnem fugat amaritudinem cogitavit, & diſpoſuit ex rationibus forſan, de qua ſupra, de quibus fœminis, & filiabus intellexerat eodem adamuſſim modo, quo contigiſſet, ſi loco earundem fœminarum invitaſſet, ut innuimus alios maſculos, ut in Caſu, de quo in *Senogallien. fideicommiſſor. 21. Ian. anni proxime elapſi pariter cor. Me, & in individuo obiecto occurrit R. P. D. Organus in dicta deciſ. 63. num. 80., & ſeqq. in* Mantiſſ. *ad Card. de Luc.*

Vigente igitur in ſuo robore littera pro deſcendentibus ab Octavia, ponderatiſque, & everſis contrariis ponderationibus, & conjecturis, Domini ita reſolvendum putarunt.

Et ita utraque &c.

Finis Tomi Sexti.

INDEX

I N D E X

RERUM, AC VERBORUM OMNIUM,

Quæ in hoc volumine continentur.

A

ABRASIO.

QVOTIES dignoſcitur ferire partem ſubſtantialem diſpoſitionis omnem fidem adimit ſcripturæ, *Decif. 712. num. 8.*

ACQUISITIONES.

Factæ ab herede gravato quando dicantur detractiones abſorbere, *dec. 643. nu. 8.*

ACQUIESCENTIA.

Non præjudicat ſtante infirmitate, *dec. 655. n. 9.*

ACTIO.

Hypothecaria dari nequit ſine actione perſonali, *dec. 627. n. 34.*

In conditione indebiti quæ actio hypothecaria, vel perſonalis competat, *dec. 627. n. 9.*

Non promota longiſſimo temporis ſpacio pro inani, & inſubſiſtenti habetur, *dec. 719. n. 5.*

Re adhuc non evicta poteſt competere actio ex empto ſeu quanti minoria illa res empta fuiſſet unácum refectione damnorum, & intereſſe, *dec. 625. n. 8.*

Super bonis extradotalibus Uxoris nulla competit actio creditoribus Viri matrimonio adhuc durante, *dec. 727. n. 13.*

ACTUS.

Ad finem non perductus non eſt attendendus, *dec. 635. n. 21.*

Fruſtratorio dicitur potentia, quæ ad actum reduci nequit, *dec. 643. n. 2.*

Iudicialis jam factus controverti amplius nequit, *dec. 651. n. 7.*

Nemo poteſt actum a ſe geſtum revocare poſt Jus alteri quæſitum, *dec. 611. n. 61.*

Omnis actus ſemper factus intelligitur in ſtatu licito, & permiſſo cui Jus non adverſetur, *dec. 681. n. 21.*

Particularis præcedendi, ſive conſedendi in proceſſionibus, ſive Comitiis nullatenus deſtruunt eam præcedentiam altari debitam de Jure, *dec. 604. n. 10.*

Præeminentialis ille tantum eſt manutenibilis qui Juris aſſiſtentiæ non adverſatur, *dec. 674. nu. 10.*

Per non traſportationem actorum, & effectivam conſtructionem proceſſus tacite reſultat mali Juris confeſſio, *dec. 604. n. 2.*

Pro evitanda actus caducitate ſola dubietas vel credulitas exuberat, *dec. 599. n. 24.*

Qui dedit cauſam liti allegari nequit pro contraria obſervantia. *dec. 690. n. 4.*

Reduci ſemper debet ad utilem intellectum facientis, *dec. 725. n. 4.*

Turbativus, & contradictus deſervire nequit pro obſervantia vel præſcriptiva, vel interpretativa, *dec. 710. n. 8.*

ADMINISTRATOR.

Contra Adminiſtratorem agi poteſt actione tutelæ, *dec. 627. n. 33.*

Rationem ſi non reddiderit præſumitur ex bonis adminiſtratis de ſuo credito ſatisfactus *dec. 628. nu. 1.*

ÆDIFICIUM.

Demolitio Ædificii, vel operis rite, ac recte decreta executioni eſt illico demandanda, *dec. 655. nu. 1.*

Forma antiqui ædificii mutata, mutatum etiam dicitur Ædificium. *dec. 655. n. 12.*

Prohibitio conſtructionis novi Ædificii trahi nequit ad reædificationem antiqui, *dec. 655. n. 2.*

Dummodo Ædificium ultra antiquam formam non protraheretur, *ibid. n. 3.*

Neque hoc caſu intrat novi operis nunciatio. *ibid.* Limita *n. 5. & ſeqq.*

Reliqua vide in Verb. *Condemnatio.*

AFFINITAS.

Nuſquam tribuit Jus ſuccedendi niſi in caſu ſubſidii, & favore dumtaxat Uxoris illius, qui moritur ab inteſtato, *dec. 600. n. 1.*

AGNATIO.

Conſervatio agnationis neutiquam in extraneis verificatur, *dec. 705. n. 9.*

Pro conſervatione ſplendoris, & Decoris familiæ, & Agnationis ſupplentur ut plurimum ſolemnitates, feminæ a paterna ſucceſſione excluduntur, & fideicommiſſa extenduntur, *dec. 627. n. 12.*

Ratio contemplationis agnationis in renunciatione appoſita apta non eſt validare renunciationem nullam jam, & irritam, *dec. 705. n. 7.*

ALIENATIO.

Ad reintegrationem rerum alienatarum alienantis bona diſtrahi poſſunt, *dec. 680. n. 12.*

Bonorum fideicommiſſariorum ab alienantis confeſſione probatur, *dec. 653. n. 3.*

Facta nondum perempta inſtantia vitio litigioſi affecta remanet, *dec. 721. n. 6.*

Facta authoritate Judicis fraude extorta eximere nequit heredem ab incurſa caducitate, *dec. 680. nu. 8.*

Primæ alienationes factæ a gravato imputantur

in legitimam, & ſecurum reddunt alienatarium, *dec.644.n.20.*

ALIMENTA.

Cedunt in cauſam fructuum dotis, *dec.602. n.18.*

Taxata in qua nam ſumma fuerint in Sacra Rota pro victu Honorifico Matris, ac trium filiorum, *dec.686.n.2.*

AMOR.

Ex amore Viri erga Uxorem inducitur ſimulatio conſtitutionis dotis, *dec.727.n.7.*

Viri erga Uxorem ex quibus probetur, *dec. 727. nu. 6.*

AMOVIBILITAS.

In Beneficio temporali, ſive ad nutum amovibilitas practicari poteſt etiam ſinæ cauſa, *dec. 614. nu. 8.*

Secus in Beneficiis perpetuis in quibus dari nequit amotio niſi cum cauſa habili ad illam inducendam, *ibid. n. 9.*

Repugnat amovibilitati, ſeu manualitati Beneficii ejus ſecuta collatio in titulum, *dec.637. n. 14.*

ANIMUS.

Agentis ex ejus judiciali facto explicatur, *dec.631. nu.15.*

ANTELATIO.

In antelationum quæſtionibus una hora, & una dies maxime attendenda eſt, *dec.611. n. 24.*

APERITIO ORIS.

Quando peti poſſit adverſus Principis reſcriptum, *dec.603.n.6.*

APOCA.

Exhibita in copia ſimplici nil penitus probat, *dec. 602.nu.5.*

Subſcriptio Apocæ a Teſtibus recognita plene probat, *dec.670. n.1.*

APPELLATIO.

Commiſſio appellationis trahi nequit ad appellationes futuras, & adhuc in rerum natura non exiſtentes, *dec.716.n.2.*

ARBITRIUM.

Regulandum eſt a Jure ſub aliqua dumtaxat relaxatione ſtrictius rigoris, *dec. 603. n.2.*

ARBORES.

Et vites ex integro plantatæ non ſimpliciter ſubrogatæ in locum demortuarum refici debent, *dec.616.n.10.*

ARCHIEPISCOPUS.

Juris habet aſſiſtentiam ad effectum viſitandi Eccleſias intra limites ſuæ Diœceſis exiſtentes tanquam Ordinarius, *dec.710.n.1.*

Limita, *ibid. n.2. & ſeqq.*

Vel Epiſcopus viſitare nequeunt Eccleſiam jam exemptam jure ordinario, ſed tanquam delegatus authoritate apoſtolica, *dec.710. n.3.*

ARGUMENTUM.

A contrario ſenſu in ſtatutis quando procedant, *dec.640. n.66. & ſeqq.*

A fortiori deductum multum operatur, *dec. 623. nu.18.*

ASSERTIO.

Dominii emiſſa in publico, & ſolemni inſtrumento, & in actu ſerio, & proportionato eſt valde attendenda, *dec.694. n. 10.*

Facti tertii præjudicium involvens attendenda non eſt, *dec.695.n.4.*

Partium attendenda non eſt, ſed factum eſt probandum, *dec.642 n.11.*

ASSOCIATIO.

Non manutentio debetur illi, qui nec eſt poſſeſſor, nec ſpoliatus, *dec.669. n.7.*

ATTENTATA.

Mitius purgantur per viam nullitatis, *dec. 637. nu. 4.*

Purgatio attentatorum cum de claro bono Jure docetur excuſatur, & aliquando differtur, *dec.638. n.1.*

Removeri quam citiſsime debent attentata, quæ retardant legitimè proviſo exercitium Curę animarum, *dec.638. n.2.*

ATTESTATIONES.

In concurſu duarum atteſtationum ſecunda eſt præferenda, ſi ſit magis præciſa, & Juri conſona, *dec.635. n.26.*

AVCTOR.

Anonymo Auctori non creditur, *dec.634. nu.10.*

Item Auctori non impreſſo, *ibid. n.11.*

Factum auctoris impugnari nequit a ſucceſſoribus. *dec.719. n.6.*

Non creditur Auctori non referenti antiquos, & cauſam ſcientiæ de iis, quæ ante ejus ævum ſcribit non reddente. *dec.624.n. 13.*

AUCTORITAS.

Punctualis confirmata a re judicata caſum legis conſtituit, *dec. 714. n. 4.*

AUDITOR S. ROTÆ.

Stylus eſt ſubrogandi alium Auditorem in locum abſentis pro proponenda cauſa ſuper expeditione, *dec.632. n. 1.*

AUTH. RES QUÆ.

Eſt tantum ſubſidiarium, & competit ubi bona debitoris dotis probata fuerint inſufficientia, *dec. 610. n. 12.*

Et cui onus incumbat faciendi hujuſmodi probationem, *ibid. n. 13.*

AXIOMATA.

A diverſis non fit illatio, *dec. 774. n. 8., & dec. 714. n. 18.*

Allegare inconveniens non eſt ſolvere argumentum, *dec.666. n. 8., & dec. 690. n. 3.*

Contrariorum, ceſſante diverſitate rationis, eadem eſt diſciplina, *dec.619. n. 3.*

Corruente principali corruit etiam acceſſorium, *dec. 619. n. 5., & dec. 649. n. 38.*

Diſſolvi non debet quod prius non eſt ligatum, *dec. 644. n. 5.*

Extrema faciunt interpretare, & præſumere media, *dec.623. n. 21.*

Fruſtra quis petit, quod intus habet, *dec.647. n. 6.*

Jactare ſuum nemo præſumitur, *dec.612. n. 18.*

Idem Jus, quod quis in alium ſtatuit, in ſe ipſum ſtatuere debet, *dec.680. n. 11.*

In claris non eſt locus interpretationi, *dec. 639. num. 6.*

Lo-

Locupletari nemo debet cum aliena jactura, *dec.* 658. *n.* 15.

Nemo alteri plus Juris tribuere valet, quam ipſe habet, *dec.* 714. *n.* 9.

Nemo præſumitur negligens in re propria niſi contrarium pactum ſibi obeſſe ſciat, *dec.* 655. *num.* 8.

Nemo præſumitur negligens in tuendis propriis Juribus, *dec.* 694. *n.* 13.

Nemo ſuum jactare tenetur, *dec.* 666. *n.* 13.

Non entis nullæ ſunt qualitates, *dec.* 602. *n.* 15. *dec.* 620. *n.* 7. *dec.* 649. *n.* 34., *&* *dec.* 725. *num.* 10.

Plus, & minus non mutant ſubſtantiam rei nec eam faciunt differre ſpecie, *dec.* 608. *n.* 3.

Quem de evictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio, *dec.* 618. *n.* 15.

Qui ſentit commodum & incommodum ſentire debet, *dec.* 635. *num.* 23.

Quod eſt clarum nequit in dubium revocari, *dec.* 658. *n.* 18.

Quod favore alicujus eſt introductum in illius odium retorqueri nequit, *dec.* 640. *n.* 10.

Singula quæ non pro ſunt unita juvant, *dec.* 611. *num.* 41.

Utile per inutile vitiari non debet, *dec.* 618. *n.* 11.

B

BAPTISMUM.

F*It* quandoque in ipſis Palatiis quando agitur de Perſonis prænobilibus, *dec.* 657. *n.* 8.

BARO.

Conſuetudo ut Dominus, vel Baro ſuccedat in omnibus bonis exiſtentibus in ſuis Caſtris, quoties eorum poſſeſſores abſque legitimis heredibus decederent Juri communi non repugnat, *dec.* 675. *n.* 3.

Et de ratione, *ibid. n.* 5. *& ſeqq.*

BENEFICIUM BENEFICIA.

Adjudicatio Beneficii debita eſt ei qui ab omnibus Patronis eſt unice præſentatus, *dec.* 703. *n.* 1.

Annexam habentia curam animarum de Jure perpetua cenſentur, *dec.* 637. *n.* 11. Et quare.

Intellige quando ſtant de per ſe nec Monaſterio, Eccleſiæ, vel Dignitati ſunt unitæ, *ibid. num.* 12.

Confeſſio perpertuitatis Beneficii emiſſa a collitigante contra illum probat, *dec.* 637. *n.* 17.

Denominatio Rectoratus Parochialium aberrat a manualitate ejuſdem Beneficii. *dec.* 637. *n.* 16.

Devolutio Beneficii de Jurepatronatus fit Ordinario ob diſcordiam Patronorum, *dec.* 639 *n.* 4. Et affertur ratio.

Eccleſiaſticum ex quibus arguatur, *dec.* 663. *n.* 12.

Eccleſiaſtica qualitas ſtatim imprimitur Beneficio ſi in illius erectione una cum deſiderio Fundatorum ſolemnis Ordinarii authoritas interceſſit, *dec.* 663. *n.* 13.

Inſtitutio ad Beneficium danda eſt præſentato a legitimis Patronis, *dec.* 620. *n.* 2.

Inſtituendus is eſt ad Beneficium qui eſt præſentatus a majori parte Patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione, *dec.* 623. *n.* 10.

Manualia Beneficia, & ad nutum non cauſant incompatibilitatem, *dec.* 637. *n.* 19.

Naturæ Beneficii nil magis repugnat quam quod Cappellania, ſeu pium opus Ordinario non ſit ſubiectum, *dec.* 663. *n.* 6.

Obſervantia Beneficiorum naturam interpretatur, *dec.* 637. *n.* 20.

Præferendus ad Beneficium ſemper eſt ille, qui fuit à Fundatore vocatus, *dec.* 703. *n.* 2.

Relictum Perſonis Eccleſiaſticis quando dicatur ſæculare vel Eccleſiaſticum, *dec.* 646. *num.* 5.

Et quid ſi ſit relictum Operariis Eccleſiæ meris laicis, *ibid. nu.* 6.

Item quid ſi ſit relictum Capitaneis Poloniæ Adminiſtratoribus bonorum Eccleſiæ etſi ſimpliciter laicis, *ibid. num.* 7.

Repugnat qualitati Beneficiariæ, & Eccleſiaſticæ, quod bona dicantur in dotem alicujus Beneficii aſſignata, & quod a Laicis independenter ab ipſo Beneficiato adminiſtrentur, *dec.* 663. *n.* 10.

Requiſitum unum, & præcipuum Eccleſiaſtici Beneficii eſt, ut illud à Perſona Eccleſiaſtica, vel ab Epiſcopo conferatur, *dec.* 663. *num.* 7.

Ex ea ratione, quia cum illud ſit Jus ſpiritale illud conferendi incapax eſt quilibet laicus, *ibid. num.* 8.

Reſidentia in Beneficio eam requirente omnino demandatur à Sac. Conc. Trid., *dec.* 683. *nu.* 7.

Translatum in Abbatiſſas in Statu Germaniæ an dici debeat Eccleſiaſticum, vel laicale, *dec.* 646. *num.* 4.

Vacantia ſi ſint affecta.ac reſervata ſede Papali vacante, reſervantur Pontifici ſucceſſori, *dec.* 638. *num.* 4.

Excipe Parochialia, *Ex Cap. Si Apoſtolica de probat. in 6. ibid. nu.* 5.

Vacantia ob incompatibilitatem non pertinent ad Ordinarios Collatores, ſed ad Sedem Apoſtolicam, *dec.* 683. *n.* 6.

Vacat illico ob contractum matrimonium, *dec.* 663. *n.* 2.

BENEFICIATUS.

Degradatus ſi a Summo Pontifice fuerit reintegratus, & reſtitutus, præjudicium non idcirco irrogatur Patrono laico, & de ratione, *dec.* 649. *nu.* 13.

Onus probandi obitum Beneficiati in menſe reſervato, exiſtente de medio proviſo ab Ordinario. ſpectat ad impetrantem, *dec.* 646. *n.* 18.

Qui id concludentiſſime probare debet, *ibid. n.* 19.

BONA IN GENERE.

Accretio Bonorum ex quibus arguatur ad effectum detrahendi diſtributiones, *dec.* 608. *nu.* 9.

Amittere quis nequit bona jam ſibi irrevocabiliter donata, *dec.* 712. *n.* 10.

Appellatione bonorum meorum quę compręhendantur, *dec.* 644. *n.* 4.

Avelli non debeot ab ea linea in qua adiuiit Perſonæ capaces, *dec.693.n.17.*

Avulſa ſemel a fideicommiſſo reincidere nunquam in eo debent, *dec.643.n.20.*

Heredis quando contineantur ſub bonis Teſtatoris, *dec.644.n.9.*

In dotem Beneficii ſemel, & a principio aſsignata nequeunt amplius laicorum diſpoſitioni relioqui, *dec.663.n.16.*

In unam lineam ingreſſa non transferuntur ad aliam niſi prima evacuata, *dec.693.n.5.*

Idque procedit etiam io primogenialibus, & fideicommiſſariis ſubſtitutionibus, *ibid. n.6.*

Libertas bonorum præſumenda ſemper eſt niſi concludenter fideicommiſſum probetur, *dec. 644.n.6.*

Poſſeſſa a Teſtatore, & in teſtamento relicta præſumuntur hereditaria, niſi doceatur de iotermediis heredum gravatorum acquiſitionibus, *dec.610.n.3., & 5.*

Promittens libertatem bonorum ſi ea vera non fuerit ſalvari nequit contractus a manifeſto dolo, *dec.625.n.13.*

Et quid ad excludendam libertatem requiratur, *ibid. n.14.*

BONA FIDEIOMMISSARIA.

Alienatio bonorum fideicommiſſariorum ab alieoantis confeſſione probatur, *dec.653.n 3.*

Exiſtentia bonorum tempore obitus fideicommittentis probatur ex ejus aſſertione in poſtremis tabulis, *dec.653.n.1.*

Et ex confeſſione gravati *ibid. n.2.*

Libera evadunt in ultimo ſubſtituto, *dec.644.n.1., & dec. 660. n.7.*

Reintegratio pro bonis fideicommiſſariis contra præceptum Teſtatoris alienatis fieri debet ab alienaotibus, ſive eorum heredibus, *dec. 653. n.4., & 5.*

C

CADUCITAS.

N*Uſquam* incurritur niſi vel lex, vel pactum, vel præceptum hominis eam in ſuis caſibus expreſſe ſuperimponat, *dec.599.n.10.*

CALCULUS.

Error ſimplex calculi aptus non eſt ad irritandum maodatum, quoties debitor paſſus oon eſt exceſſivam executionem, ſed ſuſtinetur mandatum pro ſumma vere debita, *dec.707.n.3.*

Facit probationem probatam, *dec.647.n.4.*

Periti de communi conſenſu deputati oiſi de errore convincatur impugnari nequit, *dec, 602, nu. 6,*

CANONICVS.

Canonicis teſtantibus de qualitate Eccleſiarum eorum Cathedrali ſubjectarum eſt omnino credendum, *dec, 638. n.25.*

COMBIANDI ONVS, ET ACCOLLATIO.

Accollatio cambiandi ſi eſt indeterminata indeterminata pariter eſt uſque ad reſtitutionem ſortis cambii perduratio, *dec. 612. num. 13.*

Onus cambiandi pertinet de Iure ad Creditorem cambii, *dec. 612.n.7.*

Limita ſi aliter inter partes conventum fuerit, *ibid. n.8.*

CAMBIVM.

Ad illum ſpectat in eujus faciem caotat apoca cambialis. *dec.665.n.1.*

Ad illum ſpectare præſumitur cui fructus fuerunt ſoluti, *dec.665.n.7.*

Creditor cambii is cenſeudus eſt qui penes ſe apocam cambialem retinet, *dec.665.n.5.*

Dans ad cambium pecunias ſibi imputare debet ſi audita morte Mercatoris ad cambiandum electi, alterum deputare neglexerit, *dec.612.n.6.*

Limit. *n.8.*

Debitor cambii in ſe onus aſſumens cambiaudi ſi Mercator praobierit & alius oon fuerit deputatus tenetur præſtare fructus ſaltem loco damnorum, & intereſſe, *dec.612.n.8. & 10.*

Præſertim ſi debitor promiſit conſignare Creditori literas, & ſpacia, *ibid. n.9.*

Quod procedit etiamſi creditori data fuerit facultas eligendi Mercatorem, quia per talem electionem liberatur debitor, *ibid. n.10.*

Fructus, vel legitimas uſuras parere nequeunt cambia, quæ vulgo dicuntur ſicca, *dec.612. nu. 3.*

CAPITVLA MATRIMONIALIA.

Falſitas capitulorum matrimonialium ex quibus comprobata remaneat, *dec.727.n.9.*

Veritas Capitulorum matrimonialium excluditur ſi in illis ſubſcriptus nemo reperiatur eorum, qui matrimonium per tractarunt, *dec.712.n.4.*

CAPITULUM.

Sede vacante quidquam adverſus Jura futuri Præſulis ſtatuere nequit, *dec.634.n.17.*

Et Preſul non ligatur ab eis quæ a Capitulo ſede vacante in eius præjudicium ſuot ſtatuta etiamſi tanquam unus ex Capitularibus juraſſet, *ibid n. 18.*

CAPITA.

Duo capita in uno, eodemque corpore permitti nequeunt, *dec.710.n.7.*

CAPPELLANIA.

Laicalis Cappellania non cadit ſub nomine Beneficiorum, *dec.663.n.4.*

Qualitas Eccleſiaſtica in Cappellaoia imprimitur ſtatim ac Ordinarius ad Fundatorum petitionem pro exoptata erectione authoritatem ſuam interponit, *dec.690.n.2.*

CAPPELLANUS.

In Cappellis, & Eccleſiis quomodolibet unitis alicui Collegio ſive Monaſterio Regularium, Cappellanus, ſive Vicarius debet eſſe Sæcularis, atque perpetuus, *dec.614.n.2.*

Idque procedit ex diſpoſitione etiam *S.Conc, Trid. ſeſſ. 7, de reformat, cap. 7., ibid. num. 3.*

Si Fundator mandaverit, ot electio, & nominatio Cappellani fieri deberet abſque ulla Ordinari confirmatione cenſetur illum voluiſſe

Cap-

Cappellaniam mere laicalem eligere, *dec.* 663. *num.* 9.

CARACTER.

Ad effectum recognoſcendi caracteres ſi res ſit de negocio excedente libram auri ſufficiens non eſt probatio per comparationem literarum, ſed requiruntur Teſtes, qui controverſam ſcripturam viderint ſcribere, vel ſubſcribere, *dec.* 611. *num.* 11.

Veritas caracteris ex quibus arguatur, *dec.* 651. *num.* 14.

CASUS.

Inter caſus accidentales comprœhenditur etiam factum Principis, *dec.* 635. *n.* 9.

CATASTRUM.

Fides Cataſtri ſine partis citatione extracta non probat, *dec.* 660. *n.* 5.

Rei valorem per ſe non probat *dec.* 630. *n.* 12. Limita *ibid. n.* 13.

CAUSA.

Deſerta non remanet ex quo appellatio non fuerit per decennium proſequuta, ſed neceſſaria eſt ſententia declaratoria ſuper deſertione, *decis.* 721. *n.* 7.

Expeditur etiamſi producatur proceſſus, qui non evertit deciſionum fundamenta, & tunc extenditur brevis Deciſio, *dec.* 632. *n.* 2.

Teſtati ceſſare facit cauſam inteſtati *dec.* 651 *n.* 3.

CAUTHELA.

Si exuberet non tamen nocet, *dec.* 630. *n.* 2.

CESSIO.

Irrevocabilis, & inter vivos operatur, ut cedens mittat in locum ſuum ceſſionarium, *dec.* 599. *nu.* 16.

Iurium favore alicujus comprobat illorum ante cedentem acquiſitionem in eo, qui illa cedit, *dec.* 714. *nu.* 10.

Iurium propriorum facta favore Eccleſiæ reſolvitur in donationes, *dec.* 599. *num.* 1.

Non implicat ceſſionem realem, & abdicativam contemplatione tamen ejus in quem dirigitur effici translativam, *dec.* 656. *nu.* 2.

Proprietatis cum reſervatione uſusfructus optime comprobat in cedente proprietatis dominum, *dec.* 714. *n.* 8.

Sub generali ceſſione non veniunt ea, quæ particulari indigent expreſſione, *dec.* 669. *n.* 5.

CEDENS.

Nova ceſſione nequit præjudicium irrogare Juribus jam ceſsis, & tertio quæſitis, *dec.* 721. *n.* 1.

CESSIONARIUS.

Dicitur potius procurator, quam ceſsionarius ſi ceſsio facta apparet potius in gratiam cedentis, quam ceſsionarii, *dec.* 599. *num.* 5.

Repreſentat Perſonam cedentis, omniaque Jura: & actiones illi competentes exercere poteſt, *dec.* 707. *num.* 4. & 8.

Subingreditur in omnibus Juribus cedentis, *dec.* 669. *num.* 3.

Quinimo etiam in manutentione quæ ſuo cedenti competebat, *ibid. num.* 4.

CITATIO.

Citari quis debet ſpecialiter in quolibet actu, ut arctetur ad comparendum, ac ſe defendendum, *dec.* 721. *num.* 71.

Limita in tertio poſſeſſore cum vitio litigioſi. *ibid. n.* 18.

Citatur bene ille qui ob Procuratoris obitum apponit ſolitum *Nihil tranſeat*, *dec.* 637. *num.* 7.

Melior citatio exquiri nequit, quam conſenſus, & patientia, *dec.* 649. *num.* 5.

CIVIS.

Unuſquiſque civis erga Conciones ſuos amoris impulſu ducitur, *dec.* 709. *n.* 7.

CLAUSULA.

Conſtituti actum inducit de ſui natura inter vivos, *dec.* 599. *nu.* 15.

Conſtituti appoſita in legatis ipſo jure tranſit in legatarium legatum, *dec.* 643. *nu.* 11.

Limita in herede, qui, ut acquirat hereditatem debet vel effective, vel per æquipollens ejus animum declarare. *ibid. n.* 12.

Conſtituti transfert in conſtitutarium civiliter, & naturaliter poſſeſſionem, *dec.* 631. *n.* 3.

Omni meliori modo quid operetur in detractione Trebellianicę, *dec.* 622. *nu.* 11.

Explicantur Authoritates ſuper eadem clauſula loquentes, *ibid. n.* 12. *& ſeq.*

Sine præjudicio Rei judicatæ de cauſis &c. quid importet, *dec.* 619. *nu.* 2.

Sine præjudicio majoris, ſeu verioris ſummæ quid ſignificet, *dec.* 621. *num.* 5. *& ſeq.*

CLERICVS CLERICI

Digniores ſunt Monacis, *dec.* 603. *num.* 13.

Præferuntur laicis in præcedentiis, ſive Proceſsionibus, *dec.* 603. *num.* 12.

CLERICVS.

Eccleſiæ aſsiſtentia demandatur à S. C. T. Clericus ut frui poſsint privilegiis Clericalibus, *dec.* 633. *num.* 22.

Laicorum ſtatutis non ligantur Clericus, nec ejus contractus, *dec.* 627. *n.* 14.

Sacerdotes vel Clerici dicuntur illius Eccleſiæ unum cor, & anima una, *dec.* 633. n. 10.

Limita in Cappellanis conductitiis, & amovibilibus, *ibid. num.* 13.

Sepultura ſi adſit propria in Cathedrali, vel Matrici à laicis diſtincta inibi, non in maiorum Sepulcro ſunt tumulandi etiam ſecundum reſolutiones Sac. Cong., *dec.* 633. *n.* 7. *&* 15.

Amplia etiam in terminis ſimplicis Clerici, *ibid. n.* 8.

Declara id locum habere in Clericis, & Sacerdotibus illius Eccleſiæ ſervitio perpetuo addictis, & titulum in ea retinentibus, ſeu Beneficiatis, *ibid. n.* 9.

Et affertur ratio, *ibid. n.* 11.

Secus in caſu contrario, *ibid. nu.* 12. *&* 24.

Simplex, vel in Majorum, vel eo non exiſtente in Parochiæ ſepulcro eſt tumulandus, *dec.* 633. *num.* 14.

Simplex differt à Beneficiato, *dec.* 633. *num.* 18.

CLERVS.

In pleriſque Regnis, & ſignanter Galliarum repræſentat unum ex tribus Ordinibus illius ſtatus, *dec.* 627. *n.* 15.

Provincialis præjudicare nequit abſque expreſſa Papæ approbatione univerſo Ordini Clericatus, *dec.* 627. *num.* 15.

Unacum Epiſcopo abſque Papa ſe ſubmittere nequit legibus ſæcularis poteſtatis *dec.* 627. *n.* 17.

Unum corpus efformat, & efficit diſtinctum à Laicis, *dec.* 627. *num.* 16.

CODICILLUS.

Uti pars teſtamenti confirmat non deſtruit incompatibilibus idem teſtamentum, *dec.* 644. *num.* 3.

COGNATI.

Veniunt nomine, & appellatione Deſcendentium, *dec.* 643. *n.* 17.

COGNOMEN.

Mixtura cognominis implicat eum voto conſervandi agnationem, *dec.* 685. *n.* 8.

COMMENDA.

Erigi nequit ſuper bonis fideicommiſſariis, & quare, *dec.* 631. *n.* 9.

Erigi poteſt ex detractionibus erigenti ſuper fideicommiſſo competentibus, *dec.* 631. *n.* 11.

Poſt finitam lineam vocatorum devolvitur ad S. Religionem D. Stephani, *dec.* 631. *n.* 6.

COMPENSATIO.

Creditor citatus ſi compenſationem non oppoſuit præſumitur ſatisfactus *dec.* 601. *n.* 10.

Illiquida opponi nequit contra creditum liquidum, *dec.* 672. *n.* 3.

Timor compenſationis tanquam ſufficiens cauſa ſimulandi perſonam Creditoris, & ſub mutuato alterius nomine cambia contrahendi paſſim admittitur, *dec.* 665. *n.* 4.

COMPULSATIO.

Facta contra formam a Jure præſcriptam eſt nulla, *dec.* 673. *n.* 5.

CONCESSIONES.

Genericæ nunquam ampleɛtuntur quæ ſunt contra Jus, & exigunt particularem, & præciſam expreſſionem, *dec.* 614. *n.* 7.

CONCORDANTIA.

In generali denominatione de uno confine in antiquis ſufficit, non obſtante diſcordantia in numero ſtariorum, *dec.* 610. *n.* 6.

CONDEMNATIO.

Ob omiſſam ædificationem fieri nequit in ſpecie non probata impenſa pro eadem requiſita, *dec.* 654. *n.* 3.

Et proinde S. Rota demandat electionem Architecti ad effectum delineandi cum indicatione expenſæ, *ibid.* *n.* 4.

CONDITIO.

Conditionem conceptam -- *ſe non ci foſſero più di linea maſculina* -- Religioſus de medio exiſtens evaneſcere facit, *dec.* 656. *n.* 5.

Et de ratione *ibid.* *n.* 6.

CONFESSIO.

De recepto ſi conſtet da antecedenti dotis promiſſione, & adminiculis, illius ſolutionem probat etiam contra ſubſtitutum, & Creditores, *dec.* 727. *n.* 15.

Secus ſi dotis promiſſio eſt ſuſpecta ac ſimulata quia tunc non probat talis confeſſio, *ibid.* *n.* 16.

Emiſſa in actu ſerio prævalet tranſactioni nullæ, *dec.* 653. *n.* 6.

Erronea ignoranter emiſſa nullum confitenti irrogat præjudicium, *dec.* 694. *n.* 7.

Heredis omnem tollit dubietatem *dec.* 706. *n.* 9.

Potiſſimum ſi addatur authoritativa interpretatio Executoris teſtamentarii *ibid.* *n.* 10.

Impugnare quis nequit propriam confeſſionem, *dec.* 663. *n.* 18., & *dec.* 690. *n.* 8.

Nequit quis venire contra proprium, vel ſui auctoris factum, aut confeſſionem *dec.* 661. *n.* 5.

Nocet ſemper confitenti, & e contrario ei prodeſt pro quo emittitur, *dec.* 694. *n.* 5.

Nulla melior probatio datur quam proprii oris confeſſio, *dec.* 690. *n.* 7.

Procuratoris an noceat ſuo Principali, *deciſ.* 673. *num.* 4.

CONFISCATIO.

Quando corruat ex non ſcientia Principis, *dec.* 648. *num.* 19.

Quando oriatur ipſo facto, & ipſo Jure, *dec.* 649. *num.* 32.

Titulus, ſeu cauſa confiſcationis quando reducta dicatur ad non titulum, ſeu cauſam, *dec.* 649. *num.* 7.

CONFINIA.

Ex diverſitate confinium prædia quoque diverſa arguuntur, *dec.* 615. *n.* 3.

Reliqua vide in *verb. Concordantia.*

CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ.

Scientia Apoſtolicarum Conſtitutionum ex quibus arguatur, *dec.* 658. *n.* 9.

Sixti V. in ordine la 3. prohibens alienationes in forenſes, non compræhendit fundationes Commendarum S. Stephani, compræhendit tamen eas Conſtitutio S. M. Clem. VIII. in ordine, *lo* 78. *dec.* 631. *n.* 7. 8., & 19.

CONSTITUTIO.

Generalis contraria ſtatuto Civitatis ſemper prævalet ſtatutum, & quid de conſtitututione Egidiana, *dec.* 640. *n.* 26.

CONSENSUS.

Authorizantis aliquem actum, ſive contractum inducitur ex illius interventu abſque ulla reclamatione, *dec.* 618. *n.* 9.

Quoties in aliquo acto requiritur pro ſolo præjudicio conſentire debentis, & non pro integranda perſona facientis nihil intereſt ſi conſenſus fuerit præſtitus ante, in vel poſt celebrationem actus approbandi, *dec.* 627. *n.* 19.

CONSUETUDO.

Hominum memoriam excedens apta eſt tribuere quemcumque meliorem titulum de mundo, *dec.* 675. *n.* 4.

Non probata cum ſuis requiſitis non attenditur, *dec.* 633. *n.* 26.

CONTRACTUS.

Ceſſante contractu ſub quo evictio promiſſa fuit, ceſſat etiam ipſa evictio, *dec.* 619. *n.* 4.

Eſſe nequit in una parte irretractabilis & inſimul arbi-

arbitrio alterius revocabilis *dec.* 599. *n.* 14.

In contractibus ſervanda eſt æqualitas, *dec.* 635. *num.* 26.

In contracta a pluribus initu abſque clauſula *in ſolidum*, omnes tenentur pro virili, *dec.* 612. *n.* 2.

Initus a Muliere non ſervatis ſolemnitatibus eſt nullus, *dec.* 605. *n.* 7.

Initi per minores ſolent ut plurimum vacillare ob non ſervatas in eis ſolemnitates *dec.* 618. *n.* 2.

Sublato principali contractu, ruit etiam quodcumque pactum acceſſorium, *dec.* 618. *n.* 6.

CONTRAHENTES.

Intentio contrahentium ſuper exeluſione vel incluſione rei optime arguitur ex quantitate pretii, *dec.* 635. *n.* 36.

Lex ſpecialis contrahentium attenditur, nec in tali caſu abſtractive proceditur, *dec.* 635. *n.* 2.

CONTRADICTOR.

Si non eſt legitimus non eſt audiendus, *dec.* 683. *num.* 4.

CONTARIETATES.

In una eademque diſpoſitione non ſunt admittendæ, ſed potius conciliandæ, *dec.* 693. *n.* 16.

CONVENTIO.

Eadem, & eadem ratificatio ſcindi, ac dividi nequit in partes, *dec.* 601. *n.* 5.

In contractibus appoſita ſcindi nequit ſed ſumenda eſt per modum unius. *dec.* 635. *n.* 31.

Initu inter contrahentes ſuper vacabilibus etiam ſecuta eorundem reſignatione attenditur, *dec.* 635. *n.* 3., & 5.

Et a Principe ſi non reſpiciunt præjudicium Cammeræ approbantur, *ibid. n.* 4.

COPIA.

In diſcordantia copiæ & ſi authenticæ cum originali, ſeu protocollo, ſemper ſtandum eſt originali non vero ſcripturæ ab eo exemplatæ, *dec.* 648. *n.* 10.

Fides major habenda non eſt copiæ, quam originali, *dec.* 673. *n.* 3.

CORRECTIO.

Eſt ſemper vitanda, *dec.* 643. *n.* 19.

Inſtantanea in Teſtatore nunquam præſumitur, *dec.* 609. *n.* 15.

CREDITOR.

Cambii exigere nequit ſive ratione illius, ſive ratione damnorum, & intereſſe pluſquam feriæ & Nundinæ importent, & quod pluris recipit tenetur excomputare in ſortem, *dec.* 612. *n.* 15., & 16. Declara *n.* 17.

Cambiandi facultas quandoque datur Creditori per ſe ipſum ſi fortaſſe exiſtat mercator, *decis.* 612. *n.* 11.

Inſtrumentarius præfertur creditoribus quibuſcumque Chirographariis, *dec.* 611. *n.* 4.

Opponere ſe valens ſi id non fecerit ſibi imputare debet cur non ſe oppoſuerit, *dec.* 719. *n.* 3.

Poſterior ſuffectus in Juribus creditoris anterioris cæteros poſteriores creditores excludit, *decis.* 627. *n.* 3.

Poſterior nullum Jus habet ſuper bonis anterius donatis, & in alium ab ipſo donationis momento tranſfuſis, *dec.* 627. *n.* 32.

Recognitio creditoria, vel debitoris deſumitur ex circumſtantiis; veriſimilitudine, & qualitate Perſonarum, *dec.* 718. *n.* 5.

CREDITVM.

Anterius illud ſemper eſt, quod conſtat ex publico inſtrumento, *dec.* 657. *n.* 1.

Limita, *ibid. n.* 2.

Dotale fundatum in publico inſtrumento impediri nequit exceptione non redditæ rationis, *decis.* 628. *n.* 5.

Limita, *n.* 7.

Præſertim ſi idem creditum non promovetur per viam actionis, ſed de eo excipitur ad finem retinendi, *ibid. n.* 6.

Limita ut *ſupra n. ſeq.*

Dotale creditum ad probandum quid requiratur, *dec.* 727. *n.* 1., & *ſeqq.*

Et inter cætera requiritur vel inſtrumentum publicum, vel documentum quod publico inſtrumento æquipolleat, *ibid. n.* 2.

Extinctum præſumitur adverſus fideicommiſſum ex fructibus ipſius fideicommiſſi perceptis, *dec.* 719. *n.* 7.

Jus omne crediti vero creditori licet non nominato eſt adiudicandum, *dec.* 665. *n.* 2.

Peti nequit ab adminiſtratore niſi facta prius redditione rationis, *dec.* 694. *nu.* 16.

Pro turbido, & illiquido relaxari nequit mandatum, *dec.* 672. *n.* 2.

Quietatum ſemel, atq; extinctum proponi amplius nequit, *dec.* 602. *n.* 4.

CVLPA.

Ex propria culpa nemo reportare debet commodum, *dec.* 703. *n.* 8.

CVRATOR.

A Judice Ordinario eſt eligendus, ac deputandus, *dec.* 618. *n.* 8.

D

DAMNVM.

E *Mendatio* damni in caſu quo nulla pœna eſt a Teſtatore inflicta loco implementi habetur, *dec.* 652. *n.* 7.

Et intereſſe reficienda ſunt per gravatum ſi non fecerit Ædificium a fideicommittente demandatum favore fideicommiſſarii, *dec.* 654. *n.* 1.

Natura damnorum, & intereſſe id exigit, quod reficiatur totum id, quod deperditum fuit in non faciendo eo, quod fieri debebat, *dec.* 626. *nu.* 4.

DATARIA.

Apoſtolica concedendo derogationem Juriſpatronatus pro medietate, ſemper intelligit reſpectu illorum, qui ſunt in quaſi poſſeſſione ultima vice præſentandi, *dec.* 623. *n.* 24.

DATIO IN SOLVTVM.

De illius natura, ſive judicialis adjudicationis eſt, ut dominium ipſo jure tranſeat in adjudicatarium, ſive creditorem, *dec.* 606. *n.* 13.

Evictionis promiſſio ſemper in ea ſubincluditur

etiam

Digitized by Google

etiam citra ullam obligationem, *dec.*619. *n.*10.

DEBITOR.

Excipiens fit ſemper in ſua exceptione actor, *dec.* 612. *n.*25.

Quidquid ſolvit eſt ei bonificandum, & ipſi credito contraponendum. *dec.*621. *n.*3.

DEBITVM.

Accollatio debiti non probatur per ſimplices enunciativas a gravatis emiſſas, *dec.*726. *n.*7.

Ex ſolutione unius partis recolligitur natura totius debiti, *dec.*718. *n.*7.

In ſe ſi quis accollavit non poteſt amplius in præjudicium ceſſionarii ſolvere cedenti ſub pœna iteratæ ſolutionis *dec.*707. *n.*9.

Nemo ad aliena debita tenetur *dec.* 718. *n.*1.

Solutio debiti ex quibus facta præſumatur durante vita debitoris, *dec.* 694. *n.*15.

DECISIONES S. ROTÆ.

Declaratur decif. 206. *cor. Duran.*, *dec.*611. *n.* 22.

*Explicatur d c.*353. *part.* 19. *recen.*, *dec.*612. *n.* 12.

Novæ brevis deciſio quando extendi ſoleat a Sacra Rota, *dec.*621. *n.*1.

DECLARATIO.

Actuum intermediorum deſumitur ex circumſtantiis antecedentibus, & ſubſequentibus, *dec.* 718. *n.*10.

Deferendum valde eſt declarationi, ſive aſſertioni præclaræ alicujus Perſonæ, *dec.*718. *n.*8.

Facta a Morti proximo in exonerationem propriæ conſcientiæ eſt ſummopere attendenda, maxime ad effectum probandi identitatem bonorum, *dec.*610. *n.*5., & 10.

Facta pro majori cautela, & cum proteſtatione ſibi in aliquo non præjudicandi nullum declaranti præjudicium irrogare valet, *dec.*721. *n.*9.

DECOCTIO.

Quæ ſupervenit mercatoris ſolvere debentis ſemper adſcribitur periculo, & damno non exigentis ſuo tempore opportuno, *dec.*601. *n.*14.

DECRETVM.

Acceptatum ſemel, & nunquam per longum tempus impugnatum tranſit in rem judicatam, *dec.* 628. *n.*9.

Guidobaldi Secundi Ducis Vrbini editum anno 1548. importat defectis maſculis reintegrationem fæminarum ad ſucceſſiones a quibus illis extantibus erant excluſæ, *dec.*640. *n.* 21. & *ſeq.*

Irritans adjectum in Conſtitutionibus Apoſtolicis irritat, & infringit quamlibet contrariam poſſeſſionem. *dec.*604. *n.* 3.

Sacrorum Congregationum ab Eminentiſſimis Præfectis tantummodo ſubſcribuntur, *dec.* 657. *nu.* 8.

DELEGATVS.

Excedens facultates ſibi datas nulliter procedit, *dec.*642. *n.*12.

DELICTVM.

Non præſumitur niſi concludenter probetur, *dec.* 606. *n.* 11.

Vnius alteri innocuo non præjudicat, *dec.* 631. *nu.* 3.

DENOMINATIO.

Super re non individua ſemper ſumitur a potiori, & præponderatiori. *dec.*618. *n.*7.

Territorii promiſcua denominatio non inficit identitatem bonorum, quando alii confines verificantur, *dec* 610. *n.*7.

Et quando concurrunt omnes circumſtantiæ poſſeſſionis tam Teſtatoris, quam omnium ejus ſucceſſorum *ibid.* *n.*8.

DEPOSITARIVS.

Poſſidere cenſetur pro Domino, *dec.*705. *n.* 1.

DEPONERE.

Non eſt ſolvere, *dec.*601. *n.*12.

Præſertim ſi depoſitum factum ſit apud privatum mercatorum, & non in aliqua Æde publica, *ibid.* *n.*13.

DEPOSITVM.

Fieri debet in loco ubi ſolutio facienda eſt, *dec.* 668. *n.*4.

Iudiciale, ut uſurarum curſum impediat quid habere debeat. *dec.*668. *n.*3.

Minus legitimum dicitur ſi nullum ſuper eo Judicis decretum interceſſerit, *dec.*668. *n.*6.

Sortis non eſt legitimum ſi prius integra fructuum dotalium ſatisfactio habita non fuerit, *dec.* 668. *nu.* 7.

DEPOSITIO.

Alicujus in dignitate conſtituti, aliunde etiam comprobata plene probat, *dec.*657. *n.* 10.

DESCENDENTES.

A fæmina agnata alicujus familiæ dicuntur deſcendere per lineam fæmininam ejuſdem familiæ, *dec.*7.8. *n.*2.

Favore deſcendentium a Teſtatore facilius inclinant Tribunalia pro duratione fideicommiſſi, *dec.*609. *n.*13.

Feruntur ſemper regulariter ſine diſcrimine in tota deſcendentia, quæ provenit a primo inſtituto, *dec.*728. *n* 4.

Maſculi ex fæminis quando ſubſtituti intelligantur in defectum maſculorum. *dec.*609. *n.*1.

Sub nomine *deſcendentium* quando veniant quicumque deſcendentes in futurum, *dec.*609. *n.*5.

Sub nomine *deſcendentium in infinitum* continentur tam maſculi deſcendentes poſtea profeſſi, quam fæminę deſcendentes poſtea profeſſæ, *dec.* 656. *n.*17.

DESCENDENTIA.

Probatio deſcendentiæ deſumitur ex fide Baptiſmatis, *dec.*650. *n.*6.

Item ex Teſtamento, *ibid.* *n.*7.

Probatur non ſolum a ſimplicibus Teſtibus ſed per fidem Baptiſmatis, & publica inſtrumenta, *dec.*650. *n.*10.

Probatur ſi nemo alius concurrat, & probet ſuam deſcendentiam, *dec.*697. *n.*2.

Relicta a gravato ſuccedere debet ex conjectura pietatis ad excluſionem aliorum ſubſtitutorum, *dec.* 728. *n.* 6.

Subſequens deſcendentia non eſt ſufficiens ut ſit probata, ſed probari debet prima a qua ſubſequens deſcendit, *dec.* 650. *n.* 12.

DE-

DESCRIPTIO.

Defectiuoſa, & à doli ſuſpicione non immunis vices Inventarii ſupplere nequit, *dec.680. n. 5.*

DETRACTIONES

Alienationes primæ, & non poſtremę ſunt illæ, quæ imputantur in detractiones, *dec. 647. nu. 2.*

Idque procedit etiamſi gravatus rem alienatam poſtea redimeret, *ibid. nu. 3.*

Immiſſionem impedire nequeunt quoties illæ turbidæ, & illiquidæ deteguntur, *dec. 628. nu. 10.*

Jura detractionum competunt ſolum illis qui vel ſunt heredes gravatorum, vel ab eis, eorumque heredibus cauſam habent, *dec. 661. nu. 1.*

Non debentur ex bonis fideicommiſſariis, quando iſtæ ea factis alienationibus conſumptæ noſcantur, *dec. 647. n. 1.*

Prætendi nequeunt a gravato quando conſtat hereditatem adiviſſe ſine beneficio Inventarii, & nonnulla bona alienaſſe, *dec. 602. num. 10.*

Turbidæ, & illiquidę retardare nequeunt immiſſionem fideicommiſſario agenti in vim clari fideicommiſſi, *dec. 726. num. 1.*

Turbidæ, & illiquidæ aptæ non ſunt ad impediendam immiſſionem *dec. 721. num. 15.*

DICTUM

Ex abbundanti in deciſione non eſt trahendum ad contrarietatem, *dec. 630. num. 4.*

Morientium dicta maximam habent veritatis præſumptionem, *dec. 663. num. 11.*

DICTIONES IN SPECIE

Bonorum meorum an contineat etiam bona heredis, *dec. 644. nu. 12.*

Debbano avere eſt taxativa, *dec. 645. num. 7.*

Di eſſa caſa an importet ſolam vocationem deſcendentium maſculorum non vero fæminarum ejuſdem domus, *dec. 08. num. 3.*

Donec & quouſque eſt ſemper reſtrictiva ad tempus cui reperitur adiecta, *dec. 626. num. 4.*, & *dec. 640. num. 19.*

Nec unquam converti ſolet in affirmativam, *dec. 640. num. 63.*

Dummodo importat ſemper conditionem, *dec. 640. n. 15.*

Et cauſam proximam, ſive immediatam, *ibid. n. 16.*

Eſſo eſt perſonaliſsima, *dec. 644. nu. 11.*

Interim eſt limitativa temporis intermedii, & idem ſignificat quodmedio tempore, *dec. 626. nu. 9.*

Item ſtat ſemper declarative, expoſitive, vel limitative, *dec. 656. num. 9.*

Declara *ibid. num. 18.*

Item præſefert connexionem, & repetitionem, *dec. 611. n. 49.*

Item repetit qualitates antecedenter expreſſas ubi congrua fieri poteſt repetitio, *dec. 611. n. 25. et 26.*

Miei in quo differat ab alia dictione *proprii*, & late utriuſque dictionis vis expenditur, *dec. 644. num. 10.*

Per quanto s' aſpetta poſita inter diverſas res, & Perſonas exigit ut ſingula ſingulis opportune referantur *dec. 599. num. 26.*

Predetti limitativo reſtringit diſpoſitionem ad Perſonas demonſtratas, *dec. 640. num. 47.*

Quali appoſita in inſtitutione vel ſubſtitutione quid importet, *dec. 609. num. 11.*

Quantum aliquando æquipollet dictioni quoad, *dec. 634. num. 19.*

Et reſtringit diſpoſitionem ad id præciſe, de quo literaliter diſponitur *ibid. n. 20.*

Seu ſtat alternando, & cumulando non deſtruendo, & tollendo, *dec. 612. nu. 14.*

Solamente omne, & quodcumque aliud excludit, *dec. 644. nu. 8.*

Subito importat poſitivam obligationem abſque ulla interpellatione, *dec. 652. n. 2.*

Et fructus multiplici non facti reſtituendi ſunt in ea quantitate, in qua tempore neglecti multiplici currebant, *ibid. n. 3.*

Uti æquivalet alteri *tanquam*, *dec. 634. n. 8.*

DIFFAMATIO.

Ad excluſionem diffamati a Beneficio ſufficit ſola diffamatio, *dec. 620. n. 10.*

Operativa ut ſit oriri debet a Perſonis tantum honeſtis, & fide dignis, *dec. 620. n. 12.*

DIGNITATES

Plures etſi diverſæ in una, eademque Perſona concurrere licite poſſunt, *dec. 642. n. 13.*

DIGRESSUS

Ad plures ſubſtitutionum gra us quo in caſu non ſit attendendus ad inducendum fideicommiſſum, *dec. 685. n. 9.*

DISPOSITIO

In Diſpoſitionibus conditionalibus nudum factum inſpicitur, itaut fieri nequit aliqua ſubextentio, & creatio novi fideicommiſſi, *dec. 609. n. 2.*

Limita *ibid. num. ſeqq.*

Reſpondetur diſpoſitioni *Sac. Conc. Trid. cap. 3. ſeſſ. 24. de reform.*, *dec. 716. nu. 5.*

Tollens Abbati burſale emolumentum alicujus Officii ab ipſo conferendi reſervat Jus honorificum collationis, *dec. 634. n. 21.*

Una pars diſpoſitionis ſcindi nequit ab altera, *dec. 640. n. 30.*

DISTRIBUTIONES

Quotidiana debentur ratione quotidiani miniſterii in celebrandis Divinis Officiis, *dec. 608. n. 2.*

DOCUMENTA

Quæ non ſunt de actis extare dicuntur extra mundum, *dec. 623. n. 19.*

DOMINIUM

Rei vendita tranſlatum in emptorem non impedit quin ipſius rei periculum ex pacto pertineat ad venditorem, *dec. 625. n. 19.*

Sine interpellatione dominium a vocato ad fideicommiſſum tolli nequit, *dec. 678. n. 3.*

DOMINUS

Directus quando poſſit feudi poſſeſſionem apprehendere propria authoritate, atque de illo Vaſſallum inveſtire, *dec. 649. n. 6.*

DOMUS

Origo domus, ac *deſcendentia* conſideratur ſolum a fideicommittente quam propriam vocavit, *dec. 708. n. 7.*

Tota Domus, ac *deſcendentia* quando in tota ſua lati-

Digitized by Google

latitudine accepta, ac contemplata a Teſtatore dicatur, *dec.* 708. *n.* 4.

DONATIO

Cauſa mortis ea dicitur, quando illius imminens, ſive prævifum, ſive cogitatum periculum unice movet ad donandum, *dec.* 599. *num.* 12.

Nec eam efficiunt quæcumque donantis voluntates pro executione tantummodo ſuſpenſæ, ſive dilatæ poſt mortem, *ibid. n.* 13.

Corruit ex defectu inſinuationis a ſtatuto demandatæ, *dec.* 627. *n.* 5.

Equipollet rei judicatæ donec in Judicio ordinario non reſcindatur, *dec.* 627. *n.* 7.

Facta pro conſervatione, & ſplendore domus, & familiæ ipſius donantis non requirit inſinuationem non obſtante quolibet ſtatuto in oppoſitum, *dec.* 627. *n.* 11.

Facta mediante actuali traditione ſi nulla noſcatur ex parte donantis promiſſa evictio, nunquam obligat ad illam, *dec.* 658. *n.* 10.

Inter Conjuges ſi ſit collata in tempus ſoluti matrimonii ſuſtinetur, *dec.* 714. *n.* 15.

Nequit extendi de Perſona ad Perſonam, de caſu ad caſum, & de re ad rem, *dec.* 627. *num.* 36.

Onus aliquod ſive modus ſi donationi noſcitur adjectus, tenetur donans pro vindicandis Juribus donatis docere de non implemento oneris, vel conditionis, *dec.* 599. *n.* 2.

DOS.

Ad impediendam dotis detractionem ſat eſt ut dos reddatur illiquida, *dec.* 644. *n.* 15.

Anticipate aſſignari non ſolet niſi in ſolo caſo quo Virgo prædita jam gravaſcenti ætate vel ob exiſtentiam fideicommiſſorum poſſet facilius Virum invenire, *dec.* 640. *n.* 55.

Conſtituta cenſetur ſuper bonis paternis ſi a Fratre fuerit ſorori aſſignata, *dec.* 601. *n.* 2.

Conſtituta quando dicatur in quantitate vel in ſpecie ſive in fundo, *dec.* 662. *n.* 5., & *dec.* 706. *n. pariter* 5.

Conſtituta ſi ſit ex propriis renunciantis bonis, nunquam validam efficere poteſt renunciationem, *dec.* 705. *n.* 5.

Sed quid dicendum ſi dos fuerit congrua, ſeu ſi dotatio ſequatur de bonis actu mulieri renunciati non delatis, ſed in ſpe tantum competentibus, *ibid. n.* 6.

De ſolutione, & effectiva numeratione dotis per legitimas probationes conſtare debet, *dec.* 695. *num.* 1.

Detrahi poteſt a fideicommiſſo aſcendentali vigore *Auth. res quæ*, *dec.* 660. *n.* 11.

Detrahitur ex fideicommiſſo aſcendentali in defectum bonorum liberorum, *dec.* 662. *n.* 2. 11., & 12.

Detractio dotis unius Uxoris ex ſociis univerſalibus ſi per antipartem fiat, æqualis reſtat diviſio inter ſocios univerſales, ſed non æqualis perceptio, *dec.* 682. *n.* 29.

Diſtrahi poſſunt bona fideicommiſſaria Aſcendentium tam pro conſtitutione, quam pro reſtitutione dotium, *dec.* 610. *n.* 1.

Et pro eis datur retentio heredi heredis gravati, *ibid. n.* 2.

In dotis conſtitutione quæ ſint ponderanda, *dec.* 640. *n.* 46.

Materna ſi in quantitate conſtiterit filia poteſt illam conſequi ſuper bonis paternis ad differentiam conſtitutæ in fundo, *dec.* 627. *n.* 37.

Naturam dotis quantitativæ quid immutare nequeat, *dec.* 662. *n.* 6.

Onus dotandi filias inheret primario, & principaliter Patri, *dec.* 676. *n.* 6.

Et illius dotatio ad Patrem tantum eſt referenda, *ibid. n.* 7.

Et nonniſi in ſubſidium tenetur mater, *ibid. n.* 8.

Plus eſt in caſo inferioris dotis vel legitimæ impartiri tot ſucceſſiones Collateralium, & aſcendentium quam reſervare actionem pro ſupplemento, *dec.* 640. *n.* 11.

Reſtitutio dotis tanquam quid facti probanda eſt legalibus, & authenticis documentis, *dec.* 662. *num.* 8.

Reſtitutio dotis facienda eſt in eo loco ubi fuit promiſſa, & ſoluta, *dec.* 668. *n.* 5.

Reſtituenda eſt in ea ſumma in qua fuit a Viro recepta, *dec.* 601. *n.* 1.

Revertitur poſt obitum filiæ nuptæ abſque filiis ad Patrem, illiuſque heredes ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, *dec.* 712. *n.* 1.

Simulatio conſtitutionis dotis arguitur ſi Vir poſt dotem receptam ſe ſe latitavit, & Creditores effugit, *dec.* 787. *n.* 18.

Simulatio conſtitutionis dotis in Muliere ex quibus arguatur, *dec.* 727. *n.* 17.

DUELLUM.

Inflicta reperitur pœna duello ſupremæ capitis diminutionis, & confiſcationis omnium bonorum, *dec.* 649. *n.* 1.

Quando dicatur formale, & quando uti tale puniendum ſit, *dec.* 649. *n.* 33., & *ſeqq.*

E

ECCLESIA.

Exempta Eccleſiæ ſi præficiatur Præsbyter Secularis, eadem Eccleſia in concernentibus Curam Animarum viſitari poteſt ab Ordinario, *dec.* 700. *n.* 9.

S. Petri in Galatina eſt diverſa ab alia ejuſdem invocationis in Galadona; de qua *Card. de Luc.* & *S. Rot.*, *dec.* 633. *n.* 1.

EDICTVM.

Cardinalis S. Honuphrii jubens quod Capitula & Scripturæ ſociales exhibeantur in Archivio declaratur, *dec.* 612. *n.* 24.

ELECTIO.

Facta de licentia Judicis dicitur facta bona fide, *dec.* 709. *n.* 2.

Valida, & juſta, & a nemine re integra contradi-

dicta reſricari ampliùs nequit, *dec.* 769. *n.* 1.

EMPTOR.

Melius ſe gerere nequit quam pretium deponendo ad effectum deinde illud conſignandi cui de Jure, & omnimodam aſſequitur liberationem, *dec.* 719. *n.* 1,

Poteſt vel agere pro liberatione a moleſtiis vel una ſimul retinere pretium quouſque res eximatur ab onere, vel hypotheca, *dec.* 625. *nu.* 6.

Vel inſiſtere pro reſciſſinne contractus ſeu reſtitutione prætii ſi illud fuiſſet venditori ſolutum, *ibid. n.* 7.

ENVNCIATIVA.

Antiqua, & emiſſa in actu ſerio, & proportionato bene probat, *dec.* 650. *n.* 9.

EPISCOPUS.

In Viſitatione Eccleſiæ exemptæ exprimere non tenetur eandem Viſitationem authoritate Ordinaria, vel delegata peregiſſe, *dec.* 710. *n.* 9.

Miniſtros jam intruſos abſque ullo attentatorum vitio amovere poteſt, *dec.* 701. *n.* 3.

Supprimere ex ſe nequit de ſtricto Juris rigore Eccleſias, ejuſque titulos, atque alteri unire, & incorporare, *dec.* 614. *n.* 12.

Viſitare an poſſit illa Monaſteria, quæ ante *Concil. Trid.* erant exempta, *dec.* 700. *n.* 7.

ÆQUALITAS.

Servanda eſt tum in ſtatutis, tum in aliis quibuſcumque diſpoſitionibus tempore delatæ, vel acquirendæ ſucceſſionis, *dec.* 640. *n.* 17.

ÆQUES.

Dedecet Æquites Hieroſolymitanos diuturnis litibus divexari, *dec.* 692. *n.* 1.

S. Stephani ſi ob exceſſus habitu exuatur commenda præſervatur Religioni, *dec.* 631. *n.* 4.

ERROR.

Adimit conſenſum ab actu, *dec.* 627. *n.* 23.

Ille dicitur qui oritur ex ignorantia, & ex toto contrario ejus, quod fuit expoſitum, & veritas exgebat, *dec.* 627. *n.* 25.

Satis eſt ut excludatur per ſolum poſſibile donec in contrarium negativa cujuſvis poſſibilitatis coarctetur, *dec.* 694. *n.* 9.

ÆSTIMATIO.

Æſtimationi ad diverſiſſimum effectum factæ & non citato, nec audito intereſſe habente ſtare quis non tenetur, *dec.* 717. *n.* 8.

ÆTAS.

Ad probandum majorem ætatem nulla melior datur probatio quam propria confeſſio, *dec.* 611. *n.* 53., & 56.

Major, vel minor quando eſt deciſiva controverſiæ eſt concludentiſſime per Teſtes probanda, *dec.* 611. *n.* 7.

Probatio Ætatis ſolet quandoque reſultare ea matricula Gymnaſiorum ubi quis ſtudiis operam dedit, *dec.* 611. *n.* 35.

Et ex libro publico, *ibid. n.* 36.

Et ex libro ſtatuti quod mandet adnotationem ætatis ad certos effectus, *ibid. n.* 37.

Qualitas ætatis inſpicienda tantum eſt in caſu, quo alii in eodem gradu numerentur, ſecus in caſu contrario, *dec.* 693. *n.* 8.

EVICTIO.

In quibus contractibus intrare nequeat, *dec.* 658. *nu.* 2.

Locus evictioni non eſt quoties debitor pretii alium fundum æque idoneum in locum evicti ſubrogat, *dec.* 666. *n.* 3.

Nemo ita demens præſumitur, ut in emptione noluerit Evictionem exprimere, & convenire, *dec.* 658. *n.* 6.

Omni venditori ablata re vendita ſemper incumbit, *dec.* 635. *n.* 29. & *ſeqq.*

Pactum de non præſtanda evictione an ſufficiat ut illa dicatur remiſſa in totum, vel ſaltem ad damna, & intereſſe, *dec.* 685. *n.* 33., & *ſeqq.*

Prætendere quis nequit evictionem niſi in illa tantum parte evicta, *dec.* 666. *n.* 6.

Prætendere quis nequit evictionem, qui periculo amiſſionis ſe ſubire voluit, *dec.* 658. *n.* 8.

Promiſſio evictionis eſt de natura cujuslibet emptionis, & venditionis, *dec.* 625. *n.* 12.

Promiſſio quælibet evictionis intelligenda venit intra vires obligationis, vel aditæ hereditatis, *dec.* 619. *n.* 8.

Referuntur Deciſiones editæ in materia evictionis præſtandæ a Reſignatariis cauſa ſuppreſſionis Secretariatuum Apoſtolicorum, *dec.* 635. *n.* 5.

Secuta evictione oritur illico actio pro reſciſſione contractus cum conſecutiva pretii reſtitutione, *dec.* 666. *n.* 1.

Ut locum non habeat in venditione indiget ſpeciali pacto, quo caveatur venditorem de ea non teneri, *dec.* 635. *n.* 32.

EXCEPTIO.

Altiorem requirens indaginem apta non eſt ad retardandam conſignationem lucri dotalis, *dec.* 717. *n.* 9. & 10.

Altiorem requirens indaginem reiiciendæ ſunt ad petitorium, & penitus ſpernendæ in poſſeſſorio, *dec.* 608. *n.* 8.

Attendi non meretur, quæ petit principium, *dec.* 611. *n.* 59.

Serotine objecta non attenditur, *dec.* 657. *n.* 12.

Tua non intereſt opponi ſemper poteſt ei qui agit vel excipit, circa id quod illi non pertinet, *dec.* 622. *n.* 27.

Turbida impedire nequit manutentionem ſpoliato, *dec.* 699. *n.* 1.

EXCLVSIO.

Fœminarum quando reſpicit favorem agnationis, tunc ſufficit, ut Frater ſit paratus ad eam dotandam ſi dotata non ſit tempore apertæ ſucceſſionis, & tunc prætendere nequit ſucceſſionem, *dec.* 640. *n.* 6.

Fœminarum a ſtatutis ordinata eſt odioſa, & ſtricte intelligenda, nec adimit Jura ſucceſſionis, niſi id expreſſe caveatur, *dec.* 640. *n.* 9. & 12.

Ratio excluſiva Profeſſorum, ſi eſt propagatio, & bonorum conſervatio in Familia, nec minus ad vitam Capaces dicuntur eæ perſonæ, quæ non ſunt aptæ propagare, & conſervare Fa-

nullam in poſterum, *dec.656.nu.14.& ſeqq.*
Limita, *ibid.n.17.,& ſeqq.*

EXECVTIO.

Deſcendens ex publico inſtrumento retardari nequit exceptionibus turbidis, & illiquidis, *dec.711.n.1.*

In executione quis dicitur citatus eo ipſo, quod eſt citatus in relaxatione mandati de immittendo vigore rei judicatæ, *dec.721.n.16.*

EXECVTOR.

Literarum Apoſtolicarum ſi formam in dd. Literis præſcriptam non ſervaverit nulliter procedit, *dec.683.n.1.*

Ordinarius Literarum Apoſtolicarum non præſumitur, quod in propriæ conſcientiæ detrimentum voluerit non idoneum gratificare, *dec.683.n.2.*

EXEMPTIO.

Canonicis Regularibus conceſſa tranſit in Sæculares ſubrogatos, *dec.681.n.5.7.8.,& 9.*
Limita, *ibid.n.11.,& ſeqq.*

Paſſiva ex quibus probetur, *dec.700.num.5.& ſeqq.*

Paſſiva arguitur ex immediata S. Sedis protectione, *dec.700.n.1.*
Et ex expreſſa prohibitione, quod nullus Hominum valeat perturbare, *ibid.n.2.n.5.& ſeqq.*

Preſervatio Juſtitiæ Ordinarii nullatenus adverſatur exemptioni paſſivæ, *dec.700.n.3.*

Privilegio exemptionis, is frui debet, qui ſuſtinet onera, ſecus in caſu contrario, *dec.681.n.14.*

EXPENSÆ.

Non Juſtificatæ in nullo numero ſunt habendæ, *dec.687.n.3.*

Vtiles, & modici valoris non ex capitalibus, ſed ex fructibus fideicommiſſi fieri debent, *dec.679.n.2.,& 3.*

EXPLICATIO.

Naturalis ſemper eſt ante oculos habenda, *dec.635.n.27.*

F

FACTVM.

AB allegante ſemper eſt probandum, *dec.612.n.20.*

Notorjetas facti ex quibus probari poſſit, *dec.649.n.43.*

Potentius eſt quam verba, *dec.607.n.15.,& dec.649.n.36.*

FALSITAS.

In puero deſumitur ſi inveriſimilia deponit, *dec.727.n.31.*

Suſpicio falſitatis ex clari, & poſitivi facti demonſtrationibus arguenda eſt, *dec.607.n.4.*

Suſpicio falſitatis apocæ excluditur ex recognitione caracteris per Teſtes omni exceptione majores facta, *dec.607.n.7.*
Et ex Judicis approbatione cauſa cognita, & diſcuſſa, *ibid.n.8.*

Suſpicio falſitatis ſcripturæ evincitur ex tarditate illius productionis, *dec.712.n.12.*

Suſpicio falſitatis in civilibus habetur pro ipſa falſitate, *dec.712.n.11.*

Teſtamenti falſitas ex quibus arguatur, *dec.607.n.5.& ſeqq.*

FÆMINA, FÆMINÆ.

Admittuntur deſcendentes ex fœminis, ſicuti admitterentur deſcendentes ex maſculis ubi rationis identitas concurrat, *dec.609.n.8.*

Appellatione Deſcendentium veniunt, *dec.691.nu.6.*

Compræhenſa ex quibus arguatur a Teſtatore in conditionali parte, *dec.645.n.15.*

Eadem ratio quæ militat pro maſculis profeſſis, militat etiam pro fæminis profeſſis, *dec.691.nu.5.*

Excluſio fœminarum a Statutis ordinata eſt odioſa, & ſtrictè intelligenda, nec adimit Iura ſanguinis niſi id expreſſe caveatur, *dec.640.n.9.,& 12.*

Excluſæ quando dicantur a ſtatuto vel propter maſculos, vel propter dotem, & aſſertur diſtinctio famigerata Caſtrenſis, *dec.640.n.7.*
Declara, *ibid.n.52.*

Finis eſt ſuæ agnationis, & Familiæ, *dec.636.nu.4.*
Continuat tamen donec vivit ſui Patris familiam, *ibid.n.5.*

In dubio reſpondendum eſt pro fæmina filia ultimi poſſeſſoris in concurſu alterius fæminæ tranſverſalis, *dec.693.n.19.*

In fideicommiſſis agnatitiis fæminæ vita ſaltem earum durante admittuntur, *dec.640.n.24.*

Per poſterius quando a Teſtatore ſint vocatæ, *dec.656.n.11.*

Præferri nunquam debent maſculis, *dec.656.n.19.& ſeqq.*

Semel excluſæ ſemper excluſæ remanent, *dec.640.nu.59.*

Vocatæ quando ſint a Teſtatore vel mediate, vel immediate, *dec.728.n.7.*

Vocatæ poſt maſculos reintegrantur ad ſucceſſionem poſt illorum defectum, *dec.728.n.10.*

Vltimi maſculi conſervat dum vivit fideicommiſſum relictum pro conſervatione agnationis, niſi aliud obſtet, *dec.636.n.6.*

Vltimi maſculi de Familia religioſa eſt capax Jurispatronatus relicti illis de Familia, & agnatione, *dec.636.n.7.*

FEUDA.

Eccleſiaſtica nunquam veniunt in reintegratione; præcipue non facta authoritate Eccleſiaſtica, *dec.649.n.27.*

Eccleſiaſtica ad Eccleſiam devolvuntur, *dec.649.nu.3.*

Sæcularia devolvuntur cauſa confiſcationis ad Principem, ſeu Fiſcum Sæcularem, *dec.649.nu.2.*
Et dominium utile conſolidatur cum directo ex ipſo Iuris Miniſterio, *ibid.n.4.*

FI-

FICTIO.

In caſu ficto idem operatur, quam veritas in caſu vero, *dec.* 635. *n.* 25.

FIDEICOMMISSARIVS.

Capere tenetur poſſeſſionem de manu heredis nec aliter capta eſt manutenibilis, *dec.* 705. *n.* 2.

Repellendus eſt ab immiſſione ſi detractiones, quæ ſpectabant ad heredem gravatum abſorbeant totam hereditatem, *dec.* 662. *n.* 1.

Rem, & pretium recipere nequit a gravato, *dec.* 654. *n.* 2.

FIDEICOMMISSUM.

A fideicommiſſo in caſu contraventionis non licet arguere, ſeu ampliare ad fideicommiſſum in caſu obitus, *dec.* 609. *n.* 9.

Limita ſi agatur de inquirenda dumtaxat voluntate fideicommittentis per modum veriſimilitudinis, & conjecturatæ mentis, *ibid. nu.* 10.

A fideicommiſſis arguere valet ad feuda, *dec.* 649. *n.* 23.

Adeſſe non dicitur ſi illud abſorbetur a detractionibus, *dec.* 644. *n.* 13.

Immune eſſe debet a reintegratione fideicommiſſi, quod fuit neceſſario impenſum in illius bonis, *dec.* 679. *n.* 1.

Inductum nunquam cenſetur quando verba poſſunt aliud præſeferre, *dec.* 643. *n.* 18.

Linearis fideicommiſſi is eſt effectus, ut una linea defecta, altera invitata ſuccedat, *dec.* 661. *nu.* 3.

Non tenetur ad reficienda ſimplicia reaptamenta, & voluptuoſa melioramenta, *dec.* 677. *n.* 2.

Perpetuum quando dicatur ex volita prohibitione alienationis cum ratione conſervationis familiæ, *dec.* 609. *n.* 14.

Reintegrari non debet fideicommiſſum ex bonis fideicommiſſariis vel ex utilitate, vel ex neceſſitate conſumptis, *dec.* 677. *n.* 1.

Ubi agitur de tranſitu fideicommiſſi de una linea ad aliam, non attenduntur reliquæ lineæ iam extinctæ, ſed a proximitate gravantis unice ſucceſſio eſt regulanda, *dec.* 693. *n.* 13.

FIDEICOMMITTENS.

Si prolem non habeat cenſetur voluiſſe ſuam domum perpetuare in ſuis Fratribus vocatis, *dec.* 708. *n.* 5.

Nulla eſt ſi cauſa finalis ejuſdem fidejuſſionis falſa detegatur, *dec.* 725. *n.* 3.

FIDEJUSSIO.

Extendi nequit tanquam odioſa de re ad rem ſeu de Perſona ad Perſonam. *dec.* 690. *n.* 3.

Nullitas fidejuſſionis inducitur ex defectu relevationis, *dec.* 725. *n.* 8.

Pro fidejuſſionis idoneitate ſemper eſt præſumendum donec contrarium probetur. *dec.* 725. *n.* 6.

Pro nulla habetur ſi pro ea data fuerit Perſona pauper; & inhabilis, *dec.* 680. *n.* 4.

Univerſaliter facienda non valet ſi ea facta fuerit pro re particulari, *dec.* 680. *n.* 2.

FIDEJUSSOR.

Conſenſus fidejuſſoris eſt omnino neceſſarius pro firmitate fidejuſſionis, *deciſ.* 725. *num.* 2.

Petere poteſt liberationem a moleſtiis contra eum pro quo fidejuſſit, *dec.* 668. *n.* 10.

Plures ubi ſunt quilibet tenetur inſolidum licet deficiat clauſula ſolidalis, *dec.* 719. *n.* 8.

Declara *ibid. n. ſeq.*

Solvere pro eo tenetur pro quo fidejuſſit, *dec.* 606. *num.* 1.

FIDES.

Baptiſmatis ad effectum ſuccedendi in majoratu, ſive primogenitura an, & quando probet & quid dicendum in Partibus Germaniæ, *dec.* 611. *n.* 6. & 9.

Baptiſmatis indubie ætatem probat, quidquid ſit quoad filiationem, *dec.* 611. *n.* 5.

Extrajudicialis adminiculative deducta attendi admodum meretur, *dec.* 611. *n.* 39.

Facta a Perſona in dignitate conſtituta, & contra proprium commodum plenam meretur fidem, *dec.* 646. *n.* 15.

Impugnare amplius quis nequit fidem, quam quis produxit, *dec.* 611. *n.* 47.

Non obſtante clauſula *per compulſum* in forma *ibid. n.* 48.

In partibus Germaniæ ad probandam præſtationem iuramenti fidelitatis Sac. Cæſareæ maieſtati, & naneiſcendi adminiſtrationem, & munera ſufficiens non eſt ſola fides Baptiſmatis, ſed alia etiam documenta exiguntur, *dec.* 611. *n.* 9.

Libri Baptiſmatis non compulſati, quæ formiter extracta non fuit non probat, *dec.* 611. *n.* 23.

FILIUS, FILII.

Antiquitus apud acta profitebantur addito die Conſule Patre, & Matre, ut tutius, & facilius ætas juſtificari poſſet, *dec.* 611. *n.* 10.

Habens creditum clarum pro ſua legitima illud diſſolutum ſtatim dicitur a fideicommiſſo, & petere etiam pro ea poteſt retentionem, *dec.* 643. *n.* 15., & 16.

In legitima ad differentiam aliarum detractionum dici poteſt condominus in vita cum ipſo Patre, *dec.* 643. *n.* 13.

Pecunias habere non præſumitur, & rea a Patre provenientes tam brevi tempore poſt obitum Patris, *dec.* 651. *n.* 12.

Teſtamenti factio interdicta eſt filio ſub patria poteſtate degenti, *dec.* 660. *n.* 16.

FILIATIO.

Primam tribuit ſuccedendi cauſam, *dec.* 600. *n.* 2.

Probatio filiationis, & deſcendentiæ arguitur ex capitulis matrimonialibus, *dec.* 650. *n.* 8.

FISCUS.

Capit ab initio omnia bona delinquentibus illaque tantum reſtituit deinceps iis ad quos peculiari iure pertinere reperit, *dec.* 649. *n.* 28.

Confiſcat omnia bona delinquentis non ſolum in eo Territorio, in quo fuit iudicatum, ſed etiam in quocumque altero Territorio, ſeu ditione, *dec.* 649. *n.* 29.

FRATRES.

Et ſorores conſuccedunt cum Patre vel Matre Fratri ab inteſtato defuncto, *dec.* 622. *n.* 3.

Qui

Qui pro ſe ipſis in reſtitutione hereditatis poſſunt ad partes detrahere Trebellianicam, *ibid. n.* 4.

Ordinis S. Auguſtini quando poſſint reportare ceſſiones, & donationes, *dec.* 599. *n.* 7.

Et quando id facere poſſint etiam PP. Thaetini *ibid. n.* 5.

FRAVS.

Et dolus involuit ſemper errorem in agente, *dec.* 625. *n.* 15.

FRVCTVS.

Bis licite percipere nemo poteſt, *dec.* 626. *n.* 13.

Dotales debentur ab illis quibus in mora conſtitutis dotis reſtitutio incumbit, *dec.* 698. *n.* 1., & 8.

Dotis quantitativæ ſoluto matrimonio mulieri debentur vel poſt interpellationem, vel ita mandante ſtatutu, *dec.* 630. *n.* 14.

Dotis quantitativæ ſoluto matrimonio favore heredum mulieris non currunt, *dec.* 630. *n.* 15.

Duplicate ſolvi non debent, *dec.* 602. *n.* 19.

Excessive ſol uti ezcomputandi veniunt in ſortem, *dec.* 612. *n.* 16.

Fructuum abſque vitio anatociſmi nunquam debentur, *dec.* 626. *n.* 5.

In judicio interdicti quorum bonorum debentur a die ceſſati uſusfructus, *dec.* 676. *n.* 9.

Legitimæ debentur ab obitu illius de cuius bonis legitima erat detrahenda, *dec.* 602. *n.* 17.

Liquidatio fructuum fieri debet iuxta taxam legalem ad rationem ſc. 4. pro centenario, *dec.* 723. *num.* 3. . & 4.

Ob turbiditatem ſicuti exigere quis nequit ſolutionem fructuum, ita nec illorum aut ſortis actuale depoſitum. *dec.* 668. *n.* 12.

Præbenda Canonicalis debentur illi, qui reſidet in loco Beneficii, *dec.* 683. *n.* 8.

Prædiorum eſt varius iuxta qualitates locorum, & differentias, *dec.* 616. *n.* 9.

Præſumptio receptionis fructuum ex quibus circumſtantiis arguatur, *dec.* 602. *n.* 12.

Recompenſativi pro dote debentur vigore *L. Curabit Cod. de action. Empt., & vendit., dec.* 602. *n.* 11. & 14.

Recompenſativi debentur ab eo qui retinet rem, & pretium, *dec.* 625. *n.* 2.

Etiamſi retinens alleget bona retenta ob noxia eſſe oneribus, & hypothecis, *ibid. n.* 3.

Quid ſi emptor retinens rem, & prætium pactus fuerit poſſe prætium retinere, *ibid. n.* 4. *& ſeq.*

Reſtituendi ſunt non a die motæ litis, ſed productionis Jurium, *dec.* 678. *n.* 1.

Sac. tamen Rota nuperrime receſſit in caſu fideicommiſſi particularis demandando reſtitutionem fructuum non a die tantum motę litis ſed a die purificationis, *ibid. n.* 2.

Affertur ratio, & declaratur, *n.* 3. *ibid.*

Reſtituendi ſunt a die introducti Judicii a quo tempore ſit quis poſſeſſor malæ fidei, *dec.* 720. *n.* 1.

Sors ubi non debetur ſuperfluum eſt velle prætendere fructus, *dec.* 602. *n.* 26.

Veniunt in ſequelam legitimæ poſſeſſionis, *dec.* 723. *n.* 1.

Et Ius poſſeſſionis inſeparabile eſt a perceptione fructuum, *ibid. n.* 2.

FVNDATIONES.

Commendarum titulo dotis factæ pro admittendo aliquem in religionem S. Stephani reſolvuntur in donationes, *dec.* 631. *n.* 1.

Et a Religione permittitur, ut dotans & deinde alii gratificati bonis iſtis fruantur *ibid. num.* 2.

Pluralitas Fundationum non præſumitur, & contrarium alleganti incumbit onus id concludentiſſime demonſtrare, *dec.* 646. *n.* 17.

FVNDATOR.

Leges ſemel in Fundatione favore nominatorum appoſitas alterare, nec minus ſubvertere poſſunt Fundator, & Ordinarius, *dec.* 663. *n.* 14., *& ſeq.*

Licitum eſt Fundatori Cappellaniam prius laicalem reddere poſtea cum Ordinarii conſenſu Eccleſiaſticam, & de ratione, *dec.* 663. *n.* 17.

Nequit poſt erectum Beneficium Eccleſiaſticum ab hoc reſilire, & Ius Eccleſiæ quæſitum auferre, *dec.* 690. *n.* 1., & 5.

Præcipere poteſt, ut Beneficia in ſtatu ſemper laicali durare debeant, *dec.* 646. *n.* 10.

G

GLOSSA.

IN L. *Lucius in 2. ff. de hered. inſtit.* quando procedat, & quid operetur, *dec.* 609. *n.* 12.

GRATIA.

Abſolutoria non valet reſtituere condemnatum ad illa bona, & Feuda, quæ aliunde acquiſita ſi erunt quam ab ipſa ſententia, *dec.* 649. *n.* 16., *& ſeq. uſq. ad* 18.

Corruente ſuppoſito ſuper quo Gratia eſt innixa decidit etiam ipſa gratia, *dec.* 614. *n.* 13.

Obreptitia, ac ſubreptitia dicitur Gratia ſi Papæ expreſſum non fuerit id, quod ſi ſciviſſet vel non conceſſiſſet, vel ſaltem difficilius, *dec.* 683. *n.* 5.

Obreptitia, ac ſubreptitia eſt nulla, *dec.* 603. *n.* 4. *& dec.* 614. *num.* 14.

Prima Gratia attributa ſuper eadem re ſeu Negocio ubi non fuit narrata ſecunda deſuper conceſſa collabeſcit per defectum ſubreptionis, *dec.* 614. *num.* 18.

Pro preſentato ſupponit non in uno puta ſeniore, ſed in duobus, ſeu pluribus ex obtinentis confeſſione adeſſe Jus præſentandi, *dec.* 639. *n.* 2.

Si Neutri quid importet, *dec.* 639. *nu.* 1.

GUBERNATOR.

Almę Urbis plenariam habet Iuriſdictionem etiam circa res, & Perſonas Eccleſiaſticas, *dec.* 649. *nu.* 35.

H

HEREDITAS.

ADitio hereditatis ex quibus probata remaneat, *dec.* 651. *num.* 3.

Ex hereditatis repudiatione illius inſufficientia, & paupertas agnoſcitur, *dec.* 719. *n.* 10.

Filii ab inteſtato, & nullis relictis filiis Matri defertur, *dec.* 685. *num.* 1.

Ingreſſa ſemel in una linea fieri nequit tranſitus ad aliam, niſi ea penitus extincta, *dec.* 728. *n.* 1. & *num.* 5.

Intelligitur ſemper deducto ære alieno, *dec.* 602. *num.* 9.

Matris inteſtatæ defertur pro virili filiis, & filiabus, *dec.* 640. *n.* 1.

Particulari fideicommiſſo ſubiecta, etſi non agnita, adhuc ad heredes tranſmittitur, *dec.* 667. *n.* 1.

Præſumitur opulenta donec contrarium probetur, *dec.* 610. *num.* 14.

Repudiatio hereditatis impedit etiam detractionum competentiam, *dec.* 661. *n.* 6.

Viventis non acquiritur niſi eo conſentiente, *dec.* 600. *n.* 18.

Declara *ibid. num. ſeq.*

HERES, HEREDES.

Ab inteſtato tenetur vigore clauſulæ codicillaris reſtituere hereditatem heredi ſcripto in teſtamento, cum retentione pro ſe legitimæ, & Trebellianicæ, *dec.* 682. *n.* 2.

Adiens hareditatem ſi ſe heredem eſſe recuſet tenetur conficere Inventarium, alias dicitur heres ſimplex, *dec.* 651. *n.* 4.

Beneficiatus obligans ſe nomine proprio quando obſtringatur ultra vires *dec.* 619. *n.* 9.

Æqualiter inſtituti æqualiter etiam ſuccedere debent, *dec.* 600. *n.* 3.

Gravato heredi non competit alia actio pro expenſis, quam pro illis, quæ fundum fideicommiſſarium pretioſiorem reddunt, *dec.* 679. *n.* 8.

Gravatus pro ſua legitima alienare poteſt bona fideicommiſſaria, *dec.* 644. *n.* 21.

Gravatus hoc, vel illud prædium fideicommiſſo ſuppoſitum alienare poteſt pro ſua legitima, *dec.* 643. *n.* 9.

Gravatus reſarcire tenetur damnum quod fideicommiſſo irrogavit, *dec.* 696. *n.* 1., & 7.

Gravatus an eo vivente detrahere poſſit legitimam, *dec.* 643. *n.* 10.

Impugnare nequit teſtamentum ſui Authoris, *dec.* 651. *n.* 1.

Inveſtimentum non conficiens, ſive multiplicum reficere debet damna & intereſſe quanti nimirum intererat, ſi d. multiplicum fuiſſet factum, *dec.* 652. *n.* 1., & 3.

Quod procedit abſque interpellatione, ſi Teſtator d. multiplicum fieri juſſit, *Subito ibid. num.* 2.

Nomine heredum, & ſucceſſorum quorumcumque veniunt etiam quicumque extranei, *dec.* 705. *num.* 8.

Non licet heredi diſponere de bonis antiquiori fideicommiſſo ſubjectis, *dec.* 643. *n.* 1.

Præſumi nunquam debet, quod quis duplici onore pro una, eademque cauſa heredem ſuum gravare voluerit. *dec.* 664. *n.* 4.

Neque ad d. duplex gravamen in herede inducendum ſatis ſunt dilectionis, & Parentelæ circumſtantiæ, *ibid. num.* 5.

HORA.

Prima veſpertina an participet plus diei, quam noctis, *dec.* 642. *num.* 14.

HYPOTHECA.

Quando oriatur ex condictione indebiti, *dec.* 627. *num.* 30.

I

IDENTITAS.

BOnorum a Teſtatore relictorum ex quibus probetur juxta *conſ.* 145. *Fulgoſ.*, *dec.* 721. *n.* 14.

Bonorum fideicommiſſariorum probata non dicitur per Teſtes informes, ac extraiudiciales, *dec.* 643. *n.* 6.

Bonorum probatur ex ſubrogatione facta in bonis fideicommiſſariis authoritate Pontificia diſtractis, *dec.* 610. *n.* 11.

Concludi quibus probationibus poſſit maxime in antiquis, *dec.* 660. *n.* 6.

Excluditur ſi aliqua neceſſaria demonſtratio penitus deficiat, *dec.* 712. *n.* 2.

IMMISSIO.

In genere conceditur ex cauſa detractionum, quando bonorum identitas non eſt in genere probata, *dec.* 616. *n.* 5.

In vim interdicti *quorum bonorum* quo caſu indulgeri ſoleat venienti ab inteſtato, *dec.* 660. *n.* 1.

Obſtrictus tolerare immiſſionem ſuper toto prędio empto recuſare juſte poteſt dimiſſionem oblatam pro illius parte, *dec.* 605. *n.* 1., & 4.

Pro obtinenda immiſſione ad bona fideicommiſſaria probanda eſt identitas eorundem bonorum, *dec.* 660. *n.* 4.

Retardari nequit exceptione melioramentorum, *dec.* 694. *n.* 14.

Vigore L. final. Cod. de Edict. Div. Adr. toll. datur concurrentibus requiſitis, & probatis extremis, *dec.* 607. *n.* 1., & 2., & *dec.* 661. *num.* 1.

Vigore L. final. debetur ſi conſtet de purificatione fideicommiſſi, *dec.* 645. *n.* 4.

IMPETRATOR.

Gratiæ ſi neutri quid debeat probare, *dec.* 639. *n.* 7.

INCLUSIO.

Unius eſt excluſio alterius *dec.* 600. *n.* 16.

INDEBITUM.

Repetens probare concludentiſſime debet ſe indebitum ſoluiſſe, *dec.* 612. *n.* 19.

INEPTITUDO.

Pro ineptitudinis, & fatuitatis excluſione quælibet ſemper interpretatio ſumenda eſt, *dec.* 671. *num.* 13.

IN-

Digitized by Google

INSPECTIO.

Ocularis quemcumque probationis gradum tranſcendit, *dec.* 657. *n.* 9.

INSTANTIA.

De Iure Canonico eſt perpetua, *dec.* 781. *n.* 9.

INSTRVMENTVM.

Admiſſum ſemel in actis, atque approbatum de illius legalitate dubitari deinde nequit, *dec.* 648. *n.* 13.

Confectum ab alio privato & non ab ipſomet Notario nihil probat, *dec.* 611. *n.* 17.

Dubium ſi non ſit præfertur alteri ſcripturæ, & inſtrumento dubio, *dec.* 611. *n.* 34.

In conflictu duorum inſtrumentorum ſolutionis illud eſt attendendum, quod clarius ſolutionem probat, *dec.* 711. *n.* 3.

Obligatione cammerali vallatum tribuit viam executivam, *dec.* 618. *n.* 1.

Obligatione cammerali vallatum facit probationem probatam, & rem undique manifeſtam, *dec.* 711. *n.* 2.

Pars ſubſequens inſtrumenti optime declarat antecedentem, *dec.* 714. *n.* 7.

Publicum facit probationem undique probatam, & illud pro ſe habens allegare valet caſum Legis, *dec.* 602. *n.* 5., *&* *dec.* 694. *n.* 8.

INTERPRETATIO.

In dubio capienda ſemper eſt, quæ magis humanitati congruat, ac pietati famuletur, *dec.* 645. *num.* 14.

Melior excogitari nequit quam ea, quæ provenit ab obſervantia, & confeſſione ipſiuſmet Partis, *dec.* 599. *n.* 25.

Sumi nequit contraria nedum literæ, ſed præſumptæ etiam menti Teſtatoris, & Ordini Charitatis, *dec.* 709. *n.* 6.

INVENTARIVM.

Beneficio inventarii ut quis uti poſſit requiritur, quod ratio judicialis a rejudicata roborata reddita ab eo fuerit alias nihil differt ab herede ſimplici, *dec.* 618. *n.* 16.

Detecto errore Inventarii in una parte ſupponi etiam poteſt erronea deſcriptio in altera, *dec.* 694. *n.* 3.

Contrarium vide, *ibid. num.* 6.

Imperfectio Inventarii probat quidem adverſus conficientes, vel ab eo cauſam habentes, non vero alios, *dec.* 694. *n.* 4.

Legitime confectum ſpecificam ipſius deſcribentis confeſſionem importat ſive quis per ſe ipſum, ſive alterius opera ad ejuſdem Inventarii confectionem deveniat, *dec.* 694. *num.* 1.

Neque ad impugnandam talem confeſſionem Inventarii defectuoſi exceptio eſt attendenda, *ibid. n.* 2.

Tutelare in actu ſuſceptionis tutelæ conficere omnino tenetur Tutor ad excludendam doli, & occultationis præſumptionem, *dec.* 687. *n.* 1.

Nec ſuffragatur ad hunc effectum informis deſcriptio, & facta longe poſt tempus a Iure conſtabilitum, *ibid. n.* 2.

INVERISIMILITUDO.

Omnem adimit vim circumſtantiis, & argumentis, *dec.* 662. *n.* 10.

INVESTIMENTUM.

Alienius rei a Teſtatore demandatum, an, & quando dicatur creditum pecuniarium, ſive potius fructiferum, *dec.* 626 *n.* 6.

Conficere debens refundere tenetur totum id, quod intererat illius, cujus favore illud faciendum erat, *dec.* 626. *n.* 3.

Ex fructibus efformandum ad effectum pariendi fructus ſucceſſivos habetur pro portione, & ſorte, *dec.* 626. *n.* 7.

Fieri quando poſſit extra locum contractus, *dec.* 625. *nu.* 17.

Fieri, ut plurimum demandatur in locis Montium, *dec.* 625. *n.* 18.

Requiſita Pauli de Caſtro quando debeant concurrere in Inveſtimento faciendo, *dec.* 626. *n.* 11.

JOANNES XXIII.

Geſta per Joannem XXIII. ante primam requiſitionem Principum fuerunt, approbata a Concilio Conſtantienſi, *dec.* 603. *n.* 15. *& ſeqq.*

IUDEX.

Non debet ſolis exemplis, & contumacis ſuccumbentis ſilentio propria Iudicata conſtabilire, *dec.* 599. *n.* 4.

Semel Officio ſuo functus nequit poſtea manus in eadem cauſa apponere, *dec.* 683. *nu.* 3.

JUDICIUM.

Aſſecuratio Iudicii nullam nec de Iure, nec de ſtylo exigit citationem, ne alias ita citatus aufugeret, *dec.* 606. *num.* 7.

Executivum retardari nequit exceptionibus turbidis, & altiorem indaginem involventibus, *dec.* 606. *num.* 12., *&* *dec.* 628. *num.* 4.

In judicio concernente aſſecurationem Iudicii, ſeu ſuſpicionem fugæ licita eſt inconſtantia, & variatio, *dec.* 606. *num.* 4.

Pendente Iudicio coram uno Iudice obtineri poteſt mandatum ſuſpicionis fugæ coram alio ad effectum aſſecurationis, ſecus ad effectum ſolvendi, *dec.* 606. *num.* 6.

Redditionis rationis ſemper eſt de ſui natura ordinarium, *dec.* 628. *n.* 8.

Suſpicionis fugæ non inducit litis pendentiam, *dec.* 606. *num.* 5.

IURAMENTUM.

Vice inſinuationis de Iure ſufficit in Clerico, *dec.* 627. *nu.* 13.

IURIS CONSULTUS.

Non præſumitur ea ignoraſſe, quæ in Iure conſiſtunt, *dec.* 694. *nu.* 12.

JVRISDICTIO.

In venditione Juriſdictionis requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, *dec.* 648. *n.* 9.

Limita, *ibid. n.* 16.

Niſi exprimatur nunquam venit in venditione Prædiorum, ſeu Tenutarum, quidquid ſit ubi vendatur caſtrum, *dec.* 648. *num.* 5.

Si vendatur regulanda eſt ad rationem ſc. 2. cum dimidio pro quolibet centenario, *dec.* 648. *n.* 7. *& ſeqq.*

JVS

J V S.

Accreſcendi non intrat ſi renunciatio duobus facta ſit, *dec. 600. num. 5.*

Alteri jam quæſitum tolli nequit abſque poſitivo illorum conſenſu, *dec. 668. n. 8.*

Bonum Jus tollit vitium attentatorum, & ſpolii, *dec. 701. n. 4.*

Non utens jure ſibi permiſſo eligendi ſepulturam, præſumitur eam in Parochiali Eccleſia elegiſſe, *dec. 681. n. 19.*

Procaſtinatio in producendis Juribus præſefert malum Jus in procaſtinante, *dec. 606. num. 9.*

Vigilantibus, & non dormientibus Iura ſuccurrunt, *dec. 613. num. 1.*

IVS ASSOCIANDI.

Cadavera defunctorum jure proprio ſpectat ad ſolum Parochum, *dec. 674. num. 5.*

IVS HVMANDI.

Cadavera decedentium intra Clauſtra exempta eſt locale, non perſonale, *dec. 681. n. 6.*

Limita, *ibid. n. 11. & ſeqq.* ibique declara concluſionem.

JUS PAROCHIALE.

A Sacramentorum adminiſtratione cætera Iura parochialia promanant, *dec. 681. n. 16.*

JUSPATRONATUS.

Agnatitium, & familiare, quando in una linea remanere poteſt, & in altera hereditarium, *dec. 623. n. 8.*

Favore deſcendentium ab antiquis Patronis benignor interpretatio ſumenda eſt pro illorum admiſſione ad Jus Patronatus, *dec. 697. nn. 5.*

In jurepatronatus valent uno, eodemque tempore ad præſentandum concurrere plures Patroni quorum unus unam, alter duas habeat voces, *dec. 623. n. 11.*

In jurepatronatus ſive gentilitio, ſive hereditario quomodo facienda ſit præteutatio, *dec. 627. num. 7.*

In jurepatronatus hereditario vivo Patre præſentare nequit filius, *dec. 623. n. 8.*

Tranſire poteſt ex voluntate Patroni cum fideicommiſſo in volitum fideicommiſſarium, *dec. 623. n. 9.*

Tam activum, quam paſſivum diverſo modo interpretari nequit, *dec. 697. n. 3.*

JUS PRÆCARIUM.

Eſt ſemper. & quandocumque revocabile, *dec. 655. nn. 10.*

JUSPRÆSENTANDI.

Admiſſus ſimpliciter, ſive indiſtinctè ad præſentandum uti compatronus ſolus exiſtit pro æqua rata, ſeu virili, *dec. 623. n. 32.*

Dicitur. & eſt in fructu, *dec. 614. n. 6.*

In Jure præſentandi præferuntur ſemper maſculi excluſis fœminis, *dec. 650. n. 3.*

In Jure præſentandi is ſemper eſt manutenendus, qui reperitur in poſſeſſione ultimi ſtatus, *dec. 623. n. 2.*

JVS REPRÆSENTATIONIS.

Facit ſuccedere in ſtirpes in concurſu cum aliis ejuſdem gradus repræſentantibus, *dec. 613. n. 4.*

JVS SEPVLTVRÆ.

Tam activum, quam paſſivum ſine animarum cura quandoque etiam competere ſolet, *dec. 681. n. 18.*

L

LÆSIO.

Ænormiſſima facit ſupponere errorem, & carentiam conſenſus in tranſigente, ſive contrahente, *dec. 627. n. 24.*

Renunciationis arguitur ſi in correſpectivitatem pinguis patrimonii renunciati, nihil renuncianti datum fuerit, *dec. 705. n. 11.*

LAVDVM.

Quando quis in Laudo omnia contenta approbavit nequit poſtea controvertere omnia in eo contenta, *dec. 618. n. 13.*

LEGALITAS.

Antiquæ ſcripturæ quomodo ſit probanda, *dec. 632. n. 3.*

LIQVIDATIO.

Cum levioribus probationibus etiam a veriſimili inductis Judicis arbitrio definiri ſemper conſuevit, *dec. 659. n. 6., & 7.*

Pretii, ſeu quantitatis rei, quæ ſæpe mutatur de uno tempore ad aliud extendi nequit, *dec. 659. num. 10.*

LEGATARIVS.

Antequam poſſeſſionem nanciſcat debet prius conficere Inventarium quo omiſſo compelli poteſt ad redditionem rationis favore legitimi poſſeſſoris, *dec. 677. n. 3.*

Venire nequit ſub conditione in qua heredes fuerunt vocati, *dec. 645. n. 6.*

LEGATVM.

Conditionali legato privari debet is, qui præcepto Teſtatoris contravenit, *dec. 680. n. 7.*

Dotis quando duplicate cenſendum ſit a Teſtatore relictum, & quando non, *dec. 664. n. 1., & ſeqq.*

Eſt donatio a defuncto relicta ab herede præſtanda, *dec. 651. n. 9.*

Pactum pro omni, & toto eo proportionabiliter compræhendit omnia credita, & prætenſiones, *dec. 627. n. 35.*

Indigni afficiuntur legato omnes, qui defraudant Teſtatoris præcepto, & legati everſionem curant, *dec. 680. n. 9. & 10.*

Non eſt denegandum ei qui eſt vocatus, & omnes habet qualitates, *dec. 680. n. 6.*

Redditur indignus legato, qui negligit implementum teſtamentariæ diſpoſitionis, *dec. 652. num. 5.*

Relictum executori teſtamentario cum cenſeatur relictum contemplatione oneris, onere non adimpleto amittitur, *dec. 652. n. 6.*

Declara, *ibid. n. ſeqq.*

LEGITIMA.

Eſt portio ſucceſſionis ab inteſtato, *dec. 640. nn. 14.*

Filius vel Nepos non acquirit legitimam niſi Pa-

Patri vel Avo ſupervivat, *dec.* 600. *num.* 6.

Imputatur in falcidiam & Trebellianicam pure debitas, *dec.*622. *n.* 28.

Jus petendi legitimam nequit in alium transferre, qui in ſe non habet, *dec.*726. *n.*6.

Mentionem ſpecialem cum requirat, an compræhendatur verbis generalitatem donationis importantibus, *dec.*627. *n.* 3.

Per præmorientiam filii ad Patrem donantem revertit, *dec.* 627. *n.* 4.

Unam tantum quartam detrahit filius pure fideicommiſſo univerſali gravatus, *dec.* 622. *n.* 29.

LEGITIMARIUS.

Ratione legitimæ eſt creditor, *dec.*643. *n.* 14.

L E X.

Alicujus regionis non ſervata in extractione partitæ nullam ſibi fidem eadem partita promeretur, *dec.* 611. *n.* 20.

Conciliari ſemper debet quantum fieri poteſt in omnibus ſui partibus, *dec.* 640. *n.* 23.

Prima attendenda non eſt ſed noviſſima, *dec.*599. *nu.* 9.

LIBER, SEU LIBRI.

Aſſervati in Archivio Capituli contra Capitulares plene probant, *dec.* 634. *n.* 15.

Baptiſmatis plene probant ætatem, *dec.* 611. *n.* 44.

Quod procedit etiam in qualibet materia indifferenti extra lineam ſpiritualitatis, *ibid.* *n.* 45.

Baptiſmatis inſervire tantum debet pro deſcribendis Baptizzatis, *dec.* 611. *n.* 11.

Baptiſmatis, ſive partita exarata non ab ipſomet Parocho, ſed ab alio nullum probationis gradum conſtituit, *dec.* 611. *n.* 16.

Contra ſcribentem plene probat, *dec.* 718. *n.* 2.

Defectus librorum Tutelarium non impedit, quin Tutor rationem reddere aliunde nequeat, *dec.* 686. *n.* 5.

Familiari libro, ſive Codici plena fides quandoque adhibetur, *dec.* 694. *num.* 11.

In libris Baptiſmatum ſolent quandoque evenire ſuppoſitiones, & alterationes circa ætatem alicujus, *dec.* 611. *n.* 38.

Limita, *ibid.* *n.* 44.

Mercatorum ſine adminiculis non eſt deferendum, *dec.* 695. *n.* 2.

Præſertim contra abſentem cum quo nil fuit actum, *ibid.* *n.* 3.

Parochi etſi inordinatus, quoad ſubſtantiam tamen ſemper probat. *dec.* 611. *n.* 52.

Parochi quo magis fieri poteſt ſuſtineri debent, ne fiat ſtrages omnium partitarum in eis contentarum, *dec.* 611. *n.* 50.

Parochus non præſumitur falſum adnotare voluiſſe in libris Baptiſmatum, *dec.* 611. *num.* 46.

Probatio melior librorum Parochialium, ac Baptiſmalium haberi nequit, quam ex inſpectione, ac recognitione proprii Ordinarii, *dec.*657. *nu.* 5.

Ut probent debent eſſe efformati ſecundum ſancita, & volita per Leges generales, aut particulares Loci, vel Provinciæ, in qua iidem libri confecti ſunt, *dec.* 611. *n.* 13.

Ut probet debet eſſe legalis, ſive legaliter tentus, *dec.* 611. *n.* 11.

Quod procedit etiam in libro Baptiſmatis, *ibid.* *n.* 12.

LIBERATIO A MOLESTIIS.

Promiſſa, & non obſervata liberatione a moleſtiis tenetur promittens pretium reſtituere, *dec.*619. *nu.* 7.

L I S.

Abolitio litis tollere nequit vitium contractum pendente lite, *dec.* 671. *n.* 8.

Renuncians liti ut ſit valida illius renunciatio debet facto depoſito ſe obligare ad reſtitutionem illius, quod fuerit taxatum, *dec.* 605. *n.* 6.

LITERÆ.

Apoſtolicæ in parte magis eſſentiali non juſtificatæ non ſunt executioni demandandæ, *dec.*646. *n.* 13.

Apoſtolicæ ſi ſunt juſtificatæ celerem expoſcunt executionem, *dec.* 663. *n.* 1.

Apoſtolicæ tribuunt quidem proviſionem Apoſtolicam in illa ſuppoſitione facti enarrati Papæ, non autem ex mente ejuſdem Papæ tollunt litem de medio exiſtentem, *dec.* 716. *n.* 3.

Apoſtolicæ ſunt obreptitiæ, ac ſubreptitiæ quando loco aſſuetæ clauſulæ ex certa ſcientia legitur contraria, *deciſ.* 614. *n.* 11.

Declaratoriæ ſunt relaxande adverſus parere recuſantes, *dec.* 724. *nu.* 1. & 2., & *in ſequenti dec. num.* 1.

Executio literarum Apoſtolicarum retardari nequit abſque injuſtitia, *dec.* 663. *n.* 3.

Hortatoriæ dantur pro mutua correſpondentia de Principe ad Principem, & de Provincia ad Provinciam, *dec.* 611. *n.* 42. & *ſeqq.*

Pro demandanda executione literarum Hortatoriarum ſat eſt quandoque ſummaria, & extrajudicialis cognitio ſuper meritis, *dec.*611. *n.*43.

LINEA LINEÆ.

Fœmininæ ſi ſint inter ſe parificatæ nulla eſt aſſignabilis ratio cur una potius quam altera ſit admittenda, *dec.* 708. *n.* 9. & 10.

Nulla dari nequit ſtringentior linea contentiva quamque derivat a communi Patre, vel Avo a quo uterque de quibus agitur deſcendit, *dec.* 650. *num.* 5.

Sumenda ſemper eſt in ſuo proprio ſignificatu, ubi Teſtator contrarium non dixerit, *dec.* 693. *num.* 15.

Sumpta in ſua propria ſignificatione conſtituitur ex collectione plurium Perſonarum ab uno, eodemque ſtipite deſcendentium, *dec.* 693. *num.* 14.

Vocata linea fœminina in genere admittendæ ſunt omnes tam de linea ſive familia effectiva, quam contentiva, *dec.* 709. *n.* 4.

Vocata linea fœminina non alia intelligi poteſt vocata niſi linea fœminina ultimi maſculi, *dec.*693. *nu.* 4.

Amplia, & inſimul declara, *ibid.* *n.* 7.

LO.

LOCA MONTIUM.

Baronalia raro aſcendunt ad ſc. 100., ſed inferiori pretio venduntur, *dec.* 706. *n.* 6.

Et quæ dicantur Baronalia, & quæ Cameralia, *ibid. n.* 7.

In inveſtimentis Locorum Montium ſimplex duorum menſium tempus præfinitus apparet, *dec.* 659. *n.* 12.

Limita, *ibid. num.* 13.

Subjacent quandoque extractionibus, & diminutionibus, *dec.* 625. *n.* 16.

LUCRUM.

Faqua ad lucrum, & damnum urgere poſſunt in nulla habenda ſunt conſideratione, *dec.* 635. *n.* 37.

In bonis eſt praſtandum ſi dos io eiſdem bonis eſt conſtituta, *dec.* 717. *n.* 6.

In peculio extradotali Mulieris nulla fieri poteſt lucri dotalis detractio, *dec.* 717. *n.* 7.

M

MAJORATUS.

IN *majoratibus*, ſive primogenituris utrum prævalere debeat major ætas, vel lineæ primogenialis prærogativa, *dec.* 611. *n.* 3.

MANDATUM.

Executio mandati, ſive ſententiæ retardari nequit ſtante illius juſtitia, *dec.* 725. *n.* 1.

Suſpicionis fugæ obtineri neqoit nolla emiſſa in prima comparitione præſervativa ſolita practicari, *dec.* 606. *n.* 2.

Tributum Mercatorii de cambiando, & recambiando per Nundinas non tranſit ad heredes, ſed expirat illius morte, *dec.* 612. *n.* 4.

Et ſic ceſſat quilibet uſurarum, & fructuum decurſus, *ibid. n.* 5.

MANUSCRIPTA.

Ad commodum partis facile poſſunt exarari, *dec.* 634. *n.* 12.

MANUTENTIO.

Concedenda illi eſt qui fovet bonum Jus, *dec.* 604. *n.* 1. *dec.* 701. *n.* 1., & *dec.* 715. *n.* 1.

Concedenda ſemper eſt heredi gravato donec fideicommiſſarius abſolvat Judicium ſuper immiſſione in vim *L. Final.*, *dec.* 660. *n.* 2.

Datur poſſidenti, *dec.* 713. *n.* 1., & 2.

Et illius conſtitotario, *ibid. n.* 3.

Debetur exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi diſtributiones, *dec.* 608. *n.* 5.

In concurſu aliorum compoſſeſſorum concedi ſemper debet anteriori, *dec.* 675. *n.* 1. & 10.

Et poſſeſſio in tempore poſterior nollatenus eſt manutenibilis, *ibid. n.* 2.

In jure præſentandi debetur ei, qni ex oltimo ſtatu reperitur in poſſeſſione Juris præſeotandi, *dec.* 650. *n.* 1.

Limita, *ibid. n.* 4.

Neque hoc caſu cumolandum eſt poſſeſſorium cum petitorio niſi probationes ſuper petitorio adductæ ſint clariſſimæ, *dec.* 650. *n.* 2., & 11.

Inactibus juriſdictionalibus eſt pediſſequa boni Juris, *dec.* 702. *n. unic.*

In juriſdictionalibus manntentionem parere nequit ſola poſſeſſio, oiſi aliquo legitimo, ac valido titulo ſuffulta ſit, *dec.* 648. *n.* 4.

In ſua poſſeſſione ſemper eſt quis manutenendus, præſertim ſi de tali poſſeſſione conſtet ex ipſamet Partis confeſſione, *dec.* 648. *n.* 3.

Manuteneri non debet in poſſeſſione ille qoi alium in poſſeſſione exiſtentem, & habentem meliora, & potiora jura reperiit, *dec.* 715. *n.* 5.

Pediſſequa eſſe ſolet boni Joris, *dec.* 681. *n.* 2

Nuſquam dator oiſi poſſidenti, *dec.* 649. *nu.* 40.

Poſſeſſionem natoralem, vel actualem non omnis maouteotio neceſſario requirit ſed conteotatur quandoque mera civili quemadmodum practicatur in Inveſtituris, & quomodo, *dec.* 649. *num.* 41.

Spoliato debetur, & reſpective reintegratio conſtito de Spolio, *dec.* 615. *n.* 1., & 8., & *dec.* 698. *n.* 1.

MARITUS.

Si locavit unum ex prædiis dotalibus nomine proprio, præſumitur illum accepiſſe dotem in fuodo noo in quantitate, *dec.* 727. *n.* 12.

MASCULI.

Defectis maſculis ex maſculis ſub proprietate literæ continentur etiam maſculi deſcendentes ex fæminis, *dec.* 609. *n.* 7.

MASCULINUM.

Trahi nequit ad fæmininum, *dec.* 656. *n.* 10.

MATER.

In præjudicium proprii filii de ſuis bonis dotalibos diſpooere nequit. *dec.* 660. *n.* 17.

MATRIMONIUM.

Ad valide contrahendum matrimonium ſufficit legitimus utrioſque Partis conſenſus, *dec.* 642. *num.* 2.

Qui pluſquam ſufficienter explicatur vel ſcripto, vel ſignis, vel nutibus, *ibid. n.* 3. & *ſeq.*

Coram proprio Parocho unius ex contrahentibus non contractum eſt nullum, *dec.* 642. *n.* 10

In contrahendis matrimoniis contrahentium voluntas eſt prius exploranda, *dec.* 642. *n.* 7.

Initum inter æquales inveriſimile eſt quod fuerit in abſcondito tractatum, *dec.* 727. *n.* 11.

Pro infringendo matrimonio non modo requiruntur perfectiſſimæ probationes raptus, ſed etiam de jure Canonico matrimonium valet inter raptorem, & raptam, *dec.* 642. *n.* 8., & 9.

Secutum per raptum eſt nollum, & irritum, & quando dicatur commiſſus raptus, *dec.* 642. *num.* 6.

Sine dote fieri hodie non ſolet, *dec.* 727. *n.* 3.

MELIORAMENTA.

Ad probanda melioramenta quandoque admittantor conſuetudines, conjecturæ, & argumenta, *dec.* 616. *n.* 11.

Illiquida quando ſunt ſufficit petenti immiſſionem præſtare cautionem de illis reficiendis facto interim depoſito alicujus parvę ſummæ, *dec.* 616. *num.* 4.

In liquidatione melioramentorum ſi priori Periti fuerint inter ſe diſcordes eligendus eſt tertius, *dec.* 6:6. *n.* 6.

Probata in ſpecie ſi ſint, & in præciſa quantitate conceditur immiſſionem paſſuro retentio pro correſpondenti quantitate, & qualitate, *dec.* 616. *n.* 1.

Secus ſi melioramenta ſint confuſa, & in genere tantum probata, *ibid. n.* 2.

Reficiens debet ſe obligare reſtituere quidquid melius liquidatum fuerit, *dec.* 605. *n.* 5.

Ut probentur debet doceri quid impenſum, & quid melioratum, & ideo neceſſaria eſt probatio ſtatus antiqui, *dec.* 616. *n.* 2. 3. 7., & 8.

MELIORATIO.

Domus metienda eſt ea augumento penſionum, *dec.* 679. *n.* 7.

Probatur ex comparatione fructuum ſtatus antiqui cum modernis, *dec.* 704. *n.* 2.

MENS.

Hominis eſt ambulatoria uſque ad mortem, *dec.* 656. *n.* 1.

MERCES.

Remiſſio mercedis, ſive diſtributionum an, & quando propter bellum fieri debeat, & poſſit, *dec.* 608. *n.* 7.

METUS.

Reverentialis, ac violentia probatur ex proteſtatione emiſſa a Filia paterno juſſu in monaſterio retenta, *dec.* 705. *n.* 10.

MINISTER.

Ut talis ſe obligans non tenetur de proprio, *dec.* 718. *n.* 3.

MINOR.

Ut poſſit legitime contrahere indiget præſentia, & authoritate Tutoris, vel Curatoris, *dec.* 618. *num.* 3.

MISSA.

Onus Miſſæ quotidianæ uti perpetuum duplicatam involvit eleemoſynam, *dec.* 599. *n.* 6.

MOBILIA.

Ex longo temporis lapſu vel attrita, vel conſumpta præſumuntur, *dec.* 659. *n.* 8.

Et idcirco ſuper illorum valore Judicium proferri nequit, *ibid. n.* 9. & 11.

MONACHUS.

Regularis ſecluſa Apoſtolica diſpenſatione regimini Clericorum Sæcularium præeſſe nequit, *dec.* 701. *n.* 1.

Sive monialis profeſſa in religione incapaci ſive in privato, ſive in communi habetur pro civiliter demortua, *dec.* 613. *n.* 6.

MONASTERIUM.

Habetur loco filii in Jure, *dec.* 613. *n.* 12.

MONIALES.

Ad excludendas a ſucceſſione moniales, quæ verba in teſtamento debeant concurrere, *dec.* 656. *num.* 7.

Excluſæ nunquam cenſeri debent niſi verba expreſſa, & nullam involventiam dubietatem earundem excluſionem neceſſario concludant, *dec.* 691. *n.* 8.

Et in hac materia nulla fieri debet excluſio de caſu ad caſum, *ibid. nn.* 9. & 10.

Quidquid acquirunt Monaſterio acquirunt, *dec.* 613. *n.* 3.

Uſquequo vivunt retinent jura ſanguinis, & purificata fæminarum conditione ad ſucceſſionem concurrunt, *dec.* 656. *n.* 4.

MORA.

Debitoris nedum facit ceſſare actuale depoſitum omnino liberum, *dec.* 668. *n.* 10.

Verum etiam recuſante creditore oblatum creditum recipere ſufficit ad eundem effectum ſola verbalis oblatio, *ibid. n.* 11.

Eſt fructuum dotalium ſolummodo cauſativa, *dec.* 668. *n.* 9.

MULIER.

Aliud habere non præſumitur præter dotem, *dec.* 644. *n.* 14.

Contractus a Muliere initus non ſervatis ſolemnitatibus eſt nullus, *dec.* 605. *n.* 7.

Diligens, & cauta præſumitur in rebus proprium intereſſe tangentibus, *dec.* 727. *n.* 10.

Excluſa ut ſit a ſtatuto propter dotem an requiratur quod dotatio facta ſit a Patre vel Matre de cujus ſucceſſione agitur vel ab extraneo, *dec.* 640. *n.* 3.

Si vero tempore delatæ ſucceſſionis eadem Mulier dotata non erat excluſa nullatenus a tali ſtatuto dici debet, *ibid. nn.* 4.

Obligatio mulieris ut irritetur ex defectu relevationis quid attendi debeat, *dec.* 725. *n.* 5.

Quando ſe obligat intra medietatem dotis ex aliqua juſta cauſa, eſt valida eius obligatio etiamſi nullam habeat ſpem relevationis, *dec.* 725. *num.* 7.

Renunciatio Mulieris ex conſtitutione Egidiana inſinuationem requirit, *dec.* 640. *n.* 32.

Secundo viro eandem dotem primo datam conſtituiſſe præſumitur, *dec.* 727. *n.* 4.

Si pluries fideiuſſit, & ob idoneitatem relevatoris nullam paſſa eſt iacturam reſilire nequit ab ultima obligatione ſub fundamento, quod in antecedentibus medietatem ſuæ dotis conſumpſit, *dec.* 725. *n.* 9.

MULTIPLICUM.

In multiplico ſi fructus non fuerunt inveſtiti, percipi poſſunt novi fructus conſecutivi tanquam ex re fructifera, *dec.* 626. *n.* 12.

Negligens facere multiplicum tenetur defectum emendare pro annua importantia eiuſdem multiplici neglecti, *dec.* 706. *n.* 1.

Non facto multiplico loco damnorum, & intereſſe debentur fructus, qui percepti extitiſſent, ſi multiplicum fuiſſet confectum, *dec.* 626. *num.* 10.

MVNVS.

Seu dignitas quando quis fixe, & invariabiliter, non accidentaliter, & facultative potiri dicatur, *dec.* 634. *n.* 9.

MVTVS.

Qui dicatur, & qui ſurdus, *dec.* 642. *n.* 5.

NE-

N

NEGLIGENTIA.

Viri in exigenda dote conſtituta præiudicare non poteſt fideicommiſſo, *dec.* 662. *n.* 3.

NEPOS NEPOTES.

Cenenvit cum Patruo quando agitur de ſuccedendo cum Patruo, & non de aliquo excludendo, *dec.* 660. *n.* 13.

Sub nomine filiorum, & filiarum in ſubſtitutione poſt longiſſimum tempus iniuncta continentur Nepotes, & Neptes, *dec.* 728. *n.* 2.

NOMINATIO.

Non facta nominatione a Teſtatore volita de certo genere Perſonarum, ſemper nominatus intelligitur maior natu, Primogenitus illorum, qui nominari debeant, *dec.* 627. *n.* 2.

NOTARIVS.

Et Teſtes faciunt plenam probationem in quibuſcumque actibus, & ſcripturis, *dec.* 606. *n.* 10.

NOVATIO.

Ex ſecundo contractu non cenſetur facta niſi dictus ſecundus contractus ſit incompatibilis cum primo, *dec.* 600. *n.* 14.

NVLLITAS.

Inducta favore alicuius Perſonæ nonniſi ipſo volente, & eandem nullitatem acceptante admittitur, *dec.* 599. *n.* 11.

O

OBLIGATIO.

CAmmeralis tribuit facultatem variandi, *dec.* 606. *n.* 3.

Cammeralis retardari nequit per exceptionem turbidam, & illiquidam, *dec.* 602. *n.* 1.

Cammeræ, vel Fiſci quomodo ſit intelligenda, *dec.* 658. *n.* 13.

Pacta in forma Cammeræ afficit etiam heredes promittentis, ſeque obligantis, *dec.* 643. *n.* 4.

Oriri nequit contra inſcium, & diſſentientem, *dec.* 711. *n.* 4.

Solidalis arctatur intra limites capitalis immiſſi in ſocietate, *dec.* 612. *n.* 23.

Suſcipiens obligationem retinendi pecunias ad effectum reſtituendi prioribus, & potioribus illarum reſtitutionem favore creditorum anteriorum detrectare nequit, *dec.* 707. *n.* 2.

OBSERVANTIA.

Centenaria præbet meliorem titulum, ut noſtri dicunt de Mundo, *dec.* 614. *n.* 5.

Generalis multum eſt attendenda in materia præcedentiarum, & functionum, *dec.* 603. *n.* 14.

Interpres optima eſt ad probandam paſſivam exemptionem, *dec.* 700. *n.* 4.

Interpretativa etſi ſit operatur ut ſicuti fuerat inconcuſſe antea ſervatum, ita obſervari & practicari debeat in poſterum, *dec.* 614. *n.* 4.

Interpretativa obſervantiæ pro excluſione reſervationum Apoſtolicarum valde eſt deferendum, *dec.* 646. *n.* 16.

Longæva omnem adimit dubietatem, *dec.* 681. *n.* 10.

Longæva multum attenditur pro interpretandis contractibus, *dec.* 635. *nu.* 24.

Longæva novitate aliqua violari nequit citra ſcandalum, & diſſentionem Populi, *deciſ.* 614. *num.* 1.

OFFICIALIS.

Extinctio jure Officialis veteris ſive per obitum, ſive per reſignationem eadem capi debet determinatio, *dec.* 658. *n.* 7.

OFFICIUM, OFFICIA.

Collatio officii ſpectans ad aliquem vigore alicujus Muneris annexi, ſi eo non potitur, fieri nequit, ſed ab eo qui tale munus retinet, *dec.* 634. *n.* 5.

Natura Officiorum, vel Beneficiorum fere in omnibus aſſimilatur illi Feudorum, *deciſ.* 649. *n.* 12.

Pluralitas Officiorum in una Perſona non repugnat, *dec.* 634. *n.* 6.

Perfruens Officio jure proprio, cui eſt adnexum Jus alicujus collationis id facit jure proprio, & dominicali, *dec.* 634. *n.* 7.

Privatus officio ſi a Principe fuerit reintegratus non cenſetur ad idem officium reintegratus, ſi ejus collatio ad Principem reintegrantem non ſpectabat, *dec.* 649. *n.* 14.

Secretariatuum Apoſtolicorum non excedunt numerum viginti quatuor, *dec.* 635. *n.* 15.

Prædicta tamen officia ſunt redimibilia, *ibid.* *n.* 16.

Secretariatus Apoſtolici in ſubſtantia vendi nequit ſed illius tantum fructus, & commoditas, *dec.* 635. *nu.* 22.

Vacabilia pro cammeralibus a Teſtatore ſolent uſurpari, *dec.* 696. *n.* 5.

O N U S.

Appoſitum quando cenſeatur in ſpecie, ſive in quantitate, *dec.* 706. *n.* 4.

OPPOSITIO.

Serotina non levem calumniæ ſuſpicionem inducit, *dec.* 646. *nu.* 14.

ORDINARIUS.

An, & quo caſu teneatur expectare, ac requirere qualificatos, quibus incumbit cura petendi beneficium, *dec.* 703. *n.* 7.

Fundatore non reluctante poteſt Cappellaniam de laicali in Eccleſiaſticam immutare, *dec.* 690. *nu.* 6.

ORDINATIO.

Pontificia, cui omnes acquievere eſt ſervanda, *dec.* 639. *n.* 3.

O R D O.

S. Benedicti primeva ordinis erectio ſequuta fuit in Italia, & in Eccleſia, & Monaſterio Caſſinenſi, & inibi prioribus privilegiis exornata per Summos Pontifices, *dec.* 604. *n.* 5.

Si ſervetur reſolutionis claritas magis eluceſcit, *dec.* 602. *n.* 2.

P

PACTUM.

Contra pactum quod operatur eſt nullum, & irritum, *dec.655. n.7.*

Irritat Juris diſpoſitionem, *dec.655. n.4.*

Lucri dotalis in capitulis matrimonialibus appoſitum eſt omnino ſervandum, *dec.717. n.5.*

Negativum quid operetur, *dec.655. n.6.*

Redimendi operatur, ut quis intra tempus præſcriptum poſſit ad propria jura redire, *dec.618. n.17.*

Reservativum apponi, ut plurimum ſolet in contractibus translativis dominii, *dec.640. n.68.*

PARENTES.

Parentibus libera teſtandi facultas adimenda non eſt, *dec.645. n.1.*

PAROCHIALES.

Parochialium repletio ſummopere zelatur a S.Sede, *dec.638. n.3.*

PAROCHVS.

Elevatio propriæ Crucis in aſſociatione Cadaverum, illiuſque delatio ſpectat ad Parochum, *dec.674. n.6.*

Æqualis diviſio emolumentorum Parochialium eſt Jus Parochiale, & Parochis competit, *dec.674. n.7.*

Juxta Rituale Romanum retinere debet quinque libros Baptizatorum, Confirmatorum, Copulatorum in Matrimonio, ſtatus Animarum, & Defunctorum, *dec.611. nu.14.*

Jus habet privativum exercendi omnia Jura parochialia in quaſcumque Perſonas, loca, & Eccleſias exiſtentes intra limites ſuæ Parochiæ, *dec.681. n.1.*

Præſumi nullo modo debet quod Parochus neglexerit retinere libros Baptizatorum, Matrimoniorum, & ſepulturæ, *dec.611. nu.51.*

Præſumi nequit, quod Parochus inadvertenter proceſſerit in iis, in quibus procedi ſolet re bene perpenſa, *dec.727. n.28.*

Sede Papali vacante etiamſi collatio ſpectaret ad S. Sedem proviſus ab Ordinario, nova non indiget proviſione, *dec.638. n.6.*

PARS.

Conditionalis referri ſemper debet ad proximam, *dec.645. n.9.*

PARTITA.

Extracta ex fide Baptiſmatis adhoc ut probet debet eſſe certa, & immunis a quacumque ſuſpicione, *dec.611. n.27.*

Una. eademque partita bis appoſita in calculo non eſt bonificanda, *dec.621. n.4.*

PARTVS.

Quando duo inſimul Partus educutur ab eadem Genetrice, quis ex eis dici debeat Primogenitus, *dec.611. nu.1.*

Et an is dicatur primogenitus, qui prior brachium, vel crus de ventre Matris emiſerit, vel ille qui primo natus editur totus, & perfectus, *ibid. n.2.*

PATER.

Poſſidere quando dicatur nomine filiorum, *dec.640. nu.5.*

Retinendo bona materna cenſetur nomine Infantis, Matris hereditatem adiviſſe, *dec.676. n.5.*

PATRONI.

Laici habent a Jure quadrimeſtre ad præſentandum, *dec.620. nu.1., & 3., & dec.663. n.19.*

Quadrimeſtre non expiratum favore unius compatroni, nec minus expirat favore aliorum ob individuitatem Juris, *dec.620. n.5.*

PEREGRINI.

Et Advena certam ſedem non habentes, ac non electa ſepultura decedentes tumulandi ſunt in Eccleſia Matrice, ac digniori, *dec.674. n.1.*

PERICVLVM.

Ex natura rei procedens actionem non parit evictionis, etiamſi iſta fuiſſet promiſſa, *dec.635. n.14.*

Futurum ſuper vacabilibus pacto in ceſſionarios transferri poteſt, *dec.635. nu.6.*

Quod poſt ceſſionem, ſeu venditionem ſupervenit cedit damno, & periculo emptoris, ſive Ceſſionarii, *dec.635. n.12.*

PERITIA

In diſcordia peritiarum, vel media uti melius comprobata attendi debet, vel illis omnibus inſimul coacervatis tertia illarum pars pro juſto valore determinanda, eſt *dec.659. n.1.*

Limita *ibid. n.4. & ſeq.*

Semel approbata controverti amplius nequit, *dec.659. n.5.*

PERITUS

Electio Periti petita ad effectum probandi id, quod probatum nullo modo proficeret eſt omni jure deneganda, *dec.679. n.6., & 9.*

Enarrare debet ſolum ſtatum, & factum, *dec.657. n.7.*

In liquidatione melioramentorum debet firmare, & comparare ſtatum antiquum cum præſenti, *dec.616. n.7. & 8.*

Munus Periti eſt ſolum referre, & Judicum judicare, *dec.616. n.12.*

Relatio Peritorum corruit, ſi in ea deficit citatio ad videndum referri, *dec.673. n.6.*

Tertio Perito eſt omnino credendum, *dec.704. num.3.*

Tertii Periti electio demandari tantum ſolet in primorum Peritorum diſcordia, *dec.684. n. unic.*

Tertii Periti a Sac. Rot. demandati, & de communi Partium conſenſu electi declarationi deferendum omnino eſt, *dec.666. n.3.*

PERSONÆ.

Eccleſiaſticæ valent in actu fugæ a Laica poteſtate arreſtari, & in carcerem detrudi, *dec.606. n.8.*

In parte conditionali contineri non ſolent novæ Perſonæ, ſed ille tantum, quæ fuerunt expreſſe vocatæ in antecedenti diſpoſitiva, *dec.645. n.8.*

Digitized by Google

PERTINENTIA.

Diverſa alicujus Prædii arguitur ex diverſis colonis illam colentibus, *dec.*615. *n.* 6.

Et etiam ex diverſa denominatione, *ibid. num.* 7.

Ex deficientia correſpondentiæ valoris arguitur diverſa pertinentia a prædio principali, *dec.*615. *n.* 4.

PETITORIUM.

Si fuerit præſervatum ſuper eo non eſt pronunciandum, ſed ſuper poſſeſſorio, *dec.*623. *n.* 16.

PIGNUS.

Pignoris cauſa in creditore continuat ſi creditum pignoris valorem non æquet, & quando ſecus, & an fructus tali caſu ſint a Creditore imputandi, *dec.*630. *n.* 1., & 10.

SUMMUS PONTIFEX.

Omnimodam habet poteſtatem, & juriſdictionem abſolutam ſupra omnes ritus, & præcedentias, & Functiones Eccleſiaſticas, *dec.* 603. *n.* 1.

Præjudicare nunquam ſolet anterioritati, & Juribus Tertio jam quæſitis, *dec.* 707. *n.* 10.

POSSESSIO.

A cauſa, & poſſeſſione universali regulanda etiam eſt particularis, *dec.* 674. *n.* 9.

Actualis probanda non eſt a Parocho, qui Ius habet privativum explendi Jura Parochialia in aliquo loco, ſeu Collegio, *dec.* 681. *n.* 17.

Attentata eſt circumſcribenda, *dec.* 716. *n.* 4.

Bonorum hereditariorum debetur illi, qui eſt valide in teſtamento heres ſcriptus, *dec.* 671. *n.* 2. & 9.

Capienda ſemper eſt de manu heredis, *dec.* 660. *n.* 12., & 14.

Capta a Procuratore abſque ſpeciali mandato nequit proficere Principali, *dec.*675. *n.* 8.

Præſertim ſi non conſtet de ratificatione ejuſdem poſſeſſionis a Principali expleta, *ibid. n.* 9.

Capta vigore rei judicatæ rotalis canonizzatæ a Signatura Iuſtitiæ eſt juſta, ac legitima, *dec.* 721. *n.* 1.

Capta authore Prætore non eſt attentata, & contrarium prætendens debet id concludentiſſime probare, *dec.* 722. *n.* 1., & 2.

Capta abſque citatione, & Iudicis authoritate eſt nulla, & ſpoliativa, *dec.* 660. *n.* 3.

Circa modum præcedendi a quibus probetur, *dec.* 604. *n.* 8.

In ſpretum inhibitionis rotalis intrudi quis nequit in poſſeſſionem, *dec.* 716. *n.* 1.

Manutenibilis quando ſit, *dec.* 615. *n.* 2.

Nunquam debetur deficiente titulo, vel eo detecto invalido, *dec.* 648. *n.* 6.

Obtinens poſſeſſionem a Iudice — *dum modo poſſeſſio ſit vacans* — ſemper eſt in conflictu manutentionis præferendus, *dec.* 715. *n.* 4.

Primam poſſeſſionem allegare quis nequit a qua antea, facto proprio ceciderat, & non amplius ſe poſſidere faſſus fuerat, *dec.* 705. *n.* 3.

Quæ non ſit vera poſſeſſio, ſed abuſus corruptela, & turbatio attendenda non eſt, *dec.* 604. *n.* 4., & 9.

Reſtituenda ſemper eſt ad titulum verum non autem præſumptum, vel reſolutum, *dec.* 651. *n.* 6.

Titulata poſſeſſio Juriſdictionis tanquam ad manutentionis effectum ſufficientiſſime probata revocari amplius in dubium nequit, *dec.* 648. *num.* 1.

POSSESSORES.

Plures unius fundi, omnes in eadem poſſeſſione exiſtunt pro virili, & pro indiviſo, *dec.* 623. *num.* 13.

POSSESSORIUM.

In judicio poſſeſſorio ſine repugnantia petitorii poteſt contrarium judicari, *dec.* 623. *n.* 17.

POSSIDENS.

Cum vitio litigioſi debet prius ante executionem citari, *dec.* 721 *n.* 12.

Limita *ibid. n.* 13.

PRÆCEPTUM.

A fideicommittente injunctum aſſumendi cognomen, & inſignia ſuæ Domus importat fideicommiſſariam vocationem non ſolum in Deſcendentibus a fæminis per lineam fæmininam a primis vocatis, ſed in aliis quibuſcumque deſcendentibus a fæminis de linea contentiva proxima, *dec.* 708. *n.* 8.

PRÆCEDENTIÆ.

Alicujus Ordinis probantur ex antiquis inſcriptionibus, ſive picturis indicantibus modum incedendi in Proceſſionibus ſicuti habetur in probatione Iuriſpatronatus, *dec.* 604. *n.* 7.

PRÆDIUM.

Diſtractum a gravato ob ſuas detractiones nunquam reincidit in fideicommiſſum, *dec.* 647. *n.* 5.

Dotale datum Viro ea æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, & operatur liberam tranſlationem in Virum, idem Vir efficitur debitor prætii & quantitatis, non vero ejuſdem Fundi, *dec.* 661. *n.* 4.

Majores fructus ſupra taxam legalem ſi quis prætenditur reddidiſſe id plene, ac perfecte probare debet, *dec.* 720. *n.* 2.

PRÆSENTATIO.

Admiſſa ab Ordinario *ſi, & in quantum* nihil firmat & ponit ineſſe, *dec.* 613. *n.* 23.

Facta a Laicis intra quadrimeſtre eſt omnino exequenda, *dec.*620. *n.* 4.

Fieri tantum poteſt in caſu poſitivæ vacationis, *dec.*637. *n.* 2.

In Iurepatronatus quoties probetur effectum ſortita per immemorabilem, ceſſat præſumptio illius uſurpationis, *dec.*623. *n.* 1.

Simoniaca eſt nulla, nullumque Jus tribuit, *dec.* 620. *n.* 9.

Singulorum ſicuti poteſt fieri collegialiter, ita etiam expleri valet ad partes & per acta diverſa, *dec.*623. *n.* 3.

PRÆSENTATUS.

A majori parte Patronorum ſemper eſt præferendus, *dec.*620. *n.* 5.

PRÆSERVATIO.

Impedit ne parti reſervatæ ullum irrogetur præjudicium, *dec.* 611. *n.* 40.

PRÆ-

PRÆSERVATIVÆ.

Natura eſt nihil dare, vel tollere, ſed conſervare id, quod invenit in ſuo ſtatu, *dec.* 623. *n.* 15.

PRÆSUMPTIO.

L. *Quintus Mutius ff. de donat. inter Vir. & Uxor.* quando intret, & quando non, *dec.* 644. *n.* 19., *& dec.* 711. *n.* 6.

LL. *Per diverſas, & Ab Anaſtatio Cod. Mandat.* quando excludatur, *dec.* 711. *n.* 7.

PRETIUM.

Ad pretii refuſionem nemo tenetur, qui proprio jure bona fideicommiſſaria vindicat, nec alienantis eſt heres, *dec.* 666. *n.* 7.

Condonatio pretii facta a Principe in reſignatione quid importet, *dec.* 658. *n.* 12.

Effectivum ne refundere teneatur reſignans non ſufficit, quod ille ſolemniter fuiſſet proteſtatus teneri ſe nolle de evictione, *dec.* 658. *n.* 11.

Recuperatio pretii ſicuti ſequuta evictione denegari nequit evictionem paſſo ita nec etiam illius ceſſionario, *dec.* 666. *n.* 14.

Refuſio pretii tunc ſolum intrat quando vel de ſui natura ineſt obligatio præciſa, vel intercedit expreſſe promiſſa evictio, *dec.* 658. *n.* 1.

Retineri nequit per emptorem ſub prætextu moleſtiarum, *dec.* 625. *n.* 9.

Sed ſolum poteſt hoc caſu petere ſibi præſtari cautionem indemnitatis, *ibid. n.* 10.

PRINCEPS.

Jura jam extincta ſolo Principi ſupremo licet reviviſcere facere, *dec.* 649. *n.* 39.

Supremo Principi concedenti, & inſimul jubenti reſpondere nequit cur ita facis, *dec.* 603. *n.* 3.

Supremus etſi habeat omnimodam Juriſdictionem etiam quoad res, Perſonas, & bona Eccleſiaſtica in dubio tamen hujuſmodi Juriſdictione, & authoritate uſus non præſumitur, *dec.* 649. *num.* 25.

PRIVILEGIA.

Ac declarationes S. Sedis ſunt ad unguem ſervandæ, ac cuſtodiendæ, *dec.* 614. *n.* 10.

Et exemptiones in illum tranſeunt, qui fuit ſubrogatus, & ſubſtinet onera antiqua, *dec.* 681. *num.* 4.

Vel revocata, vel deperdita præſumuntur deficiente vel contraria exiſtente obſervantia, *dec.* 614. *num.* 19.

PROBATIONES.

Informes, & ſimplices atteſtationes in re magni momenti, & in alterius præjudicium non probant, *dec.* 611. *n.* 29.

Amplia quod in alterius præjudicium nec quidem fidibus ſupremorum Principum defertur, *ibid. n.* 30.

Nec atteſtationi Cardinalis Legati, *ibid. num.* 31.

Nec teſtimonio Conſiſtorii Archiepiſcopalis Salisburgenſis, *ibid. n.* 32.

Nec depoſitioni Sereniſſimi Archiepiſcopi, & Electoris Colonien, *ibid. n.* 33.

In materia probatoria non reſtricta ad hoc vel illud genus valet adagium -- *Singula quæ non proſunt &c.* -- *deciſ.* 611. *numer.* 28.

Uti quis poteſt illis probationibus, quibus uſa fuit illius Pars adverſa, *dec.* 657. *n.* 16.

PROCURATOR.

Ad exigendum de jure non tenetur correſpondere Domino niſi ſuo loco, & tempore de exactis, *dec.* 599. *n.* 22.

Impugnare nequit confeſſionem ſui conſtituentis, *dec.* 611. *n.* 55.

Recipiens pecunias ſimpliciter, & non expreſſo nomine procuratorio remanet de proprio obligatus, *dec.* 718. *n.* 9.

Vel ſollicitator integram non merentur fidem ſi deponant favore eorum Clientis, *dec.* 657. *n.* 11.

PRODUCTIO.

Serotina Scripturæ ſuſpicionem falſitatis auget, & de ratione, *dec.* 727. *nu.* 14.

PROŒMIUM.

Diſpoſitionis non parum attenditur pro indaganda voluntate, & intentione Diſponentium, *dec.* 609. *n.* 4.

In omni materia, & præcipuè in materia renunciationis tanquam explicativum cauſæ, & animi eſt ſemper attendendum, *dec.* 640. *n.* 36.

PROHIBITUS.

A Teſtatore alienare ſub pœna caducitatis in eam non incidit, ſi recipiat a debitore volente aliquod capitale, ſive creditum reſtituere, *dec.* 599. *nu.* 28.

PROMISSIO.

De dando, vel faciendo ſemper deſinitur ab extremo die conventæ obligationis dandi, vel faciendi, *dec.* 599. *n.* 27.

Revocata omnino cenſetur per pinguiorem poſteriorem largitionem, *dec.* 664. *n.* 3.

PROSCRIPTIO.

Derivans ab ipſo duello prompte valet executioni demandari, quin ulla præcedat ſententia declaratoria facti notori, *dec.* 649. *nu.* 20.

PROTESTATIO.

Contraria facto non attenditur, *dec.* 651. *n.* 8.

PROVISIO.

Apoſtolica -- attenta lite -- cur fiat, *dec.* 639. *n.* 5.

Facta ab habente pro ſe ultimum ſtatum ſuſtinetur, *dec.* 634. *n.* 1.

Et ab habente bonam fidem, & longevam poſſeſſionem, *ibid. n.* 2.

Declara has concluſiones procedere in poſſeſſorio, non petitorio Judicio, *ibid. nu.* 3. *&* 4.

Quando Ordinariis devolvitur valent iſti ea vice Beneficium conferre, ſed tenentur Leges in Fundatione præſcriptas ſervare, *dec.* 703. *n.* 3.

Quod facit etiam Summus Pontifex, qui nunquam irrogat præjudicium Perſonis in fundatione paſſive vocatis, *ibid. n.* 5.

Qualibet facta ſemper intelligitur prout de jure, & eo modo ſuſtinetur, quo de jure fieri debet, *dec.* 703. *nu.* 6.

PROXIMIOR.

Concurrere debet ad inteſtatam Patris, vel alterius ſucceſſionem, *dec.* 671. *n.* 6.

In gradu ab inteſtato ſuccedit, *dec.613.n.2.*

PVELLA.

Ingredi nolens Monaſterium ad quod a Teſtatore fuit invitata pro non eatante reputatur, *dec. 709. n.3.*

PVER.

Non eſt Teſtis idoneus in iis quæ pendenta puro facto, & oculari inſpectione, *dec.727. n. 26., 29. & 30.*

Q

QVALITAS.

D*Eſcendentalis* per lineam fœmininam optimè verificatur in filiis deſcendentibus a Nepte fideicommittente, *dec.708.n.1.*

Miniſterialis in hoc conſiſtit, ut quis de conſenſu contrahentium negocium gerat pro alio, *dec. 718. nu. 6.*

QVIETANTIA.

Facta Tutori, vel Curatori ut valeat debet eſſe inita diſpunctis, & examinatis ſingulis partitis, alias Tutori non ſuffragatur, *dec. 602. n. 6.*

Receptionis fructuum amplecti nequit ipſam ſortem, *dec. 602. num. 7.*

Stare ſemper præſumitur penes ipſum qui ſolvit, *dec.612. n. 21.*

R

RATIFICATIO.

C*Ontractus* operatur ut iſte de tempore ratificationis tunc de novo cenſeatur initus, *dec. 627. n.10.*

Facta a majoribus quando præjudicet, & quando non, *dec.618. n. 12.*

Jurata non probata nullitate, ſive errore proſterni nequit, *dec. 618. n. 14.*

RATIO.

Eadem non debet in uno admitti, & in altero reſpui, *dec. 656. n. 16.*

Majoritas rationis plus ſemper ineſt, & conſideratur in Principe, quam in privato, *dec. 658. num. 14.*

Semel reddita reddi iterum debet ſi de errore doceatur, *dec.618. n.10.*

Ubi eſt contraria, ſeu diſſormis dicto prævalet ſemper ipſi dicto, *dec.656. n.18.*

RECEPTIO.

Pecuniarum referri ſemper debet ad fructus potius, quam ad ſortem, *dec.602. n.13.*

RECIPROCA.

Ad arguendam reciprocam cum ſubſtitutionis onere inter ſolos deſcendentes unius lineæ leviores ſufficiunt probationes, *dec. 660 nu. 8., & ſeqq.*

Præſertim ſi fideicommiſſum ſit ab aſcendente conditum, *ibid. n. 9.*

Ut locum habeat debet eſſe inter vocatos æqualis honoratio. *dec.645. n.5.*

RECOGNITIO.

Facta a Peritis ſuper caractere alicujus plene probat, *dec.712. n. 7.*

Facta per comparationem non ſubſtinetur, niſi præcedenter juratum fuerit quod alia non ſuppeteret probatio, *dec. 673. n. 7.*

REDDITIO RATIONIS.

Exceptio redditionis rationis in via ordinaria per tres conformes decidenda impedire nequit immiſſionem, & rem judicatam, *dec.628 n.3.*

In redditione rationis una partita debet cum alia uniri, *dec.644. n.18.*

Liberatio a redditione rationis, & reſpective prohibitio de illam non petendo quid operetur, *dec.644. n.16.*

Et an remitti valeat dolus futurus, *ibid. n. 17.*

Turbida, & intricata ſi noſcatur deputari ſolet Peritus pro illa enucleanda, *dec.628. n.2.*

REGULARES.

Exempti, correctioni Epiſcopi niſi jure delegato ſubiici nequeunt, *dec.700. n.8.*

Onus perpetuum Miſſarum in ſe aſſumere nequeunt abſque Generalis, ſive Provincialis conſenſu, & Authoritate, *dec.599 n.10.*

REGVLA.

PP. S. Auguſtini inſtitutionem, & regulam approbavit S. Gelaſius Papa, *dec.603. n.9.*

Et D. Gregorius Pontifea a ſæculo poſterior approbavit, confirmavitque illam S. Benedicti, *ibid. n. 10.*

Standum eſt regulæ donec de illius limitatione clare, & perſpicue non doceatur, *dec. 612. n. 26.*

REINTEGRATIO.

Facta a Supremo Principe evitari nequit aut interverti ab inferioribus, *dec.649. n.37.*

Plenaria facta a Supremo Principe reintegrat delinquentem etiam in præjudicium tertii, *dec. 649. n.30.*

Et an hoc procedat in feudis ob aliquod grave crimen jam devolutis, *ibid. n. 31.*

Pœna reintegrationis ceſſat ubi ceſſat dolus: & culpa, *dec.696 n. 6.*

RELATIO.

Habetur in referente acſi de verbo ad verbum fuiſſet expreſſum, *dec. 600. n. 13.*

Ordinarii relationi circa ſtatum ſuæ Diœceſis valde deferendum eſt, *dec. 674. n. 3.*

RELIGIO.

Antiquior in fundatione, ſive inſtitutione ſemper eſt præferenda aliis in fundatione poſterioribus, *dec.603. n.11.*

S. Auguſtini per ſæculum præivit Ordini Benedictino, *dec. 603. n.8.*

S. Benedicti efflorere cœpit anno 534., *dec. 603. nu. 7.*

RENVNCIATIO, RENVNCIATIONES.

Abdicativa, & realis excludit in perpetuum ab omni ſucceſſione renunciantem, illumque efficit civiliter mortuum, *dec. 726. n. 2.*

Limita ſi renuncians exiverit a Religione ec-

occaſione eujus Profeſſionis renunciaverat, *ibid. n.3.*

Amplia etiamſi quis fuerit ingreſſus in Religione ubi non fiat vera profeſſio, ſed potios oblatio, *ibid. n. 4.*

Et quid dicendum ſi renonciantis Pater in teſtamento renunciantem exheredaverit relicto ei pingui livello, *ibid. n.5. & ſeqq.*

Adeo extinguit jura renunciantium ut prorſus habeantur pro civiliter mortuis, *dec.656. n.21.*

A filiis ideo reportantur a Parentibus, ut poſſint hi libere inſtituere heredes quos maluerint, *dec. 600. n. 7.*

Emiſſa ab ingredientibus in religiooem ſunt reales, & abdicativæ, *dec. 640 n. 41., & dec.691. nu. 12.*

Limita, *ibid. n. 13.*

Emiſſa a minoribus abſque ſolemnitatibus eſt ipſo jure nulla, *dec.601. n.4.*

Emiſſa in capitulis matrimonialibus esiſtimatur correſpectiva ſemper ad dotem, & dos reputatur pretium ipſius renunciationis, *dec. 600. n. 15.*

Emiſſa ſub illis verbis — *Et aliis quibuſcumque* — con præhendit etiam alias Perſonas, & bona ab aliis Perſonis provenientia, *dec. 613. n.9.*

Limita, *ibid. n.12. & ſeqq.*

Idque dicendum eſt ſi dicta renunciatio fuerit concepta ſub illis aliis verbis — *Et futuris cujuſcis generis, & ſpeciai*, *ibid. n. 10.* Contrarium tamen vide *nu. ſeqq.*

Et licet quandoque Sac. Rota voluerit in renunciatione verba ſignificativa veræ cauſæ de futuro, prout ſunt *nec re, nec ſpe*, id tamen evenit in renunciationibus factis a nubentibus in ſæculo, *ibid. n.11. & ſeqq.*

Emiſſa favore certæ, ac determinatæ Perſonæ, ſi eadem Perſona ab inteſtato decedat reviviſcunt Jura favore renunciantis, & renunciatio habetur acſi eſſet nulla, *dec.600. n.10.*

Pacta favore certarum Perſonarum iſtis deficientibus virtus illius expirat, *dec.640. n.35.*

Pacta de Juribus futuris ex cauſa de præterito, an ea comprehendat, quæ cauſam mere eventualem habent de futuro, *dec. 643. n. 3.*

Infecta ex deficientia cauſæ, ac vi, metuque extorta eſt nulla, neque ullam parit favore renunciatarii manutentionem, *dec.705. num. 4.*

Licentia Legati ſtatus Vrbini eſt neceſſaria ex decretis Ducalibus in renunciationibus, *dec.640. nu. 33.*

Qua forma non ſervata renunciatio eſt nulla, *ibid. n.34.*

Mulierum renunciatio es Conſtitutione Ægidiana requirit inſinuationem, *dec. 640. nu. 32.*

Ob agnationem quatenus dici deberet realis, eſſet reducenda iſta realitas, quandiu Perſonæ contemplatæ durarent, *dec. 640. num. 44.*

Quibus extinctis remanet perſonalis, *ibid. n. 45.*

Perſonalis quando, & es quibus verbis cenſenda ſit, *dec. 640. nu. 39.*

Proœmium in omni materia, & præcipue in materia renunciationis tanquam esplicativum cauſæ, & animi eſt ſemper attendendum, *dec. 640. nu. 36.*

Ratio conſervandi bona in agnatione ſemper efficit renunciationem perſonalem, & illa ceſſante præſefert pactum reſolutivum, *dec. 640. n. 40.*

Præſertim ſi renunciatio ſit emiſſa a nubente in ſæculo, *ibid. n.41.*

Realis quando eſt ex perſona renunciantis veniunt potius heredes renunciatarii, quam ipſa renuncians, *dec. 613. num. 7.*

Præſertim ſi d. renunciatio fuit facta ab ingrediente in Monaſterium, tunc enim renunciatio dicitur abdicativa, & realis, non vero tranſlativa, & perſonalis, *ibid. n. 8.*

Realis, & penitus abdicativa in dubio nunquam cenſenda eſt, *dec.600. n. 8.*

Reales, & abdicativæ quando vere ſunt efficiunt, ut bona renunciata deſcendant potius ad quoſcumque heredes renunciatarii, quam ad renunciantem, *dec.600 n.4.*

Vti materia odioſa trahi nequit de re ad rem, de caſu ad caſum, ſive de Perſona ad Perſonam, *dec.613. n.13.*

Neque de una hereditate ad aliam, *ibid. n. 14.*

RENUNCIATARIUS.

Nunquam præſumitur cogitaſſe de estraneis in renunciatione eorum favore emiſſa pro conſervatione agnationis, *dec. 640. num. 42.*

RENVNCIANS.

Arcetur a ſucceſſione renunciata, *dec. 640. n. 50.*

Animus renonciandi excluditur es actibus poſterioribus contrarium ſuadentibus, *dec. 621, num. 10.*

Regreſſus nuſquam datur renunciantis ad bona renunciata, *dec. 640. n. 31.*

Voluntas, & interpretatio renunciantis attendi debent in renunciatione, non vero nuda verba, *dec. 600. n. 11.*

REPETITIO.

Earundem rerum quo magis fieri poteſt evitanda eſt, *dec. 618. n. 1.*

REPRÆSENTATIO.

Non admittitur in tranſverſalibus ultra primum gradum, *dec. 613. n. 5.*

REPVGNANTIA.

In Conſtitutionibus, & Legibus admitti nequit, *dec. 710. n. 6.*

RES.

Detracta in computum detractionum remanet exempta ab omni fideicommiſſo *dec. 643. n. 7.*

Rem, & pretium quis eo tempore retinere nequit *dec. 666. n. 5.*

RESCRIPTUM.

A ſupplicatione declarari debet *dec. 752. n.4.*

Ad Rotam prout de Jure qoid importet *dec. 752. n. 3.*

In deciſis juxta modum ſolet quandoque veteri reſolutioni aliquid addere, vel ab ea aliquid demere, *dec. 651. n. 2.*

S. P. impedire nequit viam executivam, *dec. 715. n. 2.*

Sola formula cum qua reſcriptum fuit attendi debet, *dec. 722. n. 5.*

RESERVATIO RESERVATIONES.

Ad effectum excludendi reſervationes Apoſtolicas ſat eſt tacita Fundatorum mens, & voluntas deſumpta ex conjecturis, *dec. 646. n. 8.*

Et excluſis a Fundatoribus hujuſmodi reſervationibus curandum non eſt ſi ad Beneficium ſit vocata Perſona Eccleſiaſtica, vel Sæcularis, *ibid. n. 9.*

Alicujus certi Juris, vel rei indicat contrariam voluntatem, non reſervandi ſcilicet non expreſſa, *dec. 634. n. 22.*

Excluſio cujuſcumque ſuperioris in fundatione Beneficii operatur, ut excluſæ etiam intelligantur quæcumque Apoſtolicæ reſervationes, *dec. 646. n. 12.*

Ex clauſa reſervationum ex quibus ab incompatibilitate deſumatur, *dec. 646. n. 14.*

In Beneficiis laicalibus non intraut Apoſtolicæ reſervationes, *dec. 646. n. 3.*

Jurium eadem illæſa præſervat, *dec. 637. n. 5.*

S. Sedis eſt ab impetrante concludenter probanda contra proviſum, & juſto titulo in poſſeſſione ſiſtentem; Itaut ſi reſervatio ſit dubia arcendus eſt impetrans, & abſolvendus eſt poſſeſſor, *dec. 646. n. 1., & 2.*

RESIGNANS.

Quo caſu teneatur reſtituere reſignatariis eam quantitatem, quam eis perſolverunt quoties Officium fuerit ſuppreſſum, *dec. 658. n. 4.*

RESIGNATARIUS.

Ex extinctione Jurium in reſignante ſequuta ipſum ſolum Principem in ſuum recognoſcit Authorem, *dec. 658. n. 3.*

Plus Juris habere nequit, quam ipſe reſignans, *dec. 658. n. 16.*

Poteſt ad ſui libitum vendere, & reſignare officium, quoties iſtud fuit reſervatum annuente, & approbante Summo Pontifice, *dec. 696. n. 2.*

RESIGNATIO.

A Summo Pontifice admiſſa ſtatim ceſſare facit futuram vocationem per ſucceſſivum reſignantis obitum, itaut Patronus præſentare non debear, *dec. 637. n. 1.*

In reſignatione Officii facta authoritate Principis pretium cuinam ſolvendum ſit, & an reſignans illud immediate habeat a Principe, *dec. 658. num. 5.*

In manibus Papæ Jus non tollit præſentandi, & conferendi quibus competit in futuris vacationibus ea excepta, *dec. 637. n. 3.*

Non eſt incompatibile quod reſignatio habeatur pro conſumpta, quodque ea ſequuta omne commodum, & incommodum ſpectet reſignatario, *dec. 635. n. 18.*

RES IUDICATA.

Conſtat ex non proſecuta intra legitima tempora Appellationis cauſa, & neglecta actorum intra biennium tranſportatione, *dec. 676. n. 1.*

Facit rem claram, & manifeſtam, *dec. 710. n. 2.*

Impugnari nequit etiam a non citato, *dec. 679. num. 5.*

Inducitur ob non curatam intra annum cauſæ Commiſſionem, & ob deſertam intra biennium Actorum tranſportationem, *dec. 671. n. 1.*

Inter Partes nedum venit ſupponenda, ſed habenda pro ipſa veritate, *dec. 626. n. 2.*

Inducitur ob non tranſportationem actorum intra biennium, *dec. 625. n. 1.*

Supponenda eſt de Stylo S. Rotæ, *dec. 622. n. 13.*

RESPONSIO.

Facienda eſt conſentaneo ad Commiſſionem, *dec. 722. n. 6.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Abſque læſione non datur, *dec. 676. n. 2., & dec. 692. n. 2.*

RESTITUTUS.

Ex gratia ad ſtatutum priſtinum, quo erat ante delictum perpetratum, ſunt ei omnia bona reſtituenda, *dec. 649. n. 8.*

Et quando hujuſmodi reintegratio ſit operativa, & ad quem effectum, *ibid. n. 9. & ſeq.*

RESRTICTIVA.

Pro ea inducenda requiritur ſemper dictio aliqua taxativa, *dec. 623. n. 22.*

RETENTIO.

Potius eſt concedenda, quam actio, *dec. 715. num. 3.*

Pro detractionibus peti nequit, qui illas jam detraxit, *dec. 726. n. 8.*

REVALIDATIO.

Quæ dat totum eſſe rei ſubiacet legi intermediæ inter primum actum, & dictam revalidationem; Secus ſi revalidatio non ſit nova, ſed facta ad majorem cauthelam, *dec. 631. n. 10. & 12.*

RITUALE ROMANVM.

In materiis in eo præſcriptis vim legis habet cuilibet aliæ contrariæ prævalentis, *dec. 633. n. 6.*

Mandans infautes ſeppelliri in Sepulcro a cæteris ſeparato locum habet ubi puer majorum Sepulchrum non habet; Nam ſi habet in eo ſepelitur, *dec. 633. n. 17.*

Præcipiens Sepeliri Sacerdotes, & Clericos cujuſcumque ordinis in Sepulturis diſtinctis a Laicis quomodo ſit intelligendum, *dec. 633. n. 5., & 16.*

SAC. ROTA.

Ex officio examinat momenta rationum partis non comparentis, *dec. 637. n. 6.*

Immiſſionem, ſive manutentionem in genere ſolet ſæpiſſime concedere, *dec. 608. n. 1.*

Legibus, non alienis exemplis judicare ſemper conſuevit, *dec. 645. n. 12.*

Per contradictas bene procedit, quando mortuo Procuratore Principalis ejuſdem etiam non intimatus alium non ſubrogat Procuratorem, & cur, *dec. 637. n. 8.*

Ponens S. Rotæ non ſe ingerit in præſtatione ſuffragii proprii, ſed in prolatione ſententiæ, *dec. 627. n. 1.*

S

SACRAMENTUM.

Confirmationis conferri ſemper debet a proprio Epiſcopo ſuis ſubditis, *dec.646. n.25.*

SALVIANISTA.

Vt dominium acquirere poſſit debet recurrere ad Principem, qui elapſo decennio dat facultatem ſubhaſtandi, ac deliberandi proprietatem, *dec.605. n.3.*

SALVIANUM.

Datur pro conſecutione fructuum, *dec. 605 n. 2.*

SANCTIO SYNODALIS.

Vnius Diœceſis facit Ius municipale quoad omnes alias Eccleſias ejuſdem Diœceſis, *dec.674. nu. 2.*

SCHEDULA.

In qua apparent lituræ, interlineationes, & Apoſtillæ dicitur ſimplex præparatoria teſtamenti, & voluntas imperfecta, minuſque ad actum perfectum, & completum reducta, *dec. 607, nu. 3.*

Inter plures Schedulas teſtamentarias ea venit obſervanda, quæ fuit a primis heredibus approbata, atque uſu recepta, *dec.607. n.12.*

SCIENTIA.

Ex vicinitate prædiorum de actibus poſſeſſoriis reſultat, *dec.648. n.2.*

SCRIBENS.

Eximia qualitas ſcribentis exulare facit quamcumque doli, & fraudis ſuſpicionem, *dec.611. n. 19.*

SCRIPTVRA.

Confecta tempore non ſuſpecto plenè probat, *dec. 657. n.20.*

Extra protocollum reperta nullam fidem meretur, *dec.650. n.16.*

Falſitas ſcripturæ ex quibus arguatur, *dec. 650, num. 17.*

Informis, quæ per ſe non probat inſervit tamen pro adminiculo, *dec. 601. n.8.*

SENTENTIA SENTENTIÆ.

A Deciſione diſformis eſt nulla, *dec.630 n.3.*

Colluſiva, & ſimulata in nihilum eſt attendenda, *dec.627. n.8.* Limita, *ibid. n.21.*

Colluſiva non dicitur, & ſimulata ſi fuerit juſta, & bene fundata *dec. 627. n.21.*

Condemnatoria alicujus delicti, & Bannum quid ſint, *dec. 649. n. 24.*

In judicatum tranſacta eſt ſupponenda, *dec. 623. n. 20.*

Lata cum legitimo contradictore, & ſuper eadem individuali materia nulli dubium eſt, quin faciat ſtatum etiam quoad alios quoſcumque contra idem Jus ſic canonizzatum venire prætendentes, *dec.675. num.6.*

Publicata ſuper delicto facit, ut feudi proprietas, & illius utile dominium attrahat, *dec. 649, nu.22. & ſeqq.*

Seu Laudum acceptatum a vero Principali impugnari amplius nequit, *deciſ. 611. num. 54.*

Tres ſententiæ validæ, & juſtæ rem judicatam conſtituunt, *dec.599. n.3.*

SEPVLCHRVM.

In Sepulcro majorum non poſſe ſepelliri pro Dei maledictione habetur 3. *Reg.* 13., *dec. 633. nu. 3.*

Licitum unicuique eſt ſepulturam eligere in Eccleſia ſibi bene viſa reſervata quarta funerali proprio Parocho, *dec.68 . n. 20.*

Majorum Parochi Juribus præfertur, *dec. 633. nu. 4.*

Sepelliendus in Sepulcro majorum eſt decedens ſine Sepulturæ electione, & probatur exemplis Sacrarum Paginarum, *dec.633. n. 2. & 3.*

SERVITUS.

Nemo invitus cogi debet pati ſervitutem in re propria, *dec. 666. n. 9.*

Subire quis non tenetur ſervitutem ſuper bonis diverſis ab illis ſuper quibus fuerat ab initio ſervitus conſtituta, *dec.666. n.18.*

SEXVS.

Differentia hodie de Jure noviſſimo Codicis eſt ſublata, *dec.676. n.3.*

SIGNATVRA JVSTITIÆ.

Reſcribendo cum clauſula *S.Q.E.* canonizzat facultatem agendi via executiva, *dec. 707 n. 1.*

SIMVLATIO.

Apoca dotalis arguitur ex plurimo ære alieno quo Vir gravabatur, *dec.727 n. 5.*

Et colluſio actus excluditur ſi idem actus fuerit factus publice, & palam, & in publico inſtrumento, *dec.719. n. 4.*

Non improbatur ſi circa Perſonam contrahentis in nullius tendit præjudicium, *dec. 665. n. 3.*

Scriptura emergit ex data aliquali cauſa ſimulandi, *dec.727 n.8.*

SOCIVS.

Vnuſquiſque ex Sociis erga tertium Creditorem circa aliam expreſſionem tenetur in ſolidum vigore mandati in re ſociali a Jure ſuppoſiti, quidquid ſit inter ipſoſmet ſocios, *dec. 612, nu. 22.*

SOLVTIO.

Allegandi ſolutionem incumbit onus concludentiſſime illam probandi, *dec. 666. n. 11.*

In caſu recuſatæ effectivæ ſolutionis aliud remedium Jura non tribuunt quam depoſiti, *dec.599. n. 20.*

Major probatio ſolutionis non datur quam receputa, & quietantia illiuſmet cui facienda erat ſolutio, *dec. 599. n. 18.*

Nemo præſumitur ſolvere voluiſſe ſummam conſiderabilem abſque ullo documento, *dec. 727. n. 23.*

Non eſt veriſimile quod ſolutio facta fuerit coram aliquo, & iſte non fuerit in Teſtem adhibitus, *dec. 627. n. 24.*

Præſumitur ex ſilentio adeo conſiderabili creditoris, *dec. 601. n. 11.*

Præſumptio ſolutionis ex quibus excludatur, *dec. 707. n.6.*

Se-

Solutione ejus quod debetur omnis extincta remanet obligatio, *dec. 672. n. 1.*

Tanquam quid facti requirit univocas, & ſtringentes conjecturas, maxime in contrarium ſtante publico inſtrumento, *dec. 707. n. 7.*

SOLVENS.

Cum mandato Judicis redargui nequit de fraude, ac dolo, *dec. 719. n. 2.*

STATUS.

Antiquus ex quibus remaneat comprobatus, *dec. 704. nu. 1.*

STATUTUM, STATUTA.

Agricultura Urbis *in Cap. 39.* quid diſponat, *dec. 612. nu. 27.*

Conferentia lucrum dotale Viris poſt obitum Uxoris non dicuntur prorſus odioſa, & de ratione, *dec. 717. n. 1.*

Quinimo non deſunt aliqua ſtatuta qui totam dotem Viris conferunt, *ibid. n. 2.*

Limitatur tamen, *ibid. n. 3* ubi firmatur quod ſit odioſum.

Hoc tamen non procedit ſi contrahentes eidem ſtatuto ſe conformare dixerunt, *ibid. n. 4.*

Excludens a Parentum ſucceſſione fęminas dotatas propter maſculos an dotatio tali caſu præcedere debeat, vel etiam ſubſequi poſſit delationem hereditatis, *dec. 676. num. 4.*

Excludentia fœminas extantibus maſculis, illis non extantibus fœminę reintegrantur, *dec. 640. num. 18.*

Forosempronien diſponit, quod filia dotata non ſuccedat Patri, vel Matri extantibus filiis maſculis, *dec. 640. n. 2.*

Et an hoc ſtatutum fęminarum excluſivum incipiat a dotatione, *ibid. n. 3.*

In ſtatuto excluſivo ex cauſa agnationis & non dotis neceſſe eſt ut fęmina effecta non ſit totaliter extranea, aut ſimpliciter excluſa adhoc, ut fęmina poſſit ſuccedere, *dec. 640. n. 13.*

Italia omnia fere conſpirarunt in prædilectione Agnationis, quæ tranſcripſit, *Card. de Luc.*, *dec. 640. n. 55.*

Eademque ſtatuta per illa verba dotentur ſanxerunt ſufficere, quod Frater excludere volens fęminas paratus ſit eas dotare, *ibid. n. 57.*

Et dicitur paratus dotare ſi Frater paternam hereditatem adivit, *ibid. n. 58.*

Leodienſe quid diſponat quoad diſpoſitiones a Parentibus favore liberorum factas, *dec. 642. n. 1.*

Peculiare alicujus loci ex defectu Iuriſdictionis non porrigitur extra aliud diverſum Territorium, *dec. 714. n. 16.*

Perusia reſtringit ætatem Minorum ad annos 20., *dec. 601. n. 3.*

Pontificia anthoritate confirmata, an, & quo caſu comprehendant res, & Perſonas Eccleſiaſticas, *dec. 649. n. 26.*

Standum ſemper eſt illi ſtatuto cui Partes per pactum expreſſum ſe ſe ſubjecerunt, *dec. 660. n. 15.*

STOLA:

Stolæ uſus in aſſociatione Cadaverum Parochialem indicat Juriſdictionem, *dec. 674. n. 4.*

SVBSCRIPTIO.

Alicujus neceſſaria non eſt ſi ſcripturæ corpus integræ ab eo ſcriptum fuerit, *dec. 657. n. 19.*

Notarii in copia extracta in Regno Neapolitano omnino requiritur, *dec. 650. num. 15.*

SVBREPTIO.

Vel obreptio excluditur ex determinata voluntate Principis, & ſola poſſibilitate, quod ille de veritate narratorum fuerit informatus, *dec. 603. n. 5.*

SUBSTITUTIO.

Caſum ſubſtitutionis ad ſui favorem purificatum probare debet, qui immitti petit ad bona fideicommiſſaria, *dec. 693. n. 1.*

Concepta ſub conditione *ſi ſine filiis* juxta *conſ. 11. Oldrad.* evaneſcit ubi heres inſtitutus decedat cum filiis, *dec. 667. n. 2.*

Limita, *ibid. nu. 4.*

Idque procedit etiamſi conditione *ſi ſine filiis* additum fuerit etiam, *& ſine deſcendentibus in infinitum*, *ibid. n. 3.*

Receditur tamen ab hujuſmodi regula ſi Teſtatorem pateat noluiſſe ſuam vocationem reſtringere morti primi vocati ſed in longius, & ad plures Perſonas extendere. Et de ratione, *ibid. n. 5.*

Item ex contemplatione agnationis, *ibid. n. 6. 7. & 8, & 9.*

Rurſum ex ſtrictiſſima alienationis prohibitione tum in generali, tum in particulari, *ibid. n. 10. & 11.*

Præterea ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, *ibid. n. 12. & ſeqq.*

Et demum ex reciproca lineari ordinata inter omnes maſculos deſcendentes a ſuis filiis inſtitutis, *ibid. n. 15.*

Potiſſimum ſi agatur de fideicommiſſo aſcendentali, quo caſu facilius receditur *a conſ. Oldrad.*, *ibid. n. 16.*

Et conjecturæ adductæ pro recedendo a d. conſil. debent unitim ſumi, *ibid. n. 16., & 17.*

Defecta conditione a qua pendebat ſubſtitutio, corruit, & ipſa ſubſtitutio, *dec. 671. n. 10.*

In fideicommiſſariis ſubſtitutionibus is ordo datus cenſetur, qui ſervatur ab inteſtato, *dec. 693. num. 3.*

Locus nunquam ſit ſubſtitutioni alterius lineæ niſi penitus extincta prima linea, *dec. 656. n. 3.*

Purificata nunquam dicitur niſi defecta penitus linea antea vocata, *dec. 691. n. 1., & 2.*

Quæ diſtinctio intercedat inter ſubſtitutionem dependentem a caſu negativo inexiſtentiæ, & alteram fideicommiſſariam orientem ex activa vocatione plurium, *dec. 685. n. 7.*

Reſtricta ad tempus obitus alicujus ſine filiis eſt mere vulgaris, & caducatur per exiſtentiam eorundem filiorum, *dec. 685. n. 5.*

Et conjecturæ contrarium ſuadentes eſſe debent efficaciſſime, *ibid. n. 6.*

Vulgaris ſubſtitutio defecta conditione eidem adjecta atque eam qualificante expirat ac habetur ac ſi facta non fuiſſet, *dec.* 685. *n.* 2.
Vulgaris reſtricta ad certum, ac determinatum tempus verti nequit in fideicommiſſariam, *dec.* 685. *n.* 3.

SUBSTITUTUS.

Ultimus valet bona fideicommiſſaria ad ſui libitum diſtrahere, *dec.* 644. *n.* 22.

SUCCESSIO.

Cui debetur ſucceſſio debetur etiam retentio bonorum, *dec.* 693. *n.* 2.
Æqualis debetur omnibus in æquali gradu exiſtentibus, *dec.* 661, *n.* 4.
Æque de jure delata dicitur heredi ſi profluat ex teſtamento, quam ſi eidem ab inteſtato devolvatur, *dec.* 671. *n.* 8.
In regularibus fideicommiſſariis ſucceſſionibus magis communis ſententia eſt quod attendatur proximitas gravati non gravantis, *dec.* 693. *num.* 9.
Limita ſi adſint coniecturæ in contrarium, *ibid. n.* 10.
Quæ tamen debent eſſe efficaces, non univocæ, *ibid. n.* 11.
Et nonnullæ refelluntur, *ibid. nu.* 12., *& ſeqq.*
In ſucceſſionibus inteſtatis proximitas gravati & non gravantis eſt ſemper attendenda, *decis.* 693. *n.* 18.
Perſona de medio extantes ſi ſunt incapaces ſuccedendi ex voto Teſtatoris impedire nunquam valent immiſſionem ſubſtituto, *dec.* 656. *n.* 12.
Quod procedit reſpectu etiam temporalis admiſſionis durante vita, *ibid. n.* 13.
Quando adſunt Perſonæ capaces ſuccedendi tunc fieri nequit tranſitus ad alias Perſonas in remoto gradu ſubſtitutas *dec.* 728. *n.* 8.

SUPPLICATIO.

Gratia facta Principi importat confeſſionem delicti perpetrati. *dec.* 649. *n.* 21.

SUPPRESSIO.

Natura ſuppreſſionis, & extinctionis totius ordinis ea eſt, ut omnia etiam illius privilegia diſſolvat, ac ſi nunquam extitiſſent, *dec.* 681. *num.* 12.
Itaut pro iis habendis nova conceſſione opus eſt, *ibid, n.* 13. *& ſeqq.*

SYMONIA.

Obiciens Simoniam debet eam pleniſſime, & concludentiſſime demonſtrare, *dec.* 620. *n.* 11.

T

TEMPUS.

Q*Uoties* eſt de ſubſtantia rei, illud concludentiſſime probandum eſt. *dec.* 611. *n.* 8.

TERMINUS.

Dies termini non computatur in termino, *dec.* 599. *n.* 17.

TESTAMENTUM.

Approbatio ſecundi teſtamenti ex quibus actibus inducta cenſetur, *dec.* 607. *n.* 16.
Conditum ad formam Cap. *Cum eſſet* ſuſtineri nequit ſi vacillat fides Parochi, *dec.* 671. *n.* 4.
Non legale, ſed ſimplex ejus copia carens requiſitis Cap. 1. *de fid. Inſtr.* attendi nullatenus meretur, *dec.* 650. *n.* 13. *& ſeq.*
Pars una magis clara teſtamenti deſervit pro interpretatione partis minus claræ, *dec.* 728. *n.* 9.
Regulantur ſemper iuxta magis communem, & vulgarem uſum loquendi, *dec.* 671. *n.* 12.
Una teſtamenti pars ab altera declaratur, *dec.* 728. *num.* 3.

TESTATOR.

Decedere non debet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *dec.* 622. *n.* 7.
Diſponere poteſt de re heredis præſertim ſi heres id acceptet, *dec.* 644. *n.* 2.
Fideicommiſſum perpetuum ſi ordinare voluit, præſumitur poſt defectum maſculorum voluiſſe etiam ſuccedere fœminas ab eis deſcendentes, *dec.* 609. *n.* 16.
Inutile remanere non debet præceptum Teſtatoris, *dec.* 696. *n.* 4.
Liberatio ampliſſima facta a Teſtatore ab omni, & toto eo, quod eidem Teſtatori debebatur ex ſui amplitudine nedum pecunias, ſed cæteras quoque ſpecies, quarum de tempore conditi teſtamenti creditor erat comprehendit, *dec.* 682. *n.* 1.
Magis veriſimile eſt, quod includere potius voluerit in ſubſidium fœminas, quam extraneum ſubſtitutum, *dec.* 645. *n.* 13., *&* 16.
Nunquam cenſetur diſponere de bonis heredis etiam ſi immixta reperiantur cum bonis propriis ejuſdem diſponentis *dec.* 644. *n.* 7.
Ponendo relictum in claſſe debitorum ab herede ſolvendorum implicite fatetur nunquam prius d. legatum ſoluiſſe, *dec.* 707, *n.* 5,
Propriam non habens ſobolem, & vocans fœminas de aliqua domo, cenſetur ſumpſiſſe eandem domum in tota ſui latitudine. *dec.* 709. *n.* 5.
Reddi nequit ratio de his, quæ Teſtator voluit, ac ordinavit. *dec.* 686. *num.* 3., *&* 4.
Si duplici onere heredem gravare voluiſſet, id utique expreſſiſſet *dec,* 664. *n.* 6.
Si poſt exaratam ſchedulam vitiatam, & cancellatam ſupervixerit, & eam puriori caractere tranſcribere omiſiſſet præſumitur eandem revocaſſe, & novam condidiſſe, *dec.* 607. *n.* 9. *& ſeq.*
Si a deſcendentia heredum inſtitutorum tranſit ad ulteriorem ſubſtitutionem facta relatione ad familiam in genere dicuntur ſemper ſubſidiarie vocati illi, qui ſunt de familia contentiva & præſertim de contentiva proxima, *dec.* 708. *n.* 6.
Summopere confert ad explicationem mentis teſtantis, quod de proximo heres practicaverit, vel declaraverit, *dec.* 706. *n.* 8.
Ubi enim contemplavit agnationem ſi non adſit certa reſtrictio fideicommiſſum paſſim extenditur,

tur, & a quibuſcumque regulis recedutur, *dec. 609. n. 6.*

Voluntas Teſtatoris ubi eſt clara ſuppleri nequit ab æquitate Legum, *dec. 645. n. 3.*

Una pars voluntatis teſtantis ſcindi nequit ab altera, *dec. 640. n. 30.*

TESTIS TESTES.

Aſſumens partes potius Judicis, quam Teſtis non eſt attendendus, *dec. 657. n. 6.*

Confundentes publicam vocem, & famam cum cauſa ſcientiæ nil probant, *dec. 727. n. 37.*

Contra publicum inſtrumentum deponens non attenditur, *dec. 711. n. 5.*

Contrarietas Teſtium tam in ſubſtantia, quam in formalitate verborum inficiunt teſtamentum, quando illud nec a Teſtatore, nec a Teſtibus ſit ſubſcriptum, *dec. 671. n. 3., & 5.*

Contrarietas Teſtium facit, ut neutri ſit credendum, *dec. 664. n. 8.*

Criminaliter ſi fuerit pluries proceſſatus non ſatis probat, *dec. 727. n. 20.*

De auditu depones etiamſi ſit Sacerdos non attenditur, *dec. 657. n. 14.*

Idemque dicendum eſt ſi deponat ad perpetnam, *ibid. n. 15.*

Deponentibus Teſtibus de re ad proprium officium ſpectante valde deferendum eſt, *dec. 635. n. 19.*

Deponentibus de antiquis, & de modernis confinibus, optimamque ſcientiæ cauſam reddentibus plena fides eſt adhibenda, *dec. 610. n. 4.*

Depoſitiones Teſtium vel in genere vel de auditu nullam probationem conſtituunt, *dec. 651. num. 11.*

De univerſitate admittuntur quando deponunt de facto proprio, *dec. 608. n. 6.*

Dicta Teſtium cum fomentum a Jure recipiant ſunt admittenda in poſſeſſorio ſummariſſimo, *dec. 674. n. 11.*

Examinatis Teſtibus antiquitus tempore non ſuſpecto plene creditur, *dec. 634. n. 16.*

Ex veræ ætatis occultatione oritur mendacium in Teſte, *dec. 707. n. 27.*

Informes, & inſufficientes etſi ſint aliquod tamen adminiculum faciunt, *dec. 657. n. 17.*

Inveriſimilia deponens non eſt attendendus, *dec. 727. n. 22.*

Non eſt attendendus ſi præciſe non deponat de anno, *dec. 657. n. 3.*

Mediatores qui præſumuntur informati de vera contrahentium voluntate optime inſerviunt pro interprætanda mente eorundem contrahentium, *dec. 714. n. 13.*

Mendax non eſt attendendus, *dec. 727. n. 25.*

Mille exceptionibus laborantes etſi ſint mille nihil probant, *dec. 727. n. 19.*

Miſerabilis, & e carceribus redemptus eſt valde de ſubornatione ſuſpectus, *dec. 727. n. 32.*

Obſcure loquens attendi non meretur, *dec. 657. num. 4.*

Omni exceptione majoribus Teſtibus, & in ſubſtantia concordibus, licet in expoſitione cauſæ ſcientiæ ſingularibus plena fides eſt adhibenda, *dec. 675. num. 7.*

Omni exceptione maiores, & formiter examinati plene probant, *dec. 714. n. 14.*

Sacerdoti, ac Religioſo Teſti valde eſt deferendum, *dec. 651. n. 13.*

Sacerdos Religioſus, ac nullum intereſſe habens plene probat, *dec. 657. n. 13.*

Singulares in dicto, & pendente lite expiſcati nil probant, *dec. 664. n. 7.*

Varietas, & inconſtantia in Teſtibus non ſolum quamcumque fidem eis adimit, *deciſ. 727. n. 34.*

Sed etiam concludit tales Teſtes non deponere veritatem rei geſtæ, ſed id quod proficuum exiſtimant ad cauſæ opportunitatem, *ibid. num. 35.*

Veriſimil. non eſt quod Homo poſt ſpacium longiſſimi temporis recordetur de omnibus rebus minutiſſimis, *dec. 727. n. 21.*

TEXTUS.

In LL. Cum avus, & cum Acutiſſimi quid diſponant, *dec. 645. n. 2.*

Non procedunt ſi fæminæ fuerunt excluſæ, *dec. 645. n. 10. & ſeqq.*

Nec ubi contraria militat Teſtatoris voluntas, *dec. 728. n. 11.*

L. Quingenta 12. ff. de probat quando excludatur, *dec. 664. n. 2.*

THEORICA.

Soccini in L. ſolemus ff. de condit. & demonſtrat. late expenditur, *dec. 685. n. 4.*

TITULUS.

Ex lapſu longi temporis tunc præſumitur quando concurrit certa, ac poſitiva obſervantia, *dec. 614. n. 15.*

Inveriſimile, & abſonum nimis eſt quod, quis ſibi titulum aliquem in propria ſcriptura applicet, attribuat, *dec. 611. n. 18.*

Multiplicatio titulorum plurium, ac diverſorum datur in Beneficialibus non attenta incompatibilitate, & implicita renunciatione, quæ in aliis caſibus emergere poteſt, *dec. 639. nu. 8.*

Amplia quoties nitens pluribus titulis eſt in poſſeſſione *ibid. n. 9.*

Producens titulum ab eo amplius diſcedere nequit, & alium allegare *dec. 614. nu. 16.*

TRANSLATIO.

Cujuslibet periculi ampliſſimis concepta verbis, omne, & quodcumque imaginabile periculum continet nullo penitus excluſo *dec. 635. n. 7., & 11.*

Limita *ibid. n. 19.*

Idem dicendum ſi fuerit ſuſceptum omne impedimentum, & omne riſicum quia talia verba nullum caſum excludunt, *ibid. n. 8.*

TRANSATIO.

Bona fide facta afficit quoſcumque ſucceſſores independentes, *dec. 611. nu. 57.*

Quod procedit etiamſi agatur de fideicommiſſis, *ibid. n. 58.*

Doloſa, ac frandolenta exſemetipſa collabeſcit, *dec. 627. num. 26.*

Errovea eſt nulla quamvis in parte tantum errata ſit, *dec.* 6: 7. *n.* 29.

Impeditiva non eſt remedii execntivi ſive immiſſivi, quoties de illius errore docetur, *dec.* 627. *n.* 23.

In totum, & quando in parte corruat, *dec.* 627. *n.* 28.

In tranſactionibus ſolet hinc inde aliqnid dari, vel remitti, *dec.* 622. *num.* 30., *&* *dec.* 627. *nu.* 27.

In tranſactione quod non fuit expreſſum tacite nequit ſubintelligi, *dec.* 714. *nu.* 3.

Iniri poteſt ſuper Jure, quod non ſit tam clarum, & liquidum, *dec.* 611. *num.* 62.

Intelligenda ſemper eſt ad tramites Juris, *dec.* 615. *n.* 9.

Non transfert de novo dominium, *dec.* 631. *n.* 13.

Retinens vigore tranſactionis id agit Jure, ex dominio primevo, *dec.* 631. *n.* 14.

Scatens vitio erroris manifeſti ſine alia reſciſſione ſtatim ipſo Juris miniſterio infringitur, *dec.* 627. *nu.* 22.. *&* 26.

TREBELLIANICA.

Ad prohibendam trebellianicam non ſufficiunt verba dubia & æquivoca, ſed clara, & univoca, *dec.* 622. *n.* 9.

Detractioni Trebellianicæ quando renunciatum cenſetur, *dec.* 622. *n.* 31.

Detrahenda quando ſit per antipartem, ſive poſt detractionem legitimę, *dec.* 622. *n.* 1.

Detrahitur nedum præter, ſed poſitive contra voluntatem Teſtatoris, *dec.* 622. *num.* 14.

Detrahitur ſemper a primo herede gravato non vero a ſecundo, ſeu fideicommiſſario, *dec.* 622. *n.* 5.

Eſt debitum non ab Homine, ſed ab ipſa lege, & Jure præſcriptum, *dec.* 622. *n.* 10.

Prohibita ut cenſeatur requiritur clara, & aperta mens Teſtatoris, *dec.* 622. *num.* 14. *& ſeqq.*

Prohibita cenſetur ſi tota, & integra hereditas reſtitui mandatur, *dec.* 622. *n.* 24.

Prohibita ex quibus verbis dicatur, & ex quibus non, *dec.* 622. *n.* 6.

Prohibitio Trebellianicæ facta primo heredi regulariter omnes ſucceſſores fideicommiſſarios afficit, *dec.* 622. *n.* 16.

Contrarium vide *num. ſeqq. uſq. ad nu.* 21.

Verba Trebellianicam prohibentia quo loco ſtare debeant, *dec.* 622. *n.* 24.

TURNUS.

In turno ſublato primo locus in ſequenti gradu aperitur, *dec.* 703. *n.* 9.

TUTOR.

Nulla eſt differentia an interveniat auctoritas Tutoris, & an perperam ea adhibeatur, *dec.* 618. *n.* 4.

Vel Curator ad certum actum adſcitus non ſervans formam ſuæ deputationis non obligat Pupillum, vel minorem, *dec.* 618. *n.* 5.

Vel Curator non debet immiſcere propria negocia ad removendam quamcumque ſuſpicionem ſui ipſius intereſſe, *dec.* 618. *n.* 6.

V

VACATIO.

In vacationibus Parochialium Patroni invitari debent per edictum, *dec.* 623. *n.* 4.

Et Patronus, qui comparere detractavit amittit Ius pro illa vacatione dumtaxat, *ibid.* *n.* 5.

Sed Jus idem præſervatur in aliis ſucceſſivis vacationibus, *ibid.* *n.* 6.

Semper præſumitur io menſe reſervato uti naturali, *dec.* 646. *n.* 20.

Sublata qualitate Eccleſiaſtica, nec etiam vacatio intrat, *dec.* 663. *num.* 5.

VALOR.

Ad ſtabiliendum rei valorem, quæ ſint neceſſario inſpicienda, *dec.* 659. *n.* 2. *& ſeqq.*

Locorum montium licet reſpectu Principis ſit fixus in ſc. 100. pro quolibet inter privatos tamen habita ratione commercii variatur, & plerumque augetur, *dec.* 706. *num.* 2. *& ſeqq.*

VARIATIO.

Pro ſedandis litibus inter Præſentatos exortis a Iure commendatur, *dec.* 620. *n.* 6.

VENDITIO.

Ex quantitate pretii dignoſcitur quid, & quantum fuerit in venditione comprehenſum, *dec.* 615. *n.* 5.

Officiorum vacabilium non importat niſi ceſſionem commoditatis, aut Juris percipiendi fructus ſive quod idem eſt vitæ cedentis, ejuſq; periculi, *dec.* 635. *n.* 10.

VENDITOR.

Alicujus fundi ſuper quo propoſitæ fuerunt moleſtię tenetur deponere pretium ab emptore receptum penes aliquam ædem publicam, *dec.* 625. *n.* 11.

Contra venditorem qui promiſit liberationem a moleſtiis relaxatur in caſu evictionis mandatum executivum pro reſtitutione pretii, *dec.* 619 *n.* 1., *&* 7.

VERBA IN GENERE.

Adjectiva à ſuis ſubſtantivis ſeparari nequeunt, *dec.* 622. *n.* 26.

Ad ſignificationem verborum ſpectaodus ſemper eſt uſus vulgaris, & familiaris loquendi, *dec.* 635. *n.* 28.

Appoſita in eadem identifica oratione diverſo Jure cenſeri nequeunt, *dec.* 714. *n.* 6.

Conciliari ſemper debent in eadem ſcriptura, *dec.* 712. *n.* 9.

Dubia ubi ſunt interpretantur contra eum, qui ſe potuiſſet melius explicare, *dec.* 599. *n.* 23.

Generalitas verborum donationis efficit, ut cenſeatur quoque donatum quodlibet Jus compe-

tens

tenti adverſus bona donata, *dec.* 617. *n.* 33.

In præjudicialibus verba dubia ita interpretari debent, ut minus præjudicent proferenti, *dec.* 635. *num.* 13.

Maſculos comprehendentia trahi nequeunt ad fœminas, *dec.* 656. *n.* 8.

Trebellianicæ prohibitionem ut importent ſtare debent vel ante, vel poſt injunctam reſtitutionem, vel gravamen fideicommiſſi, *dec.* 622. *n.* 8.

VERBA IN SPECIE.

A chi deve di ragione a Teſtatore prolata quid importent, *dec.* 671. *n.* 7.

Caſata aptum eſt comprehendere quoſcumque deſcendentes a primis vocatis, *dec.* 697. *n.* 4.

Et cujuslibet ipſorum ſolidum attribuunt, *dec.* 714. *n.* 5.

Ex deſcendentibus in infinitum veniunt ſub illis tam maſculi profeſſi, quam fœminæ profeſſæ, *dec.* 691. *n.* 3., & 4.

In tal caſo quid importent, *dec.* 671. *n.* 11.

La proprietà quando intelligatur de tota hereditate, *dec.* 622. *n.* 25.

Liberi appoſitum in fundationibus excludit quamcumque reſervationem, *dec.* 646. *n.* 11.

Per conſervazione latinè *pro* vel *ob* cauſam finalem ſemper importat, *dec.* 640. *n.* 38.

Per conto noſtro quid importent, *dec.* 718. *nu.* 4.

Preteſo tollit ſemper, & enervat ſubſtantiam confeſſionis, *dec.* 649. *n.* 44.

Pro rata præſumere facit actum fuiſſe geſtum a pluribus unoſquiſque pro ſua portione, *dec.* 623. *n.* 14.

Pud eſſere tanquam dubitativa nihil concludunt, & ponunt in eſſe, *dec.* 643. *nu.* 5.

Reſiduo ſuapte natura importat complementum totius crediti, *dec.* 601 *n.* 9.

Reſiduum de ſui natura præſefert receptionem reliquæ quantitatis, *dec.* 601. *n.* 7.

Reſtituere referri ſemper debet ad id, quod in rei veritate receptum fuit, *dec.* 601. *n.* 6.

Reſtituere quid importet, *dec.* 658. *num.* 17.

Sommamente deſidera quid importet in renonciationibus, *dec.* 640. *n.* 37.

Tutto quello mi deve nullam patiuntur debiti reſtrictionem, *dec.* 682. *n.* 2.

VIAM.

Sierri licet cuilibet in proprio ſolo conſtruere ita illam aliis de cauſis ſibi proficuis removere permittitur, *dec.* 666. *num.* 4.

VICARIA.

Amovibilis ſeu manualis reſignari nequit nec cadit ſub reſervationibus, & proviſionibus Apoſtolicis, *dec.* 637. *n.* 9.

Amovibilis habet regulariter nudam congruam præſtandam ab habente curam habitualem, & non redditus diſtinctos, *dec.* 637. *n.* 15.

Incompatibilis ſi ſit conferatur in titulum, *dec.* 637. *n.* 18.

Perpetua eſſe debet exceptis illis in Eccleſiis regularium, *dec.* 637. *nu.* 13.

Perpetua non differt a vero Beneficio, & cadit ſub reſervationibus, & proviſionibus Apoſtolicis, & in ea Papa manus apponere poteſt, *dec.* 637. *n.* 10. & 21.

VICARII.

Aſſumpti ſunt a Sacris Canonibus in partem Paſtoralis ſollicitudinis, *dec.* 710. *n.* 4.

Vicarios perpetuos in quibuſcumque Beneficiis curatis, quæ unita reperiuntur Ordinarii deputare poſſunt *ex Conc. Trid.*, *dec.* 614. *n.* 20.

VINCVLVM.

Conſtituitur tantum inter Eccleſiam, & Beneficiatum additum perpetuo ejus ſervitio, *dec.* 633. *n.* 20.

Cum Eccleſia, & Clerico non conſtituitur ex deſcriptione in tabella, & participatione Emolumentorum intuitu perſonalis aſſiſtentiæ, quæ ab Eccleſia non ſolvuntur, *decif.* 633. *nu.* 19.

VIR.

Probus non præſumitur ſibi alienum creditum adſcribere velle, & cum tali mendacio mori, *dec.* 665. *n.* 6.

Si fuerit negligens in exigendis creditis ſibi in dotem traditis excuſari nequeunt illius heredes a dotis reſtitutione, cum Viri negligentia nequit nocere mulieri, *dec.* 662. *n.* 7.

VITIVM LITIGIOSI.

Excluditur ſi alienans ſententiam abſolutoriam obtinuiſſet, illaque in rem judicatam tranſitum feciſſet, *dec.* 721. *num.* 4.

Operatur ut tertius, qui pendente lite bona acquiſivit pro non poſſeſſore habeatur, *dec.* 721. *n.* 2.

Itaut contra eum agi poſſit via executiva ad executionem rei judicatæ, ac ſi bona nunquam fuiſſent alienata, *ibid.* *n.* 3.

Idque procedit etſi Tertius ſcientiam non habuerit litis iam introductæ, *ibid.* *n.* 3. & 4.

ULTIMVS STATVS.

Quibus modis infringi poſſit, *dec.* 623. *n.* 26.

VNIO.

Ad probandam unionem ad duriſſimos illos, & odioſos effectus ſubiectionis pleno Jure, ac tituli extinctionis concludentiſſime requiruntur probationes, *dec.* 673. *num.* 1.

Nimirum inſtrumenti publici ipſius unionis, vel immemorabilis, aut quadragenariæ cum titulo, *ibid.* *n.* 2.

Nil magis unioni adverſatur, quam ſtatus collativus, *dec.* 673. *n.* 8.

Et permutationes, ac reſignationes illarum Eccleſiarum, quæ unitæ prætenduntur, *ibid.* *n.* 9., & 12.

Et aſſignatio fructuum Parochis ac Sacerdotibus, non vero Eccleſiæ unitæ, *ibid.* *n.* 10. & 13.

Obſervantia adverſativa unioni ex quibus præſentationibus eruatur, *dec.* 673. *n.* 11.

VOCATIO.

Cognati invitati in caſu quo non adſit aliquis de alia cognatione iſta exiſtente, & adeunte capiat tanquam vulgaris, *dec.* 636. *n.* 2.

Et etiam ſi ſit per fideicommiſſariam quæ-

ſtio

Digitized by Google

ſtio eſt an vocatio ſecundæ locum habet ob defectum conditionis expiratæ in aditione primæ, *ibid. n.* 3.
Teſtatoris ad unum filium reſtricta ad alios illius filios extendenda non eſt, *dec.* 703. n. 3.

VOCATUS.

A Teſtatore ſi habeat omnes qualitates ab eo exoptatas habetur pro præſentato, *dec.* 697. *n.* 1.
Ex perſona propria ad Iuſpatronatus poteſt petere inſtitutionem Jure paſſivæ vocationis, *dec.* 636. *n.* 1.

VOLUNTAS.

Non verba ſunt attendenda, *dec.* 696. *n.* 3.
Nulla voluntas, neque ulla cogitatio remittendi cadere poteſt in objecto ignorato, *dec.* 626. *n.* 1.
Nunquam trahitur ad incognita, *dec.* 622. *n.* 23.
Teſtatoris eſt ſemper religioſe ſervanda, ac cuſtodienda, *dec.* 686. *n.* 1.

VOTUM.

Captandæ mortis ex quibus, excludatur *dec.* 627. *n.* 20.
Excluditur ſi ille de cujus hereditate pactum eſt ſuum illi conſenſum accommodaverit, *ibid.* n. 18.
Idque procedit ſi dictus aſſenſus non fuerit contemporaneæ præſtitus huic ipſi donationi, ſed longe poſt prodierit, *ibid. n.* 19.
Contractum ipſo jure inficit, *dec.* 627. *n.* 6.

USUSFRUCTUS.

Ceſſata cauſa vel conditione conſolidatur cum ſua proprietate, *dec.* 713. *n.* 4.
Formalis eſt perſonaliſſimus, & cum uſusfructuarii morte finitur, *dec.* 714. *n.* 1.
Neque ad heredes transmitti poteſt, *ibid. n.* 2.
Officiorum vacabilium acquiritur favore illius Perſonæ in cujus capite officium emptum eſt, *dec.* 714. *n.* 11.

Finis Tomi Sexti.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google